2 *in arte med.*: *herba est aut hominum bestiarumve medicamentum* (*quod caules* [*thyrsus*], *folium, semen, sucus praebent. unguentum, cataplasma v. l. 22. 30. 31*) *aut cibus aegroto conveniens* (*e. g. l. 19. 29. 34. 37. cf. et p. 14, 79 sq.*): CELS. 2, 22, 2 acria sunt ... omnia acida ..., item ... -us (3, 22, 11). 2, 24, 2 ex oleribus -us (-a *P*), lactuca *sumitur*. 2, 27 refrigerant holera, quorum crudi caules adsumuntur, ut -us. 4, 12, 10 adiecto ... -i suco (5, 28, 15[E]. PLIN. nat. 20, 73 -i ... non extra remedia sunt: sucus eorum *eqs.* MARCELL. med. 1, 92 -i contusi. *al.* SORAN. p. 104, 13. *al.*). COLVM. 10, 111 torpenti grata palato -iba (*SA μ*, -uba *recc.*). SCRIB. LARG. 104 apala ova proderunt et -i cocti vel crudi ex aceto. PLIN. nat. 1, 20, 29 *medicinae ex iis quae in horto seruntur*: -o quae ambubaia. 20, 65 *lactucae* dantur ... cum -o erratico (22, 144). GARG. MART. cur. boum 9 pecoribus scabiem discutias, -um silvaticum conteris et perunguis. med. 12 sativis -is ... styptica ... natura est, ideo stomacho adcommodata sunt. CHIRON 140 p. 44, 9 medicamentum: ... -um (*Heraeus*, unam *cod.*) agrestem (*al.*). 446 p. 138, 8 huic ... cibum dare debebis magis -os. 834 p. 255, 8 pastillum ad venenum, qui morsi sunt. -um rusticum (MARCELL. med. 8, 139). MARCELL. med. 20, 26 edulia ... prosunt haec: -i lactucae ... brassicae (27, 28 -a, mala Cydonia). 20, 105 -a decocta in cibo sumpta aut eorum aqua pota stomachum purgat. 27, 29 extra cutem imponenda haec: ... -um. *al.* carm. 36 rafanos ac longis -a fibris. THEOD. PRISC. eup. faen. 73 p. 77, 10 cataplasmatibus ... ex ... -orum foliis (CAEL. AVR. chron. 3, 2, 34). log. 75 p. 177, 16 semen -orum cum aqua calida ... adhibuerunt. *al.* CAEL. AVR. acut. 2, 37, 211 -a, plantaginem, asparagos (*sc. pro cibo des. cf.* chron. 2, 7, 107 -i thyrsum, aceto praetinctum. *al.*). 4, 3, 66 decoctio ex plantagine aut ... -o, quod cicorion Graeci vocant. *al.* CASS. FEL. 22 p. 39, 6. ANTHIM. 51 p. 21, 4 -a ... bona sunt et cruda et elixa et sanis et infirmis. ORIBAS. syn. 4, 3 Aa p. 7[in.] *media inter ea quae extenuant vel impingant* olera silvestres, -a et his similia ([*gr. 4, 3 p. 126, 6* λαχάνων ἀγρίων ἢ σέρις, *v. q. seq.*]. *cf.* 4, 15 Aa p. 17[p. med.] media sunt inter cacocymon et eucymon -a et lactuca [*gr. 4, 15, 13 p. 132, 20* ἴντυβοι]). *al.*

deriv.: intubaceus. *I. Kapp.*

intĭca *v. s.* entheca *vol. V 2, 612, 37.* *Hi.*

intimātē *v. p. 20, 12.*

intimātio, -ōnis *f.* *ab* intimare. GLOSS. II 296, 60 ἐμφάνεια.

1 *fere i. q. actus insinuandi*: CHALC. comm. 200 *Plato* has leges ait ... animis esse intimatas causamque -is ostendit. MART. CAP. 4 v. 423 inflexa ... -o. 9, 897 doctae -is. *apud ICT*[os]: NOVELL. Theod. 24, 3 ut ... -o ... penitus *non* prosit (*syn.* insinuationi; *sc. ad principem, cf. p. 18, 14*). COD. Iust. 6, 23, 23 (*a. 524*) defensores ecclesiarum, quos turpissimum -is genus inrepserat (*sc. in testamentis intimandis. syn. 1, 3, 40* insinuandi ultimas deficientium voluntates). 9, 40, 1, 1 *si reus absens intra annum* reversus post -em suam (*i. postquam magistratui insinuavit se praesentem esse*) fuerit defunctus.

2 *fere i. q. res insinuata*: AVIEN. ora 74 ut aperta ... tibimet -o ... laboris sit mei.

intimātor, -ōris *m.* *ab* intimare. *is, qui intimat* (*c. notione suadendi*): CAPITOL. Pert. 10, 9 quia *Pertinax* eum (*i. Laetum*) velut stultum -em nonnullarum rerum reprehendebat.

intimātus, -a, -um *v. p. 17, 14. cf. et p. 20, 15.* *Händel.*

intimē *v. s.* interior. [**intimeo**, -uī, -ēre *v. p. 17, 22.*]

? **intimidē** *adv.* *ab* in *et* timide. *non nisi compar., fere i. q. fidentius*: AMM. 26, 6, 17 *Procopio potestatis usurpatori* -ius incedenti nec resistebat populus nec favebat (timidius *ed. Castelli, Gelenius, Heraeus*; inter medios *Petschenig; alii alia*).

intimido, -āvī, -āre. *ab* in *et* timidus. *scrib.* -tem-: VITA Anton. 9 p. 26, 8. *gr. resp.* ἐκφοβεῖν (*praeter l. 78. 80*). *v. et Du Cange.*

1 *fere i. q. in terrorem conicere* (*sc. homines. absolute l. 72. 75. 77*): VITA Anton. 9 p. 26, 8 *ad daemonas*: cum multitudine temptatis -are me (*gr. p. 857 B. cf. Euagr. vita Anton. 8 p. 857* inferre terrores). 24 p. 38, 19 apparens ... taliter princeps daemoniorum -at (*restit. e gr. p. 877 C*, principes ... et timidant *trad.*). 24 p. 39, 20 *phantasiae daemonum* -ant homines et temptant (*gr. p. 880 C*). 28 p. 43, 9 qui potestatem habet, non ... cum turba -at, sed ... utitur potestate (*gr. p. 885 C*). 28 p. 43, 11 pueros (*gr. p. 888 A*). 28 p. 43, 18 daemones ..., quia nihil possunt, vel phantasmatibus -ant (*gr. p. 888 A*). 37 p. 49, 21 daemones ... augent phantasias, ut maxime illos -ent (*gr. p. 897 A* καταπτήξωσιν). PASS. Tarach. 8 noli solum sermonibus haec promittere volens -are servum dei (φοβερίσῃς).

2 *sensu presso, fere i. q. fascinare*: DAMIG. lapid. 34 *lapis galactites* non permittit eos (*i. infantes*) macerari, si quando -verit eos horrida mulier (*cf. antea*: adversus invidiam et fascinum resistit; qui eum portat, numquam fascinabitur).

[*Hi.*]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

[Ps. Orig. tract. 17 p. 185, 11 alia est **intimitās** (*coni. Wilmart.* divinitas *trad.*) sanctorum, alia conversatio peccatorum.] *Hi.*

***intimo,** -āvī, -ātum, -āre. *ab* intimus. *scrib.*: -tem-: Clavd. Don. Aen. 11, 895 p. 542, 5 Lex Sal. 6, 1 add. 2. *al. cf. l. 21 sq.* -tum-: Conc. Carth. a. 416 Aug. epist. 175, 2 p. 655, 5 (*V ante ras., ut vid.*). *al.* *forma perf.* -uit (?): *v. infra l. 23.* *de notione*: Synon. Cic. p. 429, 12 B. inserit se . . . inmergit . . . inmiscet . . . insinuat. -at. applicat. Gloss.L III Abstr. in 255 commendavit. 256 indicat vel notum facit. IV Plac. p 21 pervulgatum (*v. adn. cr.*) . . . in omnium notitiam et totius vulgi -tum. Gloss. insinuat. significat. suggerere. Gloss.L II Philox. in 689 γνωρίσαι, ἐμφανίσαι, φανερῶσαι 690 παρέχετε. Gloss. παρεγγυῶ. *de usu: verbum transitivum (refl. l. 39. p. 18, 4. 79. 19, 18. cf. p. 19, 41), semel intransit. l. 41. p. p. p. fere pro adi. p. 19, 4. legitur inde ab* Apvl., Tert., Iren., Cypr.

[*variat in codd. c.*: aestimare: Heges. 1, 41, 6. *al.* continere: Firm. math. 5, 2, 16. explicare: Firm. math. 4, 19, 2. imitari (imitare): Pavl. Nol. epist. 16, 6 p. 119, 27 Ps. Avg. quaest. test. I 65, 1 p. 114, 14. *al. cf. l. 25.* immutare: Greg. M. epist. 8, 24 p. 26, 25. initiare: Firm. math. 6, 31, 37. insinuare: Firm. math. 8, 4, 1. *v. et p. 18, 44. al.* referre (*recte*): Lex Visig. 9, 3, 3 (relatum, revelatum *vv. ll.*). terminare: Veg. mulom. 2, 134, 1. *corrumpitur in*: intemptare: Novell. Marc. 1, 7. intimere: Cassiod. var. 5, 40, 2. *cf.* Hier. epist. 108, 21, 2 -uit (*K; cf. l. 6*). *e coni.*: Ps. Cypr. adv. Iud. 6 p. 139, 15 (*Hartel*, timerunt, petiverunt *trad.*). Vopisc. Tac. 12, 1 (*Salmasius*, imitandum, mirandum *trad.* [Prob. 4, 2; *Golisch*, imitari *trad. cf. et p. 19, 42*]). Firm. math. 6, 28, 2 (*Kroll*, extimemus *trad.*). Schol. Verg. Bern. ecl. 5 pr. (*Hagen*, intuendae sunt *trad.*). *suppl.*: Firm. math. 7, 1, 1 (*Kroll-Ziegler*, ostenderet, aperiret *Itali*).]

fere i. q. intimum facere; saepius vi superlat. plus minus evanida i. q. facere, ut alqs. (alqd.) intra se recipiat, insinuare:

I *spectantur corporalia (fere res, homo l. 39)*: A *transitive: fere i. q. inserere, indere (infundere l. 34 sqq. refl. i. q. irrepere l. 39)*: Tert. cult fem. 1, 5, 3 navis *non argenteis clavis* . . . contexitur: . . . nullus clavus argentum -at tabulis. Sol. 32, 16 dum *amnis* mari -atur ([-tas *l. v.*]. Amm. 22, 8, 40 Borysthenes . . . mari praeruptis undarum verticibus -atur. *cf.* Amm. 15, 4, 4 oceani gurgitibus). Chalc. comm. 55 doctrina . . . perhibet deum . . . intimis eius (*i. corporis humani*) inspirationem proprio flatu -asse. Avell. p. 56, 15 Claudianus *relegatus* . . . Romae sese dicitur -asse (*v. l. 32*). Cael. Avr. gyn. 1, 51 *in generando* semen puris . . . corporibus -are (*gr. aliter*).

B *intransitive: fere i. q. intrare*: Tert. scorp. 1 p. 146, 5 -at virus et properat in viscera (-atur *Reifferscheid, sed cf. Löfstedt, Spr. Tert. p. 20*).

II *spectat ad actum incorporalem (-antur fere res. deus p. 18, 4. 72 sq. 19, 41. homines l. 49. 52 sqq. 79. p. 18, 82. al.)*: A *sensu strictiore: i. q. facere, ut alqd. in interiora penetret, intus haereat (de commendatione, qua fit ut alqs. alicui cordi sit l. 52 sqq.)*: Apvl. mund. praef. p. 288 ut . . . immensitati *mundi* . . . cogitationum nostrarum nos pernicitas -ret (*gr. aliter*). Plat. 2, 5 *virtus* concordem sibi . . . eum facit, cui fuerit fideliter -ta. Tert. adv. Val. 17 p. 196, 21 *imago*, quam *Achamoth* . . . imbiberat et sibi -arat. Pavl. Nol. epist. 4, 1 p. 19, 1 caritas Christi. . . . te . . . per litteras tuas visceribus (*cf. l. 57*) meis -vit (*sic hominem commendando* [*v. l. 47*]: Rvric. epist. 2, 56 p. 437, 4 *amici*, qui eum *fratrem* beatitudini vestrae possint . . . plenius -are [*antea*: commendavit, insinuo]. Ennod. epist. 9, 33, 7 p. 258, 14 me deo nostro orationum suffragiis -ate. *al.*). Svlp. Sev. epist. app. 2, 11 p. 241, 12 *Christianis peccare non licet*, ut ecclesiae . . . possint visceribus -ari (*cf. l. 52*). Boeth. in Porph. comm. pr. 1, 10 p. 26, 8 cur . . . Aristoteles . . . de accidentibus dissereret, nisi haec in rebus -ta et quodammodo adunata vidisset? (*syn. antea*: in rebus . . . conglutinatae et quodammodo coniunctae atque compactae).

B *sensu laxiore: fere i. q. animo infigere, penitus cognitum facere (sc. verbis, scriptis sim.; fere hominibus aliis, sibi ipsi e. g. l. 84. p. 18, 10); inde sensu debilitato i. q. explicare, exponere, revelare, detegere, docere, describere, exprimere, narrare (imperare e. g. p. 18, 29. 20, 5. vertendo e graec. p. 19, 39) vel prorsus i. q. dicere*: 1 *in certis iuncturis (indicatur, qua alqd. [alqs.] recipiatur, saepius per dat., per praep. l. 74)*: animis: Chalc. comm. 200 leges . . . a . . . deo animis esse -tas (Ambrosiast. in II Cor. 3, 17 p. 288A non litteris . . . scriptam, sed per fidem animis -tam). auribus: Cypr. epist. 45, 2 p. 600, 18 quando . . . episcopatus tui ordinationem singulorum auribus -vimus. Firm. math. 7, 1, 3 veneranda commenta profanis vel inperitis auribus (*al.*). Maximin. c. Ambr. 125 publicis. Anon. Vales. 12, 62 dum per ordinem omnia filius . . . -asset in auribus (*v. adn. cr.*) regis (*al.*). Ps. Orig. tract. 16 p. 170, 14 visio . . . oculis ostenditur, verba auribus -antur. Max. Tavr. serm. 14 p. 559C saepe -tum est auribus vestris tam de scripturis divinis quam ex praedicationibus nostris primam in Adam fuisse peccandi culpam mentis illecebram. Ennod. opusc. 3, 85 p. 352, 19 *Epiphanius*, quem iam praevia opinio Gallorum auribus, quasi esset, -verat. *al. v. et p. 18, 22.* cognitioni: Hil. trin. 7, 2 p. 200B dei filium verae nativitatis subsistentem naturam cognitioni audientium -are. cordibus: Possid. vita Aug. 6 p. 38fin. omnium. Verec. in cant. 6, 1 caecis. Chrysost. ed. Froben III 824A haec verba sufficiunt suis cordibus volentibus -are (*gr. Migne 49, 382med.* τοῖς προσέχουσι, *cf. p. 17, 63 sq.*). mentibus: Ambrosiast. in I Tim. 4, 13 p. 475A docere *est* . . ., quando ea, quae latent, -amus mentibus audientium. Cassian. conl. 21, 36, 3. Verec. in cant. 6, 20 priusquam *Iesus* se mentibus mortalium -asset (*opp.* latebat). *al.* prudentiae: Firm. math. 5 pr. 2 omnia prudentiae tuae specialiter -antes. 5, 7, 1 hoc . . . iisdem prudentiae tuae commonitionibus -amus, ut *eqs.* Pavl. Nol. epist. 16, 6 p. 119, 27. *v. etiam l. 15.* sensibus: Tert. resurr. 40 p. 83, 14 *Paulus* sensibus . . . -andum dominum significavit. Diom. gramm. I 473, 9 quae . . . si quis profundis sensibus -arit ac sincera mentis intentione perspexerit (*v. p. 17, 63 sq.*). Victor. pasch. chron. I p. 684, 4. *v. et l. 19. al.*

2 *in sermone sollemniore, quo utuntur in iure et in scriptis, quae diriguntur ad auctoritates vel publicas vel eccl. (saepe accedit notio rite renuntiandi)*: a *appellantur magistratus, imperatores, episcopi sim.*: Synod. Hil. coll. antiar. p. 94, 14 ut prudentiae vestrae prioribus litteris -vimus (*cf. l. 5*). Symm. rel. 20, 1 cuius rei . . . prodecessor meus . . . perennitati vestrae rationem dicitur -asse. 24, 3 iudicium . . . officiorum magistro subditis exemplaribus gestorum -vi. 29, 2 causa . . . quam diviniis sensibus vestris fides gestorum plenius -bit (*al. cf. l. 8*). Cod. Theod. 1, 15, 2 relationes iudicum . . . tua sublimitas nobis celeriter -are debebit. 6, 27, 3, 1 (= 5 Kr.). 11, 16, 7. 11, 30, 66 nostris auribus (*al. cf. p. 17, 70*). 15, 5, 4 Delphorum . . . facultates . . . adtritas relatio tui culminis -vit. *al.* Avell. p. 134, 17 quae . . . episcopi rescriptis ad principem . . . propriis -arunt. p. 390, 12 (*syn.* suggerenda). Greg. M. epist. 9, 164 p. 163, 16 filius noster Theodosius . . . nobis noscitur -asse, Rustica . . . inlustris femina . . . Felicem . . . heredem instituisse (*de struct. mixta enuntiati et acc. c. inf. v. Norberg, Synt. Forsch. p. 263 sq.*). *al.*

b *in declarationibus iuris*: α *de promulgatione legum, constitutionum sim. (paulo aliter de lege roganda l. 35)*: Cod. Theod. 8, 5, 6 iussione nostra cunctis provincialibus -ta. 16, 8, 1 pr. (= Iust. 1, 9, 3) Iudaeis . . . volumus -ari, quod *eqs.* Cassiod. var. 9, 15, 11 quo facilius principis votum universorum mentibus innotescat, hoc senatui, hoc populis per praefectum urbis praecipimus -ari. Ios. antiq. 14, 19 p. 410p. in. placuit curiae vel populo ducibus -antibus (*gr. 14, 259* εἰσηγησαμένων). *al.*

β *de insinuatione, quae fit profitendo 'apud acta' sim. (ad rem v. Jörs-Kunkel, Röm.² Privatrecht p. 100. 247)*: Cod. Theod. 12, 1, 173 pr. (= Iust. 10, 22, 1 pr.) descriptiones . . . non sumant ante principium, quam apud acta provinciarum rectoribus -entur. Cod. Iust. 1, 2, 19 ut donationes . . ., licet minus in actis -tae sint, tamen valeant (*ibid.* super -andis donationibus. 4, 21, 17 pr. contractus venditionum vel permutationum vel donationum, quas -ari non est necessarium. 5, 16, 25 pr. actis [in actis *l. v.*]. 5, 16, 25, 1 [in actis insinuatae *l. v.*]. 8, 53, 30, 1 [*a. 459*] ei liceat donationem . . . apud quemcumque ex memoratis *magistratibus* voluerit -are [intimate *l. v.*; *syn. antea*: insinuentur, publicare]. *al.*). 2, 7, 23, 3 (*a. 506*) *confessionem* fisci patronis . . . sub actorum testificatione -ari (-are *l. v.*). 8, 47, 2, 1 (*a. 286*) adrogatio . . . valet apud praetorem vel praesidem -ta (-tam *l. v.*). 11, 48, 22, 2 si . . . conductionale instrumentum vel aliam chartulam, in qua subscripsit, -vit et inter acta deposuit sese colonum fuisse adscripticium.

γ *de renuntiatione, quae fieri debet in variis iuris negotiis*: Consvlt. 7, 8 quae partes iurgantium crediderint -anda. Symm. rel. 28, 6 quaesita et responsa partibus -antur (-retur *l. v.*). Ambr. off. 3, 10, 66 p. 164B vitia eorum, quae veneant. Cod. Theod. 2, 4, 1 pr. nisi ab universis . . . sollemni more lis fuerit -ta (*postea*: his . . . insinuari convenit et ab ipsis inferri litem). 4, 4, 3, 2 etiamsi iisdem *subscriptoribus* scripturae continentia non fuerit -ta. 4, 22, 2 (= 23, 2 pr. Kr.) neque vulgato rescripto neque adversario (*dat.*) sollemniter -to (-ta *l. v.*). Cod. Iust. 4, 1, 12, 4 d postquam fuerint ei *iudici* -ta gesta super iuramento subsecuta. 6, 23, 23 (*a. 524*) ne . . . mercedis quicquam . . . super -andis isdem elogiis audeant adsequi (*cf. p. 16, 51*). 7, 62, 37, 3 consultationem . . . intra biennii tempus ei vel eis *iudicibus* -are. *al.*

3 *usu generali*: a *absolute*: Avg. civ. 16, 15 p. 149, 28D. sicut supra -tum est (Cassiod. Ios. antiq. 13, 16 p. 378fin. superius [*gr. 13, 256* δεδηλώκαμεν]. *al.*). epist. 108, 2 p. 613, 7 sicut mihi suis litteris -arunt nostri (Conc.S II 3, 3 p. 84, 30 [*gr. II 1, 3 p. 77, 8* ἐσήμανεν]. *al.*). Max. Tavr. (?) serm. 22 p. 577C pluries. *al.*

b *c. acc.* ([*nom. in struct. pass.*]. *dupl. l. 72 sq. 82. p. 19, 41. al. acc. c. inf. v. p. 19, 44. acced.: praep. v. p. 19, 55. enunt. v. p. 19, 84. 20, 6*): Iren. 4, 20, 8 *deus*, quem *prophetae* . . . hominibus videndum -bant (Hil. in psalm. 67, 21 p. 296, 4 cum nobis deum -ans, qui *eqs.*). Ps. Cypr. singul. cler. 16 p. 191, 9 hoc est . . . luciferum, quodcumque a deo fuerit -tum (Ivl. Val. 1, 31 p. 40, 22 evidentius [*om. gr.*]. *cf.* Chalc. comm. 254 per quietem . . . veris minimeque fallacibus visis. *al.* Hil. trin. 5, 11 p. 136A volens . . . lex, immo per legem deus, personam paterni nominis -are. 8, 4 p. 240A. Avg. serm. 6, 3, 4 p. 61in. incommutabilitas dei isto vocabulo se dignata est -are. *al.*). 17 p. 192, 4 hortamenta vitalia salubriter (*syn.* praebere). Capitol. Ver. 1, 1 scio plerosque ita vitam Marci ac Veri litteris . . . dedicasse, ut priorem Verum -andum legentibus darent. Treb. Gall. 16, 1 vita Gallieni . . . breviter a me litteris -ta (*cf. l. 68*). Ivl. Val. 1, 9 p. 18, 15 litteras tuas Aristoteli . . . -vimus ([*om. gr.*]. Epist. pontif. 212 Hil. coll.

[Händel-Hi.]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

antiar. p. 90, 14 [*syn.* legisse, *opp.* subpressisse]. *cf.* CASSIOD. Ios. antiq. 12, 3 p. 339^med. epistolas [*gr. 12, 137 παραθέμενοι*]). FIRM. math. 4, 1, 9 difficiliora . . . frequentius (*syn.* explicamus). 5, 3, 26 *homines* erunt . . . noti (*syn.*) omnibus et omnibus -ti (*v. p. 17, 14*). 5, 7, 1 specialiter. 6, 31, 37 *Thersites*, cuius . . . corporis formam . . . nobis Homerus carminibus -vit (*v. p. 17, 19*). 6, 40, 3 (*syn.* docili sermone enarravimus). 7, 16, 5 quia . . . paulo obscurius dictum est, hoc idem tibi rursus manifestius -bo (*al.*). *saepe.* CHALC. comm. 322 aperte dilucideque. *al.* HIL. coll. antiar. p. 154, 18 huius . . . -andae cunctis fidei . . . auctor (EPIST. pontif. 232 [ZntW. 35, 1936] p. 19, 7 plebibus. *al.*). in psalm. 55, 1 p. 162, 9 multa psalmi superscriptio comprehendit, quae praeter rerum gestarum notionem alterius intellegentiae -ant sensum (55, 2 p. 163, 8 spiritalem. CONC.^S I 5 p. 251, 25 haereticum . . . sensum nudum omnibus -are [*gr. I 1, 6 p. 107, 6 καταστῆσαι*]. *al.*). trin. 6, 15 p. 169^A ratio intellegentiae . . . *stultis* ab intellegente -ta non capitur. 6, 24 p. 176^A veritas . . . per hoc . . . -atur (AMBR. off. 3, 10, 66 p. 164^B [*syn.* aperienda]. IOH. MAXENT. Conc.^S IV 2 p. 16, 20 facile solet in disputationum semitis se . . . hilariter . . . veritas -are [*ad Vulg. sap. 6, 17* ostendit se]. CASSIOD. inst. 1, 16, 1 nobis pro captu ingenii parabolis. *al.*). *al.* EPIST. pontif. 216 Hil. coll. antiar. p. 166, 10 universa fideliter litteris. ZENO 1, 1, 2 per *legem* . . . dei voluntas populis -atur. AMM. 21, 11, 1 nuntius metuendus -atur. 28, 3, 8 ⟨ut⟩ *Arcani* . . . vicinarum gentium strepitus nostris ducibus -rent. CLAVD. DON. Aen. 10, 150 p. 311, 26 *Aeneas* personam suam ([*syn.* indicavit]. *audacius*: SCHOL. Verg. Bern. ecl. 8 pr. in hac ecloga personae duae veterum pastorum historialiter -andae sunt [*seq.*: allegorice . . . Alphesiboeus, qui et Vergilius, sub nomine Daphnidis Augustum insinuat]. 9 pr.). *al.* AMBR. Iob 1, 9, 29 p. 229, 21 secreta sapientiae, quae *Paulus* prohibitus est aliis -are (*syn.* loqui). *al.* PSALT. Cas. 31, 5 peccatum meum -vi (*ἐγνώρισα, Vulg.* cognitum tibi feci. *opp.* abscondidi). RVFIN. Clement. 10, 62 (*syn.* suggerebat [ENNOD. opusc. 5, 27 p. 400, 18]). *al.* AVG. civ. 15, 20 p. 103, 26 D. numerus (*syn.* insinuatur). 20, 3 p. 409, 26 *vanitati* -andae totum istum librum . . . *Salomon* deputavit. epist. 55, 21 p. 192, 6 aliquid per allegoricam significationem -tum plus *movet*, . . . quam si verbis propriis . . . diceretur (*syn. antea*: insinuantur). c. Parm. 1, 7, 12 p. 31, 11 philadelphia . . . per linguam graecam fraternam -at caritatem. *al.* VITA Hil. Arel. 16 l. 7 C. quis ita . . . terribiliter -vit incendium *gehennae*? (*syn.* monstravit, expressit, ante oculos inspicienda reduxit). CAEL. AVR. chron. 4, 9, 134 quia graecum est epigramma, et hoc versibus -bo. MAX. TAVR. serm. 34 p. 601^D (*syn.* enuntiare). VEREC. in cant. 9, 7 exitus domini ex Seir . . . mors dominici corporis -atur. 9, 8 Simegar . . ., qui se deum falso nomine volebat hominibus -ari (*Bulhart in schedis*, imitari *trad.*). *al. saepe.*

c *pendet acc. c. inf.* (*add. acc. pron. l. 45*): MAR. VICTORIN. gramm. VI 38, 23 illud . . . -andum est litteras quasdam . . . nunc produci . . . nunc corripi. FRG. Mur. 45 *Paulus* Romanis . . . ordinem scripturarum, sed et principium earum esse Christum -ans. VOPISC. Tac. 12, 1 (mirandum *l. v.*; *opp.* tacendum). ARNOB. nat. 5, 33 p. 204, 8 allegorico genere . . . scripta haec esse . . . unde est vobis cognitum vel unde -tum? AMBR. in psalm. 40, 38 p. 255, 28 unum . . . euangelium esse . . . -vimus (*syn.* edocere). HEGES. 1, 21, 1 p. 33, 19 palam . . . militibus (*gr. 1, 178 ἔλεγεν*). AVG. civ. 1, 26 p. 41, 24 D. deus iubet seque iubere sine ullis ambagibus -at. 16, 10 p. 139, 30 (*syn.* dicens). *v. et p. 17, 76 sqq. 18, 23. al.*

d *c. praep.* de (*aliter p. 17, 77. add. acc. pron. l. 56. 59*): SPART. Ael. 7, 3 quae de adoptionis paenitentia per auctores plurimos -ta sunt (HEGES. 1, 41, 6 [*gr. 1, 532 διέβαλλεν*]). AMBR. Tob. 14, 46 cum de aliis peccatis semel . . . *divina lex* praescripserit, de faenore saepius -vit. IORD. Get. 93 aliqua de . . . situ *urbis* breviter -are. GREG. TVR. Thom. p. 108, 13 de fide. *al.*

e *pendet enuntiatum*: *α oratio recta*: COMM. apol. 519 non quasi homo deus suspenditur, -at ante *Moyses* (*syn. 520* inquit).

β per pron. relativum: VOPISC. quatt. tyr. 15, 9 quae didiceram, -anda curavi (VEG. mulom. 2, 134, 1 studiose, quae . . . cognovimus, -amus [*v. p. 17, 21*]. CONC.^S II 3, 1 p. 113, 2 [*gr. II 1, 1 p. 131, 19 ἀπαγγεῖλαι, syn. II 2, 1 p. 8, 34* nuntiare]. *al.*). POSSID. vita Aug. 17 p. 47^extr. quidquid . . . dictum . . . fuerat, fideliter -vit (*al.*). *al.*

γ interrogatio obliqua: IVL. VAL. 2, 27 p. 94, 14 Dario, quem comprehenderit, Pasarges -tum venit (*Ps. Call. 2, 15, 8 εἶπε*). FIRM. math. 2, 23, 3 quod sit exagonum, et ante diximus (*syn.*) et nunc partiliter -amus. RVF. FEST. 3 quantum Roma profecerit, breviter -bo. VEG. mil. 3, 6 p. 76, 18 quemadmodum occurri ingruentibus *militibus* debeat, -etur. AVG. civ. 3, 17 p. 122, 4 D. quam misera fuerit illa respublica, . . . a Sallustio breviter -tum est. cons. euang. 2, 27, 61 p. 165, 15 cum . . . illa similitudo de aegrotis bene -et, quid *eqs.* (MART. CAP. 4, 343. *al.*). gen. ad litt. 9, 1 p. 268, 24 cur . . . dictum sit 'adhuc', . . . -vimus (*al.*). pecc. mer. 2, 21, 35 p. 107, 7 quanta sit *oboedientia* quamque sola sufficiat . . ., non potuit excellentius -ari, quam ut *eqs. saepe.*

δ per coniunctiones: ne: PS. AMBR. serm. Sess. 1, 4 p. 116^A *praeceptum*, quo crebris admonitionibus -atur, ne liber manibus desit. TRACT. Pelag. 4, 20, 1 p. 105 ne quid iniustitiae . . . agerent. quia: RVSTIC. Conc.^S I 4 p. 188, 35 quia ecclesia nostra nec habet quodcumque *auri* nec habuit . . ., saepe me arbitror -asse. GREG. M. dial. 2, 27 p. 118, 11 M. *al.* quod (*praeced. acc. pron. p. 20, 2*): AVG. trin. 2, 1, 3 p. 846^med. ut . . . tantum, quod de patre sit *Christus*, -etur. GREG. M. dial. 3, 21 p. 188, 18 M. Eleutherius . . . mihi . . . hoc -are curavit, quod . . . puella . . . desiderio exarsit. *v. et p. 18, 32. al.* si: ENNOD. epist. 9, 14, 2 p. 239, 16 ut . . ., si dominus noster ad Liguriam venturus est, -are procures. *al.* ut (*c. notione verbi q. e. imperare [v. p. 17, 65]. acced. acc. pron. l. 7. 8*): SPART. Pesc. 7, 3 -vit, ut assessores . . . administrarent. AMBROSIAST. in II Cor. 12, 17 p. 333^C non illis hoc -arunt, ut . . . offerrent. CYPR. GALL. lev. 96 dominus haec -at . . ., ut *eqs. v. et p. 18, 6 sq. al.*

ε coni. nudus: COMM. instr. 2, 23, 17 neque . . . dico vel -o, neci te mittas (*v. adn. cr.*). *cf. et struct. mixtam p. 18, 27.*

? adv. **intimātē** (*non nisi comparat.*). *fere i. q. aperte, explicite*: VIRG. gramm. epit. 2 p. 8, 4 H. ut aliquid -ius (entimantius, entimatius *trad.*) aperiam. *an iungendum* aliquid -ius, *i. magis absconditum, ut esset pro adi.* intimatus, -a, -um *? at ista notio (cf. aliter p. 19, 4) a verbo intimare derivari vix potest (num respicit potius ad ipsum* intimus *quam ad* intimare *?).*

deriv.: intimatio, intimator. *Händel-Hi.*

intimōrātē *v. l. 24.*

1. intimōrātus, (-a, -um). *ab* in *et* timoratus. *i. qui sine timore est*: ITALA prov. 19, 23 (Vind.) timor . . . dei in vita⟨m⟩ est, -us autem morabitur in ⟨lo⟩cis, quos non concupiscit scientia (*ἄφοβος, syn. Itala [Sangerm. 15]* qui sine timore est, *Vulg. aliter*).

adv. **intimōrātē.** *i. q. sine timore*: IREN. 1, 6, 3 -e omnia, quae vetantur, hi, qui sunt ipsorum perfecti, operantur (*gr. ἀδεῶς*).

2. intimōrātus, (-a, -um). *ab* in (*praep.*) *et* timor, *cf. ἔμφοβος. i. q. exterritus*: ITALA act. 22, 9 (cod. e) qui . . . *cum Paulo* erant, lumen . . . viderunt et -i facti sunt (*gr. pars codd. ἔμφοβοι, syn. cod. gig.* timefacti sunt, *om. Vulg.*; *cf. Wordsworth-White ad l.*).

intimus *v. s.* interior. *Hi.*

intinctio, -ōnis *f.* *ab* inting(u)ere. *scrib.* -tict-: ISID. orig. 19, 10, 1 (*T*). *legitur inde a* TERT. [*variat in codd. c.*: iniectio: THEOD. PRISC. log. 117. instinctio: TERT. paenit. 6, 3 HIER. epist. 125, 1, 1. intentio: TERT. paenit. 6, 17. tinctio: HIER. epist. 125, 1, 1 COD. Iust. 11, 9 tit.]

i. q. actus intinguendi: **I** *generatim*: HIER. epist. 125, 1, 1 nec -e buccellae nec osculi gratia frangitur *Iudas* (*v. l. 33. 34*). ISID. orig. 19, 10, 1 -o ferri in aqua instrictura est (*v. l. 31*).

II *speciatim*: **A** *i. q. tinctura*: COD. Theod. 10, 21 (= Iust. 11, 9) tit. de -e (*v. l. 35*) sacri muricis (*gen. definit.*).

B *i. q. baptismus*: **1** *proprie*: TERT. paenit. 6, 3 vitium praesumptio -is importat (*v. l. 33*). 6, 19 si nemo domino debitus delinquere desinet nisi -e alligatus. 6, 20 optare -em, non praesumere oportet. 7, 10. 12, 5 post prima . . . -is dominicae munimenta esse adhuc in exomologesi secunda subsidia. *de baptismo Iohannis*: TERT. paenit. 2, 4 praeire -em paenitentiae iussit *deus*. *de baptismo sanguinis q. d.*: TERT. patient. 13, 7 occasionem secundae -is.

2 *translate: de conversione ad deum (quam baptismi sacramento antecedere oportet)*: TERT. paenit. 6, 17 abluimur . . ., quoniam iam corde loti sumus: haec enim prima audientis -o est (*v. l. 34*).

[**? intinctor,** -ōris *m.* *l. v. vix prob.*: TERT. bapt. 4, 1 spiritum . . . super aquas -em (instinctorem *T*) moratorum.]

intinctūra, -ae *f.* *ab* inting(u)ere. *i. q. intinctio, immersio*: FVLG. aet. mund. p. 136, 17 sicut his *gigantibus* -a (inst- *trad.*) cataclismi praerogat (pror- *l. v.*) scelus, ita pueris tinctura fontis diluit facinus.

1. intinctus, -a, -um *v. s.* inting(u)o.

2. intinctus, (-a, -um). *ab* in (*negat.*) *et* tinctus. GLOSS. II 215, 9 ἄβαφος -us (c *superscr.*).

3. intinctus, -ī *m. v. l. 73.*

4. intinctus, -ūs *m.* *ab* inting(u)ere. *fere i. q. liquamen, quo cibi intinguntur (sc. condiendi causa), embamma*: PLIN. nat. 15, 118 aprorum sapor commendatur, plerumque ad -us additis myrtis. 20, 65 addito dulci ad -um aceti. 20, 81 ex hoc -u sumendam *brassicam* (*antea*: ex aceto ac melle *eqs.*).

***inting(u)o,** -inxī, -inctum, -ing(u)ere. *ab* in *et* ting(u)ere. *scrib.*: -ting- *et* -tingu- *in codd. promiscue.* -tig-: CHIRON 723. VVLG. Matth. 26, 23 (*l. v.*). -tincx-: VVLG. lev. 4, 6 (*pars codd.*). Ioh. 13, 26 (*pars codd.*). -tix-: VVLG. lev. 4, 6 (*l. v.*). CASSIOD. var. 1, 2, 4 (*O*). *de formis*: -xti: PLAVT. Truc. 294 (*Scaliger*, -xit *trad.*). GLOSS.^L II Philox. IN 692 -it ἐμβάπτει. GLOSS. ἐμβαπτίζω. ἐπίβαπ⟨τ⟩ε. *gr. resp. fere βάπτω (ἐμβάπτω v. p. 21, 8. 61. 63. βαπτίζω v. p. 22, 2. κατωθέω v. p. 21, 66). de usu: p. p. p. pro subst. v. p. 21, 83. 22, 13. legitur apud* PLAVTVM, CATONEM *et inde a* VITR., CELS. *per totam latinitatem.* [*it.* intingere, *prov.* entenher, *hisp.* (*dial.*) intiñir, *val.* întinge; *It. mer.* ntintu (*i. q. madidus*). *R.*]

[*variat in codd. c.*: inmittere: VEG. mulom. 2, 134, 5. tingere (*cf. l. 84*): CELS. 2, 24, 3. 3, 10, 1 PLIN. nat. 20, 185. TERT. praescr. 20, 3 (-endas *A*). CYPR. sent. episc. 18 p. 444, 11 (-tus *S* [*sic cod. S solus contra ceteros*: 27 p. 447, 1. 72 p. 457, 14]). VEG. mulom. 2, 131, 5 VVLG. Ruth 2, 14 Iob. 9, 31 Matth. 26, 23 Luc. 16, 24 EVAGR. alterc. p. 34, 9 B. *v. et p. 21, 29. 39. 41. 43. 47. 48.* *falso*: OV. fast. 2, 634 (*recte* infectas). PLIN. nat. 28, 234. COD. Iust. 11, 9, 3 (*a. 382; recte* tingere).]

[van Nes]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

I *structura originaria, i. q. madefacere (sc. immergendo vel in liquorem vel in vas sim. at nota evanidum sensum: madefaciendi l. 55. immergendi e. g. l. 20. 22. 26. 71. 72. p. 22, 15. peculiariter de aqua inficienda l. 20)*: A *generatim*: 1 *nude*: SCRIB. LARG. 142 penicillum -tum et non nimis expressum ex alterutro *medicamine (syn. Marcell. med. 28, 3* tinctum). QVINT. inst. 10, 3, 31 -untur calami. VVLG. Ioh. 13, 26 cui ego -tum panem porrexero ([βάψω, βάψας, ἐμβάψας *vv. ll.*]. *ibid.* cum -xisset [*v. p. 20, 69.* βάψας, ἐμβάψας *vv. ll.*]. LEO M. serm. 58, 4 p. 334C). PS. CYPR. cena 138 posuit Ionas acetum et Molassadon salem, prior -xit Cain. PRAEDEST. 1, 46 p. 603B cum de musto nec digitum -tum assumant *Manichaei*. ANTHIM. 10 -antur carnes. *in colorando (cf. l. 69 sqq.)*: OP. imperf. in Matth. 35 p. 828med. dictum est ... baptismum secundum similitudinem lanae -tae; sicut enim lana -itur ..., ut coloretur purpurea *eqs.*

2 *indicatur id, in quo alqs. (alqd.) -itur, per*: a *abl. (cf. tinguere aliqua re)*: CELS. 3, 10, 1 -tam isdem (*sc. rosa et aceto*) lanam sucidam (*v. p. 20, 78*). PELAGON. 311 floccum tomenti -tum oleo. VVLG. Iob 9, 31 sordibus -es me (ἔβαψας). *nota (v. l. 3 sq.)*: VITR. 8, 3, 18 acer et acidus sucus subest in ea terra, per quam egredientes venae -untur acritudine.

b *praep.*: α cum: ANON. med. ed. Piechotta 115 hervam ... cum melle -tum.

β ex: VITR. 8, 3, 5 *fontes* habent ... faecem, quae (*v. adn. cr.*) per potiones cum in corpus iniit et per venas permanando nervos attingit, ... eos durat ...; ita ... nervicos ... efficiunt homines, ideo quod ex durissimis et spissioribus frigidissimisque rebus -tas habent venarum raritates (*i. fere imbutas, v. l. 3*).

γ in *c. acc.*: CATO agr. 89 *turundas* in aquam -at (ITALA num. 19, 18 [Lugd.] -et *ysopum* in aquam vir mundus [βάψει. *Vulg.* tinxerit; -xerit *l. v.*]. PLIN. med. 3, 30. VVLG. Luc. 16, 24 ut -at [βάψῃ. *v. p. 20, 81*] extremum digiti ... in aquam [in aqua *l. v.*]). 156, 1 *brassicam* in acetum -ito. SCHOL. Stat. Ach. 1, 134 in Stygem paludem -xit *Achillem Thetis*. VVLG. lev. 4, 6 cum ... -xerit (*v. p. 20, 68. 69. gr.* βάψει) digitum in sanguinem (in sanguine *l. v.*). ORIG. in Matth. ser. 82 p. 194, 9 in quam *paropsidem* ... -bant carnes pascha edentes (*cf. l. 59*). *al. v. et l. 54. 61.*

δ in *c. abl.*: ① *in umore*: VITR. 2, 5, 3 *lapis* (*i. calx cocta*) -tus in aqua (ITALA num. 19, 18 [Aug. quaest. hept. 4, 33 p. 348, 3] hyssopum [βάψει, *Vulg.* tinxerit; -xerit *l. v.*]. PS. ORIG. tract. 1 p. 7, 4 digitum. PS. APVL. herb. 31 l. 4 herba argimonia ... in calida aqua -ta. PLAC. med. 6, 1 rec. β lana ... -ta in aqua, deinde in oleo [tinctam *rec.* α]. APIC. exc. 125). ITALA lev. 14, 51 (Hesych. in lev. 14, 51 p. 965C) -et omnia in sanguine passeris immolati (βάψει, *Vulg.* tinguet [-et *l. v.*]. VVLG. psalm. 67, 24 ut -atur pes tuus in sanguine [βαφῇ]. LEO M. epist. 120, 3 Conc.S II 4 p. 80, 3 in sanguine ... sacerdotis pollutas iampridem ... manus -xit). deut. 33, 24 (Ambr. patr. 9, 40. *al.*) -et *Aser* in oleo pedem suum (βάψει, *Vulg.* tinguat [-at *l. v.*]. lev. 14, 27 [Hesych. in lev. 14, 27 p. 957C] in quo -ens digitum [*Vulg.* tingens; -ens *l. v.*]. CHIRON 709. VEG. mulom. 2, 131, 5 *pastillos* in melle, oleo, vino passo, ovis -tos. *v. et l. 41*). CHIRON 82 lenteolum ... -es in aceto (723 [*v. p. 20, 67*]. VVLG. Ruth 2, 14 bucellam [*v. p. 20, 81*]. MARCELL. med. 1, 88 lanam). VEG. mulom. 2, 57, 1 papyrum ... -is in ovi crudi albumento. 2, 134, 5 (*v. p. 20, 77*). VVLG. I reg. 14, 27 -xit *virgam* in favo mellis (in favum *l. v.*). VITAE patr. 5, 4, 10 p. 865D -xi ... bucellam in sale (*v. l. 2 sq.* ANTHIM. 9, 28. *cf. l. 10*). ANTHIM. 10 -endo *lactantes* in oxymelli (RVF. podagr. 21). CASSIOD. var. 1, 2, 4 (*in colorando* [*cf. l. 69 sqq.*]) in ... rubicundis fontibus cum albentis comas serici ... moderator -xerit (*v. p. 20, 69 sq.*). *al. v. et l. 31. 34.* ② *in vase (cf. l. 35)*: HIER. in Eph. 4, 27 p. 511D post -tum panem in paropside (VVLG. Matth. 26, 23 qui -it [*v. p. 20, 68. gr.* ἐμβάψας] mecum manum in parapside [parapsidem *l. v.*]). VVLG. Marc. 14, 20 qui -it mecum in catino (manum *add. pars codd., gr.* ἐμβαπτόμενος. *syn. Itala cod. k* tinguet, *cod. f* manum mittit). ③ *audacius: in homine, fere i. q. infigere (sc. ita ut madefiat)*: RVSTIC. Conc.S I 4 p. 95, 20 gladium saevitiae -entes in me ac ... episcopo Memnone (*gr. I 1, 7 p. 148, 22* κατωθήσαντες).

c *adv.*: APVL. met. 2, 7, 6 illuc digitum -ere (*sc. in pulmentum, cf. ad l. de Jonge, qui ambiguitatem in voce* illuc *inesse opinatur*).

B *speciatim*: 1 *fere i. q. colorare (cf. l. 14. 57)*: PLAVT. Truc. 294 buccas rubrica, creta (*sc. vel aqua vel lacte diluta, cf. Blümner, Technol. IV p. 470*) omne corpus -xti tibi (*v. p. 20, 70*). APRING. in apoc. 1, 12 qui *martyres* rubicundo sanguine passionis -ti sunt (*antea*: sanguine ... coloratum).

2 *fere i. q. condire*: CELS. 2, 24, 3 oleae ... ex ... muria, eaedem aceto -tae (*v. p. 20, 78*). PLIN. nat. 20, 185 omnibus, quae condiuntur quaeque -untur (*v. p. 20, 78*).

3 *i. q. baptizare* (GENNAD. dogm. 40 [JThSt. 7, 1906, 97] *baptizandus* vel aspargitur aqua vel -itur. *cf. Teeuwen, Sprachl. Bedeutungswandel bei Tert. p. 47 adn. 1*): a *de baptismo Iohannis*: EVAGR. alterc. p. 34, 9 B. -tus est in Iordannem (in Iordane *l. v.*) *Christus* (*v. p. 20, 81*). CASSIOD. in psalm. 30 concl. salvator ... -tus aquis Iordanicis. b *de baptismo ecclesiae*: TERT. paenit. 6, 15 an alius est -tis (*v. p. 20, 73*) Christus, alius audientibus? 6, 20. praescr. 20, 3 nationes -endas in patrem et in filium et in spiritum sanctum (*v. p. 20, 78*). ITALA Matth. 28, 19 (Zeno 2, 13, 2 p. 431A) -entes eos (*sc. gentiles*) in nomine patris *eqs.* (βαπτίζοντες, *Vulg.* baptizantes). PS. CYPR. adv. Iud. 10 discunt qui olim docebant ... et -untur qui baptizabant et circumciduntur qui circumcidebant. HIER. in Matth. 28, 19 p. 218B doctas *gentes* -unt aqua (*seq.* baptizantur in nomine *eqs.*). p. 218C ut ... *gentes* fidei -rent sacramento. ACT. Petr. 5 p. 50, 28 dignum ..., quem -as in signo domini (*seq.* baptizavit). PASS. Paul. 15 ut credentes sacro fonte fueritis -ti et divinorum mysteriorum vivificatione sacrati.

c *de baptismo haereticorum*: CYPR. sent. episc. 18 p. 444, 11 ne qui haeretico errore infectus et -tus singulare et verum ecclesiae baptismum retractet accipere (*v. p. 20, 79*). 27 p. 447, 1 de his qui ab haereticis -untur et de tinguentibus loquitur *Salomon* (*v. p. 20, 80. seq.* qui aput illos baptizantur). 72 p. 457, 14 in haeresi -tos sive in schismate ad ecclesiam venientes censeo baptizari oportere (*v. p. 20, 80*).

II *structura inversa. infertur alicui (aut rei aut animanti) vel liquor vel qualitas*: VITR. 8, 2, 9 *aqua, quae loco sulphuroso percalefacta est*, fit frigida ...; sapor autem et odor et color eius non restituitur, quod -tus et commixtus est. 8, 3, 14 *pecora, quae biberunt e fluminibus quibusdam*, quamvis sint alba, procreant ... pulla ...: ita proprietas liquoris ... proseminat -tam sui cuiusque generis qualitatem. PS. APVL. herb. 75 l. 14 rec. β suco (*i.* sucum) in lana -at et nares sibi obturet. *huc pertinere videtur* VEN. FORT. vita Pat. 11, 35 *vir sanctus* benedicens oleum *signavit maxillas puellae mutae* ... et in ore eius -tum liquorem ponens interrogat (*i. ori illitum*).

deriv.: intinctio, [intinctor], intinctura, intinctus -(ūs).

intīno, (-āvī, -ātum), -āre. *ab* in *et* tina. *i. q. in tina deponere (syn.)*: ORIBAS. syn. 9, 57 La p. 391 tinas *oleo* inplentes -bant *arthriticos* (*gr. 9, 57, 4* ἐνεβίβαζον αὐταῖς [*sc.* πυέλοις]. *syn. Aa p. 391* in ipsa *tina* eum deponis). *van Nes.*

[ORIBAS. syn. 4, 37 La p. 40 pensa ... infusionis ista est, ut ex hoc solum et **intitor** frumentus ut nihil de illo remaneat (*'sine fermento' Arnaldi, ALMA 11, 1937, 109. malim e gr. 4, 37, 3 p. 147, 10* οὐ τὸ ἀνοιδῆσαι μόνον *restituere e. g.*: ut ex hoc ⟨non⟩ solum ⟨ext⟩et inflatior frumentus [*sequente lacuna*]).]

intitubābilis, (-e). *ab* in *et* titubare. *i. (qui) quae labefieri non potest*: CASSIOD. in psalm. 120 concl. p. 909A secundus gradus propheticos pedes -i firmitate continuit. 134, 2 p. 961C qui perseveranti et -i voluntate in ... credulitate consistitis.

intitubanter *adv.* *ab* in *et* titubanter. *fere i. q. certissima ratione*: BOETH. arithm. 2, 1 p. 79, 22 si quis ad alias inaequalitatis species animum tendat, candem convenientiam -r inveniet.

intitulō, -āvī, (-ātum), -āre. *ab* in *et* titulus. *cf. et Du Cange.* [*It. mer.* nticchiare (*i. metiri vineam vitiumque scrobes disponere*). *R.*]

i. q. inscribere (sc. librum sim.): RVFIN. apol. adv. Hier. 2, 8 p. 589A in ... libello, quem 'de optimo genere interpretandi' -vit *Hieronymus* (*i. epist. 57*). AVG. in psalm. 85, 1 p. 1082in. *psalmus* qui -atur 'oratio David'. PAVL. MED. vita Ambr. 18 in libro, qui 'de incarnatione domini' -atur (titulatur *Kaniecka* [*codd.* quattuor], int- *edd. priores*).

intiva *v. s.* intibus. *Hi.*

*intolerābilis, -e. *ab* in *et* tolerare. *cf.* tolerabilis. *v. Walde-Hofmann s. v.* tollo; *Ernout-Meillet*3 *s. v.* tolero. *scribitur passim -oll- e. g. l. 62. p. 23, 15. 37. 57. 24, 23.* *de formis*: *nota haplologiam (cf. Svennung, Beitr. z. lat. Lautl. p. 60)*: CIL XIV 2165 intorabilibus. *compar. inde a* CIC. *e. g. p. 23, 6. 42. 44. 69* (magis -is *p. 23, 15. 35. 24, 6*). *superl. deest* (maxime -is *p. 23, 36*). NOT. Tir. 63, 62. *de notione*: PORPH. Hor. carm. 2, 12, 5 'nimium *mero Hylaeum*' pro -i posuit. HIER. in psalm. 123 verbum ἀνυπόστατον apud Hebraeos ambiguum est et potest sonare 'quod non subsistat' et 'quod -e sit', hoc est 'quod nemo ferre queat' *eqs.* (PSALT. Rom. [= VVLG. psalm.] 123, 5 pertransisset anima nostra aquam -em [*v. l. 54*]. *aliter Itala* [*cod. α, Aug. in psalm. 123, 8 p. 1645*] aquam, ⌊quae est⌋ [⌊ ⌋ *om. Aug.*] sine substantia [*v. l. 60*], *cod. γ* aquam immensam [*cf. p. 23, 12*], *Hier. psalt. sec. Hebr.* aquae superbae; '-em' *explicat* CASSIOD. in psalm. 123, 5 p. 920A). *v. et p. 24, 16.* GLOSS. inportabilis. ἀνήκεστος -is, intolerandus (ἀνύποιστος. ἀφόρητος). *gr. respond.*: ἀνήκεστος *p. 23, 38. 48. cf. p. 24, 27.* ἀνυπόστατος *l. 59. p. 23, 11.* ἀνύποιστος *p. 23, 75.* ἀφόρητος *p. 23, 65. 76. 77. cf. p. 24, 24. 29* (οὐ φορητῶς *p. 23, 70*). δύσοιστος *p. 24, 10. cf. et l. 67.* *legitur inde a* PLAVTO, AFRAN., RHET. Her., CIC., *in versibus dactylicis ap.* LVCR. (*p. 23, 37*), IVV. (*p. 23, 34. 41*).

[*variat in codd. c.*: intolerandus: CIC. Verr. II 5, 119 -em (*V* [*s. IV*]). NOVELL. Valent. 23, 5 (*v. p. 25, 30*). intolerantius: FLOR. epit. 4, 12, 36. tolerabilis: GELL. 12, 5, 14. LVCIAN. Cypr. epist. 22, 2 p. 534, 14 tam -is (tamen tolerabilis, tam tolleravimus *vv. ll.*). OROS. hist. 4, 9, 1. insufferabilis: PS. PHILO antiq 16, 1. *ex coni.*: SEN. suas. 7, 1 (tolerabilius, alterius *trad.*, -is *Itali*).]

A *sensu passivo: qui (quod) tolerari, ferri non potest (sive indignatione animi commota [praevalente notione molestiae, e. g. p. 23, 3. 7. 19. 49. 53], sive viribus ad sustinendum non satis validis [praevalente notione potentiae maioris e. g. p. 23, 24. 37. 50. 68]. syn. et iuxta pos. selecta*: acerbus *p. 23, 32.* durus *p. 23, 33. 41. 63.* gravis *p. 23, 7. 20. 34. 45. 24, 6.* indignus *p. 23, 23.* magnus *p. 23, 26.* *acced.: dat.*

[Knauer]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

l. 6. 12. 13. 16. 25. 58. al. abl.: l. 8. ad *l. 46.* in *c. acc. l. 3*): 1 *usu generali*: a *de hominibus*: RHET. Her. 4, 40, 52 *reus* impius in parentes, ingratus in amicos ..., in omnis -is. CIC. Att. 16, 14, 1 sin ... vincitur *Octavianus*, vides -em Antonium. epist. 4, 3, 1 scirent, cum superiores ... tam crudeles fuissent, quicumque postea rem publicam oppressisset armis, multo -iorem futurum. LIV. 22, 40, 2 dictatori magistrum equitum -em fuisse. QVINT. inst. 6, 2, 16 *adversarios* graves et -es. SVET. Galba 14, 2 Cornelius Laco ... arrogantia socordiaque -is. APVL. apol. 92 mulier, quae aut tam -is fuit, ut repudiaretur, aut tam insolens, ut repudiaret. ITALA II Macc. 1, 13 (recc. LX) dux et qui cum ipso erant -is exercitus concisi sunt (ἀνυπόστατος ... δύναμις, *Vulg.* immensus. *sic gr.*: VVLG. II Macc. 8, 5 Macchabaeus -is gentibus efficiebatur). EVTR. 10, 9, 3 cum -is provincialibus, militi iniucundus esset, ... occisus est *Constantius*. AMM. 22, 3, 12 Eusebium ... elatum ideoque -em (*v. p. 22, 54*). 31, 14, 5 magis -is (*v. p. 22, 54*) ... in sanguinem saeviebat *Valens*. AVG. nat. et grat. 44, 52 p. 271, 11 cordibus Christianis *Pelagius*. *al.*

b *de rebus*: PLAVT. Aul. 533 incommoditates sumptusque -es. RHET. Her. 4, 1, 2 -i arrogantia sunt *rhetores* (CIC. Cluent. 109 quanta ignorantia sui, quam gravis atque -is arrogantia). 4, 18, 25 privatus -i superbia (LIV. 45, 31, 3 *Baebius* inflavit ad -em superbiam animos. IVST. 39, 1, 3 *regis*. AVG. doctr. christ. 1, 23. *al.*). CIC. inv. 1, 22 usus arrogans et -is. S. Rosc. 129 quae ... mihi ... indigna et -ia videntur. 131 Iuppiter ... nimio calore aut -i frigore hominibus nocuit (LIV. 21, 58, 1. SEN. epist. 90, 16 corpori nudo. *al.*). Verr. I 35 -is potentia *Hortensii* (VAL. MAX. 6, 2, 9). II 5, 119 o magnum atque -em (*v. p. 22, 73*) dolorem (ac. 2, 23 Tusc. 1, 111. 5, 3 morbos insanabilis et dolores -is. ad Q. fr. 1, 4, 4 CELS. 2, 10, 6. 4, 2, 2 circa tempora. *al.* HIER. epist. 60, 1, 1. *saepe*). leg. agr. 2, 63 cognoscite ... immensos atque -es quaestus. dom. 3 petulantia. 115 hominis -em audaciam. Vatin. 19 cogitarisne in tuo -i non regno ... sed latrocinio augur fieri. Cael. 2 -i lubidine et nimis acerbo odio. Pis. 48 intermissa -is aedificatio. orat. 26 dura, odiosa, -ia esse dicit *verborum pondera*. 220 -e vitium *orationis* (SEN. benef. 7, 27, 3 *indignari* grave vitium, est -e. IVV. 6, 413 nec ... id vitium magis -e quam *eqs.* COD. Theod. 7, 13, 7 haec duo vel maxime -ia iudicamus). Tusc. 4, 14 metus opinio impendentis mali, quod -e (*v. p. 22, 54*) esse videatur (LVCR. 6, 115 -bus ... malis erat anxius angor. RVSTIC. Conc.S I 4 p. 49, 21 [*gr. I 1, 5 p. 132, 30 ἀνηκέστοις*]. *al.*). 4, 37 beatus, cui nihil humanarum rerum aut -e ad demittendum animum aut nimis laetabile ad ecferendum videri potest (SEN. dial. 5, 16, 1. epist. 91, 19; *syn.* durum. IVV. 6, 460 [*del. Paldamus*] -ius nihil est quam femina dives. *al.*). nat. deor. 2, 127 insectantes odoris -i foeditate depellunt *bestiae* (*cf.* CELS. 5, 28, 3B odor). Lael. 54 nec quicquam fortunato -ius fieri potest. 76 iniuria (VAL. MAX. 8, 1 absol. 6; *syn.* graves. VLP. dig. 1, 6, 2. *saepe*). Att. 3, 10, 2 cetera -ia. 11, 13, 1 omnia ... -ia ad dolorem. epist. 3, 7, 3 tributa. 12, 4, 1 postulata. 12, 23, 1 o multa - a locis omnibus (RVSTIC. Conc.S I 4 p. 36, 10 [*gr. I 1, 5 p. 121, 25 ἀνήκεστα, cf. p. 24, 27*]). ad Q. fr. 1, 1, 40 avaritia, ... insolentia ... -is videbatur. LIV. 1, 53, 5 filius ... patris in se saevitiam -em conquerens (GAIVS inst. 1, 53). 6, 32, 8 -is Romana vis (30, 35, 6. 44, 41, 6. *al.*). 27, 19, 4 regium nomen ... Romae -e. 40, 45, 2 tempestas (CVRT. 5, 6, 12). SEN. contr. exc. 8, 6, 3 -is silentii eruptio *sunt lacrimae*. suas. 7, 1 -is (*v. p. 22, 78*) in malo ingenio felicitas. 7, 10 condiciones (*al.*). *al.* VAL. MAX. 1, 6, 3 mora. 6, 2 ext. 2 omnibus Dionysii exitium ... propter ... -ia onera votis expetentibus (6, 4 ext. 4. 7, 4, 4). *al.* SEN. benef. 2, 17, 2 est ... -is res poscere nummos et contemnere (dial. 11, 4, 2. *al.*). 7, 2, 3 *perturbatio* quae -is (*v. p. 22, 54*) ex alto venit. dial. 2, 15, 3 illud tolerabile sapienti, illud -e. *al.* CVRT. 4, 7, 6 aestus (MELA 3, 71). COLVM. 1, 8, 9 nullus dies tam -is (*cf. 11, 1, 21* omnis ... dies ... tolerari possit). *al.* MELA 3, 36 rigor (*al.*). FRONTIN. aq. 114 fraus *aquariorum*. GELL. 12, 5, 14 *fortitudo est scientia* rerum tolerandarum et non tolerandarum, per quod apparet esse quaedam -ia (*v. p. 22, 75*). TERT. resurr. 37 p. 79, 2 durum et -em ... sermonem. *al.* ITALA II Macc. 9, 10 (rec. L) *Antiochum* nemo poterat portare propter -em foetoris gravitatem (ἀφόρητον βάρος. *Vulg.* intolerantiam. *cf. p. 26, 8*). CYPR. epist. 31, 8 p. 564, 12 -em festinationem communicationis exposcunt *lapsi*. *al.* NOVATIAN. trin. 18 p. 918C *mediocritas humana* -i fulgore *dei* percussa (*cf.* HIL. trin. 5, 23 p. 145A lux. *al. v. et p. 24, 34*). PANEG. 8, 10, 4 imperii contumelia eo ... -ior ... quod *eqs.* (CONC.S I 2 p. 76, 12 [= I 3 p. 100, 14; *gr. I 1, 3 p. 16, 24 οὐ φορητῶς*]). VICTORIN. POETOV. in apoc. 7, 2 ad restituendas ecclesias ab -i persecutione (*al.*). AVG. civ. 3, 17 p. 124, 14 D. pestilentia (OROS. hist. 3, 22, 5). pecc. orig. 29, 34 p. 193, 20 -bus peccatis homines ... submersos (*cf.* RVSTIC. Conc.S I 4 p. 16, 18 peccatorum tyrannis [*gr. Isid. Pelus. epist. 4, 100 p. 1165A ἀνύποιστος*]). *al.* CONC.S I 3 vers. Tur. p. 20, 21 -em ... indignationem *dei* (*gr. I 1, 1 p. 26, 13 ἀφόρητον*). EVSTATH. Bas. hex. 5, 2 p. 912A formido (*gr. p. 100A ἀφόρητος*). *al.*

2 *in structura impersonali* '-e est' *sim. (add. pron. neutr. l. 81. 83. p. 24, l. 6)*: *pendet*: a *inf.* (*cf. et l. 56*): CIC. Phil. 3, 12 -e est servire impuro. SEN. dial. 11, 6, 2 carere patria. QVINT. decl. 344 p. 358, 27 hoc ... -e est lugere viventem. AVG. epist. 27, 1 p. 96, 2 istam appellare tolerantiam. *c. compar.*: CIC. fin. 4, 20 quid ... perversius, quid -ius, quid stultius, quam bonam valitudinem ... ponere in bonis.

b *enuntiatum per*: quod: SEN. contr. 9, 6, 10 illud ... -e esse ..., ⟨quod⟩ (*suppl. Bursian*) induxerat Cestius matrem dicentem *eqs.* SEN. epist. 83, 25 -e erat, quod ebrius fiebat, cum haec faceret: quanto -ius, quod haec in ... ebrietate faciebat. SVET. Iul. 78, 2 tanto -ius est visum, quod ipse ... adeo indignatus sit. SALV. gub. 7, 92 illud gravius ac magis -e, quod hoc faciunt et privati. *similiter sensu e praecedentibus repetendo*: CONC.S I 3 Rustic. p. 195, 21 oblivisceretur ..., quod iniuriam passus esset ..., licet valde difficile et paene -e esset (*sc. difficile esset oblivisci, -e, quod i. passus esset. gr. I 1, 4 p. 21, 14 δύσοιστον ὄν*). si: PRISC. rhet. 3, 14 p. 554, 18 si rex non vigiliis consulat. ut: AVG. civ. 21, 25 p. 538, 2 D. quam sit -e atque a sana doctrina ... devium, ut multi ... meliores habeant causas.

B *sensu activo: i. q. laboribus tolerandis impar, qui (quod) alqd. tolerare non potest*: AFRAN. com. 255 quod si fecissem paulo saepius, didicisset ferre et non esse -is (NON. p. 125, 20 *ad l.*: -is, id est qui tolerare non possit). CAES. AREL. serm. 120, 4 p. 481, 8 (*ex scriptore incerto*) luxuria ... facit corpus -e.

adv. **intolerābiliter**. *legitur in sermone pedestri inde a* COLVM.; *compar. inde ab* AVG. (*v. l. 52*); *superl. deest.* [*e coni.*: PORPH. Hor. carm. 3, 14, 28 (*Pauly*, tolerabiliter *trad.*).]

1 *sensu passivo: fere ita, ut tolerari, sustineri non possit*: a *c. verbis*: COLVM. 1, 4, 9 loca ... frigoribus hiemis -r horrent. RVFIN. Greg. Naz. orat. 9, 2, 3 p. 266, 13 malum ... -r (*v. p. 22, 54*) proficit (*gr. p. 13B τὸ κακὸν ἄσχετον καὶ ἀφόρητον*). AVG. gen. ad litt. 10, 2 p. 297, 24 dure atque -r diceremus (*opp. antea*: illud credibilius vel tolerabilius dici visum est). RVSTIC. Conc.S I 4 p. 49, 10 -r ... minantes (*gr. I 1, 5 p. 132, 18 τὰ ἀνήκεστα, cf. p. 23, 48*). DIONYS. EXIG. Conc.S IV 2 p. 197, 27 -r ... tristis auditus consuevit animam vulnerare (*gr. p. 187, 5 ἀφορήτως*). FVLG. RVSP. c. Arrian. 6 p. 216A ne ... deus pater -r blasphemetur (GILD. Brit. 93 chron. III p. 77, 29). GILD. Brit. 1 chron. III p. 26, 4 quod *Hieremiae* -r ... ad cumulum doloris crescebat. GREG. M. moral. 5, 52 p. 707B acies infirmitatis nostrae non sustinet hoc, quod de ... aeternitatis radio super nos -r fulget (*cf. p. 23, 68*). PELAG. defens. 4 p. 30, 21 maledicta ... -r egesserunt. b *c. adi.*: AVG. epist. 43, 8, 24 *Donatistae* -r mali sunt propter schisma. 93, 11, 48 nonne tibi videtur quasi -r indignum? EPIST. pontif. 1056 Conc.S IV 2 p. 131, 43 discordes vos -ius ingemesco. FVLG. RVSP. ad Monim. 3, 1 p. 196B legalis disputatio legi dei -r inimica.

2 *sensu quasi activo, fere i. q. impatienter*: a *in universum*: PORPH. Hor. carm. 3, 14, 28 irasci -r (*v. l. 20*) solitum. RVFIN. Orig. in cant. 1 p. 90, 19 ad amorem ... -r inflammarer (*om. gr.*). VITA Eugen. 8 p. 611A -r lugentes *Claudiam* (APON. 5 p. 89. *cf.* MYTHOGR. 1, 198 flentes). b *in certis locut. q. s.* -r ferre, pati (*l. 51*), tolerare ([*in fig. etym.*] *l. 52*): SERV. auct. Aen. 9, 478 si quid *Euryalo* ... accidisset, -r *matrem* ... laturam (*cf. antea*: impatientiam matris). CLAVD. DON. Aen. 3, 325 p. 312, 9 'servitio enixe tulimus': ... 'fastus' eius -r 'servitio tulimus'. AMBR. Iac. 1, 8, 36 p. 27, 1 non -r feret, quod habet natura. RVFIN. Orig. princ. 2, 10, 5 p. 178, 20 malorum nimietates aliquanti -r ferentes mortem subire ... tolerabilius habuere. AVG. civ. 3, 21 p. 132, 25 D. *mala* -r homines patiuntur. epist. 27, 1 p. 96, 4 esse sine te fortasse -ius toleraretur (*cf. totum locum* [*lus. verb.*]).

deriv.: intolerabilitas.

intolerābilitās ἀφορητότης. ἀνυποιστότης GLOSS. *ab* intolerabilis.

intolerābiliter *v. l. 18.*

***intolerandus**, -a, -um. *ab* in *et* tolerandus (*cf. Leumann, Adj. auf -lis p. 90 adn. 2*). *scribitur* -oll-: VVLG. num. 11, 10 (*l. v.*). OROS. hist. 3, 23, 36. *al. cf.* intolerabilis (*v. p. 22, 54*), *ubi haec geminatio frequentior.* *de formis: compar. deest (eius vice fungitur* intolerabilior, *v. p. 22, 56*). *superl. semel ap.* RVSTIC. *v. p. 25, 23.*

de notione: *v. p. 25, 61.* GLOSS.L II Philox. IN 695 -um ἀφόρητον. GLOSS. ἀνυπομένητος. *legitur (rarius quam* intolerabilis) *inde a* PLAVTO, PACVV., CIC., *saepius ap. rerum scriptores, e. g.* HIRT., SALL., LIV., TAC.; *versu dactylico solus habet* DRAC. *v. p. 25, 25.*

[*variat in codd. c.*: intolerabilis: CIC. Verr. II 5, 119 *v. p. 22, 73. al.* tolerandus: GELL. 20, 1, 8. *e coni.*: LIV. 25, 26, 7 (*ed. Rom. 1469*, toleranda *trad.*).]

fere qui (quod) tolerari, ferri non potest, intolerabilis, non ferendus (sc. sensu passivo. c. dat. l. 79. p. 25, 4. 8. 9. 18. 19. 29. nota figuram etymologicam p. 25, 23): A *usu generali*: 1 *de animantibus (deo l. 72, avaritia quasi belua l. 75)*: PLAVT. Trin. 826 Neptune, ... te omnes ... commemorant spurcificum, immanem, -um, vesanum. CIC. Vatin. 23 fuerisne non tribunus plebis, sed -us ex caeno ... atque ex tenebris tyrannus. SALL. (?) rep. 2, 8, 4 (*in comparat.*) avaritia belua fera immanis -a est. IVST. 41, 2, 8 -i forent *Parthi*, si quantus his est impetus, tanta et perseverantia esset.

2 *de rebus*: PACVV. trag. 164 tristitia atque animi -a anxitudine. CIC. S. Rosc. 36 hominum ... perniciosam atque -am potentiam ... opprimere debetis. Verr. II 2, 111 acerbum omnibus atque -um *exemplum* (3, 99 hoc. 4, 78 res indigna atque -a). Font. 44 immani atque -ae barbariae resistemus. leg. agr. 1, 15 perspicite ... rerum infinitam atque -am licentiam. 2, 57 hoc quantum iudicium, quam -um, quam regium sit *eqs.* (SALV. eccl. 3, 13 iturus es ... ad tremendum ... -umque iudicium [*sc. novissimum*]). 2, 91 Campanam adrogantiam

[*Knauer*]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

atque -am ferociam. off. 3, 100 nihil . . . -um putare. HIRT. Gall. 8, 4, 1 brumalibus diebus, . . . frigoribus -is (LIV. 22, 1, 1. *cf.* 21, 56, 6 vis frigoris). SALL. Catil. 10, 6 imperium ex iustissimo . . . crudele -umque factum. 58, 14 illa foeda atque -a viris videbantur. Iug. 14, 11 Iugurtha -a audacia scelere atque superbia sese efferens (GELL. 20, 1, 8). LIV. 3, 9, 10 tribuniciam potestatem invisam -amque facere (*syn.* 3, 9, 2 imperium . . . nec tolerabile liberae civitati). 5, 14, 3 hiemem. 5, 48, 9 -a Romanis vox 'vae victis'. 9, 1, 8 ad deos vindices -ae superbiae confugiam (*al.*). 10, 16, 7 regno. 24, 5, 11 -is patientiae humanae cruciatibus. 25, 26, 7 vis aestus ([*v. p. 24, 66 sq.*]. *cf.* CVRT. 8, 9, 13 -us aestus). 27, 31, 5 libidine. SEN. dial. 11, 7, 4 infelicis soli vitia. epist. 71, 23 haec, ad quae . . . inbecilli sumus, dura atque -a credimus (*sic syn.*: EVGRAPH. Ter. Ad. 855). PLIN. nat. 8, 29 dolore (*al.*). 37, 41 mendaciorum inpunitas. TAC. hist. 2, 84, 2 quae gravia atque -a, sed necessitate armorum excusata (PS. CIC. exil. 13 gravia atque acerba, . . . misera atque -a. LACT. inst. 7, 15, 2). 3, 26, 2 -us tam longi itineris labor (*al.*). ann. 12, 10, 1 adversus dominationem Gotarzis nobilitati plebique iuxta -am. GELL. 10, 12, 1 multa . . vana atque -a auribus . . . tradit Plinius. PANEG. 3, 9, 1 -i tributi mole depressi. AVG. civ. 2, 18 p. 76, 7 D. mala . . . vel tolerabiliora superius vel post eversam Carthaginem -a et horrenda (*al.*). COD. Theod. 1, 16, 7 officialium . . . -i impetus. VINCENT. LER. 15, 21 blasphemia. RVSTIC. Conc.[S] I 4 p. 228, 2 antiqua . . . tolerantia, quae nunc -issima iudicatur. CAEL. AVR. chron. 3, 2, 36 sitis. POMER. 2, 23, 2 p. 470[A] non tolerandae necessitati, sed -ae cupiditati servire. DRAC. laud. dei 3, 446 -a . . . toleravit *Saguntum*. *al.*

B -um est (*om. copula l. 29. 30*) *c. inf.* (*acc. c. inf. l. 28*): CIC. leg. agr. 2, 61 est iniquum . . . turpe . . . -um hos decemviros portitores . . . constitui. TERT. paenit. 10, 2 -um scilicet pudori domino offenso satisfacere. NOVELL. Valent. 23, 5 -um (*cf. p. 22, 74*), nimis execrabile, non ferendum induere nomen . . . sanctitatis et abundare criminibus.

C *acc. n. sg.* -um *pro adv.*: GELL. 17, 8, 8 aula . . . oleo indiget et . . . -um fervit.

intolerāns, -antis *adi.* *ab* in *et* tolerare (tolerans). *compar. et superl. inde a* LIV. *de notione v. l. 61.* *legitur inde a* LAEV., CIC. (*adv.*). [*variat in codd. c.* intolerabilis: FLOR. epit. 4, 12, 36 (*v. p. 22, 74*). *e coni.*: TAC. ann. 12, 1, 1 (*Muretus*, intonanti *trad.*).]

A *active*: 1 *fere i. q. impatiens* (*non nisi c. gen. obi.*): a *de hominibus*: LIV. 5, 48, 3 quorum (*i. pulveris et aestus*) -issima gens *Gallorum* (*cf. l. 48*). 9, 18, 1 *secundarum rerum* nemo -ior fuit *quam Alexander*. TAC. hist. 4, 80, 1 superbia viri (*i. Antonii Primi*) aequalium quoque, adeo superiorum -is. ann. 1, 31, 4 multitudo . . . laborum -s (*v. et l. 48*). 12, 1, 1 Claudio caelibis vitae -i (*v. l. 38*). ANIAN. Chrysost. hom. 4, 5 p. 1009 *virgo* quantum honestatis amans, tantum famae turpis -s (*gr. p. 45* οὐ φέρουσαν τὴν αἰσχύνην). b *de rebus*: LIV. 10, 28, 4 Gallorum . . . corpora -issima laboris atque aestus (27, 48, 16. *v. et l. 44*). PS. RVFIN. (= IVLIAN. AECL.) in Os. 11, 3 p. 1017[B] vis . . . conquestionis erumpat quasi etiam brevis dissimulationis -s.

2 *fere i. q. non indulgens, immitis, superbus* (*c. dat.; ad similitudinem vocis* 'insolens' *accipi potuit sensu quasi pass. [v. l. 58] pro* 'intolerandus', *cf. Hofmann, IF 38, 1917–20, 185*): a *de homine*: TAC. ann. 11, 10, 3 *Vardanes* ingens gloria atque eo ferocior et subiectis -ior. b *de rebus*: TAC. ann. 3, 45, 2 quam decora victoribus libertas, quanto -ior servitus iterum victis (*v. Nipperdey-Andresen ad l.*).

B *passive* (*comparativus [sic et l. 51 sqq.] ubique praeter l. 59*): LAEV. carm. frg. 9 curis -bus (*interpretatio nititur testimonio* GELL. 19, 7, 10 *verba* nove aut insigniter *dicta* . . . in Laeviano illo carmine . . . erant . . . huiuscemodi: . . . 'curis -bus' pro 'intolerandis'). GELL. 13, 8, 5 nihil . . . fieri posse indignius neque -ius . . ., quam quod homines ignavi *philosophiam* . . . in . . . verborum . . . artes converterent. AMM. 21, 16, 17 hoc multis -ius videbatur (*cf.* TAC. *l. 54 sqq.*).

adv. **intoleranter.** *scribitur* -oll-: CIC. Tusc. 2, 22 (*l. r.*). *compar. et superl. ap.* CIC.

fere i. q. immoderate, impatienter (*indignanter l. 71*): CIC. Vatin. 29 de tuis divitiis -issime gloriaris (*cf.* de orat. 2, 209 -ius se iactant. AMM. 28, 1, 57 Maximinus . . . -r se efferens). Tusc. 2, 22 cum . . . Herculem tam -r dolere videamus. CAES. Gall. 7, 51, 1 -ius Gallos insequentes legio X tardavit. GELL. 15, 4, 3 rem tam -r tulisse populum Romanum. AMM. 29, 1, 20 *Valens* -r irascebatur.

deriv.: intolerantia.

intolerantia, -ae *f.* *ab* intolerans (*cf.* tolerantia). *scribitur* -oll-: CASSIAN. conl. 9, 29, 2. *legitur inde a* CIC., TAC., SVET. [*falso trad.*: AVG. epist. 27, 1 p. 96, 3.]

A *de vitio animi* (*nota definitionem Epicteti ap.* GELL. 17, 19, 5 duo esse vitia . . . gravissima ac taeterrima, -am et incontinentiam, cum aut iniurias, quae sunt ferendae, non toleramus neque ferimus, aut *eqs.*): 1 *fere i. q. superbia* (*syn. l. 82*), *adrogantia, intemperantia* (*saepe c. gen. subi.*): CIC. Cluent. 112 quis *Quinctium* cum illa superbia atque -a ferre potuisset? leg. agr. 2, 33 perspicite quanta potestas permittatur; non privatorum insaniam, sed -am regum esse dicetis. TAC. Agr. 20, 1 *pax* vel incuria vel -a priorum *ducum* haud minus quam bellum timebatur. SVET. Tib. 51, 1 *codicilli* de acerbitate et -a morum *Tiberii* (AMM. 26, 6, 8). 2 *fere i. q. impatientia* (*c. gen. obi.*): CASSIAN. conl. 5, 11, 2 monasterii odium gignitur atque exinde horror et -a . . . concrescit habitaculi.

B *fere i. q. intolerabilis gravitas* (*sc. rei malae, aliter de immensitate gaudii non ferenda l. 11*): HIL. trin. 10, 55 p. 387[A] rerum acerbitas et -a doloris . . . filium hominis in lacrimas dissolvit. VVLG. II Macc. 9, 10 propter -am foetoris ([*gr. v. p. 23, 65*]. RVFIN. hist. 3, 6, 15 sepeliri mortuos iusserant foetoris -a [*gr.* τὴν ὀσμὴν οὐ φέροντες]). OROS. hist. 5, 15, 15 cum . . . Romanos . . . aestus solis, -a sitis, mortis circumstantia . . . defatigaret. CASSIAN. conl. 9, 29, 2 lacrimarum fontes de -a gaudii et alacritatis immensitate.

intolerātus, (-a, -um). *ab* in *et* tolerare (toleratus). *i. q. nullis cibis recreatus, nutritus*: CAEL. AVR. acut. 2, 19, 124 (*antea opp.*: cum nullus vehementiam passionis sustinere valeat, nisi nutrimento quamvis parvo toleratus) -um in ceteris relinquendum temporibus aegrotantem . . . indicavit *Hippocrates*.

intolero, -āre. NOT. Tir. 63, 60 -at (*verbum fictum esse putat Heraeus, ALL 12, 1902, 45*). *cf.* intolerandus, intolerans, intoleratus. *Knauer.*

intollo, -ere. *ab* in *et* tollere. *fere i. q. tollere, edere*: APVL. met. 8, 26, 2 *cinaedi* exultantes . . . effeminata voce clamores absonos -unt.

intondeo, -ēre. *ab* in *et* tondere. *fere i. q. tondere*: COLVM. 11, 3, 31 servandum est, ut . . . omnes radiculas *porri* amputes et fibrarum summas partes -as. *Hi.*

[a]**intono,** -uī (-āvī *v. l. 28*), -ātum (*v. l. 31*), -āre. *ab* in *et* tonare. *de formis*: -avit: MAX. TAVR. *v. p. 28, 68* (*l. v.* -uit). EPIPHAN. *v. p. 29, 6.* -averit: PAVL. NOL. *v. 29, 15.* -avisset: IVL. VAL. *v. p. 28, 47* (*l. v.* -uisset). *p. p. p.* -tus: *usurpatur active*: HOR. epod. 2, 51 *v. l. 72* (PRISC. gramm. II 571, 1 *ad l.* -ta dixit non intonita). *p. fut.* -turus: SIDON. *v. p. 27, 22.* NOT. Tir. 72, 24 -at. *gr. v. p. 27, 47. 49. 28, 67. cf. et p. 29, 30.* *de usu (cf. l. 30. p. 29, 33): adhibetur fere praes. (fut.) et perf. (imperf. bis: p. 27, 37. 28, 38).* *legitur ap. poetas (cf. Norden, Aen. VI² p. 287 vs. 607) inde a* CIC., VERG., CVLICE (*p. 28, 2*), HOR., PROP., OV.; *ap. scriptores inde a* CIC. *p. 28, 79,* LIV. *p. 28, 45,* SEN. fil. *l. 74. p. 28, 9 per totam latinitatem.* [*var. lect.*: inson-: VERG. Aen. 8, 239 *v. l. 70.* LVCAN. 5, 633 *v. l. 77.* CLAVD. 14, 35 *v. p. 29, 7. al. v. et p. 28, 3.* OV. met. 6, 695 *v. s.* insonare. increpat: VERG. Aen. 6, 607 *v. p. 28, 1. v. et p. 48, 10.*]

fere i. q. tonare (*hic illic vigente notione q. e. aut* '*valde*' *aut* '*subito*'):

I *sensu stricto*: *de tonitru* (*et inde de fragore ingenti v. p. 27, 10, de voce [cf. p. 27, 75] quasi tonante v. p. 27, 26. adhibetur intransitive; c. acc. [cf. p. 28, 42] p. 27, 29. transitive [cf. p. 27, 81] p. 27, 29. 46. 53. 64*): A *subi. est*: 1 *deus* (*de deo Christ. v. p. 27, 24. acced.: dat. l. 53. 60 sq. abl.: loci l. 50. 57. 58. instr. l. 65. praep.:* ab *l. 51. 61. 63.* de *l. 54.* ex *l. 58.* super *c. acc. l. 58. enuntiat. per* quod *consecut. l. 59*): a *Iuppiter*: CIC. carm. frg. 7, 12 (= 19, 12 B.) partibus -uit caeli pater ipse sinistris. VERG. Aen. 7, 142 pater omnipotens ter caelo clarus ab alto -uit ([CLAVD. DON. *ad l.* p. 22, 29 ter . . . -uit, ne si semel factum fuisset, casus putaretur. *cf. l. 58. 63. p. 27, 4. 71*]. VAL. FL. 1, 591 -uit . . . ex aethere ventis omnipotens. 3, 252). 9, 628 caeli genitor de parte serena -uit laevum (*cf. p. 27, 69*). OV. met. 2, 311. trist. 5, 14, 27 cum deus (*subintellegendus Augustus, cf. l. 62*) -uit, non se subducere nimbo *eqs.* SEN. Thy. 1080 tu, summe caeli rector, . . . omni parte violentum -a. VAL. FL. 4, 412 -at alto . . . caelo. SIL. 1, 537 super ipsas bis (*v. l. 53*) pater -uit geminato fulmine pugnas. 12, 657 -at ipse, quod tremat . . . Rhodope Taurusque. STAT. silv. 4, 3, 161 donec . . . renatae Tarpeius pater -bit aulae. ROMVL. fab. 27, 22 rec. vet. Iuppiter -ans ab aethere ita respondisse fertur. b *Dis* (*l. 63*), *Nero* (*cf. l. 56. v. et p. 27, 5*): STAT. Theb. 11, 411 ter (*v. l. 53*) nigris avidus regnator ab oris -at. BVC. Eins. 1, 29 *Nero* dignus utroque ⟨deo⟩ (*i. Iove et Phoebo*) stetit ostro clarus et auro -uitque manu (*v. app. cr.*).

2 *res aliqua naturae, quae vel ipsa -are vel tonitru resonare dicitur* (*acced.: dat. l. 73. abl.: loci l. 79. instr. p. 27, 3. praep.:* ab *l. 82. 83.* ex *l. 84.* per *p. 27, 2.* sine *l. 81*): VERG. Aen. 1, 90 -uere poli et crebris micat ignibus aether (EVG. TOLET. carm. 101, 7 *aestate* polus . . . -at tristis *eqs.*). 8, 239 impulsu *silicis* quo maximus -at (inson- *R*) aether (GERM. frg. 3, 5 fulmina . . . iaculatur Iuppiter et tunc -at . . . violentior . . . aether. CORIPP. Ioh. 1, 290 imperio *dei*). HOR. epod. 2, 51 si quos *scaros* Eois -ta (*act.*) fluctibus hiems (*i. fere procella hiemalis*) ad hoc vertat mare. SEN. nat. 2, 54, 2 *aer inclusus* fugam quaerit et cum sono evadit . . . eoque vehementius -at *eqs.* 6, 2, 4 nisi caelum -uerit (PS. QVINT. decl. 12, 16 p. 233, 5 micant ignes, -at caelum. APVL. mund. 12 [*cf. gr.* π. κόσμ. *4 p. 395ᵃ, 13*]. *al.*). LVCAN. 5, 633 tum superum convexa tremunt atque arduus axis -uit (inson- *l. v.*). VAL. FL. 2, 366 magnis cum fratribus Eurus -at Aegeo (SIL. 17, 249. *sic de ventis frementibus*: APVL. mund. 13 [*ex Gellio 2, 22, 9 excerpta sunt, v. app. prior.*] boream *nominant* . . . ἀπὸ τῆς βοῆς, quod non sine clamore soleat -are. ISID. nat. 37, 2 [= SVET. frg. p. 229, 6] subsolanus . . . ab ortu solis -at. 37, 3 [= SVET. frg. p. 230, 6] ventus a dextris -ans austri. 37, 4 [= SVET. frg. p. 231, 4] ex . . . dextro latere. *in imag.*: VITA Marcell. Ebred.

[I. Kapp]

THESAURUS

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

[BHL 5227] 20 p. 755 dura ... infirmitatis [*i. pestilentiae*] procella per diversas mundi partes -uerat). SIL. 7, 574 *rapitur* procellā nunc huc nunc illuc ... mare et -at undis (STAT. Ach. 1, 453 Caphereus ... ter monte, ter undis -uit). 8, 654 Vesbius -uit scopulisque in nubila iactis *eqs.* CE 254, 4 *tu*, Iuno (*nomen pro 'aëre' est, cf. CIL VIII 4635*) ... fratre (*i. Iove, sc. aëre superiore et tenuissimo, cf. Gramm. suppl. 234, 33*) c⟨adente⟩ -as nubigenam terris largita mado⟨rem⟩. *al. huc fortasse referendum*: PS. DAMAS. epigr. 86 a, 1 -uit metuenda (veneranda *l. v.*) dies, surrexit in hostem, impia tela mali vincere cum properat.

3 *fragor (cf. p. 29, 20) sc. de tonitru et inde de strepitu qualicumque (de hominum clamore et plausu l. 15. 20. 23. cf. p. 28, 79 sqq. c. dat. l. 19)*: PHAEDR. app. 14, 26 repente caelum ... ventis movetur, -at mundi fragor. CALP. ecl. 1, 86 ut neque translati sonitu fragor -et orbis (*i. sine strepitu tumultuque orbis ab orbis domino ad successorem tradatur*). STAT. Theb. 3, 669 rursus fragor -at ingens hortantum. AVIEN. Arat. 1427 si moles magna *caloris et umoris* ... occurset, ... compulsu aerio fragor -at amplaque late murmura discurrunt. AMM. 16, 10, 9 Augustus ... appellatus ⟨non m⟩o⟨n⟩tium (*v. app. cr.*) litorumque -ante fragore (*per echo*) cohorruit. 20, 7, 14 trepidis ... superatorum auribus ululantium undique Persarum -ante fragore ... proelium ... exarsit. MART. CAP. 2, 123 fulgura cur rutilescant, fragor -et unde resultans ... canimus. SIDON. epist. 9, 14, 8 officii ... est nostri auditoribus ... praeparare aures fragoribus -turis.

4 *deus Christianorum (cf. p. 26, 47): tonat aut deus de caelo (sive per tonitrum [c. abl. modi* fragore *l. 34. cf. l. 69], sive in comparatione per vocem [e. g. l. 42, cf. l. 74. 75.* c. abl. instr. voce *l. 33] tamquam tonitrum sonantem) aut dei vox ipsa (e. g. l. 37. 43;* tuba *l. 50; Christi veritas l. 51, cf. l. 37,* spiritus sanctus *l. 60. acced.: orat. dir. l. 38 sqq. 42 sqq. acc.: obi. intern. l. 54. 56. obi. direct. l. 46. 53 [cf. l. 81. p. 26, 45 sq.]. dat. l. 54. 60. abl. v. l. 25. praep. loci:* de *l. 47.* ex *l. 37. 59.* per *l. 57. 63.* super *c. acc. l. 33. ceterae:* de [*i. super*] *l. 52. 55.* in *c. acc. [i. adversus] l. 61.* per *instr. l. 50. acc. c. inf. l. 36)*: TERT. ieiun. 7 p. 281, 31 dominus -uit voce magna super allophylos (VVLG. I reg. 14, 10 -uit ... fragore magno ... super Philistiim. AVG. conf. 10, 36, 59 -as super ambitiones saeculi). POTAM. tract. 1 p. 1413B (= p. 301, 62 W.) Lazarum ... resurgere posse, si ista crederent, sacratissima vera dei pietas -bat. GAVDENT. serm. 19, 9 G. vox *dei* ... e caelo -at dicens (*seq. or. dir. [v. l. 79], sic*: PS. PHILO antiq. 54, 2 -uit dominus et dixit: '...'. AVG. civ. 19, 23 p. 398, 5 D. vetat -ans in lege sua ... minaciter dicens: 'sacrificans' *eqs. al. cf. l. 42*). AMBR. hex. 1, 3, 10 p. 9, 4 cum -at deus, quasi in circuitu omnia commoventur. HIER. epist. 65, 13, 7 ipsum dominum sentiat -antem (*seq. or. dir., sic*: 121, 1, 2. *al. v. et l. 44. 51. cf. l. 78 et l. 38*). in Is. 40, 3 p. 401C vox patris desuper -antis audita est (*seq. or. dir., sic*: hom. Orig. in cant. 1, 6 p. 37, 16. *al.*). VVLG. I/II reg. capit. ser. B 17 p. 21 (cod. Amiat.) orante eo (*i. Samuele*) liberati sunt a Philisteis quos (*obi. dir.*) -uit deus (*cf. l. 34*). psalm. 17, 14 -uit de caelo dominus (ἐβρόντησεν ἐξ οὐρανοῦ. Sirach 46, 20 [*gr. 46, 17* ἀπ' οὐρανοῦ]). 28, 3 vox dei super aquas, deus maiestatis -uit (ἐβρόντησεν). PAVL. NOL. epist. 7, 3 p. 44, 13 domini tuba, qua per Augustinum -at (AVG. anim. 2, 12, 17 p. 352, 4 -at per os proprii corporis veritas [*i. Iesus*]: 'si quis' *eqs.* bapt. 4, 8, 11 p. 234, 17 per quem [*Cyprianum*] tam multa de zelo ... dominus veracissima [*obi. dir.*] -uit et salubria praecepit. CAES. AREL. serm. 1, 3 non est leve quod [*v. l. 29*] ... sacerdotibus -at ... per prophetam: 'clama', inquit, *eqs.*). AVG. in psalm. 96, 10 p. 1244in. -at de illis deus iudicii sui terrorem (*v. l. 29*) et tremit ... infidelis (serm. 200, 1, 1 p. 1029 per caelos ... -uit, quo tonitru mundus contremuit). PROSP. carm. de ingrat. 50 iisdem ... simul decretibus (*sc. conciliorum*) spiritus unus -uit (GILD. Brit. 37 chron. III p. 49, 4 ex ... ore *Samuelis* spiritus sanctus cunctis mundi potestatibus -uit, denuntiando *eqs.*). PETR. CHRYS. serm. 171 p. 647A quotiens in Pharisaeos -at, suos timore salutari corrigit (*cf. p. 28, 40*). CASSIOD. inst. 1, 32, 5 deus -at per convexa caeli.

5 *audacius (transitive) de Hercule clavam, Iovis instar tonitrum fulmenque iacentis, in caput adversarii magno cum fragore illidente vel desuper incutiente (cf. p. 29, 28)*: VAL. FL. 3, 169 *Hercules* occupat os barbamque viri clavamque superne -at.

B *impersonaliter (c. abl.: loci l. 72. modi l. 69)*: VERG. Aen. 2, 693 subito ... fragore -uit laevum (*cf. p. 26, 54*). OV. met. 14, 542 -uit dicente dea tonitrumque secuti ... ceciderunt ... nimbi. trist. 1, 5, 29 simul -uit (Pont. 2, 3, 24). STAT. Theb. 5, 87 quater (*v. p. 26, 53*) axe sereno -uit. OBSEQ. 24 sereno -uit (*cf. 47* tonuit).

II *sensu laxiore et fere translato: significatur quilibet sonus ingens per vocem, verba, tubam sim. editus (sub A) aut crepitus armorum (sub B)*: A *de voce (sim.) impetu quodam (ira sim., superbia p. 28, 25) vehementer emissa*: 1 *-ant animantes (bestiae p. 28, 2. 11.* Echo *p. 28, 20. cf. et p. 28, 50. 56): fere i. q. clamose loqui (saepius sequitur oratio directa [v. p. 28, 4. 13. 19. 46 sq. 73. 84. cf. l. 29], hic illic expresse addito verbo q. e.* dicere *v. p. 28, 36. 29, 4. cf. l. 38.* inquit *l. 55) et fere i. q. clamando dicere (sc. interdum secundum morem verborum dicendi c. obi. directo p. 28, 55. 72, cf. p. 26, 45 sq.)*:

a *absolute (intrans.)*: α *in universum, fere i. q. inclamare (latrare p. 28, 12. stridere p. 28, 2. acced.: dat. p. 28, 16. 25. 41. abl. fere instr. p. 28, 2. 9. 12 bis. 15. 21. al. praep.:* ad *fin. p. 28, 38.* de [*i. super*] *l. 36.* enunt. *per* quod *l. 35)*: VERG. Aen. 6, 607 furiarum *natu* maxima -at (increpat *P*) ore (*inde [sc. 'inepte' Leo]*: CVLEX 179 *serpens* -at [*recte codd. excepto Cors.* ins-] ore, *v. l. 13. cf. p. 26, 38*). SEN. Ag. 544 occupata rupe *Aiax* furibundum -at: '...' (*seq. or. dir., cf. p. 27, 78*: Phaedr. 1065 *Hippolytus* feroci minax vultu ... magnum -at: '...'. POTAM. epist. ad Athan. [Wilmart, RevBén. 30, 1913] p. 181, 62 propheta sanctus -uit: '...'. HIER. adv. Iovin. 2, 6 p. 294B nos Paulo credimus -anti: '...'. PRVD. apoth. 406 *in exorcismo* -at antistes domini: 'fuge callide serpens'). dial. 12, 11, 6 lege, quanto spiritu ingentibus -ueris verbis (*Bentley*, rebus *trad.*). PETRON. 78, 6 servus (*sc. cornu inflans*) ... tam valde -uit, ut ... concitaret viciniam. PLIN. nat. 8, 15 *canis* ingenti ... latratu -uit. VAL. FL. 2, 208 *Venus* vocatu -uit signumque dedit. STAT. Theb. 12, 771 *Theseus* ore superbo -at: '...' (*sic seq. or. dir., cf. p. 27, 78*: MAR. VICTORIN. gramm. VI 159, 23 qui sacri furoris spiratione ... pleni ore -ant tragico, nec sonat mortale quod canunt: '...'. VEN. FORT. Mart. 4, 119 ore minaci. VITA Fulg. p. 37, 20 L. *monachis* ore terribili violentus presbyter -at: '...'. *v. et l. 2. 51*). IVV. 6, 485 donec ... 'exi' -et horrendum *mulier* iam cognitione peracta (*sic de vocibus singulis exclamatione prolatis [cf. p. 27, 78]*: CLAVD. 28, 617 unaque -at 'Augustum' septenis arcibus Echo). TERT. anim. 28, 1 sermo divinus ..., quo prophetae ... quo ipse Christus -uit. IVVENC. 1 praef. 8 Iohannes fremit ore leo, similis rugienti -at aeternae pandens mysteria vitae. HEGES. 5, 46, 1 p. 398, 19 *verba Titi*: iactetis ... quod fulmina militaverunt vobis, ... nos Hannibalem inequitantem (*i. fere illudentem*) fulminibus vicimus atque -antem (*v. p. 27, 76*) mundi ipsius tempestatibus. RVFIN. Greg. Naz. orat. 4, 13, 3 p. 159, 9 Petrus et Andreas et filii tonitrui (*cf. Marc. 3, 17*) doctrinis spiritalibus -antes. PRVD. perist. 5, 93 his *verbis* -antem martyrem. c. Symm. 2 praef. 57 *Symmacho* nunc nemo disertior exultat, fremit, -at ventisque eloquii tumet (*sc. ut rhetor. cf.* AVG. c. acad. 2, 1, 2 quis ... umquam tantum -uit tantumque lumine mentis emicuit, ut *eqs.* SIDON. epist. 4, 3, 10 cui seu liberum seu ligatum placeat alternare sermonem, -are ambifariam suppetit). AVG. in euang. Ioh. 36, 1 p. 1662fin. exordio sui sermonis -uit *Iohannes*. LEO M. epist. 165, 9 Conc.S II 4 p. 118, 18 consonis ubique sententiis -antes, quod in ... Iesu Christo deitatis et carnis una sit ... persona. ISID. fid. cath. 1, 6, 2 p. 163B de quo apertius Habacuc -at dicens: 'ego gaudebo' *eqs.* (*cf. p. 27, 79*). VITA Roman. rec. (BHL 7306) 15 p. 190, 16 quanta praecipue qui nuper crediderunt ... ad lamenta -bant *lugentes Romanum mortuum!* β *speciatim: fere i. q. accusando in alqm. invehi (cf. p. 27, 61), alicui delictum obicere*: COD. Theod. 9, 6, 2 cum accusatores servi dominis -ent, audiendi non sunt.

b *accedit acc. per*: α *obi. q. d. internum (cf. etiam p. 29, 14. acced.: dat. l. 44. abl.: modi l. 47. 50. 51. auctoris l. 53)*: OV. am. 1, 7, 46 nonne satis fuerat timidae inclamasse puellae nec nimium rigidas -uisse minas. LIV. 3, 48, 3 *Appius Claudius decemvir* cum haec -uisset plenus irae *eqs.* (STAT. Theb. 2, 668 haec -at *Tydeus [post or. dir.]. cf.* IVL. VAL. 1, 19 si incentivum aliquod divina voce -avisset [-uisset *P*] *Alexander*. PETR. CHRYS. serm. 79 p. 422B quid *de resurrectione* ... -uerit Lucas ... exquiramus). SEN. Ag. 333 nihil acre velim magnumque modis -et altis *chelys* (*sc. res pro homine, cf. p. 27, 77*). PS. QVINT. decl. 10, 15 p. 201, 16 *magus* ore squalido barbarum murmur -uit (CLAVD. 17, 318 *artifex* magna levi detrudens murmura tactu ... -et erranti digito, *sc. in organo hydraulico*). IVL. VAL. 2, 22 *Alexander* prior -et bellicum (*signum*).

β *obi. directum (externum, cf. p. 27, 81)*: (I) *rei fere incorporeae (per rem significatur homo vel hominum congregatio l. 63. 68. 70. 71): fere i. q. alqd. aut verbis magnificis exprimere, describere (sc.* tumultus, furias, actus *sim.) aut magna voce proferre sim. (sc.* canticum, sacramentum, iura *sim. acced.: dat. l. 65. 70 sq. abl. modi l. 61. 62)*: PROP. 2, 1, 40 neque ... Iovis Enceladique tumultus -et angusto pectore Callimachus (*cf.* STAT. silv. 5, 3, 97 *tragici* qui furias regumque domos ... terrifico super -uere cothurno. PAVL. NOL. carm. 22, 34 illa tuae ... tuba vocis ... diversos ... celsius -et actus). VIGIL. TRID. ad Simplic. 2 p. 551A Martyrius ... divinae laudis canticum auribus primus surdae regionis -uit. DIONYS. EXIG. Conc.S IV 2 p. 204, 24 *Paulus* pietatis sacramentum protinus -bit (*gr. ibid. p. 194, 3* βροντήσει τὴν εὐσέβειαν). SIDON. epist. 1, 2, 9 nec sub phonasco vocalium concentus meditatum acroama ... -at. MAX. TAVR. serm. 41 p. 617C Isaias ... mysteria nativitatis ... dominicae -avit. CASSIOD. var. 12, 5, 6 subsellia (*i. iudices*) non desinant iura malis moribus -are. ISID. vir. ill. 20 p. 1091B *Sedulii libri* reliqui ... gestorum Christi ... miracula -ant. (II) *obi. personae (v. et p. 27, 46): fere i. q. aliquem voce vehementi increpare, accusare (seq. or. dir.)*: DRAC. Orest. 714 *Pylades* -at auctores scelerum: 'crudelibus ausis regnantes' *eqs.*

2 *-ant res (cf. etiam l. 50. 56)*: a *absolute (fere de incorporeis. acced.: dat. l. 80. p. 29, 5. 12. abl. loci p. 29, 8. 9. praep.:* ad [*fin.*] *p. 29, 1.* ex [*loc.*] *p. 29, 10.* in [*c. abl. loc.*] *p. 29, 7): fere i. q. sonare, personare*: CIC. Mur. 81 hesterna contione -uit vox perniciosa designati tribuni (IORD. Get. 26, 136 dum ... vox morientum ... auribus -ret. *cf. etiam p. 27, 26. 75. aliter p. 29, 8*). SIL. 5, 275 -uere minae. TERT. pudic. 12, 3 cum primum -uit euangelium et vetera concussit (CONSVLT. Zacch. 2, 16 p. 84, 36 Iohannis euangelio sic -ante: 'in principio' *eqs.* [*seq. or. dir., sic p. 29, 4. 5. cf. p. 27, 78*]. PETR. CHRYS. serm. 115

[I. Kapp]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

p. 515B -antis ... euangelii ad suscitandos sensus vestros principia). HIER. reg. Pachom. 90 (p. 39, 11 Boon) nec ambulabunt in monasterio priusquam commune signum -uerit. SERM. Caspari p. 220, 6 tuba euangelica quae -bit et dicet: 'surgite dormientes' (CASSIAN. conl. 21, 5, 1 *nobis* euangelicus cotidie -at sermo: 'si vis perfectus esse' [MAX. TAVR. hom. 11 p. 247A]. EPIPHAN. in euang. 33 p. 61, 27 lectio euangelica ... -avit [-uit *l. v.*] in auribus vestris). CLAVD. 14, 35 haec vox (*i. verba hymenaei*) aetheriis -et (inson- *l. v.*) axibus. rapt. Pros. 2, 231 nimbis hymenaeus hiulcis -at. AVG. civ. 2, 19 p. 77, 4 D. legant nostra ... quam excellenter, quam divine ... tamquam ex oraculis et dei nubibus -are. 16, 32 p. 176, 7 divino -ante praecepto oboediendum *est.* PETR. CHRYS. serm. 14 p. 231C quoties ... nobis -at propheticus clangor, toties *eqs.*

b *c. acc.* (*cognato q. d. l. 20. cf. l. 16, externo l. 18. acced. dat. l. 17 sq.*): α *fere i. q. canere* (*fere i. q. nuntiare l. 18*): PAVL. NOL. carm. 24, 904 cum prima signum (*an nomin.? sc.* tuba *tamquam* signum *eqs., cf. l. 3*) suscitandis mortuis caelo tuba -averit (PETR. CHRYS. serm. 103 p. 487C tuba ... -at mortuis vitam, resurgentibus *eqs.*). β *fere i. q. tonando efficere*: MART. CAP. 6, 647 *Aetna* magno strepitu mugiens et immensos fragores -ans.

B *de strepitu qui efficitur armis concussis* (*c. dat. l. 24.* super *l. 27*): 1 *per animantes*: VERG. Aen. 12, 700 *Aeneas* horrendum ... -at armis (ZENO 2, 15, 1 p. 440B diabolus. *cf.* SIL. 14, 298 *Marcellus* aggreditur muros Syracusarum atque armis -at urbi). VOPISC. Tac. 4, 6 membra quae ... valeant ... clipeis -are (CLAVD. 20, 162 *Mars* clipeo ... -uit, responsat Athos). 2 *per arma ipsa*: VERG. Aen. 9, 706 conlapsa ruunt immania membra ... et clipeum super -at ingens (*cf.* SERV. *ad l.*: aut ipse ingens super clipeum -at [*cf. p. 27, 66*] aut ... clipeum [*nomin. n.*] supra ipsum *cadentem* tonat ... quod magis debemus accipere, nam Homerum imitatus est, qui ait ἀράβησε δὲ τεύχε' ἐπ' αὐτῷ). SIL. 2, 213 concussa ... arma ... letiferum -uere. AMM. 30, 3, 4 sonitu scutorum -ante gentilium.

syntactica quaedam: verbum intrans.; transitive v. l. 18 p. 26, 45. 27, 29. 67. 81. 28, 55. impersonaliter v. p. 27, 68. acced. casus: acc. q. d. internus, cognatus sim.: p. 26, 45. 27, 29. 28, 42. 29, 14. acc. q. d. externus, directus: cf. l. 33 sq. acc. neutr. adi.: furibundum *p. 28, 4.* horrendum *l. 22. p. 28, 18.* laevum *p. 26, 54. 27, 62.* letiferum *l. 31.* magnum *p. 28, 5.* violentum *p. 26, 57. dat.: l. 21. p. 26, 47. 67. 27, 30. 83. 28, 13. 60. 77. abl.: loci p. 26, 47. 67. 27, 68. modi p. 27, 25. 68. 28, 43. 60. instrumenti l. 23. p. 26, 47. 27, 26. 84. auctoris p. 28, 43. c. praep.: loci*: ab: *p. 26, 48. 68.* de: *p. 26, 48. 27, 30.* ex: *p. 26, 48. 68. 27, 30. 28, 78.* in *c. abl. p. 28, 78.* per: *p. 26, 68. 27, 31.* super *c. acc. p. 26, 48. 27, 31. ceteris*: ad *fin. p. 27, 84. 28, 77.* de (= *super*) *p. 27, 31. 84.* in *c. acc.* (= *adversus*) *p. 27, 32.* per *instrum. p. 27, 32.* sine *p. 26, 68. seq.: enuntiatum per* quod: *p. 26, 49 (consec.). 28, 1. acc. c. inf.: p. 27, 32. oratio directa: p. 27, 28. 78. 28, 81. addito dicendi verbo: p. 27, 38. 55. 79. 29, 4.*

compos.: superintono. *I. Kapp.*

intōnsus, -a, -um. *ab* in *et* tondere (tonsus). *de notione: nota syn. l. 84. p. 30, 11.* GLOSS.L II Philox. IN 696 ἄκαρτος (697). GLOSS. ἄκουρος. ἀκούρευτος. *legitur praecipue in poesi inde ab* ACC., VARRONE, VERG., HOR., TIB., PROP., OV.; *rarius in sermone pedestri* (*semel ap.* SISENNAM, LIV. *et inde a* SEN. philos., CVRT.).

i. q. non tonsus: I *proprie* (*c. acc. gr. p. 30, 5. 10. 51, c. abl. l. 71. p. 30, 15. 50; in fig. enall. p. 30, 33 sq.*): A *sensu strictiore* (*non rasus l. 62. 82. p. 30, 8*): 1 *de deis* (*sc. iuvenilibus*): a *de crinibus* (barba *l. 62 sq.*): *Apollinis*: HOR. epod. 15, 9 -os ... agitaret Apollinis aura capillos (TIB. 2, 5, 121 OV. met. 1, 564). TIB. 1, 4, 38 aeterna est Baccho Phoeboque iuventas: nam decet -us crinis utrumque deum (LYGD. 4, 27 -i crines longa cervice fluebant). 2, 3, 12 comae (3, 10, 2). *Aesculapii*: PRIAP. 36, 8 -a semper Aesculapio barba est. *Bacchi* (*v. et l. 60*): SEN. Phaedr. 754 Liber ... -a iuvenis perpetuum coma. *Hymenaei*: CLAVD. carm. min. 25, 43 dubiam lanuginis umbram caesaries -a tegit. b *de deis ipsis*: *Apolline* (*cf. gr.* ἀκερσεκόμης): HOR. carm. 1, 21, 2 -um, pueri, dicite Cynthium. PROP. 3, 13, 52 *Brennus* petit -i Pythia regna dei (OV. trist. 3, 1, 60). OV. met. 12, 585. STAT. silv. 3, 4, 8 accipe ..., iuvenis Phoebeie, crines ... -oque ostende patri. APVL. flor. 3 p. 14 Marsyas ... laudans sese, quod erat et coma relicinus et barba squalidus et pectore hirsutus ..., contra Apollinem ... culpabat, quod Apollo esset et coma -us et genis gratus *eqs. Baccho*: OV. Pont. 2, 9, 31.

2 *de hominibus* (*aut temporum priscorum, sc. heroibus [cf. p. 30, 4] et Romanorum maioribus, aut condicionis certae [de iuvenibus p. 30, 3. 10. 15; de philosophis p. 30, 11; de sacerdote l. 83. p. 30, 13; de gentibus ceteris l. 81. p. 30, 8]. nonnumquam dubites, an admittenda sit notio incuriae, cuius exempla certa v. s. B*): a *de crinibus, barba sim.*: ACC. trag. 672 *Agamemno* scindens dolore identidem -am comam (SIL. 4, 203 Parcae -a ... ad manes traxere coma *Sarmentem*. 16, 525 redimita corona. STAT. Theb. 6, 587). PLIN. nat. 6, 162 Arabes mitrati degunt aut -o crine; barba adraditur praeterquam in superiore labro; aliis et haec -a (VAL. FL. 6, 643 famulum ... ferebant Phasidis -o nequiquam crine parentes). QVINT. inst. 9, 3, 18 (*ex Hor. carm. 1, 12, 41*) -is (incomptis *Hor.*) Curium capillis. b *de hominibus ipsis* (*vel de eorum capite l. 6. fronte l. 14. mento l. 8. ore l. 2. vertice l. 12. cf. et l. 36*): VERG. Aen. 9, 181 ora puer prima signans -a iuventa (*cf.* SERV. *ad l.*: '-a' hoc ad sua tempora rettulit; alioquin heroes non tondebantur). TIB. 2, 1, 34 Messalla ... -is gloria victor avis (OV. fast. 2, 30). OV. met. 5, 87 -um ... comas Helicem. 6, 254 Damasicthona. fast. 3, 409 Ampelon. 4, 655 caput -um *Numae* (SVLP. SEV. chron. 1, 27, 3 Samson). 6, 264 -i regia ... Numae. CVRT. 8, 9, 22 capillum pectunt saepius, quam tondent, mentum semper -um est, reliquam oris cutem ad speciem levitatis exaequant *Indi*. PLIN. nat. 7, 211 *Romani* antea -i fuere. SIL. 15, 671 Rhodani ... comas -a iuventus (SCHOL. Pers. 3, 54 iuventus -a [detonsa *Pers.*], id est philosophi, qui non tondebantur). STAT. Theb. 6, 607 ab -o pendebat vertice crinis Arcados. 7, 715 Gyan. 8, 198 -i ... penetralia Branchi. 9, 306 Hersen. SIL. 1, 403 frontem Chremes -am umbrante capillo saeptus. NEMES. ecl. 2, 17 ambo genas leves, -i crinibus *pueri*.

3 *de bestiis*: a *de ovibus*: VERG. Aen. 12, 170 sacerdos saetigeri fetum suis -amque bidentem ... admovit ... aris (SERV. auct. *ad l.*: quam pontifices altilaneam vocant. *sic in sacrificio*: ARNOB. nat. 7, 18 p. 252, 8 agnis). COLVM. 7, 3, 7 mercaberis ovis -as (*syn. 7, 3, 2* lanatas oves). b *de pilis in pelle caprina*: HIER. epist. 29, 6, 2 'pulvillus de caprarum pelle consutus', qui -is pilis caput involuti in lectulo hominis mentiretur.

B *sensu laxiore: accedit notio q. e. incultus, hirsutus* (*v. et p. 29, 76 sq. peculiariter de lugentibus l. 27. 29. 32. 47. 48. paulo aliter de simplicitate inculta, inornata l. 50*): 1 *de viris*: a *de capillis, barba sim.*: TRAG. inc. 192 (*Welcker reddidit Pacuvio*) barba pedore horrida atque -a infuscat pectus inluvie scabrum (VVLG. II reg. 19, 24 inlotis pedibus et -a barba). SISENNA hist. 47 cum ... barba immissa et -o capillo, lugubri vestitu ... flens ... circumiret. CVRT. 4, 13, 5 facies Scytharum Bactrianorumque: hirta illis ora et -as comas esse (9, 10, 9 *maritimorum Indorum* comae hirsutae et -ae sunt). LVCAN. 2, 375 -os rigidam in frontem descendere canos passus erat *Cato* (*cf. l. 36*). FIRM. math. 4, 24, 9 -a crinium semper inluvies (*sic c. enall.*: 5, 1, 5 -is crinium sordibus. *cf.* 5, 3, 52 -orum crinium inluvies [MART. CAP. 6, 578 *pauperes* -o crine hispidos]). b *de hominibus ipsis* (*capite l. 42*): HOR. carm. 2, 15, 11 -i Catonis (PORPH. *ad l.*: veteres propter severitatem hirsuti erant). epist. 1, 7, 90 *Menam* adspexit scabrum -umque Philippus. TIB. 1, 7, 16 frigidus -os Taurus alat Cilicas. OV. Pont. 4, 2, 2 Getis. LIV. 21, 32, 7 *Alpium* homines -i et inculti (*cf.* PLIN. nat. 11, 130 apud -as utique gentes ...; nomina ex eo Capillatis Alpium incolis, Galliae Comatae). SEN. Herc. f. 539 Sarmatis. epist. 5, 2 asperum cultum et -um caput et neglegentiorem barbam *Cynicorum* ... evita (QVINT. inst. 12, 10, 47 [*in imag. de oratione modice ornata*] do tempori, ne hirta toga sit, non ut serica, ne -um caput, non ut in gradus atque anulos comptum).

2 *de deabus et feminis*: a *de crinibus*: VARRO Men. 123 Infamia stans ... -a coma, sordida vestitu, ore severo (*cf. sim. l. 29*). CIRIS 284 -os multo deturpat pulvere crines ... Carme (*locus coniecturis variis temptatus*). DRAC. laud. dei 1, 395 *Eva* corpore nuda ..., caesaries -a comis, gena pulcra rubore. b *de dea ipsa*: PRVD. psych. 23 Fides, agresti turbida cultu, nuda umeros, -a comas, exerta lacertos.

II *translate: de montibus, arboribus, arbustis*: VERG. ecl. 5, 63 voces ad sidera iactant -i montes (SERV. *ad l.*: silvosi, incaedui [*cf.* georg. 4, 277. SCHOL. Verg. Medic. ecl. 10, 7 '*tonsas*' significat cultas ... et e contrario: '-i montes']). Aen. 9, 681 consurgunt geminae quercus -aque caelo attollunt capita (CORIPP. Iust. 3, 175). STAT. Theb. 4, 420 silva ... incurva senecta, aeternum -ae frontis. 6, 105 adclinant -a cacumina terrae alnus ... *et* ulmus (VEN. FORT. carm. 3, 12, 3 mons ... -a cacumina tollit). silv. 4, 7, 10 ab -a capienda myrto serta. FRONTO p. 205, 1 v. d. H. (= p. 216 N.) tonsilia arbusta ... radi ... solita ..., at illas -as abietes neglectasque piceas caput aemulum nubibus addere. CYPR. GALL. gen. 67 fructus, quos nemus -um ramo frondente creavit (*cf.* iud. 135 lucos. 381 dumi).

intorābilis *v. s.* intolerabilis *p. 22, 55.* *Knauer.*

intorpet NOT. Tir. 56, 97 (-tur- *trad.*). *Hi.*

***intorqueo**, -torsī, -tortum, -ēre. *ab* in *et* torquere. NOT. Tir. 48, 83 -et. 89 -sit. 95 -tum. *de notione*: NON. p. 36, 8 valgum est proprie -tum. p. 371, 25 adducere, -ere, rotare. p. 394, 34 contendere, adstringere, -ere. GLOSS. ἐνακοντίζω. -tum ἐνεστραμμένον. ἐνστρέφει. περιστρέφω. *de usu: refl. v. l. 84. p. 32, 22. medio-pass.: v. p. 31, 17. 24. legitur inde a* PLAVTO, LVCILIO, VARRONE, CIC., LVCR. *per totam latinitatem.* [*val.* întoarce (*cf. et val. vet.* întort [*i. obstinatus*]), *francog. vet.* entordre, *hisp.* entorcer. *R.*]

[*var. lect.* (*v. et p. 31, 59*): *falso pro*: integere: SIL. 17, 88. intendere: STAT. Theb. 9, 707. interserere: ARATOR act. 2, 972 intorserit. torquere: SIL. 6, 176 MART. 8, 33, 19 PRVD. psych. 293. *e coni.*: LVCR. 6, 555 vas -tum (*Diels*, inter *trad.*).]

I *fere i. q. in orbem flectere, curvare, sinuare, involvere, implicare* (*minore curvamine de cruribus vel varis vel vatiis p. 31, 4*): A *variis modis*: 1 *animantes eorumque corporum partes* (*figuras p. 31, 5. sim. de signo p. 31, 1. 2*): PLAVT. Cist. 729 (*lus. verb.*) imitatur ... bestiam, ... involvulum, quae in pampini folio -ta implicat se: itidem haec exorditur sibi -tam (*v. p. 33, 5*) orationem. CIC. carm. frg. 7, 5 *aquila anguem* se -entem lanians rostroque cruentans (VITR. 9, 5, 1

[*Busch*]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

ad virginem et leonem . . . anguis porrigens agmen stellarum -tus succingit [v. p. 30, 81]. cf. VITR. 9, 4, 6 -ta replicataque se attollens reflectitur serpens [v. p. 30, 81]. PLIN. nat. 19, 70 draconis -ti figura). PLIN. nat. 11, 265 sues -ent caudam. MACR. Sat. 7, 10, 11 ossa debilia . . . facile -entur, dum pondus superpositi corporis ferre non possunt. obi. sunt figurae, quae efficiuntur: AETNA 47 per orbes . . . -tos sinuat vestigia serpens (SEDVL. op. pasch. 4, 13 p. 264, 3 gyros. PAVL. PETRIC. Mart. 5, 622 volumina caudae).

2 res (v. et p. 30, 80 sq.): a partes in mundi creatione: CIC. Tim. 24 hanc . . . coniunctionem . . . deus in longitudinem diffidit, . . . deinde in orbem -sit (gr. p. 36B κατέκαμψεν). b res naturae: CVRT. 6, 5, 14 arborum ramos manu flectunt, quos -tos rursus inserunt terrae. COLVM. 5, 6, 34 palmitem -at, deinde ita alliget et praecipitet; nam et post eum locum, quem -seris, laetam materiam citabit. 11, 3, 21 ulpici spicae ante quam caulem faciant, omnem viridem superficiem -ere et in terram prosternere conveniet (PLIN. nat. 19, 114 debet . . . -eri caulis). PLIN. nat. 19, 66 cucumeres curvantur -enturque. c vestem sim.: LIV. 25, 16, 21 paludamento circa laevum bracchium -to . . . impetum fecit (cf. PETRON. 80, 2 pallio. DON. de com. 8, 6 parasiti cum -tis palliis veniunt). SIL. 5, 367 medicus -tos de more astrictus amictus mulcebat . . . vulnus.

B fere i. q. obligando, vinciendo circumdare: PLIN. nat. 7, 144 faucium reste (certe trad.) -tarum (sc. a tribuno coercente) expressique per aures sanguinis poena. STAT. Theb. 5, 531 Python spiris -ta movebat cornua Parnassi.

II quasi axem alicuius rei torquere (sc. ita, ut forma vel habitus rei in statum vel cochleae vel funis torti similem [paulo aliter l. 60] mutetur): A in universum: 1 usu generali: CELS. 5, 28, 12K papyrum -tum vel aliquid ex penicillo in modum collyrii adstrictum eo medicamento illinere. SCRIB. LARG. 43 spongeis in aquam demissis et per linteum -tum utrimque expressis (sic ad exprimendum: MARCELL. med. 8, 32). PLIN. nat. 16, 176 salicis vice alligat et -ta corylus. VEG. mulom. 2, 48, 6 licinio . . . -to. MARCELL. med. 10, 45 lana . . . -ta . . . et naribus indita (10, 48 pilos). PHYSIOGN. 105 p. 130, 5 homo intemperans capillos manu -ens ori devorandos applicabat. 2 t. t. in cultura pomorum (sc. ad retinendum sucum): COLVM. 5, 10, 16 ramulos, quibus dependent mala punica, -eto. 12, 46, 2 quidam pediculos punicorum, sicuti sunt in arbore, -ent, ne pluviis mala rumpantur (PLIN. nat. 14, 83 adservatur . . . uva diutius in vite pediculo -to. 17, 259). arb. 23, 2 petiolos. PLIN. nat. 17, 156 genus surculorum sine calce, quod sagittae vocantur, cum -ti panguntur, ⟨i⟩idem cum recisi nec -ti, trigemmes. 17, 157 facile rumpitur, quod -tum fuit. 17, 183 ipsi palmites -entur (ibid.: si luxuriaverint). PALLAD. 3, 10, 7 sarmentum. 4, 10, 4 si, dum pendent poma, tenacibus, sicut in arbore habentur, -seris, in totum annum . . . servantur.

B accedente notione plectendi: obi. (subi. in struct. pass.) est ea res, quae: 1 efficitur (indicatur materies implicanda per abl. l. 51. 52. 53): CATVLL. 64, 235 -ti sustollant vela rudentes (SIL. 6, 353). TIB. 1, 9, 22 -to verbere terga seca (syn. 1, 6, 46 torta). OV. met. 3, 679 ad -tos . . . funes (LAMPR. Heliog. 33, 3 paraverat . . . funes blatta et serico et cocco -tos). SEN. Herc. O. 373 Hercules stamen -ens manu. PETRON. 131, 4 licium . . . varii coloris filis -tum. STAT. Theb. 4, 534 solido . . . -ta adamante gigantum vincula. in imag.: AVG. in psalm. 57, 3 p. 677med. criniculi sunt, qui fiunt -endo, hoc est quod peccatis peccata connectebas (spectat ad Vulg. prov. 5, 22 funibus [criniculis Itala] peccatorum . . . constringitur). 2 in statum tortum redigitur: PLIN. nat. 17, 16 vestire teneras arbores -to stramento. STAT. Theb. 8, 294 sacerdos -to signatus vellere crinem. PRVD. psych. 127 squamosa ferri texta per -tos (innumeros l. v.) commiserat undique nervos. 3 alicui rei conexae additur (nota vigere vim praep.; sensus derivatus esse videtur a verbo syn. q. e. implectere [cf. e. g. Verg. georg. 4, 482 c. HOR. l. seq.]; acced. dat.): HOR. carm. 2, 13, 35 -ti capillis Eumenidum recreantur angues. CLAVD. 22, 263 (de ornatu Italiae deae) Oenotria lentis vitibus -ens hederas.

III fere i. q. circumagere vel convertere vel rotare (sc. turbinis modo): A praevalet sensus torquendi: 1 homines: LIV. 21, 58, 3 milites vertice (sc. venti) -ti adfligebantur. STAT. Ach. 1, 834 citat orbe Lacaenas Delia plaudentesque suis -et Amyclis.

2 res: a solidas: α in universum: LIV. 28, 30, 9 fugientem navem videres vertice retro -tam victoribus inlatam (28, 30, 10 repente -ta in proram circumagebatur. CVRT. 9, 4, 11 vertices . . ., quibus -ta navis obliqua . . . agebatur). COLVM. 12, 54, 2 oleam sic premito, ne vasa -as, sed tantum ipsius preli pondere . . . exprimi patiaris. VAL. FL. 8, 356 Styrus -tis . . . remis prosilit. APVL. met. 2, 7, 5 quam pulchre quamque festive . . . ollulam istam cum natibus -es (syn. rotabat in circulum). 9, 11, 1 iumentorum multivii circuitus -bant molas ambage varia. CLAVD. 24, 363 clavum. AVG. civ. 5, 3 p. 194, 2 D. dum . . . rotam figuli vi quanta potuit -isset. significantius, c. vi praep. q. e. 'intro' (cf. p. 32, 22), fere i. q. perforando adigere: AVSON. 359, 17 p. 217 versu Vergiliano (9, 744) deformato: -et . . . hastam (i. mentulam).

β peculiaribus modis: ① hostiliter, i. q. manu versare, sc. ut vel alicui obiciatur (v. l. 84 sq.) vel in alqm. coniciatur (v. p. 32, 2): CIC. Att. 9, 7, 3 vereor, ne Pompeio quid oneris imponam, μή μοι γοργείην κεφαλὴν . . . -at. AVG. civ. 15, 9 p. 74, 29 D. vir . . . pugnans et lapidem rapuit et cucurrit et -sit et misit. ② t. t. in arte musica (proprie -entur οἱ κόλλοπες, at transfertur verbum ad chordas, ita ut se adplicet ad sensum verbi syn. q. e. intendere [v. l. 6]): FAV. EVL. p. 16, 9 si . . . aliam chordam sex momentis -seris (syn. distentam, tendamus, intendas). PS. HIER. (= EVTR.) epist. 19, 20 p. 209A (in imag.) tota credulitatis nostrae harmonia -tis vehementius per artem fidibus resultemus.

b aquam, pulverem, fere i. q. commovere agitando per orbem (sc. remos [cf. p. 31, 74], spatham [l. 14. cf. p. 31, 75]; ventum turbinem [l. 13]): VAL. FL. 3, 476 Hercules -tis adsurgens arduus undis (8, 287 illi . . . -ent truncis . . . undam). SIL. 5, 535 it globus equitum -ens nigranti turbine nubem pulveris. ORIBAS. syn. 9 add. La p. 398fin. fenum grecum . . . in aqua infundes et cum -seris (coni. Busch, -serit trad., quod quasi pro refl. def. Arnaldi, ALMA 11, 1937, 110). cum ipsa aqua mittis in oleo.

c ventum, nubem (aliter l. 13) sim.: SEN. nat. 7, 4, 1 cometas accendi turbine quodam aëris concitati et -ti (syn. 7, 5, 2 in orbem vertitur). VAL. FL. 4, 452 niger -to ceu turbine nimbus. SIL. 12, 662 notus . . . piceam cum grandine . . . -ens nubem . . . circumagit . . . ducem. 17, 255 -ta noto . . . procella. significantius, c. vi praep. q. e. 'intro' (cf. p. 31, 79; refl., fere i. q. per similem terebrae motum intrare): LVCR. 6, 125 cum subito validi venti conlecta procella nubibus -sit sese conclusaque ibidem turbine versanti . . . undique nubem cogit uti fiat . . . cava.

B per synecdocham eius generis, q. 'Sinnesstreckung' dixit Brugmann (v. Havers, Glotta 25, 1936, 101 sqq.), i. q. alqd. torquendo, rotando incitare (cf. l. 1 sq.) atque incitatum in alqm. (alqd.) emittere, conicere (praevalet sensus iaculandi, cf. contorquere [vol. IV 736, 74 sqq.] et francog. 'tirer' [Havers l. c. p. 106in.]. acced.: dat. saepe. praep. in: c. acc. [quam struct. dativo praefert SERV. l. 40]: c. g. l. 40. 49. 53. 57. 63. c. abl.: l. 48. locis quibusdam dubites, an praeter sensum coniciendi admittenda sit notio penetrandi [sc. c. vi praep. q. e. 'intro', cf. l. 22. p. 31, 79]: e. g. l. 38. notione torquendi evanescente fere i. q. immittere: l. 56. 58): 1 proprie (nota hunc verbi usum frequentare poetas): hastam: VERG. Aen. 2, 231 Laocoon qui cuspide robur laeserit et tergo . . . -serit hastam (nota ὕστερον πρότερον, nisi mavis admittere notionem penetrandi [v. l. 33]). 9, 744 (cf. p. 31, 80). 11, 637 hastam -sit equo ferrumque sub aure reliquit (SERV. ad l.: figurate, nam '-o in equum' dicimus [v. supra l. 31]). SIL. 13, 209 furiatis viribus (al.). STAT. Theb. 4, 7 agens. SIDON. carm. 5, 248 ludus . . . -tas praecedere saltibus hastas. al. iaculum: VERG. Aen. 10, 323 Aeneas Pharo . . . -ens iaculum clamanti sistit in ore. OV. met. 5, 90 SIL. 1, 305. 5, 449 fugientis . . . tergo. 5, 577 Hamilcar . . . librat ab aure -ens iaculum et . . . hostem transigit. al. PS. HIL. hymn. 2, 15 peccatorum iaculis confossus, arcu quae Venus libidinis -sit (sic in imag.: GREG. M. moral. 2, 32 p. 571D quot . . . voces patientiae . . . reddidit Iob, quasi tot in adversarii pectore iacula -sit. al.). al. telum: VERG. Aen. 9, 534 per . . . fenestras. 10, 382. 10, 882 in hostem. 12, 921 corpore toto eminus. SEN. epist. 45, 9 (in imag.) quem fortuna, cum . . . telum . . . vi maxima -sit, pungit, non vulnerat. SIL. 15, 741 lacertis. al. varia, quae quis pugnans emittit: SIL. 2, 124 virgo . . . totis . . . annisa . . . viribus -et letalem in moenia cornum. 4, 540 -ens derecto turbine robur. 7, 623 saxi (PS. RVFIN. Ios. bell. Iud. 3, 3 p. 710 machinis saxa -entibus [gr. 3, 80 λιθοβόλα]). STAT. Theb. 8, 586 missile. TAC. ann. 14, 36, 3 pila. CASSIAN. conl. 1, 5, 1 sagittas. al. laxius, de ariete admovendo: HEGES. 3, 11, 2 in quem locum aries a Romanis -batur (gr. 3, 223 φερόμενον).

2 translate: CIC. Tusc. 4, 77 alternis . . . versibus -entur inter fratres gravissimae contumeliae (PAVL. FEST. p. 111 intrahere est contumeliam -ere). SIL. 11, 340 tunc . . . Hannibalis fulmina pertuleris, si viso -serit ense diram . . . vocem? AMBR. bon. mort. 7, 29 p. 730, 5 cum ii, qui condemnant, quae ipsi faciunt, in se -ant graviorem conscientiae sententiam (epist. 3, 3 p. 888B [vigente imag.] -enda est amentata illa non manipularis sententia. GREG. M. moral. 4, 2 p. 639B). HEGES. 5, 16, 1 p. 326, 8 Ezechias pro iaculis orationem -sit. al. huc pertinere veri simile est locum mutilum LVCIL. 1139.

IV fere i. q. detorquere, distorquere (saepius c. respectu vel sedis iustae vel habitus boni, unde alqd. eicitur, deducitur; aliter l. 74. p. 33, 12): A proprie: 1 de motu, qui fit sponte: CIC. de orat. 2, 266 Tito Pinario mentum in dicendo -enti. VERG. georg. 4, 451 Proteus oculos -sit lumine glauco (cf. PRVD. psych. 114 Ira sanguinea -ens suffuso lumina felle). GELL. 15, 9, 10 cum homo voltum -ret et non hisceret. APVL. met. 2, 10, 2 illa cervicem -sit et ad me conversa . . . ait ([v. l. 69]. 8, 27, 5 deae Syriae cultores diu . . . capite demisso cervices lubricis -entes motibus crinesque . . . in circulum rotantes. aliter l. 82).

2 de motu, qui fit vi externa (morbo p. 33, 3 sq.): a generatim: PLIN. nat. 36, 73 sive urbis tremoribus . . . gnomone -to sive . . . sedimento molis facto. b speciatim: de clade et iniuria corporis (aliter p. 30, 79): BELL. Hisp. 38, 2 accedebat, ut . . . talum -isset Pompeius (39, 1 saucius et -to talo. VIR. ill. 65, 5). PLIN. nat. 8, 182 -ta cervice tauros necare (aliter l. 74 sq.). PELAGON. 256 -tum unguem esse. CHIRON 20 iumentum si articulum exemerit vel -serit ([inde VEG. mulom. 1, 25, 6 si articulus exemptus vel -tus fuerit]. 601 si equus arti-

[Busch]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

culum extorserit aut laxaverit -tum aut extortum). 616 coronam (*gr. Hippiatr. I p. 378, 2 διέστραπται*). GREG. TVR. Mart. 2, 5 p. 611, 15 *paralyticus* pedes, quos -tos exhibuit, ... retulit in usu consueto directos. 3, 6 p. 633, 28 tibiae ceu funes -tae (*opp.* distortis). *al.*

B *translate:* 1 *fere i. q. per ambages obscurum facere:* PLAVT. Cist. 730 *v. p. 30, 83.*

2 *de ratione, habitu sim. mutato* (*in malam partem [praeter l. 12], i. q. pervertere*): CIC. Caecin. 77 libidinis *vox est* verbo ac littera ius omne -eri *oportere.* GREG. M. in euang. 35, 1 p. 1260^B abundantiam ... ad perversitatem -simus voluptatis. in Ezech. 2, 7, 16 p. 1023^B *res* ad usum vanae gloriae (moral. 3, 29 p. 615^B ut *Christus* ... in se ad usum pietatis -ret, quidquid ... contra se malitia ... saeviret [*v. l. 7 sq.*]. *al.*). moral. 1, 53 p. 552^C ne *cor* hoc, quod ... rectum hominibus ostentat, apud semet ipsum per vitium pravae intentionis -at. *al.* *homines:* GREG. M. moral. 1, 48 p. 549^A *deo preces offerimus,* ne scientia ... inflet, ne pietas, dum se extra rectitudinem inclinat, -at (*sc. nos*).

3 *fere i. q. transferre* (*sc. iram, culpam a se in alium*): HEGES. 1, 41, 7 p. 97, 15 *Salome sui* delicti gratiam meruit et omnem saevitiae regalis in adulescentes procellam -sit. GREG. M. moral. 4, 39 p. 656^C *Adam* excessus sui vitium in auctorem latenter -ens.

p. p. p. **intortus,** -a, -um *pro adi.* **A** *de rebus muricatis:* PLIN. nat. 9, 102 *conchae* vertice muricatim -o. VAL. FL. 3, 727 dat ... signum Phorcys et ... -o murice phocas contrahit

B *fere i. q. curvus, tortuosus, inflexus:* 1 *proprie:* **a** *de rebus corp.:* α *de satis, arboribus, cucumere sim.:* VARRO rust. 1, 31, 4 *capreolus* est coliculus viteus -us ut cincinnus (PAVL. FEST. p. 57). COLVM. 10, 380 -us cucumis. PLIN. nat. 12, 67 caudice *arboris* duro et -o. 21, 49 in ... flore *petellii* inflecti cacumen et e nodis -a (-o *trad.*) folia nasci. PALLAD. 1, 5, 4. 3, 12, 2 auferenda sunt laeta, -a, debilia ... sarmenta. β *de animalium (sim. sideris) cauda et cornibus:* GERM. 487 alligat illum (*i. aquarium sidus*) -a pristis cauda (PLIN. nat. 8, 207 *suis*). COLVM. 7, 3, 3 *aries* -is cornibus ..., quia minime nocent -a potius quam surrecta et patula cornua. γ *de cometa, puppi navis:* PLIN. nat. 2, 91 *stella* ignea specie ac spirae modo -a. APVL. met. 11, 16, 8 puppis -a chenisco ... fulgebat. **b** *de rebus incorp.:* PLIN. nat. 13, 96 evenit discursu ... hoc (*i. ut in mensa citrea appareant vertices*) -o (*opp.* oblongo). APVL. met. 10, 31, 6 *Minerva* -o genere gesticulationis ... demonstrabat Paridi *eqs.* NON. p. 66, 24 vulpinari ... dictum ab incerto et -o vulpium cursu. MAR. VICTORIN. gramm. VI 60, 2 -um et flexuosum iter labyrinthi.

2 *translate: de sono vocis:* PLIN. nat. 10, 82 *lusciniae* sonus ... nunc continuo spiritu trahitur in longum, nunc variatur inflexo, nunc distinguitur conciso, copulatur -o. APVL. flor. 13 p. 46 occipiunt carmine ... noctuae -o.

C *i. q. crispus:* VARRO Men. 375 ante auris modo ex subolibus parvuli -i demittebantur sex cincinni. VAL. FL. 6, 563 labitur -os per tempora caerula crines ... velatus harundine Peucon (SIL. 3, 284 -os demissus vertice crines Bocchus. APVL. met. 11, 3, 4 sensim. AVG. bon. coniug. 12, 14 p. 206, 1 nupta ... quae ... cogitat ... quomódo placeat deo, ornando se non -is crinibus ..., sed ... per bonam conversationem [*e Vulg. I Tim. 2, 9* in tortis crinibus, *gr.* ἐν πλέγμασιν. *in dubio est, utrum Aug.* -is *voluerit an* in tortis; *cf. subst. l. 74*]).

D *i. q. perplexus, implicatus:* CELS. 7, 18, 9 venae intumescunt eaeque -ae conglomerataeque ... scrotum implent.

E *i. q. (detorquendo) deformis, perversus:* 1 *proprie:* PHYSIOGN. 59 manus tenues et -ae loquacem demonstrant (*Adamant. 20 p. 366, 8 σκολιαῖς*). EVGRAPH. Ter. Haut. 1062 oculis -is (*i. strabis, ut perperam explicat vocem* 'caesiam'). 2 *translate* (*vigente imag.*): PERS. 5, 38 adposita -os extendit regula mores. THEOD. MOPS. epit. in psalm. 77, 57^b ad p. 536, 3—6 *filii Israel* ita pravitate curvi et -i profanitate, ut arcuum est flexuosa formatio (*gr. paulo aliter* μετεστράφησαν).

adv. **intortē.** *compar. v. l. 65.* 1 *proprie de discursu macularum in ligno, fere i. q. in modum spirae:* PLIN. nat. 16, 68 bruscum *est tuber aceris* -tius crispum. 2 *translate de oratione, fere i. q. contorte, perplexe* (*cf. supra l. 5*): AVG. beat. vit. 19 p. 104, 15 postulavit mater, ... ut ei hoc ipsum, quod conclusionis necessitate -e dixeram, explicando relaxarem atque solverem (nat. et grat. 49, 57 p. 275, 6 -e hoc dixit *Pelagius* et ideo subobscure [*opp.* planius]).

deriv.: intortio.

intortio, -ōnis *f.* *ab* intorquere. *fere i. q. ornatus crispus* (*sc. capillorum*): ARNOB. nat. 3, 14 p. 121, 22 *deos* capillorum -bus crispulos. AVG. epist. 262, 9 p. 628, 17 auri ... circumpositio et -o crinium ... reprehensa sunt (*ad Vulg. I Tim. 2, 9: at v. l. 52 sq.*).

intortus, -a, -um *v. l. 22.* *Busch.*

in tōtum *v. s.* in (*vol. VII 1, 759, 57 sqq.*) *et* totus.

*__intrā__ *praepos. et adv.* (*v. p. 43, 57 sqq.*). *cf.* interior, intro (*adv.*) *et opp.* extra. *v. Stolz-Leumann*^5 *p. 220.* GELL. 12, 13, 8 'in, cis, uls' particulae quoniam parvo exiguoque sonitu obscurius promebantur, addita est tribus omnibus eadem syllaba (*i.* 'tra') ...; quod erat 'in' accedente eadem syllaba '-a' factum est. PRISC. gramm. III 43, 15 '-a' ... videtur ab 'in' derivatum, velut ab 'ex' 'extra' et a 'sub' 'subter', sic ab 'in' 'inter' et '-a' (43, 20. 72, 23). -a *corripitur in versu hexam.!* PAVL. NOL. carm. app. 3, 76 *deus* qui caelum terrasque ... extra vel -a regis. *scrib. c. apice:* PAP. Berol. 611 II 5 (*s. I*) -á rerum agendárum dies. NOT. Tir. 44, 98 -a paucos dies (44, 99 -a dies paucos). 51, 55 -a. *comparat.* interius *et superlat.* intime *v. s.* interior.

de notione: GELL. 12, 13^tit. '-a Kalendas' cum dicitur, quid significet, utrum 'ante Kalendas' an 'Kalendis' an utrumque; atque inibi, quid sit in oratione M. Tulli '-a oceanum' (*Verr. II 3, 207*) et '-a montem Taurum' (*Sest. 58*) et in quadam epistula '-a modum' (*epist. 4, 4, 4*): *v. totum cap.* VLP. dig. 38, 9, 1, 9 quod dicimus '-a dies centum bonorum possessionem peti posse', ita intellegendum est, ut et ipso die centensimo bonorum possessio peti possit, quemadmodum -a Kalendas etiam ipsae Kalendae sunt (*cf.* 50, 16, 133. *v. et l. 16*). NON. p. 530, 10 '-a' non solum id significat, quod consuetudine persuasum est, ut '-a modum', hoc est 'a modo minus', sed etiam 'in ipso modo', ut '-a Kalendas' dies etiam ipsae Kalendae accipi debeant, ut '-a oppidum' et '-a cubiculum' cum dicitur, 'in oppido' et 'in cubiculo' dictum esse videatur (*pendet e* GELL. *l. 6*). CHAR. gramm. p. 243, 21 B. *adverbia,* quae et in locum et in loco ⌊et e loco⌋ (⌊⌋ *om. N*) significant infinita, velut ... extra, -a, super *eqs.* PRISC. gramm. III 43, 16 significat τὸ ἐντός, quod est adverbium apud Graecos (*cf. seq.:* intus et intro, quae sine dubio adverbia sunt etiam apud nos); ... huic contrarium est ... extra. *v. et p. 36, 44.* GLOSS.^L II Philox. IN 702 -a ἐντός (GLOSS. III 141, 46 ἐντὸς οὗ -a quem. *al.*). GLOSS. II 287, 67 εἴσω infra -a. III 649, 6 aegrotat. : : a quando? : : -a paucos dies incurrit (πρὸ ὀλίγων ἡμερῶν ἐνέπεσεν. *ad l. v. Svennung, Unters. Pallad. p. 367 adn. 1*).

in doctrina gramm.: CHAR. gramm. p. 245, 12 B. ex praepositionibus quae mutato accentu in adverbia recidunt: ... -a, -a sedebat. PRISC. gramm. III 43, 22 'intus' et 'intro' casualibus numquam praeponuntur, 'inter' vero et '-a' frequentissime, sicut 'extra' casibus praeponitur. 43, 23 ab '-a' derivatur et 'intrinsecus' ... et 'internus' (44, 2 verbum etiam ab '-a': 'intro, intras'. GRAMM. suppl. p. 79, 16 ab adverbiis sive praepositionibus veniunt *comparativa,* ut ... '-a, interior'. p. 81, 21 dirivativa superlativa ... ut '-a, interior, intimus'). *v. et l. 19 sqq.*

de usu: legitur praep. inde a LEGE reg. (?) LIV. 1, 26, 6, LEGE XII tab., ENNIO, PLAVTO *per totam latinitatem; adv. inde a* BELL. Hisp., TIB., CIRI, AETNA, NVCE, VITR., SEN. *trag. et philos., rarius post s. I* (*v. et l. 45*). *adv. ap. poetas* (*praeter* COMM. *et* PAVL. NOL.) *semper in fine versus. praep. frequentissima ap. ICT^os et in legibus sim.* (*v. Cousin, Mém. Marouzeau p. 49*). *in usu posterioris aevi saepe confunditur c.* infra (*v. vol. VII 1, 1483, 67 sqq. 1485, 4 sqq. et var. lect. l. 51 sqq.*). *de confusione c.* inter *v. l. 53. 65. 71 sqq. p. 38, 19. 39, 53. 41, 5. 42, 73. 44, 30.* [*it.* tra (*praep., non adv.*). *R.*]

[*variat in codd. c.:* ad: FLOR. epit. 1, 1, 13 CYPR. epist. 57, 1 p. 651, 11. citra: OV. met. 11, 651 HIER. epist. 64, 2, 5. contra: NEP. Ages. 5, 3 LIV. 8, 13, 7. *al.* extra: CAES. Gall. 7, 27, 2 SEN. Herc. O. 629 IVST. 3, 7, 2. in: CAES. Gall. 3, 6, 3. LIV. 7, 36, 12 (inter *l. v.* [PALLAD. 12, 7, 22. *al.*]). VLP. dig. 28, 6, 2, 6 TERT. adv. Iud. 7 l. 5. *saepe.* infra (*v. et l. 43. 63*): VERG. Aen. 11, 235 (-a *M,* infra *M*^2). LIV. 36, 15, 8 SEN. dial. 5, 6, 1. FLOR. epit. 1, 3, 6 (-a *C,* infra *B, Rossbach, Malcovati* [*at cf. p. 38, 3 sq.*]). *saepissime.* inter (*v. et l. 44. 49*): ACC. trag. 435 CAES. Gall. 1, 36, 7. 1, 52, 7 civ. 2, 9, 3. 3, 95, 1. VERG. Aen. 11, 267 (-a *MR,* inter *P*). 11, 882 (-a *MR,* inter *FP*). LIV. 4, 9, 6. 24, 35, 6 SEN. nat. 4, 1, 2. *saepissime.* in terra: ITALA Is. 43, 19 (Tert. adv. Marc. 4, 13 p. 457, 26; -a *falso*). PALLAD. 12, 13, 2 (-a *recte; sic et* VVLG. deut. 17, 2 Ruth 3, 11). intrare: CELS. 7, 15, 2 *ferramenti* ea pars, quae intrat (*FV,* -a *J*). *v. p. 43, 63.* intro: SEN. epist. 12, 3. *al.* intus: CELS. 5, 28, 13^B (-a *J, falso*). ita: VLP. dig. 28, 5, 6 pr. (ita *F, falso*). *al.* ultra: STAT. Theb. 8, 433 FRONTIN. grom. p. 3, 14. *al.* *e coni. pro trad.:* in: SEN. contr. 1, 2, 12 CVRT. 7, 8, 7. *et saepius.* infra: PLAVT. Truc. 351 (*D*^1, *-f- BCD*^2). LVCR. 3, 274 *v. vol. VII 1, 1482, 79.* LIV. 44, 19, 3 SEN. Herc. O. 45 COLVM. 8, 5, 19 TAC. hist. 4, 30, 2 PAPIN. dig. 19, 1, 41. *et saepe.* inter: PLAVT. Truc. 510 CAES. Gall. 7, 67, 3 HOR. epist. 2, 2, 114 LIV. 41, 19, 1. 45, 28, 2 PETRON. 62, 4 TAC. hist. 5, 10, 1. *et saepe.* interea: PLAVT. Curc. 448. *al.* trans: COD. Theod. 1, 6, 11, 1. *del.:* CAES. civ. 1, 65, 4 -a se recipiebant (intrare cupiebant *Nipperdey. cf.* SEN. dial. 3, 1, 7 [intra⟨t⟩ *Gertz*]. SVET. Galba 8, 2 [intra⟨ret⟩ *Ihm, cf. app. cr.*]. VVLG. I Macc. 13, 20 [intra⟨re⟩ regionem *De Bruyne*]). LIV. 25, 5, 4 (inter *Sicsbye. sic* inter *pro* -a *substituitur:* MANIL. 1, 375; *Housman.* CELS. 8, 7, 5; *Linden.* FRONTIN. grom. p. 3, 13; *Lachmann.* TAC. dial. 3, 1. TREB. Gall. 19, 4; *Mommsen.* HIL. c. Const. 20 p. 596^B. *al. cf. et p. 43, 69*). 26, 34, 7 (ultra *Wesenberg*). VITR. 1, 5, 6 (infra *Krohn. sic* [*multis locis dubitari licet, an* -a, *sc. per confusionem notionis, de qua v. l. 43, idem significans atque* 'infra', *genuinum sit*]: 4, 1, 12; *Krohn.* 7, 4, 5; *Schneider.* VAL. MAX. 9, 1, 8; *Gelbke.* CELS. 4, 12, 8; *edd.* PLIN. nat. 9, 171; *Mayhoff.* FRONTIN. aq. 21; *Dederich.* FLOR. epit. 4, 11, 9; *edd.* [*at* -a *legit* IORD. Rom. 253]. ITALA psalm. 44, 6 [Firm. err. 23, 2]; *edd.* COD. Theod. 16, 2, 11; *Mommsen. al.*). PLIN. nat. 17, 201 in (tria *Detlefsen*). STAT. Theb. 10, 932 -a se stridere (intrantem ridere *Wiman, Eranos 35, 1937, 21*). COD. Theod. 13, 10, 7 -aque (integre *Gothofredus,* utrimque *Haenel,* in utraque *Mommsen*). ORIBAS. syn. 4, 22 [*Hi.*]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

La p. 24in. int⟨eg⟩ra (*c. Aa*). *al.* *suppl.*: R. GEST. div. Aug. 5 ⟨-a⟩ dié⟨s⟩ paucos (*Ramsay-Premerstein*; *ἐν ὀλίγαις ἡμέραις*). *al.*]

CAPVT PRIVS: *praep.*:

I c. acc.: A *notione* **locali: 1** *generalia*: **a** *quaeritur 'ubi?'*: **α** *sensu strictiore iungitur c. eiusmodi subst., quae vel finem significant vel spatium certis finibus terminatum ac circumscriptum, ita ut ad sensum generalem q. e. 'in' ('inter', ubi bini spectantur fines, e. g. l. 66. 67; vel 'citra' vel 'trans', ubi locus ab una parte finitur, e. g. l. 19. 38) accedat notio terminationis (exempla selecta)*: LEX reg. (?) Liv. 1, 26, 6 *perduellionis damnatum* verberato vel -a pomerium vel extra pomerium (1, 26, 11 VARRO ling. 5, 143. IVV. 9, 11 salibus . . . -a pomeria natis [*i. iocis urbanis*]. *al.*). PLAVT. Bacch. frg. 24 errat -a muros civicos (VARRO ling. 5, 164 CIC. Phil. 3, 13. *saepe*). Cas. 57 futurum, quod amat, -a praesepis suas (*cf.* VARRO rust. 1, 11, 2 saepta [VERG. georg. 4, 159. *al.*]. PAVL. FEST. p. 101 conseptum domūs [*al.*]. PLIN. nat. 12, 22 saepem). Mil. 596 cohibete -a limen . . . vos (Most. 1064 VARRO rust. 3, 7, 2 CATVLL. 66, 17. *saepe*). Trin. 909 non placet qui amicos -a dentes conclusos habet (*al.*). PACVV. trag. 48 extremum -a camterem ipsum praegradat Parthenopaeum. AFRAN. com. 328 vos quibus cordi est -a tunicam manus laeva, ⟨at⟩ dextra in penum erile⟨m⟩ (ASCON. Mil. p. 34, 14. *cf.* LIV. 2, 12, 5 abdito -a vestem ferro. QVINT. inst. 12, 10, 21 pallium). SENT. Minuc. (CIL I² 584) 28 quei -a eos fineis agrum posedet (LEX agr. [CIL I² 585] 79 LEX Anton. de Term. [CIL I² 589] 1, 13. 2, 32. *saepe*). LEX Corn. de XX quaest. (CIL I² 587) 2, 41 nomina . . . in pariete -a caulas *scripta* (*al.*). EDICT. praet. de camp. Esquil. (CIL I² 838) 4 neiquis -a terminos propius urbem ustrinam fecisse velit (*saepe*). VARRO ling. 5, 161 locus (*i. cavaedium*) tectus -a parietes relinquebatur patulus (rust. 3, 3, 1 frg. Aug. civ. 6, 5 p. 253, 16 D. CIC. Quinct. 38 aut -a parietes aut summo iure [LIV. 4, 9, 6]. *saepe*). 7, 9 -a eas regiones, qua oculi conspiciant (*al.*). rust. 1, 13, 2 -a clausum (*cf.* HOR. carm. 3, 11, 43 claustra [*al.*]). 3, 2, 16 ianuas. 3, 4, 3 fenestras. *al.* RHET. Her. 4, 3, 4 *si quis cursor* -a carcerem stet. CIC. Verr. II 3, 207 locus -a oceanum iam nullus est, . . . quo non . . . libido . . . pervaserit ([*ad notionem v.* GELL. 12, 13, 17-20]. *al. aliter p. 38, 75*). II 5, 76 -a moenia . . . retinere (*saepe*). Sest. 58 Antiochum . . . -a montem Taurum regnare iusserunt (*ad notionem v.* GELL. 12, 13, 25 sic dicit, ut non significet 'in monte Tauro', sed 'usque ad montem cum ipso monte' *eqs. cf.* LIV. 5, 35, 2 *Boii* Pado . . . traiecto . . . Vmbros agro pellunt, -a Apenninum tamen sese tenuere. *al.*). Tim. 37 deorum omnium . . . qui -a caelum gignerentur (*gr. p. 40C ἐντὸς οὐρανοῦ. cf.* GELL. 12, 13, 20 sicuti . . . sol non 'citra caelum' vertitur, sed in caelo et '-a caelum'. *al.*). PLANC. Cic. epist. 10, 18, 3 si quid -a cutem subest vulneris (*al.*). SVLP. RVF. Cic. epist. 4, 12, 3 locum sepulturae -a urbem *dare* (*saepe*). CAES. Gall. 5, 57, 4 suos -a munitiones continebat (*saepe*). 5, 58, 1 -a castra (*saepe*). 7, 47, 4 hostem -a portas esse (HIER. in Mich. 5, 6 p. 1200D ἐντὸς πυλῶν αὐτῆς, id est '-a portas eius'. *saepe*). civ. 3, 76, 1 -a vallum (*saepe*). 3, 83, 3 qui Romae remansissent quique -a praesidia Pompei fuissent (POMPON. dig. 49, 15, 5, 1 'reversus' intellegitur, si . . . -a praesidia nostra esse coepit. *saepe*). S. C. Frontin. aq. 127 si quae . . . essent arbores -a id spatium, exciderentur (*al.*). LIV. 5, 4, 12 -a vicensimum lapidem in conspectu prope urbis (PALLAD. hist. mon. I 40 p. 326C [*gr. p. 145, 7 B. ἀπὸ σημείου ἑνός*]. *al. cf.* VELL. 2, 27, 2 -a tertium miliarium [*al.*]. *nota om. subst.*: VLP. frg. Vat. 155 hi qui Romae vel -a centesimum fuerint). 30, 29, 9 aquatio -a teli coniectum erat (*al.*). PAVL. FEST. p. 368 foramen patebat in tecto, quod nefas esse putarent Terminum -a tectum consistere (*al.*). SEN. contr. 10, 3, 5 -a domum *mori* (*al.*). SEN. nat. 6, 7, 3 -a terram (PLIN. nat. 18, 110 umorem . . . -a se . . . continet. *al.*). TAC. ann. 12, 5, 2 opperiri -a Palatium (CASSIOD. hist. 4, 25, 13 [*Theodoret. 2, 9, 9 ἔνδον ἐν τοῖς βασιλείοις*]. *al. v. et p. 39, 78*). GELL. 13, 14, 1 (*e libris auguralibus*) pomerium est locus -a agrum effatum per totius urbis circuitum *eqs.* IREN. 1, 3, 1 -a Pleroma (*gr. ἐντὸς πληρώματος. al.*). EPIT. Alex. 121 Indiae quae partes sunt -a flumen Hydaspen atque Indum. VEG. mil. 4, 23 p. 145, 6 ut . . . alius intrinsecus murus addatur hostesque -a binos parietes . . . perimantur. CASSIOD. hist. 9, 30, 26 -a cancellos stetit (*Theodoret. 5, 18, 20 ἔνδον παρὰ τὰς κιγκλίδας*).

β *sensu paulo laxiore*: ① *spectantur animantes eorumque vel corpus vel animus*: Ⓐ *distinguuntur animantes vel singuli vel complures (omnes l. 81) ab aliis aut animantibus aut rebus extrariis (ab alia hominis condicione p. 36, 14)*: SEN. contr. 2 praef. 5 -a libertinos praeceptores pulcherrimae disciplinae continebantur. VELL. 2, 111, 4 *ut* -a se furens viribus hostis elanguesceret. VAL. MAX. 3, 8, 1 si eum (*i. Fulvium*) -a se ipsum partita laude aestimes (*i. non aliis comparando. cf.* ITALA II Cor. 10, 12 [Pelag. *in l.* p. 287, 13] ipsi -a nosmet ipsos metientes [*ἐν ἑαυτοῖς ἑαυτούς, Vulg.* in nobis nosmetipsos]). SEN. benef. 5, 8, 6 -a te ipsum orbis agitur: accipiendo das, dando accipis. 5, 9, 3. 4. 5, 11, 1 -a unum hominem non est vicissitudo (6, 23, 6 vide . . ., quam non -a homines humani imperii condicio sit). nat. 1 praef. 15 nec haec -a vulgum dementia est, sed sapientiam quoque professos contingit. epist. 9, 18 *sapiens non egens extraneis* omne -a se bonum terminabit. 74, 1. COLVM. 7, 5, 16 *pusula* nisi compescitur -a primam pecudem, . . . universum gregem contagione prosternit. PLIN. nat. 12, 99 serichatum et gabalium, quae -a se consumunt Arabes. 14, 4 inclusis gentium imperiis -a ipsas. 25, 2 ut -a unumquemque recte facta veterum perirent (*antea*: recondunt, qui . . . aliqua novere, invidentes aliis). PLIN. epist. 3, 10, 4 *scripta mea* -a vos futura, donec placeat emittere (*cf.* AVSON. 321 p. 260, 20 P. me huiusmodi versibus foris erubescere, set -a nos minus verecundari. *paulo aliter l. 57 sq.*). 4, 22, 7 Viennensium vitia -a ipsos residunt, nostra late vagantur. HIL. trin. 7, 28 p. 224A utrum non -a patres maneat origo nascentium. RVSTIC. Conc.S I 4 p. 116, 12 eorum, qui -a ecclesiam sunt, vel illorum, qui foris ecclesiae (*gr. I 1, 7 p. 151, 38 ἐν τῇ ἐκκλησίᾳ*). CHRYSOST. ed. Froben III 829C iste non solum -a se fuit, sed et . . . aliorum utilitatem cogitabat (*gr. Migne 49, 402fin. ἐν ἑαυτῷ ἦν*). *al.* *audacius (v. p. 35, 73)*: SIL. 14, 466 *Daphnis* maiora paravit -a pastorem sibi nomina (*sc. Daphnis pastor quam alter Daphnis ad militiam progressus. cf. p. 37, 20. 23*).

Ⓑ *respicitur interior pars hominis, corporis, membri, animi sim. (dei l. 23. Italiae l. 36)*: ① *proprie*: NIGID. Gell. 10, 4, 4 et spiritum et labeas quasi -a nosmetipsos coercemus. OV. fast. 3, 23 -a viscera *Silviae Romulus* . . . erat (*al.*). VAL. MAX. 9, 12 ext. 1 -a pectus inclusā animā finem sui repperit (*cf. l. 34. 47*). CELS. 6, 7, 8A aures -a se ipsas sonant. *al.* SEN. epist. 57, 8 animus . . . deprehendi non potest nec -a corpus effligi. 65, 7 exemplaria rerum omnium deus -a se habet. PETRON. 56, 2 -a praecordia. 119 v. 55 tabes . . . concepta medullis -a membra furens. PLIN. nat. 9, 165 torpedo . . . -a se parit (10, 170. *al.*). 11, 113 nascuntur . . . -a hominem taeniae (MACR. somn. 1, 6, 77). 11, 182 *cor* domicilia -a se animo . . . praebet. *al.*

② *in imag. et translate*: ⓐ *generatim*: OV. met. 7, 55 maximus -a me deus est (*cf.* SEN. epist. 41, 2 deus tecum est, intus est . . ., sacer -a nos spiritus sedet). SEN. contr. exc. 8, 6, 3 lacrimae coacti doloris -a praecordia . . . eruptio. SEN. benef. 7, 19, 7 naturam *tyranni* habet -a se malus (*cf.* dial. 4, 31, 3). epist. 23, 3 *laetitia* -a te ipsum sit. 50, 4 non est extrinsecus malum nostrum: -a nos est, in visceribus ipsis sedet. 104, 21. *al.* LAVS Pis. 161 *illa dies* contulit innumeras -a tua pectora dotes (*cf.* APVL. met. 11, 25, 6 numen . . . -a pectoris mei secreta conditum. *v. l. 47*). PLIN. nat. 37, 202 *Italia* -a se gravida . . . varios sucos . . . fundit. QVINT. inst. 2, 7, 3 *qui locos edidicerunt* semper . . . habebunt -a se, quod imitentur. TAC. ann. 3, 54, 5 reliquis *vitiis* -a animum medendum est. HEGES. 1, 1, 7 p. 6, 27 iuvenis plus -a ipsum se quam in hostem proeliabatur. VVLG. II Esdr. 6, 16 ut timerent . . . et conciderent -a semetipsos. psalm. 108, 22 cor meum turbatum est -a me (*ἐντός μου*, in me *Rom. cf.* RVFIN. hist. mon. 1 p. 399C perturbari -a semetipsum). Luc. 17, 21 regnum dei -a vos est (*ἐντὸς ὑμῶν. ad l. v. Tert. adv. Marc. 4, 35 p. 542, 10* id est 'in manu, in potestate vestra'). *al.* ⓑ *speciatim de eis, quae vel occultantur vel tacentur (non scribuntur e. g. l. 68)*: OV. trist. 3, 4, 69 ante volebatis . . . versibus in nostris nomina vestra legi, *nunc* . . . -a mea pectora quemque adloquar (4, 5, 17 -a tua pectora gaude. VAL. MAX. 7, 4, 5. *al. cf.* CYPR. domin. orat. 5 p. 269, 13 tacite et modeste -a ipsas pectoris latebras precabatur. *v. et l. 20. 34*). VAL. MAX. 4, 1, 13 non laetitiam suam . . . patefecit, sed summum gaudium -a se continuit. SEN. benef. 2, 1, 4 deos . . . tacite malumus et -a nosmet ipsos precari (*opp.* palam). 3, 10, 2 beneficia . . . saepe -a tacitam duorum conscientiam latent (4, 21, 1. *al. cf.* CYPR. zel. 9 p. 425, 1 vulnera . . . quae se -a conscientiae latebram . . . cluserunt. LACT. inst. 4. 17, 15 secreta). 6, 38, 2 omnes . . . idem volunt, id est -a se optant. dial. 10, 12, 4 quorum digiti aliquod -a se (*i. non voce emissa*) carmen metientes semper sonant (*cf. l. 73*). epist. 12, 2 quod -a nos sit. *al.* QVINT. inst. 10, 6, 2 *cogitatio* rerum ordinem . . . -a se ipsa disponit. 10, 7, 25 exercitatio cogitandi totasque materias vel silentio, dum tamen quasi dicat -a se ipsum, persequendi (ITALA gen. 17, 17 [Lugd.] *Abraham* dixit -a se in sensu suo dicens [*εἶπεν ἐν τῇ διανοίᾳ αὐτοῦ λέγων, Vulg.* in corde suo]. 18, 12 [Quodv. prom. 1, 15, 22 p. 745B; *ἐν ἑαυτῇ, Vulg.* occulte]. VVLG. Matth. 9, 21 [*ἐν ἑαυτῇ*]. *saepe*). 11, 3, 2 quae -a nosmet ipsos composuimus. decl. 347 p. 369, 4 quae -a animum meum volvo (TAC. ann. 4, 40, 7). *al.* IVV. 9, 94 haec . . . celare memento et tacitus nostras -a te fige querellas. 13, 209 scelus -a se tacitum qui cogitat (*al.*). TAC. dial. 3, 3 tragoediam disposui iam et -a me ipse formavi. *al.* TERT. resurr. 54 p. 112, 25 bilem et dolorem . . . devorare, id est abscondere ac tegere et -a nosmetipsos continere. *al.* ITALA Luc. 18, 11 (cod. a, *cf.* cod. e, Hier. hom. Orig. in Ezech. 9, 2 p. 409, 22) Pharisaeus -a se haec orabat (*πρὸς ἑαυτόν, Vulg.* apud se). *al.* CAEL. AVR. chron. 2, 1, 41 *paralytici* docendi sunt unius exprimendae litterae curam suscipere, ut -a se exercendo manifestius probent. PALLAD. hist. mon. I 20 p. 299A sciebat . . . se ne -a sensus quidem suos tale aliquid cogitasse (*gr. p. 97, 12 B. εἰς ἔννοιαν*). *al.*

Ⓘ *spectantur res inanimae*: SEN. contr. 1, 2, 12 quid faciam mulieri in⟨tra⟩ (*Gronovius*) crimina sua delitiscenti? SEN. benef. 2, 31, 1 cum . . . virtus -a se perfecta sit. epist. 113, 5 quod aliud est, suum oportet esse et proprium et totum et -a se absolutum. GELL. 13, 1, 2 ut omnia -a fatum claudenda sint (*opp.* praeter, extra). HIL. in psalm. 1, 5 p. 22, 22 ut . . . impietatem -a metum . . . severitas coerceret. HIER. hom. Orig. in Is. 5, 3 p. 267, 6 lacrimas -a silentium devoramus (*cf. l. 45 sqq.*). RVFIN. Adamant. 1, 26 interrogatio haec etiam illud -a se continet rationis. SVLP. SEV. chron. 1, 43, 2 ipse se -a periculum

[Hi.]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

famis propheta concluserat (dial. 1, 11, 2). MART. CAP. 7, 742 *decas* omnes numeros . . . -a se habet. *al.* SALV. eccl. 4, 50 hoc -a se habet lex dei . . ., quod *eqs.* FAVST. REI. grat. 1, 3 p. 17, 15 -a gratiae vocabulum absconditum erit fatale decretum. VICT. VIT. 2, 79 -a unum divinitatis nomen spiritum sanctum praedicans. *al.* BOETH. in Porph. comm. sec. 2, 1 p. 170, 7 quod universale est, -a semetipsum cetera concludit. 170, 10 genus . . . species -a se positas habet. *al.* NICET. psalm. 13 p. 80, 8 invitatur . . . unusquisque vocem suam -a sonum chori concinentis includere. *al.*

γ *significantius spectantur actio, potestas, condicio sim., quae aliquem numerum, mensuram, modum, ambitum ita explent, ut non transcendatur ultra (saepe accedit ad notionem q. e. 'usque ad', sc. cum ipso fine, cf. p. 35, 40)*: LEX XII tab. 7, 4 (Cic. leg. 1, 55) usus capionem . . . -a quinque pedes *non esse* (FRONTIN. grom. p. 5, 1 de rigore controversia . . ., quotiens . . . secundum legem Mamiliam -a quinque pedes agitur . . .; de loco controversia est, quidquid excedit supra scriptam latitudinem. COD. Theod. 2, 26, 3. *saepe*). CAEL. Cic. epist. 8, 10, 4 -a fines hos, quaecumque acciderint, vertentur (HOR. sat. 1, 1, 49 -a naturae fines viventi. *al.*). HOR. ars 266 -a spem veniae cautus. OV. trist. 3, 4, 25 -a fortunam debet quisque manere suam. SEN. contr. 9, 2, 19 *reus*, in quo libido omnis -a meretricem esset, crudelitas -a carcerem. VAL. MAX. 1, 7 ext. 6 -a (*Paris [def. Schmalz-Hofmann[5] p. 511 add. α]*, inter *codd.*) privatum . . . habitum Dionysio Syracusano adhuc se continente. 4, 33 usum veneris -a coniugis caritatem clausum tenuisse (CVRT. 10, 5, 32). CELS. 1 prooem. 64 *apud medicum empiricum* morbi cognitio extra artem, medicina -a usum est. 3, 9, 3 -a haec omnis . . . medicina erat (PLIN. nat. 18, 290. *al.* QVINT. inst. 6, 3, 37. *al.*). 3, 18, 3 *phrenetici* alii . . . -a verba desipiunt, alii . . . violenter quaedam manu faciunt (3, 18, 4. CVRT. 7, 1, 25 utinam . . . -a verba peccasset. PETRON. 11, 4. *al.*). 3, 24, 4 -a aquam manere (*opp.* vinum bibere). 4, 13, 1 malum -a dolorem est (*aliter p. 38, 18*). *al.* SEN. epist. 19, 5 utinam . . . tibi senescere contigisset -a natalium tuorum modum nec te in altum fortuna misisset (*al.* QVINT. inst. 11, 3, 46 ne dicamus omnia clamose . . . aut -a loquendi modum . . . aut submisso murmure. PAPIN. dig. 28, 6, 41, 3 [*opp.* citra Falcidiae rationem]. 49, 17, 17 pr. aes alienum -a modum eius et annum utilem [*v. p. 41, 20*] . . . solvere. COD. Theod. 11, 30, 49 si . . . -a praestitutum modum . . . summa se cohibet [*opp.* aestimationem transcendit]. *al.*). PETRON. 64, 10 nec -a rixam tumultus constitit. PLIN. nat. 16, 1 pomiferae arbores . . . -a praedictas constant. *al.* QVINT. inst. 9, 4, 72 claudit . . . optime prima pars versus, dum -a paucas syllabas. 11, 3, 165 *oratori* permittitur . . . tenera quaedam, sed -a manus tamen et sine motu laterum translatio. *al.* TAC. ann. 2, 55, 6 nec Plancina se -a decora feminis tenebat (*al.*). 4, 6, 4 -a paucos libertos domus *modesta*. 12, 53, 3 -a priorem paupertatem subsistere. IAVOL. dig. 17, 1, 3, 1 *emere* -a id pretium, quod mandato continetur (*cf. p. 38, 6*). VLP. frg. Vat. 149 *medici* uniuscuiusque civitatis . . . -a numerum quinque esse *debent* (*saepe*). VOPISC. Tac. 10, 7 *ita parcus*, ut sextarium vini . . . numquam potaverit, saepe -a heminam. SVLP. SEV. chron. 2, 43, 3 *ut episcopi*, dummodo is numerus -a quindecim esset, in exilium pellerentur. CASSIOD. var. 9, 15, 7 -a duo milia solidorum . . . expendere (*syn.* non amplius quam . . . *tot* solidos *distribuere*). *saepe.* '*umerus*' *ponitur pro spatio, usque ad quod umerus in latitudinem prodit (cf. p. 39, 52)*: QVINT. inst. 11, 3, 113 (*de gestu oratorio*) ad sinistrum -a umerum promovetur *manus*, ultra non decet.

δ *transit ad notionem praepp.*: ① *infra* (*hic usus derivatur e notione q. e. 'non ultra' [v. l. 12] ita coartata, ut ne usque ad terminum quidem ipsum procedat, sed ante finiatur; cf.* GELL. 12, 13, 24 [*ad* CIC. *l. 66*] '-a modum', per quod ostendit minus sese id facturum esse quam quod fieri modice videretur, id est non ad ipsum modum, sed retro paulum et citra modum. *v. et p. 38, 73. inde prorsus i. q. infra [i. 'sub' e. g. l. 74. 75. 81. 82]. syn.* minus *p. 38, 15.* non satis *l. 63.* sub *l. 83. p. 38, 13. opp.* contra *l. 67.* supra *e. g. l. 82.* ultra *p. 38, 5. al. cf. et p. 34, 42 sq.*): VARRO frg. Serv. Aen. 5, 409 'senior' non satis senex, sicut 'iunior' non satis iuvenis, -a iuvenem, sicut 'pauperior' -a pauperem (*i. non omnino pauper.* 6, 304). CIC. epist. 4, 4, 4 modice hoc faciam aut etiam -a modum (*ad l.*: GELL. 12, 13, 22—24 *v. l. 57*). 9, 26, 4 epulamur una non modo non contra legem, . . . sed etiam -a legem, et quidem aliquanto (*i. modestius quam salva lege sumptuaria licet*). PROP. 3, 9, 2 Maecenas eques Etrusco de sanguine regum, -a fortunam qui cupis esse tuam (SEN. contr. exc. 4, 3, 1 aliquem in exilio -a [infra γ] fortunam meam vidi). LIV. 1, 43, 4 ex iis, qui centum milium aeris aut maiorem censum haberent, *primam classem fecit Servius*; . . . secunda classis -a centum usque ad quinque et septuaginta milium censum instituta. VITR. 1, 5, 6 fundamentum muri deprimendum est -a alveum fossae (*v. p. 34, 75*). 7, 4, 5 foditur . . . -a libramentum triclinii altitudo . . . pedum binum (*v. p. 34, 78*). VAL. MAX. 9, 1, 8 tribunicius viator ingenui sanguinis, sed officii -a servilem habitum deformis (*v. p. 34, 78*). SEN. epist. 25, 4 nemo ad haec pauper est, -a quae quisquis desiderium suum clusit. COLVM. 3, 6, 29 palmitum partes ad tres gemmas religandae sunt, ut, quicquid -a vinculum est, materias exigat. *al.* PLIN. nat. 5, 59 Elephantis insula -a novissimum catar acten IIII p. et supra Syenen XVI habitatur. 11, 158 -a *genas* . . . buccae (infra *l. v.*). 17, 179 recisa -a iugum *vitis* moretur, ut omnis fetura sub eo exeat. *al.* QVINT. inst. 11, 3, 8 *Hortensi* scripta tantum -a famam sunt, . . . ut appareat placuisse aliquid eo dicente, quod legentes non invenimus. FLOR. epit. 1, 3, 6 abstulit virtus parricidam *Horatium* et facinus -a gloriam fuit (*v. p. 34, 52*). 4, 11, 9 *Cleopatra* temptavit oculos ducis: frustra quidem, nam pulchritudo -a (*sic codd. c. Iord. Rom. 253*) pudicitiam principis fuit. PAVL. dig. 17, 1, 5, 5 aut non ultra pretium aut -a pretium *emere*. PS. APVL. Ascl. 6 homo partem sui, qua terrenus est, -a se despicit (ADNOT. Lucan. 7, 685 *Pompeius* -a se habens fortunam despiciebat. *al. cf.* CASSIOD. var. 8, 12, 2 -a te fuit quamvis ampla professio litterarum). CYPR. ad Donat. 14 p. 15, 1 *qui saeculum reliquit*, quidquid . . . in rebus humanis . . . magnum videtur, -a suam iacere conscientiam (*aliter p. 36, 53*) gloriatur (AVELL. p. 547, 12 -a meritum. CASSIOD. var. 9, 7, 1 -a aestimationem). VEG. mil. 2, 11 p. 45, 15 ducto sub terris cuniculo murisque -a fundamenta perfossis. MACR. Sat. 5, 1, 20 -a ipsum *Vergilium*. MART. CAP. 6, 639 *Italia distat* ab Africa -a ducenta milia (*syn. Plin. nat. 3, 45* minus ducenta). *al.* COD. Theod. 6, 4, 15 pr. esse praetūram -a propriam dignitatem. ISID. diff. app. 42 miseremur, cum . . . et de alicuius casu dolet nobis et subvenimus laboranti; miserari est consolari tantum et -a affectum doloris esse. *al.*

② *inter* (*saepe syn.; cf. p. 34, 44. 35, 9*): VARRO rust. 3, 5, 13 -a tholi columnas exteriores . . . et . . . interiores . . . locus est pedes V latus; inter columnas exteriores . . . reticuli . . . sunt . . ., -a interiores columnas . . . rete aviarium est obiectum; inter has ⟨et⟩ exteriores *eqs.* SEN. dial. 3, 2, 2 ira . . . alium -a sacra mensae iura percussit, alium -a leges celebrisque spectaculum fori lancinavit. ITALA I Cor. 2, 2 (Pelag. *in l.*) neque . . . iudicavi scire me aliquid -a vos (ἐν ὑμῖν, *Vulg.* inter vos). II Cor. 6, 16 (Pelag. *in l.*) -a eos ambulabo (ἐνπεριπατήσω, *Vulg.* inter eos. *at pleniore sensu [v. p. 36, 43] interpr. Pelag.*: omnes eorum sensus . . . percurram). IORD. Get. 1 opusculo, quod -a (inter *A; cf.* -a *falso trad. apud* TAC. dial. 3, 1) manus habeo. *al.* *sensu reciproco q. d.*: FLOR. epit. 3, 21, 1 ut *populus Romanus* . . . ipse -a se parricidale bellum domi stringeret. APVL. Plat. 1, 8 *elementa* invicem ex se -a se apta et conexa esse. HIL. c. Const. 20 p. 596B similitudo -a patrem et filium. CAEL. AVR. chron. 4, 1, 8 ammoniaci guttam cum aceto . . . aut quae sunt -a se contrariae qualitatis. VITAE patr. 5, 15, 24 p. 958A fratres . . . coeperunt -a se quaerere de Melchisedech. PS. THOM. euang. 2, 2 pugnaverunt -a se.

③ *in* (*sc. notione terminationis debilitata, cf. p. 35, 9. sic et pro 'locativo' q. d. e. g. l. 42. 54. 69. 70; cf. Funaioli, ALL 13, 1904, 343 sqq.*): PETRON. 126, 17 pedum candor -a auri gracile vinculum positus. PLIN. nat. 19, 140 *brassica Pompeiana* caule ab radice tenui -a folia crassescit. 33, 12 qui . . . acceperant *anulos* aureos, in publico tantum utebantur iis, -a domos vero ferreis (*al.*). 36, 24 -a Octaviae porticus in Iunonis aede (36, 35 SVET. Cal. 27, 1). PAVL. dig. 34, 2, 32, 4 argentum, quod in domo vel -a horreum . . . fuit. APVL. met. 9, 5, 5 ut -a cellulam nostram . . . lucerna luceat. 9, 30, 3. PALLAD. 1, 34, 5 ut -a funes semina recepta serventur (*e Colum. 11, 3, 6* quae inhaerent toris funiculorum). 1, 35, 16 calvaria . . . -a hortum ponenda est (*al. v. Svennung, Unters. Pallad. p. 367 fin.*). 4, 10, 10 in dolio -a hordeum . . . ordinantur *mala* (*cf. Geopon. 10, 38, 10* ἐν σωρῷ σίτου). *al.* PEREGR. Aeth. 12, 1 -a quam ecclesiam in eo loco . . . vidi *eqs.* (*al.*). PS. AVR. VICT. epit. 4, 4 Camillus -a Dalmatias imperator creatus (*al.*). HIL. ad Const. 2, 2 p. 198, 10 auctor gestorum omnium -a hanc urbem (SVLP. SEV. chron. 2, 44, 1. GREG. TVR. Franc. 3, 6 p. 105, 6 Pectavensem. *al.*). c. Const. 23 p. 597A -a Nicaeam scripta . . . fide. in Matth. 13, 9 p. 996A habitantes -a saeculum. 24, 11 p. 1052B *Christus gallinae* more congregare eos -a se voluit (*syn.* sub alis suis. *ad hanc imaginem spectare videtur usus audacior*: HIL. Macc. 47 *mater* septem . . . natos -a se retinet). *al.* VEG. mil. 3, 23 p. 115, 5 camelos . . . Vrcilliani -a Africam . . . producunt *in acie* ([*v. app. cr.*]. PROSP. chron. I p. 471, 1294. *al.*). AMBR. Cain et Ab. 1, 1, 4 p. 340, 21 -a uterum (*syn. Vulg. gen. 25, 22* in utero). virg. 1, 1, 1 talenta . . . -a terram *abscondere*. *al.* HEGES. 1, 30, 3 p. 53, 14 -a Iudaeam positus (*gr. 1, 291* ἐν Ἰουδαίᾳ). *al.* PELAG. in I Cor. 9, 24 p. 179, 15 cum omnes -a stadium currant (*Vulg.* in stadio). SVLP. SEV. Mart. 2, 1 Martinus . . . -a Italiam Ticini altus est (*al.*). PAVL. MED. vita Ambr. 50 -a Tusciam . . . in civitate Florentina. PROSP. chron. I p. 435, 764 *Albinus* -a Brittanias Eburaci moritur (*syn. p. 447, 976* in Brittania Eboraci). FAVST. REI. grat. 1, 5 p. 20, 28 contra . . . apostoli doctrinam . . . insurgere et Christo, qui -a eum loquitur, contradicere (*cf. Vulg. II Cor. 13, 13* qui in me loquitur). IORD. Get. 294 -a Ravennam. *al.* GREG. TVR. Franc. 2, 9 p. 52, 12 -a Aquileiam. ORIBAS. syn. 5, 6 add. p. 50. 8, 18 Aa p. 232 (*cf. Svennung, Unters. Pallad. p. 367*). *saepe.*

④ *citra* (*cf. p. 35, 10. 39, 66. 42, 81*): SALL. Iug. 18, 5 Medi Persae et Armenii . . . in Africam transvecti proxumos nostro mari locos occupavere, sed Persae -a oceanum magis . . .; *Medi et Armenii* propius mare Africum agitabant (*aliter p. 35, 35*). PLIN. nat. 16, 178 piscator Africus praepostero more velum -a malos suspendens. TAC. hist. 4, 2, 2 praemissi Ariciam equites, agmen legionum -a Bovillas stetit. FLOR. epit. 3, 10, 14 *Germanis pavorem* incussit -a ripam subito Romana vis. 4, 12, 61 omnibus . . . pacatis gentibus ad septentrionem . . . dumtaxat -a Rhenum atque Danuvium, item ad orientem -a Cyrum et Euphraten (inter *l. v. [bis]. cf.* AMM. 23, 3, 5 Tigridem. PALLAD. hist. mon. I 20 p. 298C mulieres . . . trans fluvium habitant, -a fluvium autem viri [*gr. p. 96, 9 B.* ἀντιπέρα]). PAVL. dig. 8, 3, 38 *ea praedia*, quae trans

[Hi.]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

flumen -a viam publicam sint (*antea indicatur ordo*: flumen, deinde . . . praedia, deinde via publica. *cf.* CIL VI 34732 -a p⟨rincipalem⟩). TERT. pall. 1, 1 *tunicae* neque trans crura prodigae nec -a genua inverecundae . . . in viris stabant. HIER. epist. 64, 2, 5 sex urbes fugitivorum trans Iordanen et -a (*v. p. 34, 47*) Iordanen eliguntur (*cf. Vulg. num. 35, 14* tres erunt trans Iordanen et tres in terra Chanaan). VVLG. I reg. 20, 22 si dixero puero *sagittas quaerenti*: ecce, sagittae -a te sunt (*opp.* ultra te sunt). *al.* *translate*: PAPIN. dig. 34, 1, 9 pr. *Seium* alumnis relictam pecuniam ut servet ac restituat, -a Falcidiam recte petiturum.

b *quaeritur 'quo?'* (*v. et p. 44, 40*): *α notione loci terminis circumscripti plus minus vigente*: ENN. ann. 114 tu produxisti nos -a luminis oras. PLAVT. Cist. 650 hanc ego tetulero -a limen (LVCAN. 6, 829 dum ferrent . . . -a tentoria gressus. *al.*). Men. 400 neque huc umquam . . . -a portam penetravi pedem (815. Truc. 44 -a pectus se penetravit potio *amoris*. LIV. 39, 31, 11 -a vallum. *al.*). 416 si intrassis -a limen (CAES. Gall. 7, 8, 1 -a praesidia. *al.*). Rud. 1038 ad meum erum arbitrum vocat me hic -a praesepis meas (VERG. Aen. 6. 525. 7, 168. *al.*). Truc. 351 fores, quae obsorbent, quidquid venit -a (*v. p. 34, 63*) pessulos (CIC. Att. 1, 20, 2 -a alterius praesidia [8, 11[d], 4 qui . . . -a praesidia atque -a arma aliena venissent]. OV. trist. 5, 10, 21 Pont. 1, 1, 5. CASSIOD. hist. 4, 25, 10 -a ostium [*Theodoret. 2, 9, 6 εἴσω . . . τῶν θυρῶν*]. *al. v. et p. 40, 5*). S. C. de pago Mont. (CIL I² 591) I 6 *ne* stercus . . . -a ea loca fecisse coniecisseve veli⟨t⟩ (CAES. Gall. 5, 51, 2 tela -a munitionem. 5, 57, 3. *al. cf.* VARRO rust. 3, 15, 1 iacere. CAES. Gall. 5. 37, 5 aquilam -a vallum proiecit. 5, 48, 5 LIV. 4, 29, 3. *al.*). SISENNA hist. 51 -a fines . . . pervenire (*al.*). 88 summoti et -a moenia rursum coacti (VERG. Aen. 11, 235 [*v. p. 34, 51*]. SEN. epist. 9, 13 *plerique* sapientem undique submovent et -a cutem suam cogunt. *al.*). VARRO Men. 260 neque post respiciens neque ante prospiciens, sed limus -a limites culinae. rust. 2 praef. 3 -a murum fere patres familiae correpserunt relictis falce et aratro. CIC. Verr. II 4, 144 praedones . . ., quos etiam -a Syracusanam insulam recepisset (CAES. Gall. 1, 32, 5. 5, 44, 13 sese -a munitiones. QVINT. decl. 290 p. 159, 7 *dolor* elusus atque -a cogitationem receptus abstulit mentem. *saepe. cf.* OV. fast. 1, 485 *quisque* concipit -a pectora . . . spemque metumque. LIV. 5, 5, 3 bellum . . . -a fines nostros accipimus [*al.*]. *al.*). Caecin. 22 ingrediens -a finem (*v. vol. VII 1, 1568, 82. cf.* VERG. Aen. 11, 608 -a iactum teli progressus). rep. 1, 1 P. Africanus compulisset *bellum* -a hostium moenia (*v. vol. III 2030, 6. cf.* TAC. hist. 5, 11, 1 pellerentur [ann. 14, 25, 1]). CAES. Gall. 7, 51, 4 suos -a munitiones reduxit (*al.*). LEX Vrson. (CIL I² 594) 73, 2 ne quis -a fines oppidi . . . hominem mortuom inferto neve ibi humato neve urito (*v. vol. VII 1, 1387, 44*). VERG. Aen. 2, 33 duci -a muros (OV. met. 6, 600 SIL. 8, 75 STAT. Ach. 1, 740). 7, 500 -a tecta refugit (*al. cf* LIV. 31, 38, 4 -a vallum . . . fugerent). OV. met. 11, 524 dat . . . saltus -a cava texta carinae fluctus. VITR. 10, 16, 3 helepolim . . . transtulit -a murum (*ibid.* 4). *al.* SEN. dial. 7, 23, 3 sapiens nullum denarium -a limen suum admittet male intrantem (MART. 5, 6, 8. CYPR. patient. 16 p. 409, 11 iram . . . -a pectus. *al.*). PLIN. nat. 5, 57 *Nilus* revocatur -a ripas (*al.*). *al. v. et Svennung, Unters. Pallad. p. 368.*

β transit ad notionem praepp.: infra: QVINT. inst. 11, 3, 112 tolli . . . manum artifices supra oculos, demitti -a (*BH*, infra *P²*, *an recte?*) pectus vetant (*cf. p. 37, 53*). *inter*: VAL. FL. 8, 328 tollitur atque ⌊-a Minyas⌋ Argoaque vela Styrus (*i. Styri navis iacta procellis*) abit (⌊⌋ inter Colchos *Langen, alii alia*). PALLAD. vet. med. 17, 2 subsidebis pedibus patentibus et tollis pulverem . . . et iactas -a pedes tuos post te. PELAGON. 130 *equus* caudam -a (infra *R*) coxas mittit (*gr. Hippiatr. I p. 218, 15 μεταξὺ τῶν σκελῶν*. VEG. mulom. 1, 44, 2 *animalia* caput sibi -a [in *A*] pedes mittunt [*syn. Chiron 226* inter]). *in*: PALLAD. 6, 12 terra creta . . . -a formam . . . reprimetur. PELAGON. 433 lanam cum oleo . . . -a oculum mittes (*gr. Hippiatr. I p. 73, 13 ἐντὸς τοῦ ὀφθαλμοῦ*). 468. AMBR. epist. 57, 5 p. 1176[A] legatio . . . missa -a Gallias. VVLG. III reg. 17, 22 reversa est anima pueri -a eum et revixit (*syn. 21* in viscera). EPIST. pontif. 388 Conc.[S] I 2 p. 92, 18 severat . . . zizaniam -a aliquantorum mentes. INSCR. Afr. Cagnat-M.-Ch. 225 quisq⟨uis⟩ -a podium adscendere volet. *al.* *citra*: LIV. 37, 53, 7 cessisse -a finem iuris mei . . . videri malim quam nimis pertinaciter in obtinendo eo tetendisse. PLIN. nat. 4, 63 Euboea . . . nusquam latitudinem ultra XL extendit, nusquam -a MM contrahit (*cf. inde inversum* MART. CAP. 6, 659 latitudo ultra secundum miliarium, -a quadragesimum contrahitur).

2 *notabiliora*: a *pendet a subst.* (*v. et e. g. p. 40, 46*): VITR. 8, 6, 1 conlocentur in castello tres fistulae . . . -a receptacula (*i. quae ducunt in receptacula.* CELS. 5, 28, 12[B] in fistula simplici, recenti, -a carnem). COD. Theod. 1, 31 rubr. de administratiunculis -a urbem. 1, 32, 5 (1, 33, 5 Kr. = Iust. 11, 7, 4) procuratores metallorum -a Macedoniam. CIL VI 1764 comiti ordinis primi -a consistorium et quaestori (32051, 10 XIV 2165, 5). 1782, 5 quaestori -a Palatium (*syn. 1783, 1* quaest. aulae divi Theodosi). *al.*

b *locutiones amplificatae*: intus -a: PLAVT. Merc. 187 ubi eam vidit? : : intus -a navem. CYPR. epist. 73, 10 p. 785, 17 *paradisus* arbores frugiferas -a muros suos intus inclusit. ITIN. Burdig. p. 592 intus . . . -a murum Sion paret locus, ubi *eqs.* SORAN. p. 7, 5 ubi iacet . . . vulva? -a duas coxas intus (*gr. 1, 7 p. 6, 20 ἐν τῇ τῶν ἰσχίων εὐρυχωρίᾳ. l. v.*: intus inter duas coxas). RVSTIC. Conc.[S] I 4 p. 88, 24 intus -a sanctae ecclesiae septa. -a . . . intrinsecus: VVLG. I Macc. 4, 48 aedificaverunt sancta et quae -a domum intrinsecus (*τὰ ἐντὸς τοῦ οἴκου*).

c *per gradationem distinguitur ab* 'in' (*locativo l. 7*): VARRO Men. 574 venit in urbem atque -a muros. LEX Vrson. (CIL I² 594) 98, 34 *v. p. 43, 16.* VERG. Aen. 11, 882 limine in ipso, moenibus in patriis atque -a tuta domorum (*v. p. 34, 55*). PLIN. epist. 7, 23, 1 ut illum et domi et -a domum atque etiam -a cubiculi limen exspectes. 7, 27, 8 fragor . . . iam ut in limine, iam ut -a limen audiri. SCAEV. dig. 32, 41, 6 in patria sua vel -a fines eius. TERT. adv. Hermog. 38 p. 168, 4 in loco . . . materia: si in loco, ergo -a locum, si -a locum, ergo determinatur a loco, -a quem est. adv. Marc. 4, 20 p. 485, 18 in eodem mundo et -a eundem ambitum caeli. *al.*

d *in locut. bimembribus altera pars aut non plene aut per adv. enuntiatur* (*at nota utramque partem absolutam e. g.* VLP. dig. 39, 1, 1, 14 sive . . . -a oppida sive extra oppida . . . opus . . . fiat. 43, 20, 1, 14 sive . . . -a urbem sit aqua sive extra urbem): *α non iteratur subst.* (*adv. altero loco ponitur e. g. l. 24; at -a secundo loco [l. 23. 27. 28] vix pro adv. [cf. p. 44, 17] accipiendum est*): ENN. ann. 399 occumbunt multi letum . . . aut -a muros aut extra (S. C. Frontin. aq. 106 quibus locis -a extra urbem apte castella . . . facere possent. *al.* PLIN. nat. 37, 204 rerum . . . maximum est pretium in mari nascentium margaritis, extra tellurem crystallis, -a adamanti. *et v. vol. V 2, 2051, 37 sqq.*). NEP. Dat. 6, 4 adversarii . . . cum et -a vallum et foris caederentur (APVL. Socr. 16 p. 155 nihil homini . . nec -a animum nec foris esse secreti. *al.*). LIV. 36, 17, 11 rex . . . condidit se -a rupes, ne ante fauces quidem . . ., sed -a penitus retractis castris (STAT. Theb. 8, 220 ante domos -aque). TERT. pall. 4, 4 (5 M.) pugil Cleomachus . . . -a cutem caesus et ultra (*cf. Gerlo ad l.*). *β secundo loco omittitur praep.*: SVLP. SEV. chron. 1, 4, 7 ita divisus orbis fuit, ut Sem -a orientem, Iaphet occidentem . . . contineretur. *cf. p. 41, 38 sqq.*

e *in iunctura q. e.* de -a: FVLG. RVSP. c. Arrian. 1 p. 205[C] *v. vol. V 1, 412, 65.* CONC. Matisc. a. 583 p. 160, 8 se . . . de -a monastirii sui septa subtrahere. *v. et p. 43, 49.*

B *notione* **temporali** (GELL. 12, 13, 29 qui iubetur '-a Kalendas' pronuntiare, is et ante Kalendas et ipsis Kalendis iure pronuntiare potest; . . . omne tempus, quod Kalendarum die includitur, '-a Kalendas' esse recte dicitur [*v. et p. 34, 10 sqq.*]. *spatio non expleto de aliquo medio tempore p. 41, 29. differt ab 'ante' eo, quod etiam terminus ipse comprehenditur, sed haec differentia extra usum ICTorum saepe vix ullius momenti est*): 1 *in universum*: *c. eis nominibus, quae indicant*: a *terminum, ultra quem tempus statutum non extenditur* (*v. et p. 41, 10*): *α nude*: Ⓘ *in iuncturis sollemnibus*: -a: annum: CAES. Gall. 6, 21, 5 -a annum . . . vicesimum feminae notitiam habuisse in turpissimis habent rebus. PLIN. nat. 14, 50 octavum. 14, 51. 17, 150. TAC. ann. 16, 30, 3 filia -a vicesimum aetatis annum (*al.*). SVET. Aug. 21, 2 ne . . . -a tricensimum annum liberarentur *servi. saepe.* diem: SENT. procos. Sard. (CIL X 7852) 16 in k. Decembres trium mensum spatium *dare* . . ., -a quam diem nisi forma allata esset *eqs.* (*sic raro fem.*: LIV. 45, 11, 11 [*alias semper masc.*]. TAC. hist. 4, 62, 1 IVLIAN. dig. 39, 1, 13, 1 SCAEV. dig. 45, 1, 122, 1). LIV. 9, 34, 13 eos, qui -a vicesimum diem . . . dictatura se abdicaverunt. 34, 49, 5. 37, 49, 7 *Aetoli iubentur* -a quintum decimum diem Italia excedere (*al.*). *al.* CELS. 2, 7, 26 -a septimum diem moriuntur (*Hippocr. progn. 22 p. 102, 10 ἑβδομαῖοι*). 2, 7, 27 (*Hippocr. aphor. 5, 10 ἐν ἑπτὰ ἡμέρῃσι*). *al.* SEN. dial. 11, 2, 4. *saepe.* horam (*per ellipsin l. 58*): ASCON. Mil. p. 36, 33 -a horam secundam accusatores coeperunt dicere. PLIN. epist. 3, 5, 13 surgebat aestate a cena luce, hieme -a primam noctis (*v. l. 56*). idus *sim.*: PLIN. nat. 6, 106 renavigant . . . Mechiris Aegyptii -a diem sextum, quod fit -a idus Ianuarias nostras. SCAEV. dig. 45, 1, 122, 1. *cf.* PLIN. nat. 16, 104 deflorescunt . . . -a VIII id. Iul. kalendas *sim.*: SENT. procos. Sard. (CIL X 7852) 11 edicto admonere, ut . . . -a k. Octobr. primas de praedis . . . recederent. 20 COLVM. 11, 2, 90 MART. 1, 99, 6. IVLIAN. dig. 12, 1, 19 pr. si Titio decem dedero, ut Stichum -a kalendas manumitteret, ante kalendas nullam actionem habebo. *al. cf.* LEX met. Vipasc. (CIL II 5181) 50 solvan⟨t . . . quo⟩que mense -a pr(idie) k. quasque. mensem: PETRON. 53, 8 nisi -a sextum mensem sciero. SVET. Claud. 1, 1 Livia cum . . . nupsisset, -a mensem tertium peperit. *al.* Ⓘⓘ *usu vario*: ANTON. or. frg. Cic. Phil. 13, 22 apparuisse numen deorum -a finem anni vertentis (VLP. dig. 50, 15, 4, 9 operis consummati). PLIN. nat. 8, 200 *pecus* -a quartum coitum impletur. CELS. dig. 28, 5, 60, 4 si -a illud tempus, quo testator decessit, redierit (*al.*). *al.*

β indicatur, unde tempus numeretur, per: *gen.*: SCAEV. dig. 35, 2, 27 Seius et Agerius si -a diem trigesimum mortis meae . . . caverint *eqs.* (40, 7, 40, 7). *praep.*: LIV. 34, 35, 3 ut ex ea die -a decimum diem . . . praesidia . . . deducerentur (VLP. dig. 9, 5, 3, 31 condicioni -a diem ex die mortis praestitutum parere. COD. Theod. 11, 30, 8 pr. ex eo die, quo fuerit quaestio terminata, . . . -a vicensimum diem. *cf. paulo amplius*: COD. Iust. 9, 9, 3 [*a. 213*] -a sexagesimum diem ex dissolutione matrimonii numerandum). PLIN. nat. 17, 130 olivetum ab aequinoctio verno -a vergiliarum exortum interradi (SCAEV. dig. 40, 7, 40, 8 a die mortis meae -a mensem sextum). quam: LIV. 36, 10, 1 -a decimum diem, quam Pheras venerat, his perfectis.
[Hi.]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

perioch. 49 p. 57, 17. SEN. contr. 4 praef. 4 *Pollio* -a quartum diem, quam Herium filium amiserat, *declamavit.* SEN. dial. 11, 2, 5 SVET. Iul. 35, 2 VLP. frg. Vat. 163 CYPR. epist. 64, 2 p. 718, 2. *al.*

b *tempus vel currens vel ita finem habens, ut non excedat spatium suum (differt* '-a' *ab* 'inter' *eo, quod* '-a' *recte dicitur, ubi alqd. finibus temporis concluditur,* 'inter', *ubi alqd. per aliquod tempus continuatum est atque etiam postea fieri potest; cf. e. g. Meusel ad* CAES. Gall. 1, 36, 7 Germani ..., qui inter [-a *l. v. falsa*] annos XIIII tectum non subissent): *α nude:* Ⓘ *sine differentia notionis ponitur iuxta eas locutiones, quas sub a (p.* **40**, *42 sqq.) proposuimus:* SEN. apocol. 11, 5 caelo -a triginta dies excedere, Olympo -a diem tertium. nat. 7, 29, 2 -a sextum mensem ..., -a pauciores menses. TAC. dial. 9, 4 omnis illa laus -a unum aut alterum diem (*nota nusquam dici* -a '*primum*' *diem, annum sim.*). *al.*

Ⓘⓘ *in iuncturis sollemnioribus:* -a: aetatem (*saepe c. breviloquentia pro* aetatem legitimam): SEN. benef. 1, 11, 5 *quae habent* pauci -a hanc aetatem (*i. tam iuvenilibus annis*). SCAEV. dig. 4, 4, 39 pr. si nunc -a aetatem essent. 32, 41, 4. MARCIAN. dig. 39, 4, 16, 9 (*rescr. imp. Pii*) quidam -a legitimam aetatem esse dicebat. COD. Iust. 2, 42, 1 (*a. 233; opp.* post impletam aetatem). *al.* annum: LIV. 9, 34, 19 gens ... -a annum ab stirpe exstincta est. 10, 13, 8 *lex*, qua -a decem annos eundem consulem refici non liceret. 38, 38, 13 *tot* milia dato -a duodecim annos. *al.* LABEO Vlp. dig. 43, 19, 3 pr. interdictum ... competere -a annum. VAL. MAX. 9, 13 ext. 1 quod *iuventus* -a centum annos esset obitura (*ex Herodoto 7, 46, 2 οὐδεὶς ἐς ἑκατοστὸν ἔτος περιέσται.* SEN. dial. 10, 17, 2. *al.*). PAPIN. dig. 31, 69, 2 si filius suus -a quattuordecim annos (*sc. aetatis*) decessisset. *al.* VLP. dig. 9, 2, 23, 7 si infans sit occisus nondum anniculus ..., aestimatio referatur ad id tempus, quo -a annum vixit (*v. p. 40, 39*). 43, 20, 1, 21 (*opp.* ante annum). 47, 8, 4, 8 (*opp.* post annum [*al.*]). *saepe.* *nota ap.* COLVM. 6, 29, 4 -a sextum ... annum molares ... cadunt (*al.*) *non, ut p. 40, 44, significari omne ante annos VI impletos tempus, sed solum tempus ipsius anni sexti.* biduum *sim.*: LIV. 37, 57, 2 Baebium ... -a triduum expirasse (44, 20, 1 CELS. 8, 14, 2. VLP. dig. 49, 4, 1, 14 [*Iulian.*] appellare. *al.*). 44, 45, 5 omnis ... Macedonia -a biduum dedita (*al.*). VAL. MAX. 5, 10 ext. 1 quadriduum. biennium *sim.*: LIV. 38, 38, 14 talenta *tot* ... -a quinquennium dato (LEX Malac. [CIL II 1964] 1, 63. COD. Theod. 2, 27, 1 pr. qui inter absentes -a hoc iuge quinquennium, inter praesentes vero biennium ... non publicaverit cautiones [*nota praep. altero loco omissam, cf. p. 40, 29*]. *al.*). VELL. 2, 23, 2 cum poena -a biennium consecuta est (2, 45, 3 COLVM. 2, 2, 13. 3, 3, 3 PLIN. nat. 25, 20. *al.*). PLIN. nat. 7, 162 quadriennium (14, 39 TAC. ann. 13, 42, 4. *al.*). SVET. Tib. 15, 2 triennium (*al.*). *al.* dies: PLAVT. Curc. 448 dimidiam partem nationum ... omnium subegit solus int[e]r[e]a viginti dies. SALL. Catil. 18, 3 -a legitumos dies profiteri. LIV. 2, 8, 4 consul ... -a paucos dies moritur (*saepe. v. et p. 35, 2. nota per breviloquentiam* 'paucos' *om.*: LVCIAN. Cypr. epist. 22, 2 p. 535, 2 quorum *martyrum* et nos socios futuros -a dies audietis). 37, 1, 6 urbe eodem die, Italia -a quindecim dies excedere iussi. *al.* CELS. 2, 7, 31 *nisi* praecordia tumorem ... habere -a sexaginta dies desinunt (*Hippocr. progn. 7 p. 84, 17 εἰ ... ὑπερβάλλοι ἑξήκοντα ἡμέρας*). 4, 31, 8 (*Hippocr. aphor. 6, 49 ἐν τεσσαράκοντα ἡμέρῃσιν*). *al.* PLIN. nat. 25, 122 thelyphonon ... necat ... -a eundem diem (*Theophr. hist. plant. 9, 18, 2 αὐθήμερον*). *saepe.* horas: LIV. 37, 5, 3 -a paucas horas urbem cepit. VELL. 2, 14, 1. SEN. epist. 54, 1 *impetus* -a horam fere desinit. 110, 16. *al.* menses: LIV. 34, 50, 3 ut cives ... conquisitos -a duos menses mitterent ad se. 40, 37, 6. SEN. contr. 7, 8, 5 sit ... mihi heres, si quis -a decem menses natus fuerit (*al.*). CE 433, 4. *saepe.* momentum: SEN. dial. 6, 7, 2 nat. 1, 3, 10. 1, 4, 2. 7, 22, 1 QVINT. decl. 316 p. 245, 10 APVL. met. 9, 18, 3. *al.* pubertatem: IVLIAN. dig. 30, 81, 10 si ... filius -a pubertatem decesserit. *saepe.* spatium: LIV. 9, 33, 6 qui quinquennalem ante censuram ... -a sex mensum et anni coegisset spatium (*cf. l. 68*). 26, 41, 8. VELL. 2, 47, 2 filius ... -a breve spatium obiit. 2, 48, 1 CELS. 3, 1, 4 SEN. nat. 7, 12, 8. *saepe.* tempus *sim.*: OV. met. 13, 887 -a temporis exiguum rubor evanescere coepit (*cf.* SEN. contr. 1 praef. 19 -a exiguum paucissimorum dierum tempus poterit quilibet facere illud. SEN. dial. 1, 1, 4. *al.*). LIV. 9, 33, 5 *finire censuram* -a legitimum tempus. VELL. 2, 4, 5 *Scipio* reversus in urbem -a breve tempus ... repertus est mortuus (SEN. benef. 1, 14, 3 accepi ... ego -a breve tempus, cum ille diu meruisset. *al.*). PLIN. nat. 36, 121 Marcius ... novam *aquam* ... -a praeturae suae tempus adduxit. TAC. ann. 15, 43, 2. EDICT. praet. Iulian. dig. 3, 2, 1 -a id tempus, quo elugere virum moris est. *saepe.*

Ⓘⓘⓘ *usu vario:* LIV. 26, 11, 12 tanti ... exercitus vestigia -a tam brevis aevi memoriam ... confundi (*cf.* VAL. MAX. 3, 7 ext. 1 -a primas memoriae metas). SEN. contr. 1, 2, 19 militem occisum esse -a verba, antequam vim adferret. STAT. silv. 1 praef. *Claudius Etruscus* balneolum a me suum (*i. carmen de balneo*) -a moram cenae recepit. FRONTIN. strat. 2, 10, 1 corpora -a noctem sepelienda curavit. TAC. hist. 5, 10, 1 -a (*Rhenanus*, inter *trad.*) duas aestates (*al.*). ann. 2, 41, 3 Marcellum ... -a iuventam ereptum (2, 71, 1 INSCR. RevA. V 34, 1931, 342 n. 38, 9 [*a. 144*]). 13, 39, 4 -a tertiam diei partem. TERT. adv. Marc. 5, 6 p. 589, 4 vane ante saecula proposuit et non magis -a saecula, quod revelaturus erat paene post saecula. *saepe.*

β indicatur, unde tempus numeretur, per: Ⓘ *gen.*: VELL. 2, 117, 1 -a quinque consummati tanti operis dies. IAVOL. dig. 40, 7, 28 pr. *servus* -a dies triginta mortis ... si rationes reddidisset (VLP. dig. 37, 9, 1, 9 qui mihi -a menses tres mortis meae natus erit [*opp.* post]. COD. Iust. 6, 30, 3 pr. [*a. 241*]. *al.*). GAIVS dig. 29, 1, 17, 4 si miles testamentum in militia fecerit ... et -a annum missionis moriatur (*al. cf. l. 21*). VLP. dig. 29, 1, 15, 5 pater vel in militia vel -a annum militiae decessit (*cf. l. 22*). 40, 7, 3, 11. PAVL. sent. 1, 6[1], 7 -a triennium venditionis. *al.*

Ⓘⓘ *praep.*: ab: PLIN. nat. 17, 190 *pampinatio fit* ab idibus Maiis -a dies X, utique antequam florere incipiat. PAVL. dig. 4, 4, 38 pr. -a duos menses ab emptione. *al.* *paulo amplius*: COD. Iust. 6, 29, 4, 1 sive vivo testatore sive post mortem eius -a decem menses a morte testatoris numerandos (9, 44, 3. 12, 33, 6, 1). ex: VLP. reg. 28, 10 bonorum possessio datur ... liberis -a annum, ex quo petere potuerunt, ceteris -a centum dies (COD. Theod. 13, 5, 38 pr. COD. Iust. 6, 30, 22, 1[b]. *al.*). COD. Theod. 2, 15, 1 pr. (= Iust. 2, 20, 8) ex eo die, quo adseritur commissus dolus, -a continuum tempus anni ... actionem ... deferri (2, 15, 1, 2. 7, 18, 8 pr. *al.* *amplius*: COD. Iust. 7, 37, 3, 3 -a quadriennium ... ex praesenti die numerandum). *al.* post: AFRIC. dig. 29, 1, 21 *testamentum militis* etiam -a annum post missionem *valet* (*al.*). VLP. dig. 5, 2, 8, 4 si quis ... -a annum post militiam decesserit. 40, 16, 2 pr. post sententiam -a quinquennium. *al.* *amplius*: VLP. dig. 25, 3, 1, 1 denuntiare -a dies triginta post divortium connumerandos (COD. Iust. 6, 30, 22, 2. *al.*).

Ⓘⓘⓘ *enunt. relat.* (*cf. et l. 15. abl. abs. l. 29*): VLP. dig. 9, 2, 23, 3 si *pictor* ... -a annum, quo praecideretur *ei pollex*, fuerit occisus. 9, 2, 23, 6. COD. Theod. 13, 5, 26 (= Iust. 11, 2, 2) ut -a annum, quo susceperint, inferant species. NOVELL. Theod. 7, 4, 7 quo facto (*v. l. 26*) -a tres menses.

Ⓘⓥ quam: LIV. 43, 9, 2 milites ... -a dies LX, quam in provinciam venit, dimisit. VELL. 2, 4, 2 Scipio ... -a annum ac tris menses, quam eo venerat, ... Numantiam ... aequavit solo. SEN. dial. 9, 11, 12 epist. 101, 3 COLVM. 6, 14, 4. 11, 2, 54 QVINT. inst. 1, 12, 9 LEX met. Vipasc. (CIL II 5181) 7 FRONTIN. aq. 6 PLIN. epist. 6, 33, 2 TEST. Dasum. (CIL VI 10229) 88 IVLIAN. dig. 29, 1, 20 pr. AFRIC. dig. 15, 1, 38, 3. *saepe.*

ⓥ postquam: POMPON. dig. 40, 4, 41, 2 (*Labeo*) Stichus -a annum, postquam mortuus ero, liber esto. VLP. dig. 17, 2, 52, 10 -a quattuor menses, postquam opus refectum erit. reg. 16, 1. COD. Theod. 9, 37, 4 (= Iust. 9, 42, 3) postquam fuerit ... custodiae traditus, -a dies XXX. *al.*

2 *peculiariter:* **a** *tempus retro computatur* (*numeri ponuntur fere card.; ordinales l. 64. indicatur, unde retro numeretur l. 58. 64*): -a annos *sim.*: VARRO rust. 3, 1, 4 cum artes omnes dicantur ... -a mille annorum repertae, agri numquam non fuerint. LIV. 4, 4, 3 decemviros ... -a decem hos annos et creavimus et ... sustulimus (PLIN. nat. 9, 26. 12, 13. 18, 55 -a hos decem annos. 18, 317 -a XXII hos annos. *v. et l. 52*). 9, 34, 10 Aemilia lex ... tenuit deinceps omnes censores -a centum annorum spatium. 9, 34, 14 nuper -a decem annos C. Maenius ... dictatura se abdicavit. *al.* FEST. p. 186. SEN. contr. 1 praef. 3 proximos (TRAIAN. Plin. epist. 10, 32, 2 qui ... -a hos proximos decem annos damnati ... sunt. *cf.* COD. Theod. 12, 19, 1 proxime). VELL. 1, 5, 3 *Homerus* ferme ante annos nongentos quinquaginta floruit, -a mille natus est. PLIN. nat. 2, 57. 15, 70. PLIN. med. 3, 38 -a paucos annos casu inventum est ... remedium (*syn. Plin. nat. 23, 56* nuper). NOVELL. Theod. 23, 1 -a triginta annos abhinc retro numerandos (Maior. 7, 1). *al.* *nota* (*v. l. 44*): COD. Theod. 12, 1, 74, 1 qui -a annos XI consulatus Constantii decimi *senatores facti sunt.* *ceteri loci selecti*: LIV. 23, 9, 3 paucae horae sunt, -a quas iurantes ... fidem obstrinximus. SEN. dial. 7, 19, 1 *Diodorus* -a paucos dies finem vitae suae ... inposuit (10, 18, 5 -a paucos illos dies, quibus C. Caesar periit. SCRIB. LARG. 13 cervi coagulum -a novem dies exceptum. PETRON. 38, 4 hos. TAC. hist. 2, 70, 1 -a quadragensimum pugnae diem lacera corpora. *al.* *v. et l. 67. p. 34, 25 sq.*). COD. Theod. 12, 1, 88 -a praescriptum tempus (*al.*). *sensu artiore excluso eo tempore, quod interiacet, non nisi de ipso tempore extremo dicitur:* PLIN. nat. 10, 151 ova incubari -a decem dies (*i. decimo die ante*) edita utilissimum: vetera aut recentiora infecunda. *audacius pro meta temporis ponitur homo, deus:* AMBR. fid. 3, 9, 61 p. 602C 'ante' cum dixit *Christus*, non se -a aliquem, sed omnia -a se dixit (*i. -a id tempus, quo est ipse*).

b *ponitur non solum ultima, sed etiam prima temporis meta, -a quas aliquod spatium concluditur* (*fere syn.* inter): CELS. 8, 7, 5 fere -a (inter *Linden*) quartum decimum et unum et vicesimum diem sanescunt maxilla, malae *eqs.* ..., inter vicensimum et tricensimum diem crura *eqs.* PLIN. nat. 18, 132 *seruntur rapa et napi* inter ... dies festos Neptuni atque Volcani ...; si ... *certo* die -a praedictum temporis spatium serantur *eqs.* 18, 280 vergiliae ..., ut quarum exortu aestas incipiat, occasu hiems, semestri spatio -a se messes vindemiasque ... conplexae. 21, 69 rosaria a favonio fossa oportet esse et iterum solstitio, et id agendum, ut -a id tempus purgata ac pura sint (*al.*). FLOR. epit. 3, 21, 17 tot ... funera -a kalendas et idus Ianuarii mensis septima ... Marii purpura dedit. *al.*

c *significantius, fere i. q. citra:* SEN. epist. 97, 5 promitto

[Hi.]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

nec differo: -a comperendinationem (*i. sine mora*) fides promissi me⟨i⟩ extabit.

***appendicula** ad I de collocatione*: 1 *antecedit*: a *pars accusativi pendentis*: VARRO rust. 2, 9, 15 cingulum ... cum clavulis capitatis, quae -a capita insuitur pellis. FEST. p. 194 *flumen Ofens* est in agro Privernate mare -a et Taracinam. TAC. ann. 3, 72, 3 *incendium* unum -a damnum *stetit* (13, 4, 2. *cf. inverso ordine*: 11, 36, 3 *Montanus* accitus ... noctemque -a unam ... proturbatus erat). 4, 40, 5 vis tu ... istum -a locum sistere. 6, 11, 3 paucos -a dies (6, 12, 2 quem -a diem ... deferrentur. 12, 16, 2 coepta patrataque expugnatio eundem -a diem foret. 16, 17, 1). 11, 10, 3 *Vardanen* interfecere primam -a iuventam. 12, 64, 1 paucos -a menses (15, 23, 3). b *totum*: LVCR. 3, 592 finis dum vitae vertitur -a ... anima. IVV. 8, 240 tantum ... muros -a toga contulit illi (*i. Ciceroni*) nominis. TAC. ann. 3, 75, 2 *Labeo* praeturam -a stetit. 4, 48, 1 dum populatio lucem -a sisteretur.

2 *intercedit*: a *encliticum*: LEX VRSON. (CIL I² 594) 98, 34 qui in ea colon(ia) -ave eius colon(iae) fines domicilium praediumve habebit. OV. met. 6, 309 -a quoque viscera saxum est. 11, 651 ille volat ... -aque morae breve tempus in urbem pervenit (LIV. 6, 4, 6. 9, 22, 11. 43, 15, 1. CELS. 5, 28, 12ᴸ ut brevis -aque carnem sit *fistula*. SEN. nat. 3, 25, 3 SVET. Cal. 25, 1. 49, 2 Dom. 3, 1. *al.*). b *verbum*: HOR. epist. 2, 1, 31 nil -a est oleam (olea *Bentley*), nil extra est in nuce duri. STAT. silv. 4, 6, 38 (*de parva effigie Herculis*) cum mirabilis -a stet mensura pedem (*Politianus*, pedum *M*).

II c. abl. (*saepe admittenda est m finalis omissa, ita ut nonnulla exempla ad I referri possint; at non dubie abl. invenitur e. g. l. 33. 38. 39. 48. 52*): A *sensu locali*: 1 *generaliter*: CIL IV 2400 *non* extra porta, set -a porta. PEREGR. Aeth. 20, 2 fui ad ecclesiam, quae est -a civitate ipsa. 27, 2 *legit* episcopus -a anastase. 33, 2 intrat episcopus -a spelunca (*syn. 34* in spelunca). 49, 3 -a qua ecclesia est spelunca (*cf.* 12, 1 -a quam ecclesiam). GROM. p. 324, 25 L. -a vinea memorias sunt (p. 329, 16 [= p. 10 Q 5 J.; vineam ζ]). EPIPHAN. in euang. 57 p. 155, 14 sciebat ..., quid mulier doloris haberet -a pectore (pectus *B*). ORIBAS. eup. 2, 1 G 1 Aa p. 473 lac inicitur -a matrice ulcerata (matricem *Ab; gr. 2, 1 Γ 8 ἐνίεμεν ... μήτραις*). 4, 91 Aa p. 607ᵖ·ᵐᵉᵈ· de axungia ... -a ano mittis ([*om. gr.*]. syn. 8, 4 Aa p. 209ᵃ·ᵐᵉᵈ· -a vaso [in vaso *La; gr. 8, 3, 14 εἰς τὸ ἀγγεῖον*]). syn. 3, 207 p. 890, 14 oleum, qui -a coloquintidis (*pro abl. pl.*) fuit (*antea*: coloquentidas ... inples oleo. *om. gr.*). 7, 1 Aa p. 131ⁱⁿ· nihil ... in vulnere -a labiis aliqua sordis remaneat (-a labia *La; gr. 7, 1, 2 μεταξύ*). LEX Burg. extr. 21, 1 -a regione nostra (21, 2). GREG. M. epist. 13, 1 p. 365, 9 reponi eam *iconam* in oratorio ... -a palatio (*Norberg, in reg. Greg. M. stud. cr. I, 1937, 85 adn. 2, hunc abl. et al. scribae, non Gregorio imputat*). SACR. Greg. 138, 3 -a quorum nos consortio ... admitte (consortium *codd. recc.*). CIL VI 1747 b 2 ⟨Symm⟩achio v. p. -a palatio comitatus. 31852, 7 cum horto, qui est -a concluso (*pro* -a conclusum? *ut v. vol. IV 74, 55*). X 6069, 4 *non* -a maceria humari quemquam licet. INSCR. RevA. V 32, 1930, 355 n. 63 (*Romae*) Montanae *mortuae* -a diebus XI. *al.*

2 *in iunctura q. c.* de -a (*cf. p. 40, 32*): APON. 6 p. 109ᶠⁱⁿ· de -a conclusione dentium ... vox resonans repercussa melodiae dulcedinem reddit.

B *sensu temporali*: CONC.ˢ II 2, 2 p. 37, 22 si ... -a XXX annis (annos *l. v.*) facta est ... quaestio ([*gr. II 1, 2 p. 161, 19 ἐντὸς τῶν τριάκοντα ἐτῶν*]. LEX Visig. Eur. 277 -a L annis [*ter ibid.*]). LEX Burg. Rom. 31, 2 -a quinquennio (quinquennium *l. v.*).

CAPVT ALTERVM: ***adv.*** (*loci omnes*):

I *quaeritur 'ubi?'*: A *fere i. q. intus* (*in animo l. 74 sqq., in occulto l. 79. 80. pro subst. [?] l. 67*): 1 *in universum*: BELL. Hisp. 35, 2 erat bene ⌊magna manus⌋ (⌊⌋ magnum *trad.*) -a (*i. in oppido*) Pompeianarum partium. AETNA 111 liber spiritus ⌊-a (*sc. in terra*) effugiens molitus⌋ iter (⌊⌋ *CZ, Sudhaus*, intrat [*SH²*] et fugiens molitur *Vollmer*). TIB. 2, 3, 45 claudit ... moles mare, ... ut -a neglegat hibernas piscis adesse minas. NVX 95 lamina mollis adhuc tenet os in lacte, quod -a est (*v. app. cr.*). LIV. 22, 45, 7 laevom cornu extremi equites sociorum, -a pedites ad medium iuncti legionibus Romanis tenuerunt (-a *pro subst. esse explicant Weissenborn-Müller; at ego Liv. sic scripsisse vix crediderim, sed potius* interiora *restituendum esse*). VITR. 2, 9, 4 qui ... non habent ex arboribus exitus umores, -a concrescentes putrescunt. 7, 8, 4 argentum *vivum* per panni raritates extra labitur, aurum compressione coactum -a purum invenitur. 9, 8, 11 post frontem horologii -a conlocetur castellum. 10, 16, 11 qui ... -a fuerunt (*i. in specu*). SEN. Thy. 965 vagus -a terror oberrat (*sic de animo*: dial. 3, 20, 5 *irascentium* strepitus magni ... sunt, -a mens pavidissima. TERT. adv. Val. 17 p. 196, 19 *Achamoth* subsuriit [substruit *trad.*] -a. COMM. apol. 865 magis -a crudescunt). dial. 5, 37, 3 qui -a iacet (*i. in domo sua*). 7, 12, 5 *Epicureorum* voluptatis laudatio perniciosa *est* ..., quia honesta praecepta -a latent, quod corrumpit, apparet. 11, 5, 6 deceptorio fuco circumlita ..., -a nihil habentia fronti suae simile. MELA 1, 23 -a (*i. in Africa*) ... vix iam homines *sunt*. 1, 74 *specus Corycii* -a spatium est ... horribile. PLIN. nat. 5, 76 *Tyri* circuitus XIX p. est, -a Palaetyro inclusā. 11, 181 *cor* quasi alterum movetur -a animal ([animalia *trad.*]. *Aristot. part. anim. p. 666ᵇ, 17 ἐν τοῖς ἔχουσιν*). STAT. Ach. 1, 110 -a centauri stabula alta patent. QVINT. inst. 1, 10, 43 deni in quadram pedes quadraginta per oram, -a centum erunt (*syn. 44* intus). FRONTIN. grom. p. 2, 22 quidquid ... inter IIII limites minus quam -a clusum est fuerit adsignatum, *subsicivum est* ([PS. AGENN. grom. p. 57, 13 minus quam -a eisdem potuit claudi limitibus]. p. 15, 14 ut ... -a clusi modus enuntietur, agrum ... rectis lineis dimetiemur. HYG. lim. grom. p. 138, 3 *lapidum* partes ..., quae in suis regionibus centurias litteris -a cludunt [incl- *l. v.*]. GROM. p. 341, 31 L. lapis ..., qui agrum -a clusum et extra clusum significat. *cf. et p. 43, 46. ad rem cf. vol. V 2, 2061, 14 sqq.*). p. 10, 16 *arbores*, quae in fine sunt sive -a (infra *l. v.*). SVET. Iul. 84, 1 aedes ... collocāta -aque lectus eburneus. PORPH. Hor. sat. 1, 2, 101 vestis *Coa* ..., per quam ... quae -a sunt translucent. GREG. M. in cant. p. 185ᶠⁱⁿ· fide ... *vocaris* christiana et non operibus, quia -a videris esse per fidem et non -a per opera. PALLAD. hist. mon. I 6 p. 274ᴮ omnia, quae habere -a videbar (*gr. p. 53, 24 B. πάντα τὰ ἐν τῷ κελλίῳ*).

2 *in locut. bimembribus* (*πολυμερεῖ l. 26; cf. et p. 40, 14*) *iunguntur c. adv. opp.*: c. extra (*v. et l. 8*): SEN. dial. 3, 3, 7 *animalium* tota ... ut extra ita -a forma humanae dissimilis est. nat. 1 praef. 13 *deus* opus suum et -a et extra (et extra et -a *l. v.*) tenet (ITALA exod. 25, 11 [CONC.ˢ I 5 p. 190, 21] extra et -a inaurabis *arcam* [*ἔξωθεν καὶ ἔσωθεν, Vulg.* intus et foris]). COLVM. 8, 15, 2 maceries ... levigatur extra -aque (*cf.* MELA 1, 2 litora ut -a extraque sunt. 1, 24 PRISCILL. tract. 11, 142 SVLP. SEV. epist. app. 1, 6 p. 222, 18). PLIN. nat. 2, 2 *mundus* extra -a cuncta conplexus in se (*sic asynd.*: 2, 166 *aqua* permeante *terram* ... -a extra supra ⟨infra⟩ venis ... discurrentibus [*v. l. 17*]. 6, 205). PAVL. NOL. carm. app. 3, 76 *v. p. 34, 1.* c. *aliis*: COLVM. 12, 44, 7 vasa ... extrinsecus et -a diligenter picata esse debebunt. PETRON. 22, 2 idem et tota -a forisque familia fecerat.

B *fungitur vice adverbii, quod respondeat praepositioni 'inter'*: PLIN. nat. 2, 199 montes duo inter se concurrerunt ... inter eos flamma ... exeunte ...; animalia permulta, quae -a fuerant, exanimata sunt. 3, 80 citra *Corsicam* est Oglasa, -a vero et LX p. a Corsica Planasia (*i. inter Corsicam et Oglasam. cf. vol. VII 1, 1483, 76*).

C *i. q. infra* (*v. et l. 50; cf. p. 37, 55. 39, 51*): VVLG. exod. 40, 18 *Moyses* posuit et testimonium in arca subditis -a vectibus et oraculum desuper (-a *GA*, infra *O* [*c. gr. ὑπό, cf. Italam Lugd.* sub]). MART. CAP. 8, 857 *Venus Mercuriusque* circulorum suorum centron in sole constituunt ita, ut supra ipsum aliquando, -a plerumque ... ferantur.

II *quaeritur 'quo?'*: A *fere i. q. intro*: CIRIS 256 *Carme nullas* ante ... patitur sibi reddere voces, ... *Scylla* pedem quam rettulit -a (*trad.*, intro *Ribbeck*, intus *Némethy* [*habet Culex 290* rettulit intus]). VITR. 10, 4, 2 relictis ... aperturis ad aquam -a concipiendam. 10, 16, 10 *oppugnatores urbis* specus agentes -a penetrare cogitabant. QVINT. inst. 11, 3, 98 binos ... digitos distinguimus ... paulum tamen inferioribus -a spectantibus, sed ne illis quidem tensis, qui supra sunt. *dub. an addendus* CHIRON 282 infunditur -a ⟨cucumeris⟩ (*add. Oder*) agrestis reliqua pars tusarum (*locum huc pertinere vult Oder p. 385; maiorem latere corruptelam censet Niedermann*).

B *fere i. q. infra* (*cf. l. 35*): GELL. 3, 6, 2 non deorsum palma *onere pressa* cedit nec -a flectitur, sed adversus pondus resurgit (*Plut. symp. 8, 4, 5 p. 724ᴱ οὐ κάτω θλιβόμενον ἐνδίδωσιν*).

deriv.: 2. intro; intralia, intraneus. *compos.*: ? intrabutteus, intracaelestis, intramundanus, intramuran(e)us; *cf. quae coaluerunt* deintra, intraclusus, intracurro.

[intraametra GROM. p. 443, 8 L. (tetrametra *Rigault*).]

intrābilis, -e. *ab* intrare. *i. (qui) quod intrari potest*: LIV. 22, 19, 12 cum ... amnis os (adnisos *trad.*) lato agmini *navium* et tam multis simul venientibus haud sane -e[s] esset.

?**intrābutteus**, -a, (-um). *ab* intra *et* *butta (*?, cf.* butia, buttis). ? *i. q. intra *buttam (i. dolium) positus*: RVF. podagr. 8 siccis va⟨po⟩ribus utentibus bene facit quem Greci pithon vocant; nos autem cum tinea (*i. tina*, pinea *trad.*) -a (intra buttam *coni. Daremberg-Ruelle, vix recte*), ut exitu circumdato et cum sarmentis tinea (pinea *trad.*) calefacta sublato igne intus desudent.

intrācaelestis, (-e). *ab* intra *et* caelestis. *i. qui intra caelum* (*i. sub caelo, opp.* supracaelestis) *est*: MAR. VICTORIN. adv. Arrium 4, 31 p. 1135ᴰ locis ... vel supracaelestibus vel caelestibus vel -bus.

[intrāchorium GLOSS. (*i.* intra corium) *v. s.* lanterna.]

intrāclūsus *v. l. 3 sqq.* *Hi.*

intractābilis, -e. *ab et* tractabilis. *forma comparat. p. 45, 3. de notione*: SERV. Aen. 1, 339 -e: insuperabile, asperum, saevum. 4, 53 non tractabile: asperum, -e. GLOSS.ᴸ II Philox. IN 698 -e ἀψηλάφητον, ἀμεταχείριστον. GLOSS. inexpugnabile. investigabilis. ἄπρακτος. ἀπρόσιτος. *legitur apud* VERG., GRATT.; *in sermone pedestri inde a* SEN. *philos.* [*var. lectio falsa*: PS. PHILO antiq. 10, 1 -es tenebrae (tractabiles *codd. potiores, cf. exod. 10, 21* tam densae, ut palpari queant.]

I *qui (quod) tractari vel aegre vel omnino non potest*: A *de animantibus et eorum qualitatibus, moribus sim.: fere i. q. difficilis, asper, durus* (*temerarius p. 45, 9. c. praep.* ad: *p. 45, 13. 16*): VERG. Aen. 1, 339 genus -e bello. GRATT. 159 *canum* genus -is irae. SEN. Phaedr. 229 animum (271 tristem et -em [*syn.* saevam]. PS. EVSEB. GALLIC. hom. p. 678ᶜ). dial. 4, 15, 4 non ... humani vim ingenii, sed feri et

[V. Schmidt]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

-is (GELL. 1, 17[tit.]). 6, 5, 1 ne te difficilem amicis et -em praestes. epist. 25, 1 respice aetatem *amici* ... iam duram et -em: non potest reformari. GELL. 18, 7, 1 *Domitius* erat natura -ior et morosior. PORPH. Hor. carm. 3, 10, 1 puellam ... asperam et -em. ARNOB. nat. 5, 5 p. 177, 23 ferocitas animi ... -is. 5, 11 p. 183, 26 feritas. QVEROL. p. 39, 5 R. quam ingratus atque -is *dominus malus*. AMM. 15, 5, 23 ut bestiarii obiceremur -bus feris. AMBROSIAST. in Rom. 2, 5 p. 65[A] durat inconvertibilis et -is manens *peccator*. in I Cor. 6, 4 p. 212[A] tam ... -es (*v. p. 44, 81*) et inconsideratos eos significavit, ut imperitos forte ex fratribus iudices eligerent. in Eph. 5, 15 p. 397[B] qui, quamvis perfidus sit, non tamen penitus -is est, ut nec audire se patiatur verba fidei. in Col. 4, 5 p. 440[A] quem scias -em et obstinatae mentis, paratum ad contumeliam faciendam. HEGES. 1, 44, 8 p. 121, 1 -is ad veniam *Herodes*. HIER. in Is. 21, 11 p. 264[C] *gentium multitudo* hispida, fera, -is. PROSP. epist. 2, 16 p. 86[A] mores. EVSTATH. Bas. hex. 8, 1 p. 946[B] cum aquaria *animalia* ... immitia sint et indocta et ad omnem vitae societatem prorsus hominibus -ia (*gr. p. 165[C]* ἀμεταχείριστα).

B *de rebus* (*v. et p. 44, 80*): **1** *eis, quae ab hominibus tractari non possunt*: VERG. georg. 1, 211 sub extremum brumae -is imbrem (*cf. Serv. auct. Aen. 4, 53* 'non tractabile caelum' sub quo tractari nihil possit). PLIN. nat. 19, 89 virus -e illi (*pastinacae*) est (*i. cuius sapor tractando non mollitur*). *fere i. q. impeditus* (*syn.* arduus): GELL. 4, 15, 6 (*ad Sall. Catil. 3, 2* arduum videtur res gestas scribere) 'arduum' Sallustius non pro difficili tantum, sed pro eo quoque ponit, quod Graeci χαλεπὸν appellant, quod est cum difficile tum molestum quoque et incommodum et -e. SYMM. epist. 6, 21 dum navigatio -is est, in oris Campaniae ... haerebunt. *fere i. q. invius*: PANEG. 4, 36, 5 iter gelu -e. IVST. 24, 4, 4 Alpium invicta iuga et frigore -ia loca transcendit. *i. q. non idoneus* (*c. dat.*): VEG. mil. 4, 39 quidam menses aptissimi, quidam dubii, reliqui classibus -es sunt lege naturae. *i. q. inhabilis*: OROS. hist. 5, 15, 17 *ut scutum imbre madefactum* -e repentino pondere fiat. **2** *respicitur impetus undarum (in imag.)*: *fere i. q. indelebilis*: SEN. Phaedr. 580 dura cautes undique -is resistit undis.

II *qui (quod) contrectari non potest, fere i. q. incontrectabilis* (*n. pro subst. l. 40*): LACT. ira 15, 3 anima et corpore, quorum alterum caelo adscribitur, quia tenue est et -e, alterum terrae, quia comprehensibile est. CONC.[S] I 5 p. 118, 27 incorporale et -e esse dei patris verbum (*gr. I 1, 7 p. 35, 38* ἀναφής). CASSIAN. c. Nest. 3, 15, 5 p. 281, 25 non ego incorporalia tenui nec -ia temptavi, non spiritum manu contigi. MVTIAN. Chrysost. hom. 32, 1 p. 437[med.] quid *est* ignis tractabilis ad deum -em? (*gr. p. 219 med.* ἀψηλάφητον).

III *de quo tractari, disputari non potest*: PS. PRIMAS. in Rom. p. 448[C] quod inter Iudaeos dicere adhuc -e videbatur, intellectui derelinquit (*syn. Pelag. in Rom. 7, 4 p. 55, 6* quod inter Iudaeos dicere non audebat). *V. Schmidt.*

intractātus, -a, -um. *ab* in *et* tractatus. *scrib.* -trect-: CIC. Lael. 68 (*D*, -tract- *rell.*). CAEL. AVR. acut. 3, 5, 57. *apud* CIC., VERG., GRATT. *et inde a* CHALC.

i. q. non tractatus: **1** *de equo, fere i. q. non domitus, non condocefactus*: CIC. Lael. 68 nemo est quin eo *equo*, quo consuevit, libentius utatur quam -o (intracto *l. v.*, *cf. l. 48*) et novo.

2 *de rebus*: **a** *eis, quae manu tractantur* (*syn.* rudis): CHALC. comm. 222 p. 258, 9 *materia informis* ut massa aeris et -a ligna (*cf. l. 56*). CAEL. AVR. acut. 3, 5, 57 *partes corporis contegere* lanis ... rudibus atque -is. *audacius*: GRATT. 134 *virga turis* suos usus -umque decorem ... natalibus hausit arbitriis (*i. decorem non arte effectum, quia ita nascitur procera, ut sine arte et labore idonea sit ad hastilia; opp.* multo sunt ficta labore. *cf. de ligno l. 54*). **b** *actionibus, fere i. q. intemptatus*: VERG. Aen. 8, 206 *Cacus*, nequid inausum aut -um (intemptatum *M1*) scelerisve dolive fuisset, quattuor ... tauros avertit. CHAR. gramm. p. 410, 5 B. id mihi -um erat ..., huic parti curam numquam habui. **c** *scriptis, quae exponenda sunt* (*syn.* indiscussus): HIER. epist. 124, 4, 5 (*ex Orig.*) haec ... non sint dogmata, sed quaesita tantum atque proiecta, ne penitus -a (intra ętate *l. v.*) viderentur (*deest gr., sed cf. Rufin. Orig. princ. 1, 8, 4 p. 105, 13* ne videatur quaestio mota non esse discussa). AVG. in psalm. 36 serm. 3, 1 p. 383[fin.] pars ... psalmi ... indiscussa vobiscum et -a remanserat (BOETH. in top. Cic. 6 p. 385, 42). CASSIOD. inst. 1, 24, 2 illa ... quae ab *antiquis expositoribus* ... -a (tractata *l. v.*) relicta sunt.

?intractio, -ōnis *f.* *ab* intrahere. *fere i. q. tractus lentus vel intortus*: PLIN. nat. 7, 55 Surae ... proconsulis ... rictum in loquendo -emque (contract- *l. v., fortasse rectius*) linguae et sermonis tumultum ... piscator quidam ... reddidit.

intrācurro, (-ere). *ex* intra *et* currere *coaluit.* *i. q. intra (sc. ripas) currere*: SCHOL. Hor. gloss. Γ carm. 4, 7, 4 '*flumina* praetereunt' -unt ac per hoc non transcendunt.

?intrācursus, (-a), -um. *ab* in *et* tra(ns)cursus. SEN. epist. 124, 17 tempus ... tribus partibus constat: praeterito, praesente, venturo. animalibus tantum, quod gravissimum (brevissimum *l. v.*) est -um (*A*, intra cursū *B*), datum praesens (*i. 'si non transcurritur' Buecheler*, quod brevissimum est et in transcursu *Madvig, alii alia, cf. app. cr.*).

intraho, -ere. *ab* in *et* trahere. [*francog. vet.* entraire. *R.*]

[*dub.*: PAVL. FEST. p. 111 -ere est contumeliam intorquere (*'an intericere? cf. Gloss.[L] II Philox. IN 651* intericit σχετλιάζει' *Lindsay Gloss.[L] IV ad l.*). CAEL. AVR. gyn. 1, 60 l. 514 sensim repetenda est consuetudo *ciborum et vini*, primo miti levitate -cta (*gr. aliter*).]

fere i. q. attrahere: APVL. met. 5, 20, 3 *serpens* postquam sulcato⟨s⟩ -ens gressus cubile ... conscenderit (sulcatum trahens gressum *Robertson, fortasse recte; v. app. cr.*). 11, 23, 3 sol curvatus -bat vesperam.

deriv.: ? intractio.

intrālia, (-ium) *n. pl.* *ab* intra, *cf.* int(e)ranea *et* ilia. GLOSS. V 561, 40 vitalia intra alia (*sic, cf. Heraeus, Kl. Schr. p. 133 adn. 1*). *v. et Du Cange.* [*francog.* entrailles. *Heraeus.*] *i. q. intestina*: MIRAC. Theclae 7 p. 172, 28 carne male incisa ab acie gladii ex utraque parte non sine gravi gemitu -a eius intuentibus patefacta intuebantur.

intrāmundānus, (-a), -um. *ab* intra mundum, *cf.* extramundanus, transmundanus. (*qui*) *quod intra mundum est*: CLAVD. MAM. epist. 2 p. 203, 12 *homines* rerum abdita rimantes ... non modo -um (intra mundanum *Engelbrecht, at v. Harleman, de Claud. Mam. quaest., Uppsala 1938, 46 adn. 1*), sed supercaeleste etiam introiere secretum.

intrāmūrāneus, -a, -um. *ab* intra muros, *cf.* intramuranus *et* oppidanus, oppidaneus. *per confusionem vulg. scribitur* infra-: *v. vol. VII 1, 1487, 15. ap.* GREG. TVR. *pro* intramuranus. *i. q. intra moenia urbis situs*: GREG. TVR. Franc. 2, 34 p. 83, 12 palatium regale -um (intra murum eum *l. v.*) ... igne succenditur. vit. patr. 7, 3 p. 689, 2 gestatores ... ad -am eum ecclesiam detulerunt.

intrāmūrānus, -a, -um. *ab* intra muros, *cf.* extramuranus. *scribitur c. apicibus et* i *longa ultima l. 31.*

qui (quod) intra moenia urbis, oppidi, municipii sim. est: CIL XI 3797, 5 (*a. 1*) M. Herennio ... múnicipes múnicipi Augusti Veientis intrámúránI (*v. l. 28*) patrono (3808, 9 [*s. III*] intra murani [*sic*]. *ad rem v. Mommsen, Staatsr. III 791[in.] et vol. V 2, 2070, 31 sq.*). ITIN. Alex. 52 occupatis in regem -is universis (*opp.* Macedones ..., qui foris rem agebant). LAMPR. Heliog. 27, 7 canonem ... meretricibus, lenonibus, exsoletis -is dari (*opp.* extramuranis). VOPISC. Aurelian. 38, 3 seditio -a bellum mihi gravissimum peperit. SYMM. rel. 17, 2 si melioribus viris officia -a (intra mura [muros] *l. v.*) mandetis. AMM. 31, 7, 5 vulgus ... barbarorum ad orbis rotundi figuram multitudine digesta plaustrorum tamquam -is cohibitum spatiis. PS. ASCON. Verr. p. 260, 19 omnis ... magistratus, qui -us non est nec urbanus, etiamsi administrator eius Romae est, 'ad urbem' dicitur. AMBR. epist. 20, 1 p. 994[C] basilica nova, hoc est -a (*opp.* Portiana, hoc est extramurana).

cf. intramuraneus.

intrānatābilis, -e. *ab* in *et* tranatare. [*vox e coni. tantum restituta.*] *qui tranatari non potest*: IVL. VAL. 2, 25 p. 86, 2 impervium ... impedimentum illud -is fluvii (in tranatabulis *trad., em. Schlee*).

intrāneus, (-a, -um). *ab* intra, *cf.* extraneus (*v. Eisinger, Wortbildungen mit -aneo, diss. Freiburg 1910, 40*). *i. q. interior*: OP. imperf. in Matth. 40 p. 858[A] forani lapides -os intra se tenent et constringunt (*antea*: artifex ex omnibus lapidibus eligit meliores et ponit a foris in facie aedificii, ceteros autem ... mittit intus).

intrānia, -ōrum *n. pl.* *v. s.* interanea.

intrānscēnsibilis, (-e). *ab* in *et* transcendere. *qui transcendi non potest*: CASSIOD. Ios. c. Ap. 2, 293 quid ... -i pietate melius est (*gr.* ἀπαραβάτου). Didym. in I Ioh. p. 72, 20 ut habeat *dei verbum* ... perfectam -em deitatem (*cf. l. 70 sq.*).

?intrānscursus *v. s.* intracursus. *Hi.*

?intrānsgredibilis *v. l. 67.*

intrānsgressibilis, -e. *ab* in *et* transgredi. *compar. et superl. non inveniuntur.* *legitur apud eccl. inde ab* ITALA.

qui vel transire (l. 63 sqq.) vel transiri (l. 73 sqq.) non potest: *negatur*: **1** *transitus dignitatis, muneris ad successorem*: ITALA Hebr. 7, 24 (cod. r; Aug. pecc. mer. 1, 27, 50 p. 48, 21; Ferrand. epist. 4, 14) alii *sacerdotium habentes leviticum* ... plures sunt facti sacerdotes, quia morte prohibebantur perseverare; hic autem (*i. Iesus*), qui manet in aeternum, -e (-gred- *Ferrand.* [*variam lect. profert Mai*]) habet sacerdotium (ἀπαράβατον, *Vulg.* sempiternum).

2 *transitus a persona dei patris, i. q. immanens* (*pro t. t. theol.*): QVODV. c. Iud. pag. Arr. 6 p. 1120[med.] verbum -e procedens de corde patris suscepit carnem. CASSIOD. hist. 1, 14, 32 -em habet filiationem unigenitus patris (*Theodoret. 1, 4, 34* ἀμετάπτωτον).

3 *transgressio loci* (*modi l. 77. proprie et per imaginem. acced. dat. l. 78. 82*): AVG. gen. ad litt. 2, 10 p. 48, 14 firmamentum ... propter firmitatem aut propter -em terminum superiorum et inferiorum aquarum vocatum intellegere licet. trin. 11, 11, 18 p. 998 singulis *visionibus* ... in memoria praescriptus est -is modus. MAX. TAVR. hom. 40 p. 313[C] murus ... est Christiano ieiunium, inexpugnabilis diabolo, -is inimico. CASSIOD. Ios. antiq. 2, 14 p. 59[p. med.] *Aegyptii Hebraeos* inter rupes -es ... et mare claudentes (*gr. 2, 324* ἀπροσβάτων). *peculiariter de loco, in quem nemo sinitur intrare*: CASSIOD. Ios. antiq. 3, 7 p. 72[in.] tertia ... pars *tabernaculi* ..., quae sacerdotibus -is videbatur (*gr. 3, 123* ἄβατον).

4 *transgressio praecepti sim.*: HESYCH. in lev. 22, 9 p. 1068[C] [*Wolf*]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

praecepta domini ... oboedientiam -em *exigunt.* CONC.[S] II 5 p. 88, 25 pax mundo collata in sua soliditate -i pietate servetur. CASSIOD. Ios. c. Ap. 2, 102 sciunt ... omnes ... -em *templi nostri* purificationis integritatem (*cf. p. 46, 82*).

adv. **intrānsgressibiliter.** *fere i. q. sine transgressione, accurate, diligenter (cf. p. 46, 84)*: CONC.[S] II 5 p. 29, 24 quae ab eis *conciliis* sunt definita ..., custodire -r exoramus. p. 30, 3 quae in ea *doctrina* sunt explanata, -r observamus.

deriv.: transgressibilis (*retrogr.*). *Wolf.*

intrānsībilis, (-e). *ab* in *et* transire. *i. q. intransmeabilis*: HIER. in Is. 11, 6sqq. p. 151[D] Nilus ..., qui prius ... -is erat, in septem ... rivos divisus est ..., ut calciatis pedibus transiretur. PSALT. Cas. 103, 9 *aquis* grumos posuisti -es (ὅριον ..., ὃ οὐ παρελεύσονται, *Vulg.* terminum ..., quem non transgredientur). *Hi.*

[FRONTIN. (?) strat. 4, 7, 12 M. Porcius ... in classem hostium cum **intrānsiluisset** (H^1, transiluisset *rell.*).]

intrānsitīvē *v. l. 37.*

intrānsitīvus, -a, -um. *ab* in *et* transitivus, *secundum gr.* ἀμετάβατος, ἀδιαβίβαστος. *i. q. nullum indicans transitum actionis ab alia ad aliam personam*: PRISC. gramm. II 552, 25 cum ... flectas nomen in obliquos casus, verbum adiungi ei non potest -um, id est ἀμετάβατον, hoc est in sua manens persona (II 553, 1. 5. 6. 16 [*opp.* transitivorum]). 555, 2 quae compositio (*i.* '*legens doceo*') -a est, hoc est ipsam in se manere ostendit personam. 555, 7 nominativus et vocativus -us solet esse (*cf.* III 32, 23 *nominativi* per -am dicuntur elocutionem, id est non transeuntem ab alia ad aliam personam). III 15, 20 Homerus ... in simplicibus ... pronominibus (*e. g.* ἐμέ) et -as ponit ... personas et transitivas ...; iuniores addiderunt composita pronomina (*e. g.* ἐμαυτόν), quae -as significarent personas, simplicibus vero usi sunt transitivis. 45, 7 nostri huiuscemodi dictiones (*ut* '*coram*', '*palam*'), quando praeponuntur casibus ... per transitionem personarum, inter praepositiones accipiunt ...; quando vero verbis coniunguntur et -ae sunt ..., inter adverbia numerant. 158, 29 cetera *verba impersonalia* ... dativo copulantur et -a (intransiva *M*) sunt, ut 'licet ... mihi', exceptis his, quae accusativum simul et genetivum assumunt: 'paenitet ... me illius'.

adv. **intrānsitīvē.** *i. q. ita ut nulla transitio actionis indicetur (aliter l. 49)*: PRISC. gramm. II 186, 15 verbis ... -e iste (*i. nominativus*) ... adhaeret (III 147, 13 nominativis quidem -e [nominativus q. transitivae *l. v.*], obliquis vero transitive verba coniunguntur. *cf.* 17 vocativus quoque -e secundis adiungitur verborum personis. 23. 213, 10). III 45, 14 suum ... est adverbiorum ... -e posse proferri (*cf. l. 33*). 148, 4 *verba* impersonalia, sive transitive sive -e proferantur (6 -e, ut 'curritur a me' pro 'curro'. 158, 23 -e intelleguntur. 231, 11 [-o *l. v.*]). 166, 16 in una ... eademque persona possessor simul et possessio -e intellegi non potest nisi figurate dicat aliquis 'meus ego sum et servus et dominus'. 183, 5. 184, 3 per figuram ... et numeri diversi et diversa genera ... non solum transitive et per reciprocationem, sed etiam -e copulantur (*nota* per reciprocationem *hic discerni ab* -e, *cum alias, e. g. l. 29, comprehendatur una* '*persona intransitiva*'. *sic et* 223, 8 participia ... vel absolute dicuntur, hoc est -e, quomodo et verba, quae non egent obliquis casibus ..., vel transitive, hoc est in diversas personas, vel in se ipsas per reciprocationem). 232, 11 '*legi volo*' passivum est -e dictum; sin dicam 'legi a me volo', similiter -e activam habet significationem. *Hugenschmidt.*

intrānsmeābilis, -e. *ab* in *et* transmeabilis. *qui transiri non potest (c. dat. l. 61)*: ITALA Ier. 12, 10 (Rustic. Conc.[S] I 4 p. 77, 29) pastores multi corruperunt vineam meam ..., posuerunt partem meam desiderabilem quasi -e desertum (ἔρημον ἄβατον, *Vulg.* desertum solitudinis). RVFIN. Orig. princ. 2, 3, 6 p. 121, 17 (= 122, 14) Clemens apostolorum discipulus ... ait: oceanus -is est hominibus (*gr. Clem. ad Cor. 20, 8* ἀπέρατος [ἀπέραντος *codd. meliores*]. *inde* ISID. nat. 40, 3 [= SVET. frg. p. 240, 2] oceani ... magnitudo inconparabilis et -is latitudo perhibetur, quod etiam Clemens *eqs. cf.* GILD. Brit. 3 chron. III p. 28, 10 *Britannia oceani* diffusiore et, ut ita dicam, -i undique circulo ... vallata. IORD. Get. 5 oceani ... -es [-is *l. v.*] ulteriores fines [*syn.* inpermeabilis]). CLAVD. MAM. anim. 3, 9 p. 170, 16 cum Abraham in paradiso et dives in inferno sic inmenso quodam -i ab invicem disparati sint (*ad Vulg. Luc. 16, 26* ut *non possint* ... inde huc transmeare; *syn. antea l. 9* ut transmeari nequeat. *ad eundem locum spectant*: 3, 10 p. 171, 10 inter salvatos et perditos -e dicitur chaos. RVSTIC. c. aceph. p. 1251[B] ignis gehennae -is est. p 1251[D] cogita -em et infinitam flammam). IORD. Get. 47 nisi Nili amnis -is obstetissent fluenta.

? **intrānsmigro,** -āvī, (-āre). *ab* in *et* transmigrare. *i. q. transmigrantem introducere (sc. in sedes novas)*: ITALA act. 7, 4 (cod. d) *deus* -vit eum (*i. Abraham*) in terram hanc (*an potius* in⟨de⟩ transmigravit? [*Fischer in plagulis*]. κἀκεῖθεν ... μετῴκισεν [*at* κἀκεῖ ἦν ... καὶ μετῴκησεν *cod. d*] αὐτόν, *Vulg.* transtulit illum).

intrectātus *v. s.* intractatus *p. 45, 47.*

intremefactus, (-a), -um. *ab* in *et* tremefactus, *cf.* intremescere. *fere i. q. intremescens*: OPT. PORF. carm. 20b, 24 *metrum*, quod ... queat minimum ad motum -a frequenter plectra adaperta sequi.

intremēscendus, -a, -um *v. p. 48, 48.* *Hi.*

intremēsco (-īsco), -uī, -ere. *ab* in *et* tremescere. *scrib.* -isc- *raro, e. g.* SEN. nat. 2, 20, 3 (-esc- *pars codd.*). PLIN. nat. 2, 192. NOT. Tir. 94, 83 -uit. 84 -it. GLOSS.[L] V Aa I 828 -uit, formidavit. *legitur perf. inde a* VERG., OV., *saepe ap.* SIL. (*in sermone pedestri inde a* PETRON.); *praes. inde a* CELSO, SEN. nat., PLIN. nat. (*in poësi semel l. 53*). *pro formis praes. poetae dactylici recurrunt ad* 'intremo' (*v. l. 71*). [*variat in codd. c.*: contrem-: VERG. Aen. 3, 673 (*M*). en tremuit: SEN. Tro. 625. infremere: Ov. met. 1, 284 (N^1). intervenire: CLAVD. DON. Aen. 5, 205 p. 447, 8. intonare: PETRON. 124 v. 271 CLAVD. 7, 19. *e coni.*: *v. l. 38.*]

fere i. q. contremescere (vi incohativa nonnumquam paene evanescente): *pro subi. sunt*: **1** *animantes eorumque partes corporis (-unt fere timore [aliis de causis l. 31. 32. 36] homines passim, bestia l. 23, dei l. 33; sim. res eae, quibus per circumscriptionem designantur homines l. 24. 25. 26. 37. 49)*: **a** *absol. (accedit abl. causae l. 17. 24. al., respect. l. 39; sub l. 26. ad l. 32. 56)*: Ov. met. 2, 180 *Phaethontis* genua -uere timore (10, 458 illi [*i. Myrrhae*] poplite succiduo. *cf.* trist. 3, 1, 56 adspicis alternos -isse pedes? [*sc. et pedes versuum et cos quibus liber Romam isse fingitur*]). CELS. 7 praef. 4 esse ... chirurgus debet ... manu strenua, stabili, nec umquam -ente. SEN. Tro. 625 *Andromacha* -uit (*v. l. 8*) ...; matrem timor detexit (*syn. membra* quatiuntur). PETRON. 101, 1 -ui post hoc fulmen attonitus. PLIN. nat. 8, 9 *elephans traditur* -ere insidiarum metu. SIL. 13, 68 Priamidae -uere metu. 16, 64 acies. STAT. Theb. 12, 381 stupuit ... virgo -uitque simul. Ps. QVINT. decl. 7, 11. PANEG. 4, 3, 5 quo *terrore* semper barbaria ... -uit. 4, 19, 2 ut numquam virtus tua (*i. Constantini*) -erit. 8, 5, 2 sub quibus *trophaeis* Aethiops ... -uit (*cf.* PALLAD. hist. mon. I 25 p. 310[B] sub tali metu ... -it. *gr. p. 118, 8 B.* λίαν ... ἀγωνιᾶν). PRISCILL. tract. 3, 59 quis non memorias sanctorum respuens -at? AVSON. 419, 13 p. 356, 88 P. vocatis classibus non -ui. HIER. psalt. sec. Hebr. 107, 27 -erunt quasi ebrius (*Vulg. 106, 27* moti sunt). VVLG. cant. 5, 4 venter meus -uit ad tactum *dilecti* (AVG. serm. 241, 8, 8 ad istam *dei creatoris* vocem *dei facti* ... -ere poterant. *cf. l. 56*). RVFIN. Greg. Naz. orat. 1, 63, 1 (*gr. Migne 35, 473A* τρέμειν). Orig. in gen. 9, 2 p. 89, 22 SVLP. SEV. dial. 1, 13, 7. Ps. ANTON. MVSA epist. ad Maec. 7 cum ... a thorace morbus nascitur, incipit caput sudare ..., brachia manusque adsiduo -ent. OROS. hist. 3, 20, 5 mundus. SIDON. carm. 16, 87. DRAC. laud. dei 2, 537 poenae -uere ministri (*Vollmer*; pęna ut tremuere *B*). FVLG. RVSP. rem. pecc. 2, 17 p. 568[C] quis non intimis visceribus -at? CORIPP. Ioh. 2, 431. 3, 286. PALLAD. hist. mon. II 10 p. 363[C] terribiliter conturbatus -uit (*gr. aliter*).

b *c. obi.*: *acc.*: SIL. 8, 60 *Battus* -uit regum eventus. Ps. RVFIN. (= IVLIAN. AECL.) in Ioel 2, 4 p. 1045[A] *dei indignationem* -uit propheta. OROS. hist. 5, 19, 15 ⟨num quisquam hoc⟩ quod unus ... commisit, quia in se agi posset, -uit? (*suppl. Zangemeister, at v. Svennung, Orosiana p. 102 sq.*). MAR. MERC. Conc.[S] I 5 p. 30, 27 incarnationem -amus. CASSIOD. var. 12, 5, 6 adulter gremium iudicis -at. VEN. FORT. vita Radeg. 19, 44 rem -endam. *dat.*: Ps. AVG. alterc. p. 1132[in.] tibi (*i. Synagogae*) ... Romanus orbis -uit (*syn.* palpitavit).

2 *res (cf. et l. 14)*: VERG. Aen. 3, 673 quo *clamore* pontus et omnes -uere (*v. l. 7*) undae penitusque exterrita tellus (SIL. 5, 387 -uere simul tellus [*v. et l. 58*] et pontus et aether. *cf.* 5, 330 lacus. AVIEN. ora 170 ut ... subsiliat salum alte -ens. CLAVD. 21, 264 Simois). 5, 505 sagitta ... infigitur arbore mali; -uit malus. Ov. met. 1, 284 *Neptunus* tridente suo terram percussit: at illa -uit ([*v. l. 8*]. PLIN. nat. 2, 192 terrae. 33, 1. HIL. trin. 3, 10 p. 81[D] *terra* ad onus domini in ligno pendentis -uit. OBSEQ. 71 ingenti motu terra [*syn. 35* tremuit]. *cf.* SIL. 9, 301 gressibus *deorum* ... tellus. CLAVD. 7, 19 *Honorio* nascente ... toto Germania Rheno [*v. l. 10*]). 7, 629 quercus. 12, 371 *hasta* ossibus haerens. 15, 635 et locus et laurus et quas habet ipse *Phoebus* pharetras -uere simul. SEN. nat. 2, 20, 3 omnia ... vibrata vento. PETRON. 60, 1 triclinium (*cf.* VAL. FL. 3, 73 domus). 122 v. 123 fulgure rupta ... nubes. 124 v. 271 -uere tubae (*i. trementes emiserunt sonum*; *syn. 122 v. 135* tremefacta; *v. l. 10*). SIL. 3, 437 cacumina montis -uere iugis (5, 613. *cf.* CLAVD. DON. Aen. 5, 205 p. 447, 8 ut percussae cautes -issent [*v. l. 9*]). 10, 103 coruscae ... -uere iubae. FLOR. epit. 4, 3, 8 (*in imag.*) omne imperii corpus. SERV. georg. 1, 314 '*messis* inhorruit' -it.

intremīsco *v. s.* intremesco.

intremo, (-uī), -ere. *ab* in *et* tremere. *formas perf. v. s.* intremesco. *legitur apud poetas inde a* VERG. (*cf.* intremesco *l. 6*); *in sermone pedestri inde a* CELSO. *i. q. tremescere*: **1** *absolute*: VERG. Aen. 3, 581 fama est ... quotiens *Enceladus* mutet latus, -ere omnem murmure Trinacriam (*de terra sim.*: VAL. FL. 2, 519 Ide. 4, 609 *turma exsultante* tellus -it. SIL. 11, 518 -it et [*S*, -uit *vulgo*] tellus et pulsus mugit Olympus. Ps. RVFIN. [= IVLIAN. AECL.] in Am. 1, 2 p. 1059[C] terram. 8, 7 p. 1094[C] ut ... regio mereatur -ere, cupiens eorum pondere, quos degeneres aluit, liberari). CELS. 3, 3, 3 frigus voco, ubi extremae partes membrorum inalgescunt, horrorem, ubi corpus totum -it. SEN. epist. 90, 9 abies deferebatur longo vehiculorum ordine vicis -entibus. PLIN. nat. 2, 196 -unt ... in navibus postes.

2 *acced.*: *dat.*: SIL. 16, 666 Hannibali ... senectus -it aut aegros simulat mentita timores. MAR. VICTOR aleth. 1, 473 caelum, mare, terra loquenti *deo* -it (-et *l. v.*). *acc.*: TIBERIAN. carm. 4, 6 *nomen dei* quod

[Hugenschmidt]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

maxima tellus -it et sistunt rapidos vaga sidera cursus (*v. Norden, Agn. Theos p. 78, 1*).

infremulus, (-a, -um). *ab* in *et* tremulus. *i. q. non tremulus, stabilis*: CASSIOD. var. 12, 19, 2 quatenus transitum praebeat -um fixum concatenatione navigium (*i. pons navalis*).

intrepidāns, -antis *adi.* *ab* in *et* trepidans. CIL III 1898 Licinio Crescenti coniux et filius aduc -is aetatis patri cui non licuit infantiam acius ad suos annos perducere ... hunc titulum posuerunt (*i. ignarae curarum? [sc. filii, v. Mommsen ad l.; at de aetate patris cogitat Forcellini, ita ut significetur 'validae'*]).

adv. **intrepidanter.** *scrib.* -pit- (*cf. l. 22*): SYNOD. Hil. coll. antiar. p. 164, 1 (*A*). *i. q. intrepide*: PANEG. 5, 9, 3 sub tantae maiestatis adspectu ... verba concipere, -r (*Acidalius*, trepidanter [trepidantem *M*] *trad.*) dicere. NON. p. 530, 4 'atque atque accedit muros Romana iuventus' (*Enn. ann. 537*). quod est festine et -r accedit. SYNOD. Hil. coll. antiar. p. 164, 1 hanc -r et sine mora ... *ad vos* professionem destinavi. *v. et p. 50, 24.*

[intrepidāvit SYMM. Iord. Get. 86 (*falsa coni.*, interpedavit, impedivit *trad.*).**]**

intrepidē *v. p. 50, 23.*

[**intrepidum** *adv. (e coni.) v. l. 50.*]

***intrepidus,** -a, -um. *ab* in *et* trepidus. *scribitur* -pit- *e. g.* COLVM. 6, 29, 1 (*SA¹*). *comparativus et superl. desunt.* NOT. Tir. 57, 97. GLOSS. -us ἀτάραχος. -a ἀπτόητος. *de usu: acced.: gen. l. 31. 67 sq. p. 50, 12. dat. l. 62. abl.: causae, ut vid., l. 63 (vix l. 57). respect. l. 44. 53. al. praepp.*: pro *l. 38.* in *l. 80.* *in abl. abs. l. 60. neutr. pro subst. p. 50, 18.* *legitur inde ab* OV., LIV., VAL. MAX., CELSO. [*cf. francog. vet.* encrieme *i.* '*scelestus*' < *intremidus. *R.*]

[*variat in codd. c.* trepide: LIV. 30, 33, 14. *e coni.*: AMM. 29, 5, 39 iter intrepidus (*ed. Vales.*; inter intrepi *trad.*). *v. et p. 50, 8.* *loco lacunoso*: CE 1641, 1 diis fretus, vitae -us (*seq. mutila*).**]**

inanimalium, locorum: 1 *de motu locali*: VARRO ling. 5, 143 *in oppidis condendis* aratro circumagebant sulcum . . .; terram, unde exculpserant, fossam vocabant, et -m iactam murum. CAES. Gall. 7, 22, 2 *Galli oppugnati* laqueis falces avertebant, quas . . . tormentis -s (*i. intra murum*) reducebant (VITR. 10, 8, 3 ut *regulae* faciliter inpellantur et rursus -s reducantur). AETNA 290 (= 289 M.) *auras* -s agunt nubes et nubilus auster (SEN. Thy. 108 ut fontis liquor -s actus linquat. dial. 1, 1,4 contrahi undas et -m agi [*antea*: nudari litora pelago in se recedente]. *sic de mari in se retro acto* [*cf. Wistrand, Nach innen oder nach außen?, Göteborg 1946, 24*]: epist. 89, 21 mare agetis -s. *v. etiam l. 20. 24*). LIV. 3, 28, 7 Aequi . . . *ab exteriore hoste* ad pugnantes -m versi (*cf.* SEN. nat. 6, 4, 1 quid sit, quod terram . . . moveat, . . . amnes . . . convertat -m [-s *l. v.*]). 10, 33, 3 *milites* cedunt . . . et hostem -m in media castra accipiunt. PETRON. 63, 7 baro . . . noster introversus (*i. ab ianua in domum*) se proiecit in lectum. PLIN. nat. 2, 219 Pontus semper extra (*opp.*) meat in Propontidem, -s in Pontum numquam refluo mari. TAC. ann. 2, 25, 2 Caesar pergit -s (*i. in fines hostium; sic* AMM. 20, 7, 6. HEGES. 1, 24, 2 [*gr. 1, 190 πρόσω*]. 4, 2 p. 242, 20. 5, 38, 1 [*gr. 6, 164 εἰς τὸ πρόσω*]. SVLP. SEV. chron. 2, 26, 5). 6, 33, 3 auster revolvit fluctus pulsoque -s freto brevia litorum nudantur. VIR. ill. 40, 4 *Regulus* in arcam ligneam coniectus clavis -m adactis . . . punitus est. HEGES. 5, 493 *Simo* in defossis specubus defodiebat -m (*gr. 7, 27 πορρωτέρω*). AVG. c. Petil. 1, 10, 11 p. 11, 16 ne . . . fluctus ultra prosiliens *cadavera in litore iacientia* . . . -s postea resorberet. *al.* *in imag.*: SEN. benef. 1, 15, 2 si quis existimat nos . . . benignitatis fines -s referre et illi minus laxum limitem aperire. HEGES. prol. 2 p. 3, 15 nobis curae fuit . . . in historia . . . ultra scripturae seriem sacrae paulisper -m pergere (*cf. l. 17*).

2 *de regione interius spectante*: a *in universum*: LVCIL. 988 quare fit, ut introvorsus (intravorsus *l. v.*) et ad te (*i. leonem in specu iacentem*) spectent atque ferant vestigia se omnia prorsus? VARRO rust. 1, 16, 6 *oleae quercus arbores contrariae naturae fugiunt*, ut -m in fundum se reclinent. CAES. Gall. 2, 18, 2 collis . . . silvestris, ut non facile -s perspici posset. AETNA 107 tellus . . . rimosa cavis . . ., ut crebro -s spatio . . . pendeat in sese. 176 -s cessante solo trahit undique venas Aetna. LIV. 26, 42, 7 sinus est maris . . . *tot* passus -s retractus (MELA 3, 74 init penitus -sque. *cf.* VITR. 5, 12, 1 *portus* si . . . habeant . . . promunturia procurrentia ex quibus -s curvaturae sive versurae ex loci natura fuerint conformatae). GRATT. 431 specus . . . cavique introsum reditus. VITR. 1, 5, 7 interiore parte substructionis fundamentum distans ab exteriore -s amplo spatio. 4, 1, 11 frontes sinuentur -s (TAC. hist. 5, 11, 3 muri . . . -s sinuati). 4, 4, 2 columnae contra regiones columnarum quae inter antas sunt, -s conlocentur (5, 11, 2 -s e regione frigidarii). 5, 1, 8 hemicyclii . . . est . . . -s curvatura pedes XV. 6, 3, 7 peristyla . . . in transverso (*opp.*) . . . longiora sint quam -s. 6, 7, 1 spatium datur -s. 6, 7, 2. 6, 8, 7 -s . . . coniuncta muro serratim struantur. 9, 5, 3. 10, 11, 4 contractura latitudinis redeat -s sexta parte. SEN. nat. 1, 14, 1 -s . . . recessus . . . similis effossae in orbem specus. CVRT. 3, 4, 7 *mons* qua maxime -s mari cedit (*antea: iugum* velut sinu . . . curvatum rursus altero cornu in . . . litus excurrit). PLIN. nat. 9, 130 canaliculi latere -s tubulato. AMM. 22, 8, 37 *arcus* Scythici . . . circumductis utrimque -s pandis et patulis cornibus. AMBR. Isaac 8, 78 p. 698, 7 qui intuetur corpora, non debet -m intueri (*i. in interiora corporum quasi tralucentium*). MACR. Sat. 7, 12, 37 (*opp.* foras). *al.*

b *peculiariter*: α *indicatur situs locorum, gentium sim. remotior* (*acced.* ab *saepius, gen. l. 71, dat. l. 74*): CAES. Gall. 6, 10, 5 hanc *silvam* longe -s pertinere (*i. intranti a Rheno in interiorem Germaniam. sic et* PLIN. nat. 4, 100 [*opp.* in Rheno . . . ipso]). SALL. hist. frg. 3, 70 -s prima Asiae Bithynia est. MELA 1, 62 Syria late litora tenet terrasque etiam latius -s (*sic intrantibus terram a litore*: PLIN. nat. 4, 7 portus . . ., a quo VII pass. -s . . . Delphi. 4, 27 in litore . . . Daphnus, -s autem Larisa. 4, 88. 6, 24 *Cappadocum gens* longissime . . . Ponticarum omnium -s recedens [*inde* SOL. 45, 1; introversus *l. v., sic et* MART. CAP. 6, 690]. *al.*). 4, 104 a Britannia -m (-s *l. v.*) sex dierum navigatione abesse . . . insulam Ictim (*cf. Stürenburg, Relative Ortsbezeichnung, Leipzig-Berlin 1932, 18; Wistrand [v. supra l. 9] p. 19*). 5, 26 *deserta Africae* excipiunt saltus . . . et -s elephantorum solitudines. 5, 77 post eum *montem Antilibanum* -s Decapolitana regio. 6, 55 ab Attacoris . . . Casiri, -s ad Scythas versi. *al.* TAC. hist. 2, 81, 2 provinciarum . . . quantum . . . -s in Pontum et Armenios patescit, iuravere. ITALA IV Esdr. 14, 33 vos hic estis et fratres vestri -s (-m *l. v., v. et p. 82, 80*) vestrum sunt. MACR. somn. 2, 8, 3 Meroe . . . *tot* stadiis in perustam *zonam* a Syene -m recedit. IORD. Get. 34 prima ab occidente gens residet Gepidarum . . ., -s illis (illi *l. v., v. l. 56*) Dacia est. *al.* β *in re militari, i. q. a prima acie ad ultimum ordinem*: LIV. 2, 31, 2 mediam turbaverat . . . aciem, quam, dum se cornua latius pandunt, parum apte -m ordinibus firmaverant *hostes*. 25, 21, 7 in longitudinem porrecta acies; clamantibus tribunis nihil -s roboris ac virium esse *eqs.* 32, 17, 8 pluribus -s ordinibus acie firmata. 33, 8, 14 -s porrectis ordinibus. 37, 40, 2 a fronte -s in duos et triginta ordines . . . acies patebat. γ *in limitatione agri, areae* (*saepe opp.* in fronte): CIL XIV 2466, 17 (*a. 31*) locum . . . long(um) p(edes) LXVII . . . et a via introsus . . . lat(um) p(edes) X. VI 10242 (*a. 136*) in locum, qui est . . . intrantibus a via . . . per longitudine(m) pedum CLXXV, latitudin(em) a maceria introrursu pedum XXV. V 1945 in fr(onte) p. XX, intr. p. XX (*syn. e. g. 1947, 9* in agr(um). 2314. 2915 hic locus patet in frónt. p. XX et á media fos. intro vers. [*v. p. 82, 56*] p. XXV. 3082 ⟨i⟩n front. p. XXIIIS, retro p. XX, a p. XX introsus pedes decem sexs quoque versus. XII 4880 in front(e) p. XII, in t. [*sic, v. p. 82, 52*] p. XIII. *al.*). VI 34707 ⟨l⟩at. p. XIIX et -m p. XIIX quadratu.

B *in animantibus*: 1 *hominibus*: a *proprie: refertur ad corpus, cuius ad interiores partes aliquid vel movetur vel spectat*: LVCR. 3, 534 si . . . putas *animam* . . . se posse per artus introsum trahere (*cf.* 4, 945 *ut* -m pars abdita cedat. AVG. anim. 4, 18, 27 p. 407, 9 quomodo anima partes suas abripiat et recondat -s). OV. met. 13, 539 pariter vocem (*v. l. 29*) lacrimasque -s obortas devorat ipse dolor (fast. 4, 845. SEN. contr. exc. 3, 5 premo . . . gemitus meos et -s erumpentes lacrimas ago). PAVL. FEST. p. 43 *Capyn* a pede -s curvato nominatum (PORPH. Hor. sat. 1, 3, 47 -m retortis. *v. et p. 82, 75. cf.* PHYSIOGN. 85 p. 114, 16 calcaneis -m, pedibus autem forinsecus [*opp.*] conversis). SEN. contr. 1, 1, 8 *mendicus* -s conditos oculos vix allevans (1, 6, 2 macie retractos -s oculos. 10, 5, 4. *v. et l. 45 sq.*). CELS. 8, 1, 24 *ossa* infra -m (-s *l. v.*) leniter intendunt. SEN. Phoen. 173 *Oedipus caecatus ad se ipsum*: inertem dexteram -s preme magisque merge. QVINT. inst. 11, 3, 55 sunt qui crebro anhelitu et -m etiam clare sonante imitentur *asinos*. LACT. mort. pers. 33, 7 *morbus* recedit -s et interna comprehendit. AMM. 14, 6, 25 turpi sonu fragosis naribus -m reducto spiritu concrepantes (MARCELL. med. 12, 40 -m trahes. *cf. l. 21*). PRVD. psych. 423 dentibus -m resolutis (*sc. saxo in os impacto*). PHYSIOGN. 97 p. 223, 1 supercilia -s conversa (*Adamant. 2, 51 p. 415, 2 ὀφρύες ἀπεστραμμέναι*). *al.*

b *translate: refertur ad animum, conscientiam sim.* (*fere accedit notio q. e. 'in occultum'. v. etiam l. 12*): SEN. Herc. O. 1674 compesce lacrimas . . ., -s dolor femineus abeat (dial. 12, 5, 5 si potes, proice . . . dolorem, si minus, -s abde et contine, ne appareat). dial. 1, 6, 5 *ad viros bonos*: non fulgetis extrinsecus, bona vestra -s obversa sunt (epist. 7, 12 -s . . . spectent). 3, 4, 3 quaedam *irae* altae gravesque sunt et -s versae. 9, 2, 10 ubi causas fateri pudet et tormenta introsus egit verecundia. epist. 23, 5 *gaudium*, quod plus pateat -s. 56, 12 leve illud ingenium est nec sese adhuc reduxit -s, quod ad vocem . . . erigitur. EVCHER. laud. her. 36 p. 190, 5 *monachorum* quantum se . . . -s agit vita, tantum se foras proripit gloria. GREG. M. in Ezech. 1, 5, 16 p. 828B *sancti viri* si . . . -s ad cor non redeant (*syn.* intus . . . per amorem redeunt). in euang. 34, 12 p. 1253D -s vos ad vosmetipsos reducite, secretorum vestrorum merita cogitationesque discutite.

2 *bestiis*: VARRO rust. 2, 7, 5 *pullus equi sit* cruribus rectis, aequalibus, introversus potius figuratis. COLVM. 6, 29, 3 *pullus equi sit* tereti genu parvoque neque -s spectanti (*inde* PELAGON. 2 introsum expectante). SOL. 40, 21 *chamaeleonis* subducti oculi et recessu concavo -m recepti ([*ex Plin. nat. 8, 121* oculi in recessu cavo]. CHIRON 326 *iumentum* febricitabit, oculos introversus habebit [*inde* VEG. mulom. 2, 94]. *cf. supra l. 17*). PELAGON. 256 *ungulam* -m torques ([*inde* CHIRON 616 introversus]. 266 -m contra ventrem). CHIRON 146 *iumentum* ilia -s subducit (170. 361 [*syn. Veg. mulom. 1, 4* intrinsecus]). *ibid.* anus -s fugit. 639 fasciato palmatim -s. ROMVL. fab. 17, 2 rec. vet. testudo -m se colligens (*syn. rec. gall.* se intra se).

3 *deo*: SEN. dial. 7, 8, 4 mundus . . . rectorque universi deus in exteriora quidem tendit, sed tamen introsum (*v. p. 82, 83*) undique in se redit; idem nostra mens faciat.

II *quaeritur 'ubi?'*: A *in rebus*: 1 *proprie*: CAES. Gall. 7, 23, 2 trabes derectae . . . in solo collocantur; hae revinciuntur -s (*v. p. 82, 79*) et multo aggere vestiuntur (5 *materia* perpetuis trabibus . . . -s revincta). SOL. 38, 7 specus *Corycius* . . . virens -s lucis pendentibus. ARNOB. nat. 3, 40 p. 138, 12 Varro, qui sunt -s atque in intimis penetralibus caeli, deos esse censet *Penates*. HEGES. 5, 50 p. 405, 7 *Alani* interiorum locorum difficultate et claustro portae ferratae . . . cum ceteris . . . indomitis -m gentibus cohibebantur. CYPR. GALL. exod. 1199 conscriptas . . . tabellas -s extraque simul, nam pagina sancta et tergo commissa fuit. ANON. med. ed. Piechotta 71 si *herbam tritam* supra inposueris, non facile, sed -s inponito (*i. intus in vulnere*). OROS. apol. 12, 2 tres in camino pueros aestuans -m flamma non laesit. hist. 4, 2, 1 cum foris cessatur a proelio, agitur -m (-s *l. v.*) ira de coelo (*i. pestilentia intra urbem*). 5, 4, 8 domus vacuae vivis, plenae mortuis remanserunt: largissimae -m (*v. p. 82, 82*) hereditates et nulli penitus heredes. 5, 7, 16 *Numantini* clausam urbem ipsi -m succenderunt. 6, 11, 21 oppidum . . . plurima . . . -m copia frumenti tutum. GREG. TVR. glor. mart. 33 p. 509, 9 clerici . . . obserato criptae ostio discesserunt ignorantes -m esse mulierem. 94 p. 551, 15 ignarus, quae agerentur -m *in antro* (*syn.* intrinsecus). *al.* 2 *translate*: SEN. dial. 7, 2, 4 ista, quae spectantur . . ., foris nitent, -s misera sunt. 9, 10, 5 omnia . . . levia esse, extrinsecus diversas facies habentia, -s pariter vana. RVFIN. Orig. princ. 2, 5, 2 p. 134, 1 requirimus, quid -s significet ipsa parabola.

B *in animantibus*: 1 *proprie refertur ad corpus* (*in imag. l. 81*): LIV. 38, 21, 11 cum aculeus sagittae aut glandis abditae -s . . . urit. PERS. 2, 9 haec clare et ut audiat hospes, illa sibi -m et sub lingua murmurat (*v. l. 79 sq.*). SCHOL. Hor. sat. 2, 4, 30 -m limpida conchilia implentur luna crescente. SIDON. carm. 16, 27 -m (*i. in visceribus ceti*) psallente cibo (*i. Iona*). 2 *translate refertur ad animum* (*cf. per*

[Hi.]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

imag. p. 84, 81): HOR. sat. 2, 1, 65 detrahere ... pellem, nitidus qua quisque per ora cederet, -m turpis (epist. 1, 16, 45 -m [-s *l. v., v. et p. 82, 80*] turpem, speciosum pelle decora). SEN. dial. 3, 20, 6 magnitudinem animi inconcussam ... et -s solidam. epist. 119, 11 *sapiens* beatus introsum (-m *l. v.*) est. BOETH. cons. 3 carm. 11, 11 haeret ... semen -m veri. 5 carm. 4, 39 *mens* -m ... reconditis formis miscet imagines *extrinsecus venientes*.

intrōrumpo, -ūpī, (-uptum), -ere. *ab* 1. intro *et* rumpere. *v. p. 54, 44.*

fere i. q. vehementi impetu introire (*intransit.* [*transit. falso l. 15*]): PLAVT. Amph. 1048 -am in aedis ([aedibus *Pal., deest A*]. *syn. 1052* pergam in aedis. Mil. 460 recta). Rud. 570 -am iam huc in Veneris fanum. :: in barathrum mavelim (TER. Eun. 996 cesso huc -ere [intro inrumpere *l. v.*]). CAES. Gall. 5, 51, 3 (4) *hostes* ea (*i. per portas obstructas*; eas *l. v.* [*at v. l. 10*]) non posse -ere videbantur. SVET. frg. p. 355 (Gell. 15, 4, 4) Parthos ... in Syriam -entes tribus ... proeliis fusos. GELL. 15, 22, 9 cerva ... in cubiculum Sertorii -upit (*cf. antea*: ut eam repente ... inmitteret). APVL. met. 1, 17, 1 ecce in ipso momento ianitor -it ... clamitans. 2, 26, 3 ecce uxor ... -it anxia.

intrōrursu *v. s.* introrsum. *Hi.*

intrōspecto *v. s.* 1. intro *p. 54, 76.*

? **intrōspectus,** (-ūs) *m.* *ab* introspicere. *i. hiatus, per quem introspicitur*: AETNA 342 qua liberrimus Aetnae (Aetna *l. v.*) -s hiat (*coni. Schrader*, inprospectus *trad.*).

intrōspicio, -spēxī, -spectum, -ere. *ab* 1. intro *et* specere. NOT. Tir. 26, 38^{a} -it. 26, 47^{a} -xit. *legitur inde a* CIC., SEN. *philos.*; *saepius ap.* TAC. [*variat in codd. c.*: intro aspicere: AMBR. apol. Dav. I 1, 1. intro inspicere (*quod idem sonabat ac* -ere *vocali prosthetica ante* -sp- *accrescente*): CLAVD. MAM. anim. 1, 26 p. 95, 16. 3, 10 p. 171, 1. *e coni.*: SEN. epist. 83, 1 (*Hense*, prospicere *trad.*).]

A *proprie* (*vigente notione spectandi oculis* [*cf. et l. 60*]):

1 *vigente vi locali: i. q. intro spectare* (*accedit notio aestimandi l. 34. cf. l. 51*): **a** *c. praep.* in *c. acc.*: CIC. Font. 43 (*in imag.*) inserite oculos in curiam, -ite penitus in omnis rei publicae partes.

b *c. acc.* (*nom. in struct. pass.*): *α obi. est id, quod aliquam rem conspiciendam intra se continet*: CIC. har. resp. 33 nequis ... imprudens -ere tuam domum possit ..., tollam altius tectum. div. 2, 105 id esse alienum maiestate deorum, scilicet casas omnium -ere, ut videant, quid cuique conducat. *β obi. est id, quod intus positum conspicitur*: QVINT. inst. 11, 3, 118 *evenit*, ut bracchio exserto -atur latus.

c *absolute*: EVAGR. vita Anton. 13 p. 863 per cavernas -entes (*sc. in castellum*) nullum viderunt (*gr.* παρακύψαντες). VVLG. Dan. 14, 39 *rex* venit ad lacum et -xit et ecce Daniel sedens in medio leonum. PRVD. perist. 5, 317. SEV. MINOR. p. 735^{C} locum ..., unde -rem (*sc. in synagogam*), repperi et vidi monachos ... psallentes. MACR. somn. 1, 3, 20 (*in somnio*) hoc velamen cum in quiete ad verum usque aciem animae -entis admittit, de cornu creditur.

2 *evanescente vi locali: i. q. oculis collustrare, diligenter intueri, sc. aestimandi, diiudicandi causa*: **a** *absolute*: TAC. ann. 6, 21, 2 *Thrasullus* positus siderum ac spatia dimensus ..., quantum -ret, magis ac magis trepidus. **b** *c. acc.*: TAC. hist. 2, 20, 1 insita mortalibus natura recentem aliorum felicitatem acribus oculis -ere. ann. 3, 60, 3 senatus maiorum beneficia, sociorum pacta, regum etiam ... decreta ipsorumque numinum religiones -xit. FRONTO p. 197, 8 v. d. H. (= p. 207 N.) *L. Verus* non incuriose per militum contubernia transire, sed forte temere Syrorum munditias -ere, Pannoniorum inscitias.

B *translate* (*pellucet aliquatenus vis propria spectandi per imaginem l. 74. 76. p. 86, 2. 6. 20. 58*): **1** *generatim*: **a** *absolute* (*dubites, an subaudiendum sit obi. verbi antecedentis l. 65*): *fere i. q. cogitatione penitus descendere*: SEN. nat. 6, 5, 2 magni animi res fuit rerum naturae latebras dimovere nec contentum exteriore eius aspectu -ere et in deorum secreta descendere. TAC. dial. 12, 4 *illi dis geniti*, inter quos ... Orphea ... ac, si -ere altius velis, ipsum Apollinem accepimus.

b *c. obi.* (*v. et l. 62*): *fere i. q. perspicere, considerare, necnon i. q. perpendere, aestimare*: QVINT. inst. 10, 2, 16 non -ctis penitus virtutibus ad primum se velut aspectum orationis aptarunt. TAC. ann. 4, 32, 2 non ... sine usu fuerit -ere illa primo aspectu levia. 11, 38, 1 *Messalina* tunc primum fortunam suam -xit ferrumque accepit. PLIN. paneg. 74, 3 -at modo *suam quisque* vitam seque, quid mereatur, interroget. AMBR. apol. Dav. I 4, 15 p. 308, 22 tamquam exutum spiritalibus indumentis -amus errorem *Davidis* (*v. l. 60*). PHILIPP. in Iob 37 Migne 26, 739^{C} *dominus* ea, quae intra eos '*caelos*' (*i. sanctos viros*) sunt, arcanorum scrutator -it (*v. l. 60*). MACR. exc. gramm. V 618, 35 Graeci -cta sollertius iubendi natura animadvertunt posse comprehendi praecepto tempus elapsum.

c *pendet enunt. interrog.*: SIDON. epist. 7, 6, 5 mihi quae merear -enti, quaecumque adversa provenerint, leviora reputabuntur (*syn.* inspectis). MAX. TAVR. hom. 55 p. 356^{C} (= PS. EVSEB. GALLIC. p. 633^{E}) altius -ere debemus, quidnam sit, quod *eqs.*

2 *speciatim*: **a** *spectatur mens, animus, voluntas sim.* (*refl. p. 86, 23 sqq.*): *α c. praep.* in: CIC. fin. 2, 118 tute -e in mentem tuam ipse eamque omni cogitatione *pertracta*. SEN. epist. 83, 1 tamquam aliquis in pectus intimum -ere (*v. p. 85, 30*) possit.

β c. obi.: CIC. Sull. 76 perspicite (*syn.*) etiam atque etiam, iudices, ... penitus -ite Catilinae ... ceterorumque mentes (AMBR. inst. virg. 3, 18 p. 310^{A} mens hominis, quae quasi involucro quodam corporis tegitur et occultatur, ut eam haud facile quisquam -ere et speculari queat [*v. p. 85, 60*]). QVINT. decl. 317 p. 248, 12 si verba ipsa intuemur, hoc satis est: si vero -ere voluntatem voluerimus *eqs.* (TAC. ann. 1, 7, 7 cognitum est ad -endas ... procerum voluntates inductam dubitationem *a Tiberio*. HIL. in Matth. 10, 13 p. 971^{B} -cta uniuscuiusque *hominis* et natura et voluntate verborum adhibenda prudentia est. in psalm. 91, 6 p. 350, 21 voluntatem patris filius tamquam exemplum operationis -it. *ibid.* l. 23 -it ... per mutuam caritatem. AMM. 26, 10, 2 occultas). TAC. ann. 1, 10, 7 quoniam adrogantiam saevitiamque *Tiberii* ... -erit *Augustus*. HIL. in Matth. 8, 6 p. 961^{A} murmurationem eorum dominus -it (*cf. Vulg. Matth. 9, 4* cum vidisset Iesus cogitationes eorum). AMBR. off. 1, 12, 46 -e ulcera ... animae eius et cordis maestitudinem. MIRAC. Steph. 2, 2, 6 p. $847^{in.}$ *Stephanus* velut coelestis archiatrus spiritu cordis secreta -ens. PHYSIOGN. 10 p. 17, 4 animam dicunt per oculos emicare et solum hunc aditum esse, per quem animus adiri atque -i possit (*v. p. 85, 60*). EVCHER. instr. 1 p. 103, 12 *deus* cogitationes nostras etiam antequam perficiantur -it. FAVST. REI. epist. 10 p. 216, 1 habet ... interior noster oculos suos, quibus se conscientiae testis -it (*sic refl.*: PS. EVSEB. GALLIC. hom. p. 635^{C} -entes nosmet ipsos ... confugiamus ad Christum. p. 668^{A} *quisque* illuminato sensu evidentius se -it). PS. EVSEB. GALLIC. p. 672^{H} *deus* te videt in cogitatione, -it in voluntate. BOETH. cons. 3, 8, 10 W. quodsi ... Lyncei oculis homines uterentur, ut eorum visus obstantia penetraret, nonne -ctis visceribus illud Alcibiadis superficie pulcherrimum corpus turpissimum videretur? (*v. p. 85, 60*). VITAE patr. Iurens. 1, 11 p. 137, 7 occulta hominum sive praeterita vel futura solus creator -it.

b *spectatur vis verborum, legum, locutionum sim.*: *α c. obi.*: QVINT. inst. 10, 5, 8 non ... scripta lectione secura transcurrimus, sed tractamus singula et necessario -imus. GELL. 2, 12, 3 qui penitus atque alte usum ac sententiam legis -erant (-erat *l. v.*). 17, 2, 11 probabilius ... sic dici videbitur, si quis ea verba non incuriose -at (*cf.* 18, 4, 2 *iactator quispiam cum se non* primam tantum cutem ac speciem sententiarum, sed sanguinem quoque ipsum ac medullam verborum [*cf. l. 49*] ... eruere atque -ere penitus praedicaret *eqs.* [*syn. 6* perspicere]. HIL. in Matth. 10, 1 p. 966^{B} verborum virtutes non minus oportet -ere quam rerum). HIL. in Matth. 31, 4 p. 1067^{B} -endus omnis hic sermo est (trin. 1, 6 p. 29^{A} sermo ... dei ... plus ... significationis -ctus sensu continet quam exceptus auditu [*sim. opp. l. 54*]). in psalm. 146, 7 p. 850, 2 haec (*i. verba psalmi*) ... diligentius -cta significationis alterius virtutem in se habent. AMBR. apol. Dav. I 1, 1 p. 299, 4 plerique ... non -entes vim scripturarum vel occulta mysteriorum. HIER. epist. 133, 5, 1 illud ... 'non absque dei gratia', cum prima legentes fronte decipiat, -ctum et diligentissime ventilatum decipere non potest. hom. Orig. in Luc. 23 p. 154, 21 qui scripturarum medullas (*cf. l. 38*) non -unt, sed tantum superficie delectantur. PROSP. in psalm. 146, 6 p. 418^{C}. resp. ad Gen. praef. p. 187^{A} quasi plus in me quam in vobis ad haec *excerpta* -enda esset ingenii.

β pendet enunt. interrog.: PRISCILL. tract. 10, 137 in hac parte psalmidici sermonis ... non tantum excipere auditu, sed -ere sensu *nos* convenit, qualiter *eqs.*

γ c. praep. in: PS. HIER. (= EVTR.) epist. 19, 9 p. 197^{D} cum illi, qui secundum carnem circumcisio dicuntur, tamen, ne in legem -ant, obtentis prae facie obcaecentur aulaeis (*v. p. 85, 60*).

deriv.: introspectus (-ūs). *Hugenschmidt.*

intrōsum, intrōsus (*et* -oss-) *v. s.* introrsum.

intrōtrūdo *v. s.* 1. intro *p. 54, 83.* **intrōversus** *v. s.* introrsum.

intrōvoco, -āvī, -ātum, -āre. *ab* 1. intro *et* vocare. *cf. p. 54, 44.*

1 *peculiariter: t. t. iuris publici, i. q. in saepta vocare ad suffragium ferendum* (*v. Mommsen, Staatsr. III 399*): LEX repetund. (CIL I^{2} 583, 72 tribus -buntur (CIC. or. frg. A VII 31 *non est* criminosius tribus ad legem accipiendam quam ad collegam reddendum privatum -are [*v. ad l.* ASCON. Corn. p. 57, 16 -are tribus Gabinius coepit, ut Trebellio magistratum abrogaret]. LIV. 10, 24, 18 ad suffragium. 40, 42, 10. 45, 36, 7 -tae primae tribus cum antiquarent). LIV. 10, 13, 11 ut quaeque -ta erat centuria, consulem ... Fabium dicebat.

2 *in universum: fere i. q. vocatum intrare iubere*: CIC. Verr. II 1, 66 cur ad nos filiam tuam non -ari iubes? APVL. met. 2, 23, 5 *praeco* per ... posticulam -at me. 4, 24, 2 -tae anui praecipiunt. 6, 9, 3 quibus *ancillis* -tis torquendam tradidit *Psychen*. 8, 11, 4 -ta Charite ... invadit ... sicarium. AMM. 29, 1, 25 primo -tu⟨s⟩ ... Pergamius (*i. in iudicium*). COD. Theod. 1, 16, 9 ut non in secessu domus ... *iudex* sententiam ferat, sed apertis secretarii foribus -tis omnibus ... controversias audiat. NEPOTIAN. 19, 2 *Scipio* patefieri ianuam -arique eos *piratas* iubet (*syn. Val. Max. 2, 10, 2* intromitti).

intrōvorsus *v. s.* introrsum.

intrūdo, -sī, -sum, -ere. *ab* in *et* trudere. [*p. p. p.*: *francog.* intrus, *it.* intruso, *hisp.* intruso. *R.*] [*variae lect.* (*v. et p. 87, 4*) *falsae in codd. dett.*: CIC. Caecin. 13 (intro dabat *recte*). SEN. nat. 2, 27, 4. *dub.*: INSCR. RevA. IV 2, 1903, 173 interfect⟨o⟩ a latronibus

[Hi.]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

inrtusis (intrusis *interpret. Cagnat*; in Rtusis *Buecheler, RhM. 59, 1904, 320 pro nomine regionis barbaricae accipit.*]

fere i. q. per vim introducere: FIRM. math. 4, 14, 2 *luna* alios in custodia constituit, alios -it (instruit *l. v.*) in carcerem. EPIST. pontif. 290 Migne 20, 631C (*Innoc. I ad imp. Arcadium*) Arsacium, quem magni Iohannis loco in sedem episcopalem -istis, . . . ordine movemus.

intub- *v.* intib-. *Hi.*

intuēbilis, (-e). *ab* intueri. *i. q. contuibilis, visibilis*: VIRG. gramm. epist. 3 p. 150, 31 -is mundus quattuor constat elimentis (*syn.* visibilis).

***intueor** (intuor), -uitus sum, -ērī (-uī) *verbum deponens, et* **intueo** (intuo), -ēre (-ere?) *verbum act. (v. l. 40) et pass. (v. l. 56). ab* in *et* tueri (tuere). *scribitur* -d- *e. g.* ITALA Iob 2, 10 (Cypr. testim. 3, 14 p. 127, 4 [*l. v.*]). CYPR. domin. orat. 24 p. 285, 7. VVLG. num. 22, 41. 24, 17 (*cod. S*).

de formis: A *verbi deponentis* (*inter depon. IIae coniug. affert* CHAR. gramm. p. 466, 18 B.): indotuetur: ENN. ann. 70. *in tmesi*: LVCR. 4, 713 *p. 88, 67. participia heteroclita*: -uiens: THEOD. MOPS. epit. in psalm. 72, 21 ad p. 370, 21—29. -utus: VVLG. num. 24, 4 (*l. v.*). *gen. pl. part. praes.* -entum: COD. Theod. 9, 40, 17. *v. et p. 88, 45. formae IIIae coniugationis (prius apud scaenicos [in versu heroo l. 25] numero formam breviorem exigente, deinde etiam in oratione soluta)*: -or: PLAVT. Most 836 (-eor, -es *ll. vv.*). SEN. Ag. 917 Herc. O. 1357. 1755 Phaedr. 424. 898. 1168 OCTAVIA 728. STAT. Theb. 3, 533 (-eor *l. v.*). DIOM. gramm. I 315, 14 (-eor *l. v.*). -itur: PLAVT. Capt. 557 (*edd. plurimi* [*v. Lindsay, comm. ad l.*], -etur *trad.*). TER. Haut. 403 (*AP al.*; -etur *DLE al. cf.* SCHOL. Ter. Bemb. *ad l.*: ab eo quod est -eor, -etur et -or, -itur). VVLG. I reg. 16, 7 (*l. v.*). PASS. Theclae A 8 p. 22, 4 (*l. v.*). Cc 9 p. 25, 19 (*l. v.*). GLOSS.L III Abol. IN 92 -itur, inspicit vel videt. V Abba IN 323 -itur, vidit (*i.* videt), aspicit. *v. et l. 37.* -imini: ITALA Hebr. 3, 1 (cod. d). -untur: NEP. Chabr. 3, 3 (-entur *l. v.*, -eantur *Halm*). -amur: HYG. lim. grom. p. 138, 1 (-eamur *l. v.*). VVLG. cant. 6, 12 (Amiat.). -amini: VVLG. Is. 43, 18 (Amiat.). -antur: COLVM. 7, 12, 5 (-eantur *l. v.*). -ui: ACC. trag. 614. TVRPIL. com. 159 (*cf.* NON. p. 470, 34 *ad l.*: -ui et contui pro -eri). PS. CIC. exil. 24 (tui *l. v.*). NOT. Tir. 25, 84 -itur (*seq.* contuitur).

B *verbi act. et pass.* (-ere *saepius variat in codd. c.* -eri, *e. g.* VAL. MAX. 5, 5, 3 QVINT. decl. 314 p. 234, 8. AMM. 21, 6, 2 [*corr. in* -eri *m. altera; sed cf. l. 57*]. *v. etiam l. 72*): 1 *in formis activis: secundae coniugationis esse videri possunt (at de mensura syllabae -e- non liquet)*: SERM. Arrian. frg. I 4 p. 606A *anima immaculata* potest . . . semper -ere *praeparata* bona. RVFIN. Adamant. 2, 11 p. 79, 24 qui corporeis carebant oculis, *oculis* animae sibi (se *Bakhuyzen, cf. adn. crit.; sed v. dat. p. 89, 30*) invicem videbantur -ere. GREG. TVR. glor. conf. 81 p. 799, 29 ad *Eusicium* . . . cum diversi propter diversas infirmitates -rent (inruerent *cod. 1a, corr. m. altera*; inruerint, -rentur *ll. vv.*; *cf. p. 94, 8*). 104 p. 815, 12 te corporeis oculis -ere non possumus. VEN. FORT. vita Germ. 7, 23 vix valeo . . . -ere lumine (-eri *l. v.*). *v. et l. 24 p. 88, 19. tertiae coniugationis*: COMM. instr. 1, 31, 1 -ite dicta Salomonis (1, 39, 5 -ite plene dictum Rebeccae de caelo. *cf. p. 91, 74*). 2, 20, 13 nec -is (metuis *l. v.* [*cf. 2, 32, 9*]) dominum . . . clamantem? AVG. doctr. christ. 2, 3, 4 p. 37med. cum -imus, non damus signum nisi oculis eius, quem volumus . . . voluntatis nostrae participem facere. CE 1621, 1 (*a. 601*) epytafium hunc qui -is lector.

2 *in formis passivis*: AMM. 23, 5, 13 *fulmine* contacta loca nec . . . -eri nec calcari debere . . . pronuntiant libri. RVFIN. Adamant. 1, 1 p. 3, 6 se . . . ab eo (*i. deo*) indesinenter non ambigant -eri. apol. Orig. 3 p. 560A -tis . . . creaturis. Orig. in cant. 1 p. 110, 25 perspectis et -tis omnibus. EVCHER. laud. her. 8 -to (intento *l. v.*) Israhel lumine (*sc. e caelo misso*) sequebatur radium. CASSIOD. in psalm. 1, 6 p. 33A (*syn.* conspici). 33, 21 p. 240A. 118, 82 p. 863B. THEOD. MOPS. in Eph. 1, 10 p. 130, 12 divina in illum (*i. in Christo*) natura ab omnibus . . . existimatur -eri. CAES. AREL. brev. p. 193, 13 (*syn.* videri). MIRAC. Theclae 7 p. 172, 29 intralia eius -entibus patefacta -bantur.

de notione: SYNON. Cic. p. 414, 16 B. animadvertit. attendit. notat. designat. observat. -etur. considerat. adhibet animum. curam adhibet. p. 418, 30 contemplatur. aspicit . . . . -etur. cernit. videt. oculis subicit. CHAR. gramm. p. 388, 26 B. videmus natura, spectamus voluntate, -emur cura, aspicimus ex improviso (ISID. diff. 1, 581). DIFF. gramm. suppl. 279, 11 conspicimus prope, -emur cum causa (ISID. diff. app. 29 DIFF. ed. Beck p. 64, 19). GLOSS.L III Abol. IN 19 -ere (*i.* -eri), videre, aspicere. 19a -tus sum, aspexi. II Philox. IN 710 -endis ἐφοπτευτέοις. 713 -ens ἀτενίζων. GLOSS. cernit. inspicit. suspicit. ἐνορῶ. ἐνατενίζω. -ti ἀφορῶντες. *v. et l. 30. p. 90, 5. de usu*: DOSITH. gramm. VII 425, 12 -eor te et in te. DIOM. gramm. I 315, 14 -or (*v. l. 25sq.*) imaginem -tus sum. *c. dat. l. 44. p. 89, 30. 90, 45. 94, 17. leguntur formae stirpis praes. inde a* PLAVTO, ENNIO, *perf. inde a* QVINT. (*excepto exemplo e coni. dub. restituto ap.* VARRONEM *p. 88, 4*) *per totam latinitatem; frequentissime ap.* QVINT.

[*variat in codd. c.*: tueri (*cf. l. 36. p. 88, 5*): CIC. Mur. 86 TRYPH. dig. 16, 3, 31, 1 ITALA II Cor. 4, 18 (Tert. resurr. 40 p. 84, 3). *al. aliis verbis*: attendere: PASS. Theclae Cc 9 p. 25, 19. confluere: CIC. Mil. 3. considerare: PELAG. in Rom. 2, 4 p. 19, 24. intellegere: QVINT. inst. 12, 1, 37. metuere: CIC. Phil. 11, 39 NEP. Alc. 4, 1 Dion 8, 1. *cf. p. 87, 52.* videre: SEN. nat. 1, 3, 6 RVFIN. Orig. in gen. 15, 7 p. 135, 27. *al. v. et p. 93, 64. 94, 81. e coni.*: VARRO ling. 7, 7 quaqua -ti erant oculi, a tuendo primo templum dictum (Initiū erat *trad., corr. Scioppius* [tuiti *Spengel*]. *syn. 9* conspiciant). CIC. rep. 2, 69 *p. 92, 7.* SEN. contr. 2, 1, 11 (interim *sim. trad.* [*cf.* QVINT. inst. 10, 1, 9]). SEN. epist. 52, 5 (*coni. Buecheler, vix recte*; inveniebo *trad.*). SCHOL. Cic. Bob. p. 125, 4. RVRIC. epist. 1, 16 p. 368, 27 (*Mommsen; probat Hagendahl, Corresp. Ruric. p. 14*). *loco corrupto*: PS. IVL. RVF. schem. dian. 1 p. 59, 1. *falso trad.*: QVINT. inst. 5, 13, 14 (in totum *Becher*).]

I *de* ***visu*** *(auditu p. 90, 35)* ***corporali:*** **A** *fere i. q. aspicere, oculos dirigere in alqd. (aliquem; nota vim praep. plenius valentem: i. q. intro e. g. l. 41. p. 89, 47. i. q. adversus e. g. l. 32. 67. p. 89, 3) vel i. q. contemplari, considerare sim.*: 1 *sensu strictiore (pro subi. sunt fere animantes; deus e. g. p. 89, 7. 29. 40. oculi l. 46. virtus tamquam mater operum l. 63)*: a *generaliter*: α *absolute*: PLAVT. Bacch. 1130 viden limulis (*sc. oculis*) . . . ut oves (*i. senes stulti*) -entur ([-ent *CD1, deest A.* PLIN. nat. 8, 52 *leones non* limis -entur oculis]. TVRPIL. com. 159 oculis longa intercapedine adpetunt cupide -ui. CIC. Pis. 11 hilarioribus. QVINT. inst. 2, 10, 6 [*in imag.*] *themata* acrioribus oculis -enti ridicula. PHYSIOGN. 99 p. 124, 8 *amarus* ovatis palpebris et siccis oculis -bitur [*Adamant. p. 417, 1* ξηρὸν βλέπειν]. *cf. l. 58. 62. 84*). Capt. 557 viden tu hunc, quam inimico voltu -itur (*v. p. 87, 26. cf. l. 56*). ENN. ann. 70 indotuetur ibi lupus femina, conspicit omnes. CIC. Arch. 14 (*in imag.*) multas nobis imagines *fortium virorum* non solum ad -endum, verum etiam ad imitandum . . . scriptores . . . reliquerunt. Mil. 3 quos undique -entes . . . et huius exitum iudicii exspectantes videtis (*v. p. 87, 84*). de orat. 1, 184 alacri . . . vultu huc atque illuc -entem (CYPR. Demetr. 16 p. 362, 18 [*in imag.*] illuc [*i. in caelum*] -ere, illuc oculos tuos dirige). LIV. 1, 16, 6 ut contra -eri fas esset (SEN. nat. 1, 3, 6. PHYSIOGN. 94 p. 121, 17 [*Adamant. p. 413, 3* ἀντίον ὁρῶν]. *cf. l. 71*). 28, 6, 9 coactum in angustias mare speciem -enti primo gemini portus . . . praebuerit. 41, 2, 4. SEN. Herc. O. 240 furenti similis ac torvum -ens (Thy. 706 torvum et obliquum [AMM. 30, 9, 6]. *cf. l. 57*). apocol. 5, 4 diligentius -enti visus est quasi homo. nat. 1, 3, 10 ex ingenti spatio. epist. 111, 3 longe (PLIN. nat. 31; 44). MELA 2, 116 procul (PLIN. nat. 12, 22 subter -enti proculve. 20, 207. *saepe*). 3, 40 Araxes . . . in utram partem eat, quamquam -earis, *non* manifestus. PLIN. nat. 35, 97 ad manum (*i. prope*). *ibid.* veluti per lapidem specularem. 36, 40 cum . . . per caveam -ens leonem caelaret. TAC. hist. 1, 17, 1 *Piso* statim -entibus et mox coniectis in eum oculis nullum turbati . . . animi motum *prodidit*. MIN. FEL. 32, 5 radiis *solis* . . . obtutus -entis hebetatur ([*syn.* inspicias]. COD. Theod. 9, 40, 17. ALC. AVIT. epist. 87 p. 96, 29 obtutibus -entum. *cf.* CIL VIII 12285 -entium . . . aspectum). PHYSIOGN. 36 p. 52, 12 oculi acriter -entes . . . molesti *hominis* sunt ([*Adamant. p. 332, 3* γοργὸν βλέποντες]. 98 p. 123, 5 impudenter -entur [*Adamant. p. 415, 4* βλέπει . . . ἰταμόν]. *al. v. et l. 4*). *audacius*: VVLG. Is. 42, 18 caeci, -emini ad videndum (*i. oculos levate, ut videatis*).

β *c. obi. acc. (exempla selecta; additur praedicativum per* ut *sim. e. g. l. 69. 74. p. 89, 12)*: ① *animantes*: PLAVT. Truc. 599 me -etur gemens. TER. Haut. 403 quisnam hic adulescens est, qui -itur nos? L. CRASS. or. frg. Cic. de orat. 2, 226 tu lucem adspicere audes, tu hos -eri? . . . tu in civium esse conspectu? RHET. Her. 4, 50, 63 videte, quo vultu nos -eatur (CIC. Verr. II 2, 108. CASS. SEV. or. frg. Quint. inst. 6, 1, 43 quid me torvo vultu -eris [*cf. l. 35*]. CVRT. 7, 5, 24 truci [PETRON. 79, 11]. *cf.* CIC. Phil. 7, 21 quo ore . . . , quibus . . . oculis). CIC. Verr. II 5, 144 te animo iniquissimo infestissimoque (SEN. clem. 1, 19, 8 *civitas non* alio animo rectorem -etur quam *eqs.* [*cf. l. 72*]). Flacc. 106 *puer* me -etur, me voltu appellat, meam . . . fidem implorat (*cf. p. 94, 8*). Sest. 144 oculis lacrumantibus (SEN. contr. exc. 4, 6 *puerum* alterum novercalibus oculis [*cf. l. 68*]. SEN. epist. 66, 27 *virtus* omnia opera velut fetus suos isdem oculis). Cael. 59 me -ens flentem. de orat. 1, 156 -endi nobis sunt . . . oratores. Brut. 300 sed tu, inquit me -ens (*sim. in colloquio* fin. 2, 51. nat. deor. 1, 17. 2, 104. *cf. p. 89, 38*). LVCR. 4, 713 gallum . . . contra constare leones inque tueri *nequeunt*. HOR. epod. 5, 9 ut noverca me (*cf. l. 63*). LIV. 3, 69, 3 *in senatu* in Quinctium omnes versi ut (in *add. PF al.*) unum vindicem maiestatis Romanae -eri (*cf. p. 94, 8*). 6, 15, 3 ducem (*cf.* 31, 24, 12. 35, 35, 18). 9, 6, 8 ut . . . consolantes amicos contra -rentur. SEN. epist. 34, 1 alumnum suum nemo aliter -etur quam ut adulescentiam illius suam iudicet (66, 2. *cf. l. 60*). CVRT. 10, 2, 15 non . . . -endi vos ius reliquistis. COLVM. 7, 12, 5 *canes* conservos iratius. PLIN. epist. 7, 6, 12 me ut diu responsurum. 7, 17, 12 advocare . . . certos electosque soleo, quos -ear *in dicendo* (*cf. p. 89, 71sq.*). PANEG. 4, 4, 3 *liberi patrem* a tenero -entes, in ipsum oculis ac mente conversi. VVLG. III reg. 3, 21 *filium* diligentius -ens clara luce deprehendi non esse meum. PASS. Theclae Ba 3 p. 8, 7 transeuntes -bantur secundum indicium Titi (*cf.* Cd 3 p. 9, 21).

Ⓘ *res (notione spectandi paene evanida derectio vultus indicatur e. g. p. 89, 21. 24. 25)*: PACVV. trag. 410 (Cic. div. 1, 24) laeti piscium lasciviam -rentur (*sic Cic.; ap. Pacuv. fuisse putant* -entur *Ribbeck*, -emur *Usener*). CIC. Verr. II 1, 59 signa *rapta* . . . cum cognoscerent . . . lacrimantes -bantur. leg. agr. 2, 77 (*in imag.*) me . . . intentis oculis om-

[*Hugenschmidt*]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

nes rei publicae partes -eri iubet (Rab. Post. 48 rectis ... urbem [PORPH. Hor. sat. 1, 3, 25 *aquila* radios solis]. RVT. LVP. 2, 7 madidis ... lucem constanter). rep. 6, 19 -eri solem adversum nequitis (*cf.* PLIN. nat. 10, 10 adversos -eri solis radios. BARNAB. 5, 10 [ἀντοφθαλμῆσαι]). Tusc. 3, 20 verbum *invidendi* ductum est a nimis -endo fortunam alterius (NEP. Chabr. 3, 3 *non* animo aequo pauperes alienam ... fortunam). PS. CIC. exil. 24 *ad deos*: ut non solum cunctam -eri (*v. p. 87, 36*), sed etiam tueri possitis civitatem. SALL. Iug. 4, 5 maiorum imagines (TAC. ann. 2, 37, 2. *cf.* PLIN. epist. 2, 7, 6 effigiem. QVEROL. p. 30, 20 R. effigies omnibus in fanis ... si -eare [-eri *pars codd.*, invocare *Ranstrand*] vel placare potueris. VENVL. dig. 21, 1, 65 pr. tabulas pictas studiose. *cf. p. 88, 27*). LIV. 5, 42, 8 arma ... ferrumque in dextris velut solas reliquias spei (*cf. p. 94, 8*). 9, 7, 3 fixos ... in terram oculos ... et pudorem -endae lucis ... *irae* indicia esse (SEN. epist. 102, 28 [*in imag.*] *lucem* per angustissimas oculorum vias obscure -eris). 44, 34, 8 mucronem. SEN. contr. 10, 4, 3 -emini debilia infelicium membra. SEN. Herc. f. 219 serpentium oculos remisso lumine ... -ens. Oed. 567 terram -ens ... manes ... citat. CVRT. 4, 1, 40 (*per imag.*) unum certamen, ex quo cetera pendebant, -ente Fortuna. 4, 13, 14 ritu ferarum praedam modo. QVINT. inst. 2, 11, 4 in cogitando nulla ratione adhibita ... tectum -entes magnum aliquid ... exspectant ([*syn. 10, 3, 15* spectantes]. *cf.* 11, 3, 160 lacunaria). 11, 3, 68 speculum (*cf. p. 94, 41*). TAC. hist. 2, 70, 3 strues corporum -eri, mirari. ann. 1, 57, 4 uxor Arminii ... gravidum uterum -ens. PLIN. paneg. 34, 3 desuper -eri delatorum supina ora. SVET. Aug. 16, 2 caelum -entem stupidum cubuisse. APVL. met. 2, 8, 2 caput capillumque sedulo. TERT. spect. 29 p. 28, 1 (*in imag.*) in his *Christiano dignis occupationibus* tibi circenses ludos interpretare, cursus saeculi -ere. CYPR. Demetr. 10 p. 357, 24 (*in imag.*) conscientiae tuae latebras -ere. VVLG. Dan. 3, 55 *deus* abyssos.

γ c. dat. (*cf.* προσέχειν τινί): RVFIN. Basil. reg. 60 placere conservis ad iniuriam domini ..., non domino, sed conservorum nutibus -entem (*cf. l. 70*). FRG. Enoch ed. James (Texts and Stud. II 3 p. 148) 2 corpori *filii Lamech* ... nemo hominum potest -eri. 10. *v. et p. 87, 44.*

δ c. praepp. (-eri in *vel* ad *multo rarius occurrit quam structura verbi transitiva, sed significatione non differt*): Ⓘ in (*cf. p. 87, 76*): CIC. Brut. 22 mihi, Brute, in te -enti crebro in mentem venit *eqs.* 253 inquit in me -ens (*cf. p. 88, 66*). 331 in te -ens ... doleo (*fere i. q. cogitans*). LIV. 40, 13, 4 in hostiam itineri nostro circumdatam. PS. APVL. Ascl. 26 deus ... -ens in mores. TERT. adv. Marc. 3, 18 p. 407, 26 -enti ... et credenti in *crucem* ... sanitas ... praedicabatur (*cf.* FILASTR. 21, 2 qui -bantur in *serpentem e ligno pendentem* .... salvabantur [*Vulg. num. 21, 9* quem ... aspicerent]). ITALA Zach. 12, 10 (Cypr. testim. 2, 20 p. 88, 12) -buntur in me, in quem transfixerunt (ἐπιβλέψονται πρός με, *Vulg.* aspicient ad me). VVLG. Sirach 23, 28. 33, 15. Marc. 6, 41 in caelum (ἀναβλέψας εἰς). act. 3, 4 in eum (ἀτενίσας ... εἰς. 13, 9) 11, 6 *vas linteum*, in quod (quo *l. v.*) -ens considerabam et vidi (ἀτενίσας). LEO M. serm. 31, 1 p. 235B *in stellam. v. et p. 88, 69. 90, 27.* Ⓘⓘ ad: PS. PHILO antiq. 27, 12 stupentes mente -bantur singuli quique ad (*om. unus cod.*) proximum suum (*cf. p. 90, 10*). VVLG. Is. 8, 22 *populus* suspiciet sursum et ad terram -bitur. PHILIPP. in Iob 6 p. 633A -emini ad haec loca (*syn.* respicite ad). THEOD. MOPS. in I Thess. 4, 5 p. 23, 1 ad alteram *uxorem. v. et p. 87, 46.* Ⓘⓘⓘ ante: CASSIOD. in psalm. 24, 14 p. 180D qui ante pedes suos non -etur, in laqueos *irruit.*

ε pendet enuntiatum (*accedit obi. dir. l. 58. 63. 64. 65*): Ⓘ *per coniunctivum* (*interrog. obliqua praeter l. 63* [quod]): SEN. contr. 3 praef. 16 scholastici -eri me, quis essem, qui *eqs.* SEN. Tro. 507 en -ere, turba quae simus super. CVRT. 3, 1, 7 in turrem ... perductum, quanta esset altitudo, -eri iubent. FIRM. math. 8, 2, 2 diligenter ... -ere (-eare *l. v.*), quatenus benivolae stellae ... istam partem respiciant. VVLG. Iob 35, 5 suspice caelum et -ere et contemplare aethera, quod altior te sit. Ⓘⓘ *per indicativum*: ITALA Matth. 6, 26 (cod. k) -emini volatilia caeli, quoniam non seminant (ἐμβλέψατε ... ὅτι, *Vulg.* respicite). 6, 28 (cod. k) -emini lilia agri, quomodo crescunt (καταμάθετε ... πῶς, *Vulg.* considerate).

b *peculiariter*: *α i. q. diligenter inspicere, observare sim.*: Ⓘ *vultum sim., sc. animi cognoscendi causa*: CIC. Mil. 42 etiam obscure quae cogitari possunt timemus ..., ora omnium atque oculos -emur. Tusc. 5, 61 *pueri* nutum *domini* (QVINT. decl. 270 p. 106, 11. *cf. l. 31*). QVINT. inst. 2, 2, 11 vultum ... praeceptoris -eri *debet* ... qui dicit: ita enim probanda atque improbanda discernet ([*cf. p. 88, 75. 93, 32*]. 11, 3, 72. TAC. hist. 1, 81, 1 Othonis). Ⓘⓘ *libros sim. in legendo*: QVINT. inst. 1, 1, 34 sequentia -enti priora dicenda sunt (*cf.* 10, 7, 11). 12, 8, 12 litis instrumentum. AVG. civ. 9, 20 p. 395, 7 D. divinos ... libros (epist. 91, 3 p. 428, 21). in psalm. 105, 7 p. 1410in. *codicem.* CONC.[s] II 3, 1 p. 70, 13 monumenta (*gr. II 1, 1 p. 93, 29* ἐντυχὼν τοῖς ὑπομνήμασιν). *al.* Ⓘⓘⓘ *res naturales investigando, explorando*: CIC. rep. 3, 3 ut suspiceremus in caelum nec frustra siderum motus -remur. nat. deor. 2, 99 nemo cunctam -ens terram de divina ratione dubitaret (*aliter p. 90, 4*). CELS. 3, 4, 15 *debet* medicus ... accessiones -eri. 3, 5, 11 febres, ... totius corporis habitum. 3, 6, 7. SEN. nat. 1, 4, 4 nubem ... a latere (*cf. p. 90, 56*). OCTAVIA 387 caelum ... mundique motus. COLVM. 1 praef. 23 caeli et anni praesentis mores. CAEL. AVR. acut. 2, 39, 225 indigestionem atque corruptionem. *al.*

β deorsum -eri pro 'tristem', 'animo demissum esse' sim.: TER. Eun. 580 terram -ens modeste (CIC. Catil. 3, 13 obstupuerant, ... terram -bantur [*ad. l.*: GLOSS.L II Philox. IN 709 ἐνητένιζον]. CAES. Gall. 1, 32, 2 tristes capite demisso. LIV. 45, 8, 2. *al. nota sensum ambiguum* [*cf. p. 89, 80*]: CIC. rep. 6, 17 cum *terram* magis -rer *ex illo sublimi loco*, quaeso, inquit Africanus, quousque humi defixa tua mens erit?). AMM. 26, 9, 11 humum.

γ se invicem -entur homines consternati, stupentes: LIV. 9, 2, 11 -entes ... alii alios, cum alterum quisque compotem magis mentis ac consilii ducerent (9, 5, 8. 26, 18, 6. 32, 20, 1. 33, 32, 7). PETRON. 19, 1 cum ... modo nosmetipsos modo mulieres -remur. AVG. civ. 22, 8 p. 580, 13 D. -ens -entes. *cf. et p. 89, 49. 58.*

δ c. admiratione: CIC. Manil. 41 omnes ... Cn. Pompeium sicut aliquem non ex hac urbe missum, sed de caelo delapsum -entur (PANEG. 8, 19, 1 *te* ut caelo delapsum -bantur. *cf.* ad Q. fr. 1, 1, 7 Graeci ... sic te ita viventem -buntur, ut ... de caelo divinum hominem esse ... delapsum putent). Deiot. 20 voltus hominum te -entium atque admirantium recordare. de orat. 3, 53 quem stupefacti dicentem -entur? rep. 6, 18 stupens. parad. 37 -entem te, admirantem, clamorem tollentem cum video. PETRON. 49, 3 magis magisque Trimalchio -ens *porcum.* QVINT. inst. 12, 10, 65 hunc ut deum. TAC. ann. 2, 41, 3 augebat -entium visus eximia ... species *Germanici.* 13, 16, 3 defixi et Neronem -entes. FRONTIN. (?) grom. p. 32, 23 (*in imag.*) haec ... si occurrunt, non quasi nova -eri debebimus. SERV. auct. Aen. 10, 446 'stupet in Turno' id est in Turnum -ens.

ε per locutionem q. e. -eri lucem significatur i. q. vita frui: CIC. Mil. 7 negant -eri lucem esse fas ei, qui a se hominem occisum fateatur. SEN. contr. 2, 1, 11 lacunaria sua parricidae potius quam lucem innocentes -eri *malunt* (*v. p. 88, 6*). VAL. MAX. 4, 6, 1. 5, 8, 3 lucem ulterius -eri non sustinuit suspendioque se ... consumpsit (AMM. 21, 6, 2). *aliter p. 89, 14.*

2 *sensu laxiore*: **a** *per abusionem transfertur a visu ad auditum, fere i. q. auribus attendere, auscultare sim.*: *α c. acc.* (*enunt. relat. l. 42. acced. enunt.: interrog. l. 39, per* quoniam *l. 38*): ITALA gen. 4, 23 (Hil. myst. 1, 9, 1) audite vocem meam ..., -emini verba mea, quoniam virum occidi (ἐνωτίσασθε, *Vulg.* auscultate sermonem). AVG. gest. Pelag. 1, 2 p. 53, 6 hoc tantum -entes, quid ille ... sensisse se diceret. SACR. Leon. p. 67, 18 clamantium ad te (*i. deum*) pia vota propitius -ere. PASS. Theclae Ca 9 p. 25, 5 -etur (-ta, -itur, attendit *ll. vv. in* Cc p. 25, 19) ... virgo quae ... *Paulus* dicit (Cd 9 p. 25, 25 -etur ... in verbis; Cb 9 p. 25, 12 -etur ... cum ... pro verbis [*cf.* A 8 p. 22, 4. epit. I 8 p. 138, 17]. epit. I 10 p. 138, 27 verba et doctrinam Pauli). *β c. dat.*: ACT. Petr. 1 audire Paulum et -eri sermonibus illius. PASS. Theclae epit. VII 9 p. 160, 23 verbis. *γ absolute*: ITALA iud. 5, 3 (Lugd.) audite, reges, et -emini, satrapae; ego domino cantabo (ἐνωτίζεσθε, *Vulg.* percipite auribus).

b *de sideribus, quibus potestas -endi ut deis adscribitur* (*c. abl. instr. l. 52. 54. 55*): CIC. ac. 2, 126 *sol* hic radiatus me -eri videtur (PLIN. nat. 2, 13 omnia -ens. PANEG. 8, 4, 3 neque sol ... neque cuncta sidera humanas res tam perpetuo lumine -entur quam vos tuemini. FIRM. math. 4, 19, 31 *Sol et Luna* locum *domini geniturae* ... prosperis radiationibus -entes). FIRM. math. 4, 6, 5 *Mars vel Saturnus* Venerem isdem ... radiationibus. 6, 23, 5. MART. CAP. 8, 862 *Luna Solem* a latere.

c *de rebus (herba l. 59) in alqd. spectantibus* (*vi imaginis plus minus servata*): VELL. 2, 19, 4 Marius aspiciens Carthaginem, illa -ens Marium. PLIN. nat. 2, 109 *heliotropium* abeuntem solem. PLIN. epist. 2, 17, 6 *cubiculum* hac *fenestra* ... mare longius quidem, sed securius -etur (5, 6, 28 hippodromum, vineas, montes). SIC. FLACC. grom. p. 117, 11 *limites* orientem occidentemque. VVLG. Iob 20, 9 oculus *impium* ... non videbit neque ultra -bitur eum locus suus. MART. CAP. 6, 654 Pindus et Othrys ... occasum verticibus -entes (*syn.* videt).

B (*sensu angustiore*) *i. q. oculis percipere, cernere* (*syn. p. 91, 12. 27*), *videre* (*fere i. q. invenire p. 91, 16*): 1 *absolute*: SEN. Oed. 323 pugnax ignis in partes duas discedit ..., horresco -ens. PS. QVINT. decl. 4, 20 p. 86, 14 non sentio, non -entur oculi. HEGES. 1, 8 p. 12, 11 subito factus ... gemitus -entium (*gr. 1, 82* τῶν θεασαμένων). AVG. civ. 16, 23 p. 160, 6 D. quanto quisque acutius -etur, tanto plures *stellas* videt. BOETH. cons. 3, 9, 3 W. (*in imag.*) tenui ... veluti rimula videor -eri, sed ex te apertius cognoscere malim. CASSIOD. inst. 1, 25, 2 paene oculis -entibus videre (*sc. situs urbium in tabula pictos*). THEOD. MOPS. in psalm. 30, 10b p. 138, 25 ut ... oculi mei ... vim amitterent -endi. *al.*

2 *c. obi.*: **a** *usu vario* (*exempla selecta*): PLAVT. Most. 836 nullam equidem illic cornicem -or. Rud. 441 etiam nunc misera timeo, ubi oculis -eor mare. ACC. trag. 614 quem ego ubi aspexi, virum memorabilem -ui *videbar* (*simili modo iteratur aut variatur verbum*: CIC. Lael. 23 verum ... amicum qui -etur, tamquam exemplar aliquod -etur sui. LIV. 25, 6, 5. 34, 31, 4 cum vos -eor, Romanos esse video). CIC. Cluent. 29 cuius praesentis nefarium ... vultum -bantur (*opp.* quem non videtis). Sest. 19 alter ... quam taeter incedebat ...; unum aliquem te ex barbatis illis ... diceres -eri. prov. 22 -eor coram haec lumina ... rei

[Hugenschmidt]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

publicae. epist. 1, 9, 17 qui splendorem . . . huius vitae -entur, sollicitudinem autem . . . perspicere non possunt. 5, 17, 4 *non* minus nostra sunt, quae animo complectimur, quam quae oculis -emur (*sim. opp.* MART. CAP. 6, 706). 6, 1, 1 *oculi* ea, quae ceteri audiunt, -eri cogunt. LIV. 4, 20, 11 Iovem prope ipsum (*sim. de eo qui signum spectat*: 45, 28, 5 Iovem velut praesentem). 10, 35, 12 adpropinquabat agmen; et iam breviore intervallo certiora -entes *eqs.* 21, 4, 2 *milites credebant* eundem vigorem in vultu vimque in oculis . . . -eri (*sim. add. qua in re*: VAL. MAX. 5, 4 ext. 1 *oculi* in . . . *pictis* membrorum liniamentis . . . spirantia corpora -eri credentes). ORAT. imp. Claud. (CIL XIII 1668) 2, 23 tot ecce insignes iuvenes, quot -eor. SEN. Herc. f. 62 terna monstri colla . . . -ens timui imperasse. Phaedr. 898 quod facinus . . . cerno? quod monstrum -or? frg. 34 (Aug. civ. 6, 10 p. 268, 11 D.) si cui -eri vacet, quae *deorum cultores* faciunt *eqs.* QVINT. inst. 10, 7, 16 si per aliquam rectam viam mittamus oculos, simul omnia, quae sunt in ea circaque, -emur (*syn.* videmus). PALLAD. ins. praef. 3 assibus -endis (*i. inveniendis*) oculos duxisse per pulverem. HIER. hom. Orig. in Ezech. 1, 4 p. 329, 12 visionem (VVLG. num. 24, 4). PRVD. perist. 2, 372 per imbrem saxeum caelos apertos. BOETH. cons. 5, 4, 15 W. plura . . ., dum fiunt, subiecta oculis -emur. 5, 4, 26 *visus* totum *corpus* simul iactis radiis -etur. CASSIOD. inst. 1, 5, 2 *Didymus* perspicuo corde conspexit, quod corporeis aspectibus non valet -eri (*syn.* inspicere).

b *additur partic. vel adi.* (*v. et l. 37*), *fere praedicative*: CIC. dom. 101 *in hac urbe* domum meam eversam . . . ab hoste communi. Sest. 20 (*in imag.*) qui . . . tempestatem impendentem -eri temulentus . . . *non* posset. Marcell. 10 *tu*, quem praesentem -emur, cuius . . . os cernimus (PANEG. 10, 2, 1 te praesentem -emur deum, toto . . . orbe victorem *eqs. cf. p. 90, 82*). LIV. 8, 32, 16 -eri saevientem contionem iubebant. SEN. contr. 7, 7, 20 illum *cruci* suffixum. VAL. MAX. 2, 8, 5 *verae virtutis* auctores coronatos -eri senatus cupiebat. 5, 7, 3 *oculis* patrem . . . sic exspirantem. 5, 7 ext. 2 non sustinuit *eum* infra se locatum -eri (*syn.* conspexisset). SEN. Phaedr. 1168 tales -or vultus tuos talesque feci? epist. 84, 12 -eris . . . illa tumultuosa rixa salutantium limina? HEGES. 5, 53, 1 p. 414, 17 urbem dirutam hostium manibus (*gr. 7, 379* ἰδεῖν). *al.*

β *maris, lacuum sim., quae insurgunt vel ventis sim. agitatae vel e reciprocatione aestus accrescentes*: SEN. contr. 7, 1, 4 -uerat subitis tempestatibus mare (CVRT. 9, 9, 10 identidem -ens mare et in campos paulo ante siccos descendere superfusum. PLIN. nat. 18, 359 saepe et silentio -it inflatumque altius solito iam intra se esse ventos fatetur. VVLG. Ion. 1, 13 mare ibat et -bat super eos. *al.* CONSVLT. Zacch. 1, 25 p. 31, 18 -ens notis mensibus mare [*syn.* tempestate turbatur]. IORD. Get. 12 ventorum flatibus). COLVM. 8, 17, 10 clatri . . . super aquam semper emineant, etiam cum maris aestus -uerit (PLIN. nat. 2, 212 [*opp.* residentes]. 2, 217 octogenis cubitis supra Britanniam -ere aestus. 37, 42). LVCAN. 6, 470 ventis cessantibus aequor -uit (*opp.* conticuit). PLIN. nat. 2, 196 sine flatu -ente fluctu (VVLG. Is. 51, 15 conturbo mare et -unt fluctus eius. Ier. 5, 22. *cf.* PLIN. epist. 8, 20, 5 spatium *lacus* modicum, quod tamen sentiat ventos et fluctibus -at). HIER. epist. 100, 15, 3 rabiem -entium (intumentium, immitescentium *vv. ll.*) gurgitum. in Ier. 6, 27, 3 p. 407, 2 fragor . . . gurgitum et undarum -entium (RVFIN. Orig. in gen. 9, 1 p. 86, 21 POMER. 1, 16 p. 431C). *al.*

B *translate*: **1** *-unt animantes (vel dei vel homines; diabolus l. 12, cor l. 58, mens l. 20) commoti animo (indicatur adversus quem [quid] per: dat. l. 8 [v. et l. 57]*. adversum *l. 46.* in *l. 25 [aliter l. 33. 73. 76]*. contra *l. 27. 55. 61*): **a** *fere i. q. irasci* (*v. etiam infra l. 65. supra p. 99, 62*): OV. met. 2, 508 -uit Iuno (fast. 6, 487 -uit Iuno, raptum quod pelice natum educet *Ino*). fast. 2, 607 Iuppiter. 3, 204 Cures et quos dolor attigit idem. Pont. 4, 14, 34 *non* -uit vati . . . Ascra suo. SEN. dial. 3, 1, 4 horrenda facies depravantium se atque -entium. GREG. M. in Ezech. 2, 6, 9 p. 1003B si quis nos fortasse . . . reprehenderit, statim -imus. VITA Caes. Arel. 1, 36 pro ista . . . causa proque hoc studio . . . contra servum Christi diabolus . . . -ens.

b *-ere superbia, arrogantia, insolentia, perfidia sim., i. q. inflari, efferri sim.* (*invidia l. 57. saepe additur abl. causae; sim. praepp.*: de *l. 35. 51. 53.* per *l. 34. cf. l. 78.* pro *l. 28. 38. 44. cf. l. 11.* propter *l. 55. nota accedere acc. l. 51 [aliter l. 41. 71]*): OV. met. 5, 305 -uit numero stolidarum turba sororum. SEN. dial. 12, 17, 5 *Gaius rerum* secundarum elatus eventu super humanum -bat modum (*cf.* GREG. M. moral. 21, 24 p. 204B ne ultra humanitatis metas mens -ret). LVCAN. 8, 288 iam supplice Varo -uit. QVINT. inst. 1, 1, 8 iure quodam potestatis . . . hoc hominum genus -it. PLIN. epist. 7, 31, 3 numquam secundis rebus -uit (SERV. Aen. 9, 279 [*opp.* deiciar]. *cf.* CLAVD. 1, 40 numquam . . . levantibus alte -uit rebus. *v. et l. 68. cf. l. 18*). ITALA I Cor. 4, 6 (Optat. 5, 7 p. 135, 15) ne alter in alterum -at ([*φυσιοῦσθε κατὰ τοῦ ἑτέρου*, *Vulg.* infletur]. OPTAT. 5, 7 p. 135, 13 tumorem vestrum, quo in nos -itis). HIER. epist. 51, 2, 3 (*Epiphan.*) sic graviter -ere et iactari contra nos pro opere dei (*syn. 51, 1, 1* tumeas contra nos et irascaris). 64, 2, 4 ut nec dives -at nec tenuis praegravetur. adv. Pelag. 1, 28 p. 522B tu . . ., qui Catoniana nobis inflaris superbia et Milonis umeris -is. VVLG. deut. 17, 13 nullus . . . -at superbia ([intumebit *l. v., syn. 12* superbierit]. AVG. doctr. christ. 3, 19, 29. in psalm. 138, 26 p. 1800med. *cf.* ANIAN. Chrysost. hom. 3, 5 p. 1001 non . . . in superbiam -amus [*gr. p. 37A ἐπαιρώμεθα*]. SALON. in prov. p. 973A per superbiam. VEN. FORT. vita Marcell. 4, 13 p. 50, 28 non de generis -ens superbia. *v. et l. 60*). RVFIN. Basil. hom. 2, 5 p. 1740B divitiis flores et polles et . . . proavorum consulatibus -is. PS. RVFIN. (= IVLIAN. AECL.) in Am. 8, 11 p. 1096C *ut Iudaei* instar infantium pro . . . rebus pudendis et ludicris -ant (*syn.* gloriantes). PAVL. NOL. carm. 25, 132 sacrilegis flatibus -uit ([*syn.* elatus]. CASSIOD. in psalm. 146, 1 p. 1034B superbiae flatibus. *cf.* GREG. M. dial. 2, 20 p. 110, 9 M. quanto [quantum *S*] superbiae spiritu -uerat). AVG. serm. 46, 8, 17 p. 279 auctor erroris terrena elatione -ens (*syn.* extulit se. CASSIOD. in psalm. 104, 31 p. 749D). IVLIAN. Aug. c. Iulian. op. imperf. 3, 75 p. 1279 pro auctoritatibus sacris dei criminationibus -it. CONC.S I 3 vers. Tur. p. 146, 20 licet insurgas atrox . . . et . . . barbaricis adrogationibus et ineruditionibus adversum nos -as (*gr. I 1, 2 p. 99, 28 καθ' ἡμῶν ἐξογκούμενος*). MARCELL. chron. II p. 91, 476 Basiliscus . . . Nestoriana perfidia -ens. SALON. in prov. p. 973B *apostata* more superbientis angeli intus prius -it (*cf.* GREG. M. moral. 3, 43 p. 621C prius in corde. 3, 60 p. 629C quisquis . . . introrsus -it, in altum se apud semetipsum posuit. 26, 82 p. 397B omne, quod intrinsecus de bona actione -ueras, reprime. *al.*). SIDON. epist. 5, 8, 3 non . . . mediocriter. FAVST. REI. grat. 2, 6 p. 72, 18 improbe de legis operibus. POMER. 3, 8, 1 p. 484B honoribus. CASSIOD. hist. 7, 2, 26 non . . . contra simplices insurgere nec propter illos contra sacras litteras (*sc. I Cor. 4, 6*) -ere (*Socr. 3, 23 p. 444C τυφωθῆναι*). in psalm. 104, 25 p. 748B necesse est . . ., ut scelerati homines alienis prosperis (*abl. potius quam dat.* [*ut* '*invidere*']) -ant (*syn.* invidiam habuisse). GREG. M. in Ezech. 1, 9, 12 p. 875A nisi cor -ret, lingua minime superbiret. *al.* *accedit notio tumultuandi, rebellandi*: TAC. hist. 4, 19, 1 -uere statim superbia ferociaque *cohortes* (*cf. l. 31*). AVG. civ. 3, 15 p. 130, 5 D. populum, qui contra senatum -ere coeperat, repressum atque sedatum. OROS. hist. 5, 9, 5 servi novo motu -entes . . . pressi sunt (6, 21, 23). 6, 13, 5 ni Cassius . . . -entem Syriam . . . pressisset. *v. et l. 70.*

2 *-unt res*: **a** *refertur ad commotionem animi* (*iram l. 67. 71. superbiam l. 68. 71. seditionem l. 70. cupiditatem [cf. et p. 99, 32] l. 73*): STAT. Theb. 1, 412 ut iactis sermonibus irae -uere (*v. p. 98, 45*) satis. silv. 5, 1, 118 *non* probitas . . . secundis (*cf. l. 22*) -uit, tenor idem animo moresque modesti fortuna crescente manent. TAC. ann. 1, 38, 2 coeptavere seditionem . . . vexillarii . . .; deinde -ente motu *eqs.* CLAVD. 5, 183 -uit virtus *in proelium.* rapt. Pros. 3, 296 ignoscite, si quid -uit pietas. AVG. conf. 7, 6, 8 *Firminus* cum me . . . de quibusdam suis rebus, in quas saecularis spes eius -uerat, consuleret. *audacius*: NOVATIAN. Cypr. epist. 30, 2 p. 550, 20 minus est . . . sine laude iacuisse quam . . . laudes proprias perdidisse: ea enim, quae in alicuius gloriam proferuntur, nisi . . . serventur, in invidiam maximi criminis -unt.

b *de oratione*: SIDON. epist. 4, 3, 4 eloquium . . . nec per scaturigines hyperbolicas -it nec per tapinomata depressa tenuatur.

II *de statu tumido*: **A** *de ossibus, quae ab una parte crassiora sunt*: CELS. 8, 1, 16 os . . . ibi quidem tenue, procedens vero . . . plenius latiusque . . . altera verticis parte modice -ens sustinet iugulum. 8, 1, 24 rursus ab inferioribus quoque capitibus -unt *capita feminum.* 8, 1, 26 id *os* brevius supraque tenuius ad ipsos talos -it. **B** *de rebus, quae altius eminent*: COLVM. 1, 4, 10 haec . . . est medii collis

[*Mühmelt*]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

optima positio, loco tamen ipso paulum -ente. LVCAN. 2, 398 mediam qua collibus Appenninus erigit Italiam nulloque a vertice tellus altius -uit propiusque accessit Olympo (SCHOL. *ad l.*: qua parte nullo vertice tam late -uit. *aliter p. 98, 70*). PLIN. nat. 2, 160 *caeli* cava in se convexitas vergit . . . ; *terra* adsurgit -enti similis extraque protenditur; mundus in centrum vergit, at terra exit a centro. 36, 18 in scuto *Minervae Phidias* . . . Amazonum proelium caelavit -ente (*v. adn. cr.*) ambitu (*opp.* in parmae . . . concava parte). *Mühmelt.*

intumo, -āvī, -ātum, -āre *v. s.* intimo.

intumulātus, -a, (-um). *ab* in *et* tumulatus. *i. q. insepultus*: Ov. epist. 2, 136 ad tua me fluctus proiectam litora portent occurramque oculis -a tuis.

intumus, -a, -um *v. s.* interior (intimus).

intundo, (-tudī), -tūsum, -ere. *ab* in *et* tundere. [*it. mer.* ndonnę (*i. livescere*). *R.*]

1 *i. q. malleo ducere*: ANTH. 21, 209 *aurum*, quod ferrum (*i. malleus*) -it. 2 *i. q. contundere, frangere*: CASSIOD. var. 1, 2, 2 si perscrutator . . . maris (*i. murilegulus*) -sa (intrusa, inclusa *vv. ll.*) conchylia . . . condidisset apto tempore (*ad rem cf. Plin. nat. 9, 126*: minores *purpuras* cum testa vivas frangunt).

intuo, -ere *et* **intuor,** -ī *v. s.* intueor.

inturbābilis, (-e). *ab* in *et* turbare, *cf.* imperturbabilis. *qui turbari non potest*: OP. imperf. in Matth. 48 p. 903 a. med. in auditione . . . proeliorum nostri -es manent, quia ea . . . non possunt nocere eis (ORIG. in Matth. ser. 119 p. 253, 21 ut exhibitus ad criminale iudicium Christus -is maneret et staret ante mortem [*gr.* ἀτάραχον]). ORIG. in Matth. ser. 119 p. 253, 9 *Pilatus* miratus est videns *Christum* . . . in tranquilla et quieta sapientiae gravitate et -i cum iudicio stare, in quo ad mortem *periclitabatur*.

inturbātus, -a, -um. *ab* in *et* turbatus. GLOSS.L III Abstr. IN 260 -us interritus. [*e coni. v. l. 38. suppl. dub.*: CIL III 14976³ Iovi inturb⟨ato⟩ (*Patsch*).]

i. q. non turbatus (*translate; in imag. l. 36*): PLIN. paneg. 64, 2 sedit . . . consul principe ante se stante, et sedit -us, interritus. NON. p. 454, 23 (*ad Plaut. Aul. 79* defaecato . . . animo) defaecata omnia pura et -a et sine sordibus possumus dicere, ut vinum sine faecibus. AMBROSIAST. in Rom. 3, 16 p. 77B via pacis lenis est et -a (*syn.* tranquilla). CONC.S I 3 Rustic. p. 51, 21 ut undique -a (*Schwartz*, incurvata *trad.*) persistat *synodus* (*antea*: pro . . . tranquillitate deliberationis. *gr. I 1, 1 p. 120, 9* τὸ ἀτάραχον). II 3, 2 p. 16, 14 tranquilla mente et -o animo (*gr. II 1, 2 p. 82, 39* ἀταράχῳ). COD. Iust. 1, 1, 8, 23 unitas sanctarum ecclesiarum -a servabitur.

inturbidus, -a, -um. *ab* in *et* turbidus. *apud* TAC. *i. q. non turbidus*: TAC. hist. 3, 39, 2 *Blaesus* sanctus, -us, . . . non principatus adpetens (*i. vel cuius animus nulla cupiditate turbatur vel qui ad turbas, res novas non inclinat*). ann. 3, 52, 1 -us externis rebus annus. 14, 22, 3 *Nero exilium suadet Plauto*: consuleret quiet⟨i⟩ urbis . . ., esse illi per Asiam . . . agros, in quibus tuta et -a iuventa frueretur.

inturbulentia, (-ae) *f. ab* *inturbulentus. *i. q. tranquillitas animi*: DIDASC. apost. 33, 12 castitas eius *viduae* et -a cum sit deo manifesta (*cf. 33, 18* sine turbulentia agens omnia. *gr. Canon. apost. 3, 7, 6* ἀτάραχος ὑπάρχουσα. *v. Tidner, Sprachl. Komm. p. 189 ad l.*).

[inturbulentus, -a, -um. *ab* in *et* turbulentus. CIC. part. 77 quod est eius generis, grave, sedatum, -um (*Quicherat*, non turbulentum, turbulentum *codd., ut vid.*).**]**

inturgēsco, -ere. *ab* in *et* turgescere. *fere i. q. intumescere*: VEG. mulom. 1, 56, 19 tracanthi unc. I . . . pridie infundas in calidam *aquam*, ut -at ([turgescat *l. v.*; *gr. Pelagon. 508* καταζυμῶσαι]. 3, 8, 4 ut -at et solvi possit). ORIBAS. syn. 5, 6 add. p. 50 (*tit.*) si mamm⟨a⟩e -iscent. *ibid.* si mamm⟨a⟩e post partu⟨m⟩ ingestu lacte -ant, quod Greci spargisin vocant (*syn.* turgiscunt).

inturgisco *v. s.* inturgesco *l. 60*.

[? inturis (*an* -tū- ?) *subst. i. q. capparis*: PS. DIOSC. Vind. 2, 173 p. 240, 19 κάππαρις· . . . Ῥωμαῖοι σινάπε πέρσικουμ, οἱ δὲ ἰντοῦρις (*Wellmann*, -τού- *libri*. manna turis *Wellmann dubitans*; *potius* lathyris [*quae ap. Plin. nat. 27, 95 comparatur c. cappari*]).**]**

? **inturpis,** -e. *ab* in *et* turpis. *i. q. non turpis*: SACERD. gramm. VI 453, 17 cacenphaton est oratio turpem significationem habens -bus (in turpibus *vulg.*; *v. adn. cr.*) verbis.

1. ***intus** *adv.* (*et praep.*). *cf. gr.* ἐντός. *de origine*: PRISC. gramm. III 36, 13 adverbia . . . *ex praepositionibus localibus* quaedam localia nascuntur: . . . sub: subter; in: infra, intra, -s (43, 20 derivatur ab in. 72, 23). *de derivatione*: VARRO ling. 5, 131 -s, a quo intusium. *notatur in tit.*: I: CIL XIII 6892. in- *per ligaturam scribitur*: CIL XII 825 (= CE 565, 3). NOT. Tir. 51, 64. *de notione: de differentia inter -s et intro v. p. 54, 9 sqq. de significatione q. e. 'de loco': per adv. simplex*: AVG. gramm. V 518, 3 -s in loco, ut '-s est' . . ., de loco, '-s venio' (*al.*). CLEDON. gramm. V 67, 25 '-s exeo' (POMP. gramm. V 248, 14. *al.*). *per compositionem* (*qua interdicunt grammatici; at v. p. 107, 15*): DON. gramm. IV 363, 10 'de -s' . . . et 'de foris' sic non dicimus, quo modo 'in foras' (CLEDON. gramm. V 21, 22 non dicimus, quia praepositio adverbiis localibus minime sociatur. 64, 22 EXPLAN. in Don. gramm. IV 510, 23. POMP. gramm. V 248, 16 non . . . possum dicere 'de -s'; multi enim quasi causa communis elocutionis ita loquuntur 'de -s venio' et dicunt: ideo debet de iungi, ut significet de loco. sed tu noli iungere, nam stultum est *eqs.* GRAMM. suppl. 213, 35 non dicimus 'de -s' . . . secundum Donatum, sed in divina scriptura inveniuntur, ut [*seq.* VVLG. Luc. 11, 7]. *al.*). CHAR. gramm. p. 261, 9 B. praepositiones . . . adverbiis denegantur. GLOSS.L II Philox. IN 715 -s ἔνδον, ἐντός (GLOSS. II 298, 15 ἔνδον penetrale, -s, penitus, intro. III 516, 3 si -s est, ei endon esti). GLOSS. II 298, 10 ἔνδοθεν intrinsecus -s (315, 44 ἔσωθεν). 315, 43 ἔσω intro -s (*al.*). *de usu*: CHAR. gramm. p. 148, 8 B. *ex adverbio* fit comparativum: . . . -s, interius, intime. *substantivo attribuitur quasi adi. p. 103, 10. 106, 26. 107, 29. cf. l. 62. fere pro subst. v. p. 103, 18. legitur inde a* PLAVTO, ENNIO, CATONE *per totam latinitatem.* [*francog. vet.* enz, *raet.* ent, aint, *it. vet.* int. *R.*]

[*variat in codd. c.*: ictus (*cf. l. 28. 33*): PLIN. nat. 28, 125. imitus: CASSIOD. var. 2, 39, 7. in: PLIN. nat. 21, 7. 24, 11 in his (36, 14. *cf. l. 28 sq.*). in ius (*falso, cf. l. 31*): ENN. ann. 440 (*Fest. p. 343*, -s *cett.*). intentus (*falso*): CELS. 3, 21, 1. inter: Ov. trist. 5, 10, 27 CELS. 2, 7, 33 SEN. nat. 6, 16, 4. *et saepe.* intra: CELS. 5, 28, 13B CAES. AREL. serm. 67, 1 p. 273, 15. intro: PLAVT. Poen. 922 (*A*, *falso*, -s *Pal.*). STAT. Theb. 12, 17. inultus: PLAVT. Pseud. 1241 (*Pal.*, -s, *ut vid.*, *A*). ipsus: PLAVT. Most. 687 (*Pal.*, -s *A*). iustus (*recte*): SEN. epist. 113, 32. trans: PLIN. nat. 37, 100. undis: STAT. Theb. 2, 182. *e coni.*: PLAVT. Capt. 169 (*Schoell*). Most. 445 (*Leo*, ist⟨ist⟩ *Niedermann* [*duce Schoell*]). Pseud. 132 (*Acidalius*, penitus *A Pal.*, *def. Lindsay*). Truc. 480 (mihi tus *trad.*, mi -s *Seyffert*). 663 (*Spengel*). CATVLL. 61, 171 (*Statius*, unus *trad.*, *quod retinet Wilamowitz, Hell. Dicht. II p. 285*). LVCR. 2, 716 (inte *trad.*, -s *Lachmann*). EPICED. Drusi 114 (ictus *trad.* [*cf. l. 14*], -s *Heinsius*). VITR. 2, 9, 3 (in his *trad.* [*cf. l. 15*], -s *Marini*). APVL. met. 10, 16, 3 dominus ⌊-s⌋ aedium duci me iussit (⌊ ⌋ *add. Beyte, cf. p. 107, 55*). *al. falso trad.*: CAES. civ. 1, 87, 2 (in ius *Guilielmus, cf. l. 16*). PLIN. nat. 21, 125 (*del. Mayhoff*). 29, 98. CHIRON 89 (vehementius *Veg. mulom. 2, 24, 1*). *dub. trad.*: VAL. FL. 6, 168 rotis gemit -s (ictus *Heinsius et edd. plerique, cf. l. 14*) ager. AMPEL. 8, 22 (21 Assmann) murus ⌊-s medio⌋ Babyloniae (⌊ ⌋ *in textu interpolato del. Assmann ita, ut Ampelio inde restitueret verba* in Media). GROM. p. 329, 7 L. de -s sextanea parte (de latus ζ, *quod probat Josephson, Casae litt. p. 196 ad l.*). *v. et p. 104, 16.*]

I **adv.**: A *simplex: respondet quaerenti*: 1 *unde?*: *i. q. e loco interiore* (*hanc notionem post* VARRONEM *obsoletam* [*de* PLIN. *l. 62 dubitare licet*] *tuentur grammatici* [*v. p. 101, 77 sqq.*]; *in sermone vulg. additur praep.* [*v. p. 107, 15*]; *cf.* intrinsecus): a *respicitur domus sim.*: α -s *solum ponitur*: PLAVT. Asin. 585 Philaenium estne haec, quae -s exit? (Mil. 1169. 1197 Truc. 255. *v. et l. 52. 55*). Bacch. 796 servos arcessit -s. 1050 *nummos* iam -s ecferam (Most. 405. *v. et l. 52. 56*). Cist. 638 ut aliquis -s prodeat propere ocius. Epid. 477 foras educite . . . fidicinam . . . :: quin tu fidicinam produci -s iubes? Persa 301 quem convenire . . . cupiebam, egreditur -s (Pseud. 132 [*v. l. 24*]. *v. et l. 57 sq.*). Pseud. 1241 iam -s (*v. l. 20*) promam *nummos*. β *adduntur definitiones loci*: PLAVT. Amph. 770 tu . . . -s pateram proferto foras (Bacch. 95 ecferri. Cas. 351 exit foras Chalinus -s. Men. 218 evocate -s Culindrum mihi coquom actutum foras [Pseud. 604 -s evocabo]. Most. 687 aedium dominus foras Simo progreditur -s [*v. l. 21*]. VARRO Men. 109 donec foras nos -s evallaverunt). Cas. 855 eximus -s . . . huc in viam (Mil. 1338 exite atque ecferte huc -s omnia. Truc. 480 [*v. l. 25*]). Epid. 380 abeamus intro hinc ad me :: . . . lubentius quam abs te sum egressus -s. Most. 675 evoca aliquem -s ad te. Pseud. 1121 aliquem evocem hinc -s.

b *respicitur corpus sim.*: VARRO Men. 77 ut igni fervido medullitus aquiloniam -s eruat frigedinem. PLIN. nat. 24, 57 ad omnes collectiones -s extrahendas (*sed fortasse -s propius iungendum est c. subst., ut significentur 'collectiones internae'*). TERT. anim. 6, 3 anima movet corpus . . . velut sigillaria motu superficiem -s agitante (*syn.* 6, 1 intrinsecus). TER. MAVR. 189 *litterarum b et p* muta iubet portio comprimi labella, vocalis at -s locus exitum ministrat.

c *respicitur deus*: MAR. VICTORIN. gen. div. verb. 26 p. 33, 5 sqq. *num* animam hominum inspiravit deus -s ex se, . . . hominis salvatorem . . . non -s emisit?

2 *ubi?*: *i. q. interius* (*saepe opp.* extra, foris *sim.*; *per locutiones q. s.* -s et extra *sim. exprimitur notio totius rei, e. g. l. 78. p. 103, 12. 17. 72. 104, 18. 105, 34*): a *proprie* (*aliter p. 103, 79. 104, 38*): α -s *solum ponitur*: ① *usu vario* (*loci selecti*): PLAVT. Curc. 399 ob rem publicam hoc -s mihi, quod insigne habeo (*i. vulnus oculi sub fascia tectum*). CATO agr. 38, 1 (*in fornace*) lacunam -s magnam facito, uti satis siet, ubi cinerem concipiat. LVCIL. 298 *fusus* -s modo stet rectus, foris subteminis panus. VARRO rust. 3, 16, 16 *apium alvos* fimo . . . oblinunt -s et extra. 3, 16, 31. CIC. div. 2, 48 *e marmore* cum multa sint detracta . . ., tum intellegas illud, quod iam expolitum sit, -s fuisse. LVCR. 6, 18 omnia . . . *vasis* vitio corrumpier -s (6, 23. 6, 556). 6, 1039. VERG. Aen. 1, 167 *de antro*: -s aquae dulces. 6, 577 hydra saevior -s habet sedem. 7, 464. 12, 589 *apes* -s . . . discurrunt (*cf. 587* latebroso in pumice). 12, 592 -s saxa sonant. Ov. met. 11, 534 pars maris -s erat (*sic in navi*: trist. 1, 11, 17). trist. 4, 6, 10 ut vix . . . merum ca-

[Hi.]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

piant grana *uvae*, quod -s habent. COLVM. 2, 9, 13 *granum* quod extrinsecus albidum, -s etiam candidum conspicitur. SEN. Herc. f. 679 (*in Orco*) -s immensi sinus (immenso sinu *A*) placido quieta labitur Lethe vado (*'gen. ab -s pendet' Leo [cf. p. 107, 55]; v. tamen Löfstedt, Synt. II p. 424 adn. 4*). PLIN. nat. 11, 243 *animalium manus* -s tantum carnosae, extra nervis et cute constant (*Aristot. hist. an. p. 493^{b}, 32* τὸ ... ἐντός). 13, 118 -s granum (*Theophr. hist. plant. 3, 18, 13* ἔνδοθεν). 35, 54 *Panaenus* clipeum -s pinxit Elide Minervae. QVINT. inst. 1, 10, 44 (*syn. 43* intra). IVV. 3, 241 *dives, qui lectica fertur,* dormiet -s. TERT. nat. 1, 12, 8 *plasta* habitum quem placu⟨it argil⟩lae -s cruci ingerit (*i. cruci in parte media simulacri positae; nota -s more adiectivi substantivo attributum*). VVLG. exod. 25, 11 deaurabis *arcam* ... -s et foris (37, 1. *v. p. 102, 71*). Matth. 23, 26 munda prius, quod -s est calicis et parapsidis (τὸ ἐντὸς τοῦ ποτηρίου, *opp.* id quod deforis est. *Löfstedt, Synt. II p. 424 adn. 4, et alii iungunt* -s ... calicis [*cf. p. 107, 55*], *sed nota gen. 'partitivum' a* quod *pendere l. 66*). PRVD. perist. 10, 315 *deus* extra ... et -s implet ac superfluit (*v. p. 102, 71*). PS. AVG. quaest. test. I 122, 7 deus ... neque qui -s habeat et foris neque ante nec post aut summum aut imum (*sic pro subst. ibid.*: ignis non habet anteriora et posteriora aut -s et foris). DIOSC. 3, 11 p. 381, 26 *virga* -s et de foris spinis est plena (*gr. 3, 11, 1 p. 18, 5* ἔσωθέν τε καὶ ἔξωθεν).

(ii) *respiciuntur certa loca interiora vel partes interiores certarum rerum:* *domus, aedificium sim.* (*locos post Cic. paene omnes praeterii*): PLAVT. Amph. 120 pater -s nunc est (856 ecquis alius ... -st? Asin. 383. 394 [*syn.* domi; *sic et* 452. CIC. de orat. 2, 276]. 741 Bacch. 140. Cas. 746 iam -s ero. 1012. Merc. 719 quoia illa mulier -st? 816 Mil. 536. 1201. 1255. 1256. Most. 445 [*v. p. 102, 23*]. 988. Poen. 165 sunt tibi -s ... nummi? [345 Pseud. 81]. 538 Pseud. 640 Rud. 340 Truc. 188 TER. Andr. 491. 789. 851 Haut. 454 Phorm. 866 Eun. 611 Ad. 569. 759. 778 TVRPIL. com. 51 EDICT. praet. Vlp. dig. 25, 4, 1, 10 [*syn.* in eo conclavi]. SYNOD. Hil. coll. antiar. p. 115, 6 [ἔνδον]. VVLG. Ioh. 20, 26 [ἔσω]). 131 -s suo animo morem gerit. 966 rem divinam -s faciam (Poen. 803). Asin. 152 (*opp.* ante ostium). Aul. 80. 81 redi ... intro atque -s serva (82 Capt. 456). 201. 270. 389. 465. 656 ille nunc -s turbat (Cas. 880). Bacch. 227 abi intro, ... -s dicito. 379. 1204. Capt. 114 sinito ambulare, si foris, si -s volent. 191. 894 -s cura, quod opus est (Cas. 587. Men. 352 [*syn. Varro ling. 7, 12 ad l.*: domi]). 918. 1015 -s eccum fratrem (Mil. 545. TER. Ad. 389 [*syn.* penes vos, domi]). Cas. 542 -s illa te ... manet. 626 -s vidi (Truc. 711). 648. 656. 749 gladium ... -s habere (Q. SCAEV. Gell. 4, 1, 17 *penus* ex eo, quod non in promptu est, sed -s et penitus habeatur). 756 quid -s agatur (870. 896 Rud. 592. TER. Phorm. 876 [*opp.* extra ostium]. AFRAN. com. 398). 792. 804 Cist. 780. 783. Epid. 663 remeabo intro ..., haec -s edocebo ..., domi adesse certumst. Men. 130. 366 Merc. 926 Mil. 612. 821. 1393 -s clamorem audio (TER. Phorm. 765). Most. 394. 401 Persa 104. 298. 722 oblitus sum -s ... edicere (Trin. 1137). Poen. 424. 922 (*v. p. 102, 19*). Pseud. 1044 Stich. 639 Trin. 1077. 1100. 1101 -s narrabo tibi (TER. Hec. 582). Truc. 724 TER. Andr. 847. 980. 981 Phorm. 564. Eun. 763 obsera ostium -s. 993. 1010 Ad. 284. 765 TVRPIL. com. 1. VARRO rust. 2, 2, 7 *animalia* totum annum recte pascantur -s (*i. in stabulis*) et foris. CIC. Cato 12 *Fabius non* in luce modo atque in oculis civium magnus, sed -s domique praestantior. *corpus (fere animantium, aliter l. 57) eiusque partes interiores (loci selecti)*: CATO agr. 157, 6 siquid ... mali -s ⟨fu⟩erit, omnia sana faciet (*syn.* in corpore). VARRO rust. 1, 55, 4 *ut oleum* non solum corpus -s unguat, sed etiam extrinsecus. LVCR. 1, 367 *corpora graviora* multo vacui minus -s habere (*sic de materie*: 1, 514. 1, 536). 4, 661. 4, 731 *simulacra* corporis ... penetrant per ⟨r⟩ara cientque ... animi naturam -s (*cf. de sede animae* [*aliter p. 105, 32*]: 4, 961 *anima* distractior -s. *v. et p. 104, 66*). 5, 927 *genus hominum* solidis magis ossibus -s fundatum. VERG. Aen. 9, 579 *sagitta* abdita ... -s. Ov. met. 6, 655 *Procne ad Terea*: -s habes *filium* (*nota sensum duplicem ita, ut pro 'in conclavi' accipiat Tereus*). 7, 126 -s ... componitur infans (*syn.* in alvo). CELS. 1 prooem. 21 *cibus* teritur -s (*syn. 20* in ventre). 25 dolor -s incidit. 2, 10, 6 ruptum aliquid -s atque collisum est. 6, 6, 15^{B} medicamenta ... -s ... lenia danda sunt. PLIN. nat. 8, 99 ut extra fiat membranae quod fuerit -s. 11, 9 (*Aristot. hist. an. p. 532^{b}, 5* ἐντός). 11, 165 saetis -s os hirtum. 14, 58 vino natura est hausto accendendi calore viscera -s, foris infuso refrigerandi. 21, 125 folia ... -s stomachi rosionibus ... utilissima (*opp.* inlita). 22, 114 (*proverbium*) -s mulso, foris oleo (*Democr. A 29* [*Athen. 2, 26 p. 46^{f}*] ἐντός). MART. 11, 61, 12 APVL. apol. 50. TERT. adv. Marc. 1, 14 p. 308, 15 -s ac foris (*i. totum*) considera hominem. PELAGON. 36 si quid -s doluerit (*Hippiatr. gr. I p. 11, 12* εἰ ... πόνῳ τινὶ ἐνδοτέρῳ καταπονοῖτο). CHIRON 65 (*opp.* deforis, *syn. Veg. mulom. 2, 15, 2* intrinsecus). SORAN. p. 7, 12 (*gr. p. 10, 4* ἔσωθεν). p. 9, 1 (*gr. p. 11, 9* κατὰ τὸ ἔνδον). *urbs, castra, portus, hortus circumsaeptus sim.*: CIC. Catil. 2, 11 omnia sunt externa ... pacata; domesticum bellum manet: -s insidiae sunt, -s inclusum periculum est, -s est hostis (*nota eandem sententiam per imag. ad sensum transl. deflecti*: HIER. epist. 14, 6, 3. 22, 8, 2). Mur. 78 -s, -s inquam, est equus Troianus. Sull. 17 *Autronius* relictus -s, expectatus foris. CAES. Gall. 5, 45, 2 erat unus -s Nervius. 6, 37, 9. civ. 3, 69, 4 cum extra et -s hostem haberent. CIL I² 1486 lapides profaneis, -s sacrum. VERG. georg. 4, 422 statio tutissima nautis: -s se ... Proteus tegit obice saxi. Aen. 9, 677. Ov. met. 14, 636 pomaria claudit -s *Pomona*. trist. 5, 10, 27. LIV. 2, 33, 6 oppidanos, quos -s clausos habebat. 23, 18, 3. 24, 32, 6 *non* minore -s vi quam foris portae effringebantur (*cf.* 26, 46, 6). *al.* TAC. hist. 3, 20, 2 -s hostes. *al. et saepe.* *situs urbium, regionum sim., quae vel a mari vel a finibus remotiores sunt* (*cf.* introrsum *p. 83, 55*): VARRO rust. 1, 2, 4 -s paene sempiternae hiemes. MELA 3, 33 Sarmatia -s quam ad mare latior. PLIN. nat. 3, 32 in ora regio Sordonum -sque Consuaranorum (*sic opp.* 3, 111. 3, 113. 3, 115. 4, 14 a Pylo XIII passuum -s delubrum Olympii Iovis. 4, 34. 4, 36. 4, 42. 4, 47. 5, 121. 5, 122. 5, 143. 5, 148. *al.*). 3, 34 (*opp.* a mari). 3, 48. 3, 51. 4, 7. 4, 12 (*opp.* in litore; *sic et* 5, 33. 5, 123. 6, 154). 5, 68 (*opp.* per oram). *saepe.* SIL. 12, 373. *et apud posteriores. v. et l. 75. 82.* *orbis brevior in cursu equorum*: Ov. fast. 6, 586 (*in imag.*) nos ... adductos -s agemus equos. SIDON. carm. 23, 369 ut ... primus *auriga* ... curru praetereatur -s acto. *liber*: PLIN. nat. 18, 2 materia ⌊accedit -s⌋ ad reputationem *terrae* (*opp.* inter initia operis. ⌊ ⌋ accedimus *Mayhoff, cf. adn. crit.*). CENS. 9, 1 in libro, qui ... -s subscribitur 'de origine humana'. VVLG. Ezech. 2, 9 expandit *librum* ..., qui erat scriptus -s et foris (apoc. 5, 1 [ἔσωθεν]). *v. et p. 105, 1.* *verba, metra*: TER. MAVR. 1429 *in* ἀμφιμάκρῳ *metro* duae longae receptam continent -s brevem. MACR. exc. gramm. V 601, 7 -s ... declinantur καταγράφω, κατέγραφον (*opp.* foris [*e. g.* δυσφορῶ, ἐδυσφόρουν]. 604, 30. *cf.* PRISC. gramm. II 439, 26 -s habent declinationem). PS. PRISC. gramm. III 521, 27 *in pronuntiatione vocis 'natura'*, quando dico natu, elevatur vox et est arsis -s, quando vero sequitur ra, vox deponitur et est thesis deforis. *sepulcrum sim.*: AVSON. (?) 246, 1 p. 433 P. habet sepulcrum non id -s mortuum (*Anth. Pal. 7, 311* ἔνδον). VVLG. Matth. 23, 27 *sepulcra* aforis parent ... speciosa, -s vero plena sunt ... spurcitia (ἔσωθεν). PRVD. perist. 11, 183 ipsa illas ... exuvias quae continet -s aedicula. CIL IX 2437, 8 (*a. 553*) ni quis hoc ... molestet -s monumentum. XIV 1620, 9 ⟨qu⟩od vetustate deci⟨derat -⟩s refecit. CE 1105, 3 cuius ossua et cineres hic lapis -s habet. *v. et l. 54. 62.*

(iii) *in proverbio graeco q. e.* '-s canere': CIC. Verr. II 1, 53 illum Aspendium citharistam, de quo saepe audistis id quod est Graecis hominibus in proverbio, quem omnia -s canere dicebant (PS. ASCON. Verr. p. 237, 3 *manus* dextra plectro utitur et hoc est foris canere, sinistrae digiti chordas carpunt et hoc est -s canere). *inde deflectitur ad notionem translatam*: CIC. leg. agr. 2, 68 hoc carmen hic tribunus plebis non vobis (*sc. palam*), sed sibi -s (*i. in occulto*) canit. AMBR. in psalm. 1, 12 p. 9, 24 aiunt ... eorum, qui cithara canunt, peritiores -s canere, ut ferunt fabulae de Aspendio citharista: ... docuit ergo David -s nos canere oportere, -s psallere, quemadmodum canebat et Paulus dicens 'orabo spiritu, orabo et mente' (*v. p. 105, 32*).

β accedunt definitiones loci per: (i) *advv.*: *hic*: PLAVT. Amph. 112 pater nunc -s hic ... cubat. Asin. 329 *erus* maior apud forumst, minor hic est -s (Aul. 655 Capt. 1017. Merc. 684 nescioquae est mulier -s hic in aedibus [Mil. 483]. 1008 hic est -s filius apud nos. Mil. 301 -s hic in proxumost. 406 Rud. 568. 642). Aul. 37 senex ... clamat. 617 aulam ... abstrusisse hic -s in fano. Bacch. 568 hic is eccas Bacchides (Rud. 1174). Cas. 650 apud nos. 761. 934 Curc. 686 Mil. 138. 338 eam ... vidisse ... hic -s (379. 460). Most. 723 Rud. 370. 689 in fano. CAECIL. com. 40 in tenebris. TER. Hec. 98. CARM. inc. Ter. Maur. 2636 -s hic ubi consitum est. CE 565, 3 (*s. III*) flos aetatis hic iacet -s condita saxo (*sic in sepulcro*: CIL XIII 6892 h(ic) i(ntus) s(itus) ⟨e⟩(st)[t *lapis, ut vid.*]). *alia*: PLAVT. Amph. 432 mira sunt, nisi latuit -s illic in illac hirnea (COMM. apol. 135 caelum videmus, sed illic quid -s agatur *nescimus*). Persa 405 curate isti -s. PEREGR. Aeth. 20, 12 locus ... decima mansione est hinc -s in Persida. ITIN. Theod. 11 *mortua* ibi -s in monasterio ... deponitur. GREG. TVR. Franc. 10, 16 p. 505, 19 *accusatur abbatissa*, barbaturias -s eo (*i. in monasterio*) quod celebraverit. CE 1618, 1 -s hoc iacet iuvenis (*i. in sepulcro*).

(ii) *casum localem q. d.*: PLAVT. Cas. 763 omnes festinant -s totis aedibus. LVCR. 6, 202 *venti* rotant ... cavis flammam fornacibus -s (6, 278 calidis acuit fulmen fornacibus -s. 6, 1169 flagrabat stomacho flamma ut fornacibus -s). 6, 798 animam labefactant sedibus -s (*cf. p. 103, 59*). VERG. Aen. 7, 192 tali -s templo divum ... Latinus ... sedens. CVLEX 77 *pastori grata sunt* vallibus -s ... manantia fontibus antra. LIV. 25, 11, 15 *naves*, quae sinu exiguo -s inclusae (*cf. p. 105, 18*) essent. PRVD. perist. 5, 241 est -s imo ergastulo locus tenebris nigrior. VITAE patr. 6, 1, 15 p. 996^{A} *mulier* dispensabat ... ea, quae -s domi erant. *v. et p. 102, 34. 107, 50.*

(iii) *praepp.*: in (*c. abl.; in serm. vulg. c. acc., e. g. p. 105, 2*): PLAVT. Most. 402 si -s natus nemo in aedibus habitet (VERG. georg. 4, 258. *al.*). VARRO rust. 1, 7, 8 in Gallia transalpina -s ad Rhenum, cum exercitum ducerem, ... regiones accessi. 1, 40, 1 in iis *galbulis* -s *est semen*. 1, 41, 4. 3, 5, 15. frg. Plin. nat. 36, 91 in ... basi ... -s labyrinthum. CIC. fin. 3, 18 *membra*, quae sunt -s in corpore (CELS. 2, 10, 2. *al.*). Tim. 34 nondum omne animal in mundo -s incluserat (*Plato p. 39^{E}* ἐντὸς αὐτοῦ). LVCR. 2, 965. 6, 1045. LIV. 24, 10, 6 Lanuvi in aede -s ... Iunonis (FEST. p. 158$^{an.}$). 27, 11, 3 (*v. adn. crit.*). PLIN. nat. 3, 105 -s in secunda regione ... Beneventum (*sic de situ oppidorum* [*v. l. 4*]: 5, 39. 5, 149. *al.*). 11, 229 *pili nascuntur* in buccis -s (*Aristot. hist. an. p. 519^{a}, 22* ἐντὸς ... τῶν γνάθων). *al.* MAXIMIN. c.

[Hi.]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

Ambr. 35 si quis vult legere sequentia ..., legat -s in plenario (*v. p. 104, 15*). DIDASC. apost. 31, 26 *viduae* sedentes -s in domos suas. *et saepe. v. et l. 62. p. 104, 47. 48. 49. 56. 58. 59.* *alias*: PLAVT. Merc. 187 *eam vidit* -s intra navem (CYPR. epist. 73, 10 p. 783, 17 [*in imag.*] arbores ... intra muros suos -s inclusit [ITIN. Burdig. p. 592 -s ... intra murum]. SORAN. p. 7, 5 RVSTIC. Conc.S I 4 p. 88, 24). Mil. 175 -s apud nos (TER. Andr. 978. *v. et p. 104, 47. 50*). ENN. ann. 440 sub monte s⟨t⟩late specus -s patebat (PLIN. nat. 15, 39 acinus sub cortice -s. CHIRON 64 sub ... palpebrum -s scalpello plaga⟨m⟩ ... das [*syn. Veg. mulom. 2, 15, 1* ab interiori parte]). MELA 3, 39 -s sunt ad Caspium sinum Caspii ([*cf. p. 104, 4*]. CARM. Gell. 19, 11, 2 *anima per osculum in puerum dilectum* transisset ... et mira ... res foret, ut ad me fierem mortuus, ad puer⟨ul⟩um -s viverem. *fortasse huc pertinet p. 104, 75* [*sed* ad *coniungi potest c.* ducerem]). SER. SAMM. 990 glomeramina, quae gerit -s clausa aries inter geminae coxendicis umbras (*v. Pépin ad l.*).

(IV) *verba composita c.* in (inter *l. 23*): CIC. nat. deor. 2, 121 *membra*, quae ... -s inclusa sunt (CELS. 3, 21, 15 COLVM. 9, 14, 15 PLIN. nat. 15, 35. 26, 97. *al. v. et l. 5. p. 104, 69. 79*). VITR. 2, 9, 3 inest ([*v. p. 102, 28*]. PS. DAMAS. epigr. 106, 4. *al.*). CELS. 7, 5, 4A glans ... perrupta cute ... -s insedit. PLIN. nat. 19, 86 φθειρίασιν cordi -s inhaerentem. PRVD. c. Symm. 2, 379 animas ... venis vitalibus -s ... interfusas. *al.*

b *translate* (*v. et p. 103, 79. 104, 38. saepius vigente vi imaginis*): *α strictius*: (I) *usu vario*: VERG. Aen. 6, 726 caelum ac terras ... *et* astra spiritus -s alit totamque infusa per artus mens agitat molem (HIL. gen. 39. *cf. de mundo*: TERT. nat. 2, 5, 14 alicuius artificis -s et domini ⟨arbitrium agnoscimus⟩). PERS. 1, 50 'belle' hoc excute totum: quid non -s habet? (*i. quid tam vile est, quod laus ista non intra se complexa sit?*). AVG. conf. 10, 39, 64 -s etiam, -s est aliud in eodem genere temptationis malum.

(II) *de animo, mente, ingenio sim.* (*aliter p. 103, 59. saepe accedit notio consilii, affectus sim. occultandi, e. g. l. 37. 47. 49. 50*): Ⓐ -s *solum ponitur*: PLAVT. Cist. 688 et -s paveo et foris formido. VARRO Men. 205 *amator* habet ... ignem -s acrem. CIC. fin. 2, 77 ut ... sententiam habeas aliam domesticam, aliam forensem, ut in fronte ostentatio sit, -s veritas occultetur. VERG. Aen. 12, 527 fluctuat ira -s. HOR. sat. 2, 1, 52 dente lupus, cornu taurus petit: unde, nisi -s monstratum? ars 108 format ... natura prius nos -s ..., post effert animi motus. OV. epist. 4, 19 urimur -s. met. 2, 94. 9, 465. 9, 541 trist. 5, 1, 63. LIV. 30, 44, 6 si ... animus -s cerni posset. VAL. MAX. 4, 4 pr. *al.* SEN. Med. 47. dial. 1, 6, 5 (*opp.* extrinsecus). 4, 35, 4 (3) qualem -s putas esse animum, cuius extra imago tam foeda est (*syn.* intra pectus). epist. 41, 1. 56, 5 (*opp.* foris). 65, 7 utrum foris *artifex* habeat exemplar, ad quod referat oculos, an -s. *al.* PERS. 3, 30 ego te -s et in cute novi. 5, 129 -s et in iecore aegro. *al.* MART. 10, 80, 6 QVINT. decl. 314 p. 236, 13. *al.* TAC. ann. 4, 1, 3 *Seiano* palam compositus pudor, -s summa adipiscendi libido. TERT. apol. 35, 10 *peierantes* alii foris, alii -s. CYPR. epist. 76, 2 p. 830, 3 spiritaliter -s ..., foris carnaliter. *al.* VVLG. Matth. 23, 28 vos aforis quidem paretis ... iusti, -s autem pleni estis hypocrisi (ἔσωθεν). Luc. 11, 39 quod deforis est calicis ... mundatis, quod autem -s est vestrum, plenum est rapina (τὸ ... ἔσωθεν. *de structura v. p. 103, 14 sqq.*). II Cor. 4, 16 licet is, qui foris est, noster homo corrumpitur, tamen is, qui -s est, renovatur (ἔσω). 7, 5 foris pugnae, -s timores (ἔσωθεν). PRVD. perist. 10, 729 -s forisque, spiritum et corpus simul (PAVL. NOL. carm. 15, 208. *al.*). *al.* AVG. conf. 1, 13, 21 deus lumen cordis mei et panis oris -s ⌊animae meae⌋ (⌊ ⌋ *iung. c.* oris, *non c.* -s). doctr. christ. praef. 8 p. 18fin. non per hominem *intellegere scripturas*, sed ... *deo* -s docente (*al.*). in epist. Ioh. 4, 1 p. 2005med. quibus -s loquitur deus (*al.*). grat. Christ. 45, 49 p. 161, 13 (*syn.* in mente, in voluntate). *saepe.*

Ⓑ *accedunt definitiones locales per*: *praepp.*: in: ENN. ann. 182 -s in occulto mussabant (*huc pertinere videtur potius quam ad notionem propriam*). CIC. fin. 1, 44 nec eae *cupiditates* se foris solum iactant ..., sed -s etiam in animis inclusae inter se dissident (IVL. VAL. 1, 13 p. 24, 2. *al.*). CYPR. domin. orat. 3 p. 268, 11 -s in pectore. LACT. inst. 4, 17, 1 in cordibus suis gerebant -s inclusam *invidiam* (AVG. civ. 16, 2 p. 124, 10 D. 16, 37 p. 185, 5. *al.*). 6, 5, 6 in nobis. AVG. conf. 10, 8, 15 -s in memoria (*opp.* foris). 12, 16, 23 -s in mente. c. Pelag. 1, 9, 15 p. 436, 18 -s in affectionibus. *ibid.* p. 436, 23 in ipsa -s voluntate. *al.* GREG. M. dial. 1, 5 p. 41, 24 M. -s in humilitate (*opp.* foris). apud: AVG. conf. 8, 11, 25 dicebam ... apud me -s. epist. 27, 1 p. 95, 16 apud ipsam -s animam. util. cred. 13, 28 p. 36, 11 sensu ... quaecumque adtingimus, forinsecus nobis offeruntur ..., quod autem intellectu capitur, -s apud animum est. GREG. M. dial. 1, 5 p. 40, 10 M. apud se -s. *verba composita c.* in: CYPR. domin. orat. 6 p. 270, 1 pectus suum pulsans et peccata -s inclusa contestans (zel. 9 p. 425, 7 LACT. epit. 50, 5 [= CIC. rep. 3, 10]. *al. v. et l. 65. 67*). zel. 17 p. 431, 16 amaritudo ..., quae -s insederat. PAVL. NOL. epist. 40, 11 p. 354, 23 -s infixa divellere (*antea*: animi ... internas opes. *opp.* extrinsecus). PROSP. carm. de ingrat. 27 lex ... insita cordibus -s. *abl. loci* (*cf. p. 107, 63*): PRVD. perist. 10, 435 lumen ... puris ... -s quod relucet mentibus.

(III) *respicitur civitas, populus sim.*: TAC. ann. 15, 27, 2 scire, quantum -s discordiarum *esset apud Parthos* (AVG. civ. 3, 17 p. 122, 3 D. bellis forinsecus inquietare non desistentibus et -s discordiis seditionibusque civilibus). CYPR. Demetr. 10 p. 358, 6 quasi ... esse pax inter ipsas togas possit, quasi non, etsi externa ... pericula comprimantur, ferocius -s ... de ... iniuriis potentium civium domesticae inpugnationis tela grassentur. *al.*

Ⓝ *respicitur ecclesia*: CYPR. epist. 55, 29 p. 647, 16 *dominus* ad ecclesiam suam venturus de illis ..., quos in ea -s invenerit, iudicabit (69, 10 p. 759, 4. 73, 9 p. 784, 20. *al.* AVG. catech. rud. 7, 11 sive foris sive in ipsa -s ecclesia *eqs.* in psalm. 60, 5 p. 725. *al.*). 66, 8 p. 732, 14 quando ... soli illi foris remanserint, qui, et si -s essent, eiciendi fuerant. 74, 3 p. 801, 15 *baptisma unum*, quod apud nos est et -s est. *saepe.* HIER. in Ier. 3, 37, 2 p. 181, 15. VVLG. I Cor. 5, 12 (ἔσω). RVFIN. Orig. in num. 21, 2 p. 202, 19 iustus -s est et in interioribus ... consistit, quia -s (*v. p. 104, 42 sq.*) in abscondito orat patrem. *al.* AVG. bapt. 5, 27, 38 p. 295, 13 multi, qui foris videntur, -s sunt, et multi, qui -s videntur, foris sunt (*seq.* qui ... intrinsecus et in occulto -s sunt. *al.*). in epist. Ioh. 6, 13 p. 2028fin. multi -s quasi -s sunt, nemo autem foris nisi vere foris. *et saepe.* *similiter de interiore circulo discipulorum*: SALON. in prov. p. 969D *Christus* -s praedicavit, id est in secreto ..., quia paucis, id est solis discipulis, mysteria ... ostendit; post resurrectionem vero suam foris praedicavit, quia ... aperte se ... mundo declaravit.

Ⓥ *respicitur deus*: MAR. VICTORIN. adv. Arrium 1, 4 p. 15, 6 W. habet ... ipsum quod est esse -s insitam operationem. 1, 24 p. 1057D *verbum genitum est* in declarationem -s potentiae: hinc pater, qui -s, hinc filius, qui foris. 4, 24 p. 1130B cognoscentia nondum apparens, sed se -s (*sc. in deo*) tenens. gen. div. verb. 20 p. 30, 11 W. Romani πρὸς τὸν θεὸν (*Ioh. 1, 1*) 'apud deum' dicunt, quasi penitus -s, id est in dei exsistentia. 21 p. 31, 1 est ... magnitudinis dei et -s et foris et moveri et operari *eqs.* 23 p. 32, 1 hic, qui est in gremio patris, hoc est -s, et hic foris: opere enim foris; in eo, quod est esse, -s et in patre. 26 p. 33, 4. *al.* GREG. M. moral. 2, 34 p. 572C *non* tempus -s in conspectu eius defluit, quod apud nos foras decurrit. 12, 2 p. 987B spatium vitae ... fuit -s statutum.

β laxius: spectatur veritas sub specie externa quasi tecta: CIL IV 1516 formosa⟨m⟩ fo⟨r⟩ma puella⟨m⟩, laudata⟨m⟩ a multis, set lutus -s erat. TERT. apol. 50, 15 *martyrii spectator* concutitur ad requirendum, quid -s in re sit. PETR. CHRYS. serm. 20 p. 254B *post expositionem sensus litteralis* iam quod -s est proferamus (*i. parabolae sensum spiritalem*).

3 *quo?: fere i. q. intro, introrsum* (*fere sensu proprio, translate p. 107, 6*): **a** -s *solum ponitur*: LVCR. 1, 223 vis ..., quae ... -s penetret per inania (PLIN. nat. 15, 80 ANTHIM. 35). 3, 171 vis ... teli ossibus ac nervis disclusis -s adacta ([*cf. Heinze ad l.*]. CELS. 8, 5, 1). 4, 1091 cibus atque umor membris adsumitur -s (*syn. 1095* datur in corpus). 6, 726 mare permotum ventis rui⟨t⟩ -s harenam (TAC. hist. 1, 35, 1 *senatores* refractis Palatii foribus ruere -s. ann. 4, 62, 2 *amphitheatri moles* dum ruit -s aut in exteriora effunditur). CVLEX 290 *Eurydice non* rettulit -s lumina. OV. met. 10, 457 thalami ... fores aperit, ... ducitur -s. EPICED. Drusi 114 *Livia* lacrimas ... -s agit ([*v. p. 102, 27 sq., cf. p. 84, 12*]. STAT. Theb. 12, 17 *columbae* -s agunt natos et ... cubilia vallant. TER. MAVR. 192 *b littera* labella figit, velut -s agatur sonus). CELS. 2, 8, 4 *suppurationes* quae -s procedunt (*Hippocr. progn. 7 p. 85, 15* ἔσω, *opp.* in exteriorem partem. 7, 4, 4D). 2, 8, 23 -s tendunt (7, 4, 1A). 5, 28, 12A *fistulae* recte -s feruntur (7, 4, 4C). 5, 28, 12L ut ea medicamenta -s conpellantur (6, 7, 9B. 7, 20, 1). 7, 4, 4C demittere (7, 10. 7, 28, 2). 7, 28, 2 -s dare (7, 29, 2). 7, 7, 4B mucrone -s recurvato. 8, 4, 17 -s eminet. *al.* PLIN. nat. 2, 163 -s (*i. in vas*) recepta *pondera*. 3, 19 primi in ora Bastuli, post eos, quo dicetur ordine -s recedentes, Montesani, Oretani *eqs.* (3, 22. 5, 66. *cf. p. 104, 4*). 11, 146 magna cogitatio occaecat, abducto -s visu. 11, 248 *elephantus* poplites -s flectit hominis modo. *al.* STAT. Theb. 1, 104 -s abactis ... oculis. QVEROL. p. 38, 9 R. eamus ... -s (p. 46, 8). p. 44, 4 abi ... -s (p. 53, 6). CHIRON 394 ut possit commeari -s *potio*. 672. 685 mittito (OP. imperf. in Matth. 40 p. 857fin. *al.*). SORAN. p. 92, 21 revocari. VITAE patr. 6, 3, 11 p. 1008D respexi -s. RVF. podagr. 34 convertuntur ... -s inflammationes. CE 121. 1 -s veni. *et al.*

b *accedunt definitiones locales per*: *α praepp.*: in *c. acc.* (*abl. l. 78*): LVCR. 2, 711 sua cuique cibis ex omnibus -s in artus corpora discedunt. VARRO rust. 1, 12, 2 *animalia minuta* per aëra -s in corpus per os ac nares perveniunt. CELS. 3, 21, 1 -s in unum (uterum *Constantinus*) aqua contrahitur. SCRIB. LARG. 46 inicere ... -s ⟨in⟩ (*suppl. ex Marcell. med. 10, 4*) narem ... cocleae ... carnem. SEPT. SER. carm. frg. 9 gerit ... -s in oppidum *pisces*. TERT. adv. Marc. 4, 30 p. 526, 6 quis ... erit -s recipiens iustos in regnum? ITALA lev. 11, 33 (Aug. quaest. hept. 3, 37 p. 271, 12) vas ..., in quo ceciderit ex eis -s, quaecumque sunt -s, immunda erunt (ἔνδον [*bis*], *Vulg.* intro [*alterum om.*]). SORAN. p. 91, 8 in orificium matricis manum ... -s inicere. ad: CELS. 7, 7, 8A pilorum ... ordo ..., qui protinus -s ad oculum tendit. 8, 4, 16 *lunati sinus* ima ... pars ... -s ad fracturam, cornua ad os integrum spectant. COLVM. 9, 14, 13 opercula -s usque ad favos admovenda sunt.

[Hi.]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

β verba: ① *compos. c.:* in: CELS. 5, 28, 12M id *medicamentum* ... -s infundendum. 8, 5, 3 quod -s inditum est. 8, 14, 3 *os* -s impellere. 8, 20, 2 *pes* -s inclinatur (*opp.* extra. QVINT. inst. 11, 3, 99 pollice -s inclinato [*syn. 98* intra]). PLIN. nat. 11, 266 -s inmeante spiritu et incluso sonante. CLAVD. MAM. anim. 3, 14 p. 183, 8 *in quaestionem* inspici porro -s usque nequaquam potest (*v. p. 106, 42 sq.*). ANTHIM. 81 *caseum* -s (*i. in stomachum*) ingressum (BENED. reg. 43 [*opp.* foris oratorium]). *v. et p. 106, 74. 80 sq.* intro: VITAE patr. 6, 1, 15 p. 997A introduxit me -s illic (*i. in paradisum*). ⑪ intrare: CHIRON 527 si aures doluerint ab aqua, si intraverit -s. MART. CAP. 1, 69. VITAE patr. 5, 18, 20 p. 985C (*Cot. p. 653A* εἰσίασιν εἰς).

γ advv.: QVEROL. p. 23, 12 R. ego me hac -s refero atque hominem . : : producam foras. SORAN. p. 55, 18 orificium *matricis* ... -s insursum conducitur (*gr. p. 107, 15* πρὸς τὸ ἐντός). *v. et l. 6. 9. p. 106, 83.*

B *auctum antepositis praepp.* (*cf. Sävborg, Etude sur le rôle de la prép. 'de', diss. Uppsala 1941, 82 sqq.*): 1 ab -s: *v. vol. I 99, 27 sqq.; ad quaestionem 'ubi?' addantur:* ITALA gen. 6, 14 (Rufin. Orig. in gen. 2, 1 p. 23, 2) bituminabis eam *arcam* ab -s et a foris (ἔσωθεν, *Vulg.* intrinsecus). thren. 1, 20 (Ambr. in psalm. 118 serm. 18, 6, 2 p. 399, 17) a foris sine filiis fecit et ab -s mors (ἐν οἴκῳ, *Vulg.* domi). CHIRON 574 pantice⟨m⟩ ab -s decarnare ... sic, ne venas ... -s laedas. PS. APVL. herb. 59 l. 5 ad convulsos vel qui ab -s rupti sunt (*syn. Plin. nat. 20, 91* -s). ANON. med. ed. Piechotta 138 *homo* numquam ab -s infirmus erit. DIOSC. 2, 140 p. 230, 26 *sinape* confricatus ab -s viridis pareat (*gr. 2, 154, 1 p. 200, 5* ἔνδοθεν). 3, 73 p. 408, 9 corium ... a foris nigru et ab -s viride (*gr. 3, 68, 1 p. 79, 9* ἔνδοθεν). 3, 117 p. 426, 14 (*gr. 3, 107 p. 118, 8* ἐκ τῶν ἐντός). 4, 10 p. 13, 20. 4, 152 p. 71, 16 (*gr. 4, 157, 1 p. 301, 15* τὸ ἐντός). 5, 41 p. 185, 8 mela ... purgata ab -s partibus (*gr. aliter. at nota iungi posse et 'purgare partibus' et 'purgare ab partibus'*). 5, 133 p. 226, 11 pumex ... ab -s inanis (*gr. aliter*). 5, 145 p. 233, 21. 5, 147 p. 235, 8. PALLAD. hist. mon. II 8 p. 353C *monachus* aperuit ostium *cellae* et stans ab -s dixit (*gr. p. 42, 9 B.* ἔνδοθεν, *syn. I 5 p. 266D* intra ostium). VEREC. in cant. 2, 25 p. 27 plures ... ab -s privantur, dum corda ... vacuantur, nonnulli vero a foris, qui ... otiosi sunt.

2 de -s (*cf. p. 101, 80*): *v. vol. V 1, 412, 70 sqq.; ad adv. addantur* (*nota quaeri 'unde?' l. 42. 53*): ITALA III Esdr. 6, 25 (Colb. 630) triplicibus parietibus de -s ligneis (*gr. et Vulg. aliter*). Matth. 23, 26 (cod. ff²) quod de -s est calicis (de *om. Vulg.*). RVFIN. Orig. in gen. 2, 6 p. 38, 7 de -s ... et deforis bituminabis *arcam* (*cf. Italam gen. 6, 14 [v. l. 18] et exod. 38, 2 [v. vol. V 1, 412, 73]*). AVG. quaest. euang. 2, 21 p. 1341fin. *petenti* dicitur de -s iam ostium clausum esse (*e Vulg. Luc. 11, 7*). DIOSC. 1, 57 p. 31, 27M. 1, 86 p. 47, 8. 1, 103 p. 52, 8 (*gr. 1, 93 p. 85, 10* ἔνδοθεν). 1, 104 p. 52, 16 (*gr. 1, 94 p. 85, 21* ἐντός). 3, 1 p. 375, 4 *agaricum* de -s habet venas (*gr. 3, 1, 1 p. 2, 1* ἐντός). 3, 11 p. 382, 2 in ... virga de -s vermes nascuntur (*gr. 3, 11, 1 p. 19, 4* κατὰ μέσην τὴν ἐντεριώνην). 3, 81 p. 411, 5 radix est ... de foris nigra et de -s alba ([*gr. aliter*]. 4, 71 p. 40, 21 [*gr. 4, 75, 1 p. 234, 3* ἔνδοθεν]). 3, 91 p. 417, 2 (*gr. 3, 81, 1 p. 97, 9* ἐκ ... τῶν ἐντός). 3, 99 p. 420, 21 (*gr. 3, 89 p. 104, 1* κατὰ τὸ ἐντός). 5, 99 p. 205, 4 naribus de -s superflua carne crescente (*gr. 5, 77, 3 p. 47, 4* τὰ ἐν μυκτῆρσι σαρκώματα. *cf. p. 104, 63*). *saepe.* ORIBAS. syn. 9, 22 Aa p. 318in. cum pane de -s molle[m] (*gr. 9, 22, 7* τῷ ἐντός). *al.* PASS. Clem. 10, 1 *columnas* trahebant nunc de -s foras, nunc vero de foris -s (ἔνδοθεν εἰς τὰ ἔξω ..., ἐκ τῶν ἔξω εἰς τὰ ἔσω).

II praep.: A *c. gen.* (*cf.* ἐντός τινος): APVL. met. 8, 29, 6 -s aedium audito ruditu *asini*. GREG. ANTIOCH. bapt. 2 (Migne gr. 88, 1867B) *Ioannes baptista videns Iesum* contraxit -s diploidis dexteram et suum caput inclinans *dixit eqs.* *dub. an huc referenda sint exempla seq.:* SEN. Herc. f. 679 (*v. p. 103, 2*). VVLG. Matth. 23, 26 (*v. p. 103, 13*). Luc. 11, 39 (*v. p. 105, 51*). *cf. et p. 102, 29 sq.*

B *c. acc.:* GEST. Pilat. 4, 1 relinquens ... Pilatus Iesum -s praetorium exivit (in praetorium *C, gr.* ἔσω τοῦ πραιτωρίου). *v. et p. 106, 75.*

C *c. abl.:* -s (*exemplum certum non exstat, sed cf.* -s [*adv.*] *et abl. loci iuxta positos p. 104, 63. 105, 83*): CAES. AREL. serm. 67, 1 p. 273, 25 pretiosis vestibus me foris ornabam et -s anima mea peccatorum lepra perfusus eram (in anima *Baluze*). *v. et p. 102, 34 sq.* de -s: LEX Sal. 7 add. 7 si quis pomarium domesticum de -s curte aut de latus curte capulaverit. *v. et p. 102, 36.*

deriv.: *ficticia:* intumentum, intusium. *dub.:* intestinus.

2. **intŭs,** *acc.* -ūdem *f.* *cf.* intundere. ISID. orig. 19, 7, 1 veteres ... non incudem vocabant, sed -em, eo, quod in ea metallum tunditur.

intusiātus, intusium *v. s.* indus-. **intūsus** *v. s.* intundo.

intūtus, -a, -um. *ab* in *et* tutus. SYNON. Cic. p. 428, 29 B. suspecta. infida. inpacata. -a. hostilia. formidulosa. metuenda. *comparat.* -ior: *v. p. 108, 11. 42. n. pro subst.: sg. p. 108, 44. pl. p. 108, 6. 16. legitur fortasse ap.* LVCIL. *l. 81 et inde a* SALL., LIV., TAC.

[*variat in codd. c.:* diutinus: SYMM. epist. 8, 19, 2. institutum: PLIN. nat. 34, 139 (-um *falso*). *cf. l. 82.* in totum *sim.:* AMBR. hex. 4, 4, 19 p. 127, 3 virg. 3, 5, 25 PAVL. NOL. carm. 16, 101. 27, 307. *al. cf. l. 82.* intuitus: *v. p. 95, 49 sqq.* intus: HEGES. 1, 14, 1 p. 21, 21. *v. et 108, 23.* *e coni.:* LVCIL. 318 quaesticuli isti -i (*Scaliger,* instituti *trad.*). AMM. 15, 4, 10 (in tota *V; sic et* 15, 10, 11. 16, 4, 2. 25, 9, 3 NOVELL. Valent. 32, 7).]

b *-unt res animantium*: α *in universum*: QVINT. inst. 2, 1, 1 consuetudo, quae cotidie magis -it (PLIN. epist. 6, 2, 5 increbruit passim et -uit. TERT. orat. 18, 1 alia. CONC.S I 5 p. 359, 22 praeter canones et consuetudinem, quae iam olim -uit [*gr. I 1, 7 p. 121, 23* κρατήσασαν]). 6, 1, 44 ut est ... vehementissimus hic, cum -uit, affectus (*sc. lacrimae motae*), ita, si nihil efficit, tepet. 10, 2, 13 cum ... verba intercidant -antque temporibus. PLIN. epist. 6, 8, 2 nec refrixit iudicio *amor*, sed -uit (*al.*). SVET. gramm. 4, 1 appellatio grammaticorum graeca consuetudine -uit, sed initio litterati vocabantur. VLP. dig. 33, 7, 12, 27 *Sabini* sententiam cottidie increscere et -ere videmus. PANEG. 6, 3, 3 ad tantum potentiae robur -uit *felicitas*. LACT. inst. 5, 12, 13 in dies -ente iustitia. 5, 19, 9 si nostra (*i. res Christianorum*) -erint, ut cottidie -unt. RVFIN. hist. 5, 8, 11 prius ... quam Romanorum -ret principatus (*gr. Iren. 3, 21, 2* κρατῦναι [*cf. lat. Iren.* prius ... quam Romani possiderent regnum suum]. *sim.*: SVLP. SEV. chron. 1, 41, 5 spreto regis imperio exercitus dilapsus *est*; Ieroboam [*i. usurpatoris*] imperium -erat). Ps. AVG. serm. 194, 2 p. 2105med. causa ... tantae -entis laetitiae. SVLP. SEV. chron. 2, 28, 4 tempore *Neronis* divina apud urbem religio -erat (2, 33, 4). COD. Theod. 13, 5, 16, 1 *navicularios* decurionum ... obsequia *non* contingent, cum ... priscis constitutionibus ... magis illud -isse perhibeatis, ut ... curiales naviculariorum sibi necessitas vindicaret.

β *in malam partem* (*nota per abundantiam addi adv.* gravius *l. 84*): SVET. Aug. 19, 1 coniurationes ... prius quam -rent indicio detectas. Nero 27, 1 paulatim -entibus vitiis (LACT. inst. 6, 15, 8 AVG. civ. 15, 7 p. 71, 12 D.). Vesp. 11 libido atque luxuria coercente nullo -erat. TERT. nat. 1, 7, 7 sub Nerone damnatio Christianorum -uit. ITALA gen. 12, 10 (Rufin. Orig. in gen. 16, 3 p. 138, 28. *al.*) -erat fames super terram (ἐνίσχυσεν, *Vulg.* praevaluerat. *sic resp. gr. et* 43, 1 [Lugd.; *Vulg.* terram vehementer premebat]. 47, 4 [Lugd.] -uit ... in terra [*Vulg.* ingravescente]. *saepe*). Is. 25, 8 (Tert. resurr. 54 p. 113, 15. *al.*) devoravit mors -endo ([ἰσχύσας, *Vulg. aliter*]. HIL. in psalm. 51, 18 p. 110, 16 neque mors, quae non nisi per legem decernentis -uit, potest per se in id -ere, ne ... demutabilis sit lege vivendi. *cf.* OROS. apol. 27, 1 regnum ... in universos mortis -uit). Ezech. 9, 9 (Sangall. ed. Dold 1923 p. 230. *al.*) iniquitas ... -uit nimis (μεγαλύνεται, *Vulg.* magna est nimis valde). IREN. 4, 6, 2 nullam ... oportet quaestionem talem esse et tantum -ere, ut ... deum ... mutet (HIL. trin. 1, 34 p. 47B saecularis sapientiae hebetudine -ens). LACT. inst. 4, 14, 17 deus ... cum videret malitiam et falsorum deorum cultūs per orbem terrae ita -isse, ut *eqs.* (epit. 66, 1 [*syn.* crebrescent, praevalebit]). 7, 15, 7 nequitia (*syn.* crevit). SYNOD. Hil. coll. antiar. p. 174, 18 ne penitus dominans iam intra ecclesiam haeresis -at (*cf.* CONC.S I 5 p. 373, 5 schisma [*gr. I 1, 7 p. 75, 18* κρατυνεῖ, *syn. I 4 p. 75, 36* confirmabitur]. p. 373, 36 opinio *haeretica* [*gr. I 1, 7 p. 76, 10* κρατυνθείη, *syn. I 4 p. 76, 26* obtineat]. ACT. Petr. 6 ne scelestissimi hominis plus -at doctrina). CHIRON 176 per sanguinem morbus per conceptu -it (GREG. TVR. Franc. 10, 30 p. 525, 25 in pecoribus. *al. cf.* CAEL. AVR. chron. 4, 9, 137 *passio* senescenti corpore gravius -it. GREG. TVR. Mart. 3, 52 p. 645, 2 nausia).

[Mühmelt-Frei]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

AVG. conf. 2, 2, 2 -erat super me ira *dei*. SIDON. epist. 4, 8, 3 aestus ac sitis -bant. *al.* *nota de proelio, fere i. q. acrius fieri*: VVLG. I Macc. 10, 50 fugit exercitus Alexandri et insecutus est eum Demetrius et incubuit super eos et -uit proelium nimis, donec occidit sol (ἐστερεώθη ὁ πόλεμος, *Itala rec. L* confirmatum est, *rec. B* confirmavit [*cum gr.* ἐστερέωσεν τὸν πόλεμον]).

c *-it verbum dei*: ORIG. in Matth. 13, 23 p. 243, 6 verbum Christi in hominibus -ens expellit ab eis malignas virtutes.

B *evanida vi incohativa*: VVLG. III Esdr. 4, 38 veritas manet et -it in aeternum et vivit et obtinet in saecula saeculorum (ἰσχύει).

II *sensu praevalendi, superandi* (*accedente saepius notione pugnandi atque vincendi. subi. est pugna ipsa l. 63*): A *generaliter*: PLIN. paneg. 23, 3 *Traianus* circumfusus ... nunc senatus, nunc equestris ordinis flore, prout alterutrum frequentiae genus -isset.

B *peculiariter in sacra scriptura et ap. eccl., sc. per hebraismum q. d.*: 1 *absolute* (*add. abl. l. 24*): ITALA exod. 17, 11 (Cypr. testim. 2, 21 p. 89, 15) cum levabat manus Moyses, praevalebat Israel, ubi autem submiserat manus, -bat (-isc- *A*) Amalech (κατίσχυεν [*bis. cf.* RVFIN. Orig. in num. 19, 1 p. 178, 26 factum est, ut ... -ret Israhel, cum autem deponeret manus suas, -bat Amalec], *Vulg.* vincebat, superabat). I reg. 19, 8 (Lucif. Athan. 1, 13 p. 89, 8) -uit David et expugnavit alienigenas et percussit illos plaga magna (κατίσχυσεν, *Vulg.* egressus ... pugnavit). VVLG. gen. 30, 8 comparavit me deus cum sorore mea et -ui. I Macc. 6, 6 -erunt armis et viribus et spoliis multis, quas ceperunt (ἐπίσχυσαν). Luc. 23, 5 illi -bant dicentes (ἐπίσχυον λέγοντες. *cf.* 23, 23 illi instabant vocibus magnis ... et -bant voces eorum [κατίσχυον. *al.*]). VITAE patr. 3, 144 illa hortabatur eum ingredi domum; ... cum autem ille non adquiesceret, illa -uit et traxit eum ad se (*gr. Nau 1909 p. 377 n. 293* βιαζομένη κατίσχυσε).

2 *additamenta indicant, adversus quem quis -at*: a *per dat.*: ITALA Dan. 7, 21 (Ambr. in psalm. 43, 18, 1 p. 275, 28) videbam et cornu illud, quod faciebat pugnam cum sanctis, et -bat eis, donec venit antiquus dierum (ἴσχυσεν πρὸς αὐτούς, *Vulg.* praevalebat). Matth. 16, 18 (Hier. hom. Orig. in Is. 7, 1 p. 280, 9) Petrum, cui portae inferni non -ent (κατισχύσουσιν, *Vulg.* praevalebunt adversus). VVLG. IV Esdr. 15, 16 alii aliis -entes. Ps. AVG. quaest. test. I 36 ne protectione divina adiuti -rent hostibus. b *per praepp.*: ad: ITALA Os. 12, 4 (Tycon. reg. 3 p. 28, 13) *Iacob* in laboribus suis -uit ad deum, et -uit cum angelo et potens factus est (ἐνίσχυσεν πρὸς θεὸν καὶ ἐνίσχυσεν μετὰ ἀγγέλου καὶ ἐδυνάσθη, VVLG. directus est cum angelo et -uit ad angelum et confortatus est). •adversus (adversum): ITALA I Macc. 10, 49 (rec. L) insecutus est eum Alexander et -erunt (valuerunt *cod. X*) adversus (super *cod. G*) eos (ἴσχυσαν ἐπ' αὐτούς, *Vulg.* incubuit [ἴσχυσεν] super eos, *syn. rec. B* praevaluit). HERM. vulg. vis. 2, 3 hi, qui huiusmodi sunt, -unt adversus omnem nequitiam (*gr. 2, 3, 2* κατισχύσουσιν, *Pal.* vincent). VVLG. Abd. 7 -erunt adversum te viri pacis tuae. *v. et l. 53.* contra: Ps. PHILO antiq. 9, 11 verbum ... regis Egipti -bat (-bant *cod.*) contra filios Israel et humiliabantur (*cf. l. 65*). VVLG. II par. 17, 1 *Iosaphat* -uit contra Israel. act. 19, 6 (ἴσχυσεν κατ' αὐτῶν). GREG. TVR. Franc. 4, 30 p. 163, 1 si ... illi contra vos -uerent (*i.* -erint). cum: ITALA gen. 32, 29 (Lugd., Hil. trin. 4, 31 p. 119ᴰ. *al.*) Israhel erit nomen tuum, quia -uisti ⌊cum deo⌋ et inter homines potens factus es (⌊adversus deum⌋ *Hil.*; ἐνίσχυσας μετὰ θεοῦ, *Vulg.* contra deum fortis fuisti). *v. et l. 38 sq.* ex: ITALA psalm. 138, 6 (Veron., Aug. conf. 11, 19, 25. *al.*) scientia tua ... -uit ⌊ex me⌋, nec potero ad illam (⌊ ⌋ *add. Aug.*; ἐκραταιώθη, *Vulg.* confortata est). in: ITALA deut. 32, 43 (Lugd.) -ant in ipsum (*sc. inimicum; locum obscurum sic accepisse videtur interpres*) omnes angeli dei, quia sanguis filiorum ipsius (*sc. dei*) defenditur (ἐνισχυσάτωσαν αὐτῷ, *Vulg. deest*). Os. 10, 11 (Sangall. ed. Dold 1923 p. 268) -am in (-amini *cod.*) Iacob (ἐνισχύσει αὐτῷ Ιακωβ, *Vulg. aliter*). APON. 8 p. 150 daemones -unt in animam. *v. et l. 67.* super: Ps. PHILO antiq. 20, 9 populus ... et Ihesus pugnabant contra Amorrheos, et -ente pugna super inimicos ... consumpti sunt *eqs.* VVLG. IV reg. 14, 10 percutiens -uisti super Edom. Mal. 3, 13 -erunt super me verba vestra ... et dixistis: quid locuti sumus contra te? (*cf. l. 47*). PASS. Theclae Ca 33 p. 91, 5 leaena ... -uit super ursos (in ursum *Cd*) et occidit eos (ὑπήντησεν). *v. et l. 43.*

3 *pendet enunt.*: FILASTR. 2, 2 *Caiani dicunt* virtutem maiorem (*sc. diaboli*), quae erat in ipso Cain, -isse ..., ut suum interficeret fratrem.

compos.: superinvalescere.

1. invalēscēns, -entis *v. s.* invalesco.

2. invalēscēns, -entis *adi.* *ab* in *privativa et* valescens, *secundum* invalidus. *fere i. q. invalidus*: CASSIOD. Ios. antiq. 14, 12 p. 399 *Syriam* seditionibus et turbis -entem invenit *Gabinius* (*gr. 14, 100* νοσοῦσαν).

invalētūdinārius (-lit-), -a, -um. *ab* in *et* valetudinarius, *cf.* invaletudo. GLOSS.ᴸ IV Plac. I 40 invalitudinariorum languentium.

invalētūdo (-lit-), -inis *f.* *ab* in *et* valetudo *secundum* invalidus (*cf. Wölfflin, ALL 4, 1887, 404 et Frisk, Göteborgs Högskolas Årsskrift 53, 3, 1947, 29*). [*variat in codd. c.* valetudo: CIC. Att. 7, 2, 2. 7, 5, 1. *cf. Wölfflin et Frisk l. 80.*]

fere i. q. infirmitas, debilitas, morbus: TERT. adv. Val. 21 p. 199, 18 demiurgus adeo rerum non erat compos, de animalis scilicet census -e (*Kroymann*, de animalibus, scilicet censu -is *PMF*) spiritalia accedere, ut *eqs.* (*cf. gr. Iren. 1, 5, 4* ἀτονώτερον αὐτὸν ὑπάρχοντα πρός). PLIN. VAL. 1, 14 oculi nullam possunt -em sustinere (1, 18ᵖ·ⁱⁿ· numquam -em patientur). EPIST. pontif. 706 Thiel p. 488 in -em corporis ... collapsus. VITAE patr. 7, 19, 3 p. 1041ᴮ *hominem* -e illa (*i. elephantiaco morbo*) ... impletum (*syn. Pallad. hist. mon. I 9 p. 280ᴰ* valetudine, *gr. aliter*). GREG. M. in euang. 33, 3 p. 1240ᶜ Pharisaeus ... de falsa iustitia elatus, vim suae -is exaggerabat (*syn.* aegritudine).

ᵃinvalidus, -a, -um. *ab* in *et* validus. *de formis*: *gen. sg.* -is (*var. lect.*; *cf.* imbecillis *et* infirmis): *v. l. 62. p. 119, 31. aliter p. 121, 44.* *comparativus inde a* IVST. 41, 6, 3. *superlativus inde a* PLIN. nat. 8, 130. *cf.* maxime -us: TAC. Agr. 26, 1. *sim. p. 119, 41.* NOT. Tir. 64, 9. *de notione*: SYNON. Cic. p. 428, 5 B. incontrarius. -us. insufficiens. inpotens. inbecillus. 433, 9 leve. tenue ... -um. exiguum ... infirmum. GLOSS.ᴸ II Abav. IN 339 -a infirma, inrobusta. III Abol. IN 249 -us vitiosus (*ad* VERG. Aen. 6, 114). V Aa I 855 infirmus. GLOSS. ἀδύνατος. ἀνίσχυρος. ἀσθενής. ἄτονος. *al.* *per* λιτότητα *v. e. g. p. 120, 12. 19. 22.* *sg. n.* -um *pro subst. v. p. 120, 51.* *legitur inde a* VERG., TIB., OV., LIV. *per totam latinitatem.*

[*variat in codd. c.*: invictus: FLOR. epit. 2, 14, 4. validus: HOMER. 149 IVST. 41, 6, 3. *cf. l. 22. 23 sq.* *e coni.* (*pro* val- *trad.*): VITR. 6, 1, 4 (-is *Iocundus, del. Nohl*). CHIRON 263 (*Oder in ind.*). *al.* *del.*: LVCR. 1, 971 (id validis *Lambinus*). TREB. trig. tyr. 11, 3 (hinc validus *Salmasius*). *sensus dubii*: CE 1162, 2 parvulus hic situs est, vixit tris usque per annos inque novem menses -osq(ue) dies ('*i. q. paucos?*' *Heraeus manu adnotavit in exemplari suo*).]

i. q. ***carens viribus, infirmus, debilis,*** *sive ad sustinendum laborem, defendendam vim illatam, sive ad faciendum, movendum, impetrandum alqd.* (*fere i. q. inefficax e. g. p. 119, 53*): **I *absolute*** *vel c. structuris causam rationemve infirmitatis indicantibus* (*abl. passim, praep.* per *l. 71. p. 120, 3.* ex *p. 120, 3.* *nota accedere gen.* [*cf.* validus *c. gen.*] *l. 74*): A *de hominibus ipsis eorumque actibus* (*e. g.* ictus *l. 41. 66. sim.* rebus *p. 119, 47*), *bestiis, satis arboribusve, necnon de partibus corporis* (*veneno bestiae p. 119, 53*), *animo sim.*: 1 *spectantur variae rationes infirmitatis*: a *de eis, quibus suapte natura parvae sunt vires*: *respicitur*: α *infantia, aetas tenera* (*in satis l. 44. 46*): VERG. georg. 3, 189 primo depulsus ab ubere matris *pullus equinus* ... -us etiamque tremens, etiam inscius aevi. TIB. 1, 9, 16 pedes *pueri*. VAL. FL. 5, 24 parentem natorum flet parva manus ..., duret ut -is et adhuc genitoris egenis. STAT. Theb. 8, 580 ictūs *pueri pugnantis*. SOL. 12, 4 *delphini* uberibus fetus alunt, ... -os aliquantisper prosecuntur (*syn.* teneros. *e Plin. nat. 9, 21* infantiā infirmos). PALLAD. 4, 9, 12 *asparagi germen primum* confringere debemus, non avellere, ne adhuc -am moveamus sfongeam (*e Colum. 11, 3, 45* vix adhuc validis). 12, 7, 10 defendenda est tenera arbor a pecore solum, ne calcetur -a. PRVD. psych. 292 vidimus horrendum membris animisque Golian -a cecidisse manu (*seq.* puerilis dextera, teneris annis). CLAVD. rapt. Pros. 2, 49 -um ... portat *Tethys* Titana ... nondum luce gravem nec pubescentibus alte cristatum radiis *eqs.* AVG. serm. 200, 1, 1 p. 1029 *Christus* -us infantilibus membris, involutus infantilibus pannis. DRAC. Romul. 2, 97 Hylas ... licet -us haec pondera (*sc. spolia Herculis*) ferre laborat. CASSIOD. in psalm. 24, 6 p. 178ᶜ 'delicta ignorantiae' ... ad parvulos pertinere, qui ... -o sensu sopiti *sunt. al.* *in imag.*: TAC. hist. 1, 33, 1 antequam cresceret -a adhuc coniuratio paucorum (*cf. 1, 31, 2* incipiens adhuc et necdum adulta seditio).

β *senectus*: VERG. Aen. 6, 114 pelagique minas caelique ferebat *Anchises* -us, virīs ultra sortemque senectae. 12, 132 matres et volgus inermum -ique senes (SIL. 1, 561 hinc puer -ique senes, hinc femina ferre certat opem. TAC. hist. 1, 6, 1. *al.*). OV. met. 9, 443 *Minos* tunc erat -us ... *iuvenemque* superbum pertimuit (*syn.* fessos ... annis). SEN. clem. 1, 3, 4 *vitam regis* nonnumquam senis et -i ([-is *N¹*]. *sim. iungitur*: AMM. 27, 1, 2 -o et longaevo). dial. 10, 20, 1 senectus ... inter conatus magnos et improbos -a defecit. LVCAN. 5, 275 respice canos -asque manus et inanīs ... lacertos. SIL. 10, 115 cuspis ... senium -o dependens prodidit ictu (*postea*: exsanguem ... dextram. *cf.* APVL. met. 4, 12, 7 pulsu). 16, 408 Atlantis senio -i. TAC. hist. 1, 9, 1 Hordeonium ... senecta ac debilitate pedum -um, sine constantia, sine auctoritate (3, 65, 1 ann. 3, 43, 3. 13, 6, 3 -us senecta et ignavia Claudius. *v. et p. 121, 22*). 1, 88, 2 primores senatus aetate -i (-a *l. v.*, *deest M*) et longa pace desides (CLAVD. DON. Aen. 7, 45 p. 12, 8 -us per aetatem). FIRM. math. 1, 8, 6 ille ... iam vergentis aetatis ac vitiosae senectutis -us ... *vitam* sustinet. DICT. 6, 15ᶠⁱⁿ. *Vlixes* mortem obiit senior iam provectae aetatis neque tamen -us virium (*cf. p. 120, 44*). RVFIN. hist. 5, 1, 29 corpore ... -us (*gr.* πάνυ ἀσθενὴς τῷ σώματι, *syn. 30* senio et languore resolutus).

γ *infirmitas bestiarum (herbarum) quarundam*: VERG. Aen. 12, 262 *miseros* advena bello territat -as ut aves. PLIN. nat. 8, 130 -issimum urso caput, quod leoni firmissimum (*sc. ad sustinendos ictus, syn. 11, 132* infirmissima, *ibid. opp.* durissima. *sensum immutavit* SOL. 26, 7 -um ursis caput, vis maxima in brachiis). HOMER. 149 -o (*v. l. 21*) pugnantem corpore contra *serpentem* ... matrem *avium*. VVLG. prov. 30, 26 lepusculus, plebs -a ([*syn.* populus infirmus]. *inde* EVCHER. form. 4 p. 26, 17 erinacii, gens -a). AVG. bapt. 2, 7, 10 p. 185, 22 frangitur guttur

[Mühmelt-Frei]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

-um *ovis* (*syn.* infirma). *sim. de herba*: Colvm. 2, 10, 27 *locus* runcandus est, ne alterius generis herba -am Medicam perimat.

δ *sexus femineus*: Stat. Theb. 5, 378 -is fluitantia tela lacertis . . . spargimus (*sc. Lemniades*). 12, 238 *Menoetes* -ae . . . gradum miratur alumnae (*i. Argiae*). 12, 412 laceros artus *Polynicis* socio conamine portant -ae (*sc. Antigone et Argia*). Tac. ann. 3, 34, 5 sexum natura -um (*syn. 3, 33, 3* imbecillum . . . et imparem laboribus sexum). Cypr. mortal. 10 p. 303, 4 *Tobias* stabilis et firmus . . . temptationi uxoris -ae . . . non cessit. Prvd. ham. 280 *vir* regit -am propria de carne resectam particulam (*syn. 277* sexus male fortis).

ε *condicio hominis comparata cum omnipotentia dei*: Ps. Hil. libell. 6 p. 78, 6 *si deus* claritatem suam et potestatem hominibus ostenderet, forsitan omnis creatura -a et casura succumberet. Rvfin. symb. 42 cur . . . tam angustus et -us divinae potentiae aestimator es? Prvd. c. Symm. 2, 103 vim . . . mentis (*sc. hominis eius, qui deum intellectu capere temptet*) . . . -is . . . hebetem subcumbere curis.

b *de eis, quorum vires sive corporis sive animi (e. g. l. 39 sq. 41. 44. 49. 54 sqq.) franguntur*: α *generatim*: Verg. georg. 4, 498 *Eurydice retro ad inferos vocata*: -as . . . tibi tendens . . . palmas (Serv. *ad l.*: in umbrae tenuitatem redactas). Ov. am. 3, 11, 14 lassus . . . amator -um referens emeritumque latus. trist. 1, 5, 72 illi corpus erat durum patiensque laborum, -ae vires ingenuaeque mihi (*sic spectat ad exercitationem laborum omissam*: 5, 2, 4 corpus . . ., quod ante laborum inpatiens nobis -umque fuit, . . . induruit usu. Mart. 3, 46, 6 -um est nobis ingenuumque latus. *cf. et l. 55*). Liv. 5, 38, 8 multos . . . imperitos nandi aut -os, graves loricis . . . hausere gurgites. Colvm. 4, 10, 1 *semina* si admodum -a sunt. Petron. 89 v. 23 manum ([*cf. 21* fata . . . tardant manus]. Itala Is. 35, 3 [Hil. in psalm. 54, 8 p. 153, 4] invalescite manus -ae et genua dissoluta [ἀνειμέναι, *Vulg.* dissolutas]). Mart. 8, 75, 11 comes -us (*antea*: servulus . . . tam macer, ut minimam posset vix ferre lucernam). Ivv. 3, 88 *adulator* longum -i (-is *l. v.*) collum cervicibus aequat Herculis. Tac. hist. 1, 31, 3 *Germani* -is adhuc corporibus et placatis animis, quod eos . . . longa navigatione aegros . . . Galba refovebat (Svet. Galba 20, 1 aegros et -os. *v. et l. 81*). 4, 24, 1 -us corpore (*al. v. et l. 65. p. 118, 75*). Plin. epist. 6, 16, 19 *stomachus* illi natura -us et angustus et frequenter aestuans erat. Flor. epit. 4, 10, 8 *aquae noxiae* iam ab -is (*sc. siti*) et avide hauriebantur. Tert. anim. 23, 1 hominem . . . opus futtile et -um et instabile in terra vermis instar palpitasse. Itala I Macc. 11, 49 (rec. B) -i facti sunt sensibus suis (ἠσθένησαν, *Vulg.* infirmati sunt). IV Esdr. 12, 5 fatigatus sum animo et spiritu meo -us sum valde, et nec modica est in me virtus a multo timore. Cypr. unit. eccl. 9 p. 218, 10 -ae arbores turbinis incursione vertuntur. epist. 59, 18 p. 689, 3 nullus dei sacerdos sic infirmus est . . ., sic inbecillitate humanae mediocritatis -us, . . . cuius non . . . infirmitas vigore . . . domini . . . animetur. Arnob. nat. 3, 24 p. 128, 21 hoc est . . . proprium dei . . . inexorata beneficia praebere fessis atque -is rebus *humanis*. Firm. math. 3, 5, 14 ipsos -os faciet (*sc. corpore*), sed in consiliis bonos et graves. 4, 22, 5 erunt minori corpore, deiecti animo, -is viribus (Avson. 469, 13 p. 4 P. -as vires *poetae ingenium non habentis. al. v. et l. 22*). Avien. Arat. 1814 -as segetes torrebit siccior aer (*gr. aliter*). Hier. epist. 3, 1, 2 -um etiam cum sanum est corpusculum crebri fregere morbi. Clavd. 17, 170 ut . . . morientes . . . hydri lambant -o . . . veneno. Avg. c. acad. 2, 7, 17 p. 35, 18 non usque adeo . . . ingenium tuum esse debet -um, ut . . . succumbas. in euang. Ioh. 98, 4 p. $1882^{med.}$ -a et inexercitata mente (111, 3 p. $1928^{med.}$ mens -a et minus . . . pura. *v. et p. 121, 31*). serm. 42, 3, 3 p. 254 -us accedo et loquendo fortis fio. Physiogn. 53 p. 73, 2 cervix, quae soluta et -a est (*Adamant. 2, 21 p. 367, 3* ἀσθενής). 61 p. 83, 8 pectus tenue et -um etiam animi imbecillitatem significat (*Adamant. 2, 15 p. 362, 7* ἀσθενῆ). Cod. Theod. 7, 22, 5 veteranorum filii . . . si -i aut imbecilli sint, curiis adgregentur (*syn.* inaptos militiae). *et saepius.*

β *speciatim*: ① *de partu*: Verg. georg. 3, 128 ne . . . -i . . . patrum referant ieiunia nati (*Serv. ad l.*: infirmitatem venientem ex inedia). Sen. contr. 10, 4, 16 vernulas aut omine infausto editos aut corpore -os (*syn.* infirmi et in nullam spem idonei). Val. Max. 9, 14 pr. ex robustis -os partus edi (Plin. nat. 7, 66 [*ex Nigid.*] -i aut non vitales partus eduntur aut saniosi [*cf. Aristot. hist. an. p. 582^b, 21* ἀσθενῆ]. 8, 187). Nemes. cyn. 118 *canes* -am . . . dabunt non firmo robore prolem.

② *de aegrotantibus, sauciis* (*eis, quae partu edito fessae sunt: l. 78*): Ov. epist. 19, 122 *Acontius ad Cydippen*: -ā te doleo (*syn.* te . . . aegra). 20, 207 corpus (Cvrt. 7, 9, 13. Scrib. Larg. 187 salamandra quibus data est . . ., corpus -um fit. *al.*). 20, 245 artus (*syn.* aegra. *al.*). Liv. 10, 34, 12 *milites in urbe deserta* paucos graves aetate aut -os inveniunt. 23, 16, 8 calones lixasque et -os milites vallum ferre. Cvrt. 3, 8, 14 saucii quidam et -i, qui agmen non poterant persequi. Plin. nat. 7, 124 ne medicus crederetur, si umquam -us ullo modo fuisset ipse. 8, 207 index suis -ae cruor in radice saetae dorso evolsae (*cf. Geopon. 19, 6, 5* νοσεῖν). 9, 13 *ballaenae* utero graves pariendive poenis -ae (*cf.* Nemes. cyn. 132 lassato viscere). 11, 230 *feminae* defluvio capitis -ae. Tac. ann. 1, 3, 3 Gaium . . . vulnere -um mors . . . abstulit. 6, 47, 3. Svet. Aug. 13, 1 *Octavianus* bellum, quamquam -us atque aeger, duplici proelio transegit (*sim. iungitur*: Ivvenc. 1, 437 Christus donabat . . . -is aegrisque medellam. *cf. supra l. 34*). Fronto p. 210, 24 v. d. H. (= p. 222 N.) digitis admodum -is nunc utor et detrectantibus. Vopisc. Car. 12, 2 oculos. Hier. hom. Orig. in Ier. 2, 12 p. 302, 8 si . . . ipse -us per impatientiam doloris contra faciat quam iubetur. Chiron 149 totius corporis compago . . . per fatigationem nimiam -a fiet ex imbecillitate omnium membrorum. Avg. serm. 5, 8 p. $59^{p.\,in.}$ *ad similitudinem Iacob uno pede claudi* ecclesia unum pedem fortiter ponit, alterum -um habet (*v. et p. 118, 39. cf. p. 118, 68*). Conc.^{S} II 2, 1 p. 6, 15 archimandrita . . . -us est (*gr. II 1, 1 p. 128, 6* ἀρρωστεῖ, *syn. l. 11* aegrotat). *ibid.* l. 27 et senex sum et -us (*gr. l. 20* σαθρός). *et saepius.*

c *de eis, qui numero copiarum, opibus, subsidiis parum possunt* (*saepe in re militari. v. et p. 118, 54. 121, 36 sqq.*): Liv. 21, 17, 7 ipse cum haud -o praesidio in Galliam mittebatur (Cvrt. 4, 1, 28 Persarum praesidium et sine duce esse et -um). 27, 39, 2 se cum -o exercitu . . . progressurum (41, 6, 6 -o exercitu et magna parte pestilentia absumpto). 41, 2, 3 stationes. Frontin. strat. 3, 6, 4 Crotonienses . . . dimisere auxilia destitutique propugnatoribus inopinati et -i capti sunt. Tac. Agr. 26, 1 nonam legionem ut maxime -am . . . adgressi. hist. 1, 38, 1 sine *militibus* . . . quamvis egregia -a sunt (*opp.* robur. *sic n. pl.*: ann. 1, 46, 1 patres et plebem, -a et inermia). 4, 79, 2 Civilis . . . non -us. 5, 8, 3 Iudaei Macedonibus -is, Parthis nondum adultis . . . sibi ipsi reges imposuere. ann. 2, 80, 2 ubi Pisonem . . ., si iure ageretur, potiorem, si armis, non -um vidissent *milites*. Paneg. 4, 28, 5 non quo frons *aciei* imbecilla tractu -o duceretur (*opp.* robustior). Ivst. 41, 6, 3 Bactriani . . . bellis fatigati . . . ab -ioribus (*v. p. 118, 21*) Parthis velut oppressi sunt. Amm. 30, 5, 14 Savariam . . . eo -a⟨m⟩ tempore adsiduisque malis adflictam. *al.*

2 *in universum*: Verg. Aen. 5, 717 longaevosque senes ac fessas aequore matres et quidquid tecum -um metuensque pericli est. Sen. dial. 3, 13, 5 iracundissimi infantes senesque et aegri sunt, et -um omne natura querulum est. Cvrt. 7, 8, 15 nihil tam firmum est, cui periculum non sit etiam ab -o. Colvm. 6, 23, 1 ut *vacca* -a fortioris ictus effugiat. 11, 1, 7 nec valentissimus possit exequi, quod imperatur, si nesciat, quid agat, nec peritissimus, si sit -us. Tac. hist. 4, 14, 1 *in dilectu habendo* senes aut -os *conquirere*. ann. 12, 43, 1 trepidatione vulgi -us quisque obtriti (Svet. Otho 2). 13, 35, 4 *imperator* laudem strenuis, solacium -is . . . ostendere. 15, 27, 3 validos -osque pari metu complet. 15, 38, 4. Gell. 20, 1, 30 satis esset -o . . . vectabulum (*ad verba legis*: 'si morbus aevitasve escit'. *cf. et p. 121, 25*). Itala Iob 29, 16 (Cypr. testim. 3, 1 p. 109, 3) -orum pater (ἀδυνάτων, *Vulg.* pauperum). Rvfin. Clement. 2, 60 numquam potentiori -ior spolia *detraxit*. Prvd. c. Symm. 2, 389 ut tutacula nudis -isque paret. Cod. Theod. 14, 18 rubr. de mendicantibus non -is. Hyd. chron. II p. 30, 186 -ior promiscui generis agitur miseranda captivitas (*i. turba captivorum*). Cael. Avr. chron. 1, 4, 71 *infantes aut seniores* viribus -i (*cf. p. 118, 74*). *al.*

B *de deis* (*sim. fama l. 56*): 1 *deo Christianorum*: Min. Fel. 12, 2 deus . . . non vult aut non potest opitulari suis: ita aut -us aut iniquus est. Tert. adv. Hermog. 8 p. 135, 8 deo . . . minori . . . et -o et minus idoneo . . . facere, quae velit. 38 p. 168, 19 aut -us aut invidus. Itala I Cor. 1, 25 (Tert. adv. Marc. 2, 2 p. 335, 15) -um dei validius hominibus (*nota n. pro subst.*, τὸ ἀσθενές, *Vulg.* infirmum). Vvlg. num. 11, 23 manus domini. Rvfin. Adamant. 4, 8 p. 159, 18 *deus* illo ipso -ior erit, quod *mala* vincere non potest (*cf. gr.* ἀσθενές, *opp.* fortiora). *al.* 2 *deis gentilium*: Avg. civ. 3, 11 p. 109, 16 D. *Numa* alios *deos* providendos existimavit, quos illis prioribus . . . adhiberet . . . tamquam -is adiutores. *al.* *sim. de fama velut dea*: Amm. 16, 10, 17 de fama querebatur ut -a vel maligna, quod . . . erga haec explicanda . . . obsolescit.

C *de rebus* (*v. et p. 118, 33*): 1 *fabrefactis, constructis*: Lvcan. 5, 673 fluctus *Caesarem* -a cum puppe levat. Stat. Theb. 7, 456 discurrunt muris: nil saeptum . . ., nil fidum satis -aeque . . . arces. Itala I reg. 2, 4 (Cypr. testim. 3, 4 p. 117, 4) -us factus est arcus potentium et infirmi accincti sunt virtute (ἠσθένησεν, *Vulg.* superatus est. Amm. 23, 4, 15). Amm. 16, 2, 1 muros . . . carie vetustatis -os (18, 7, 3. *al.*). 20, 7, 9 moenium . . . membra . . . fragilia intrinsecus et -a (*syn.* intuta . . . carieque nutantia. *v. et p. 121, 34*). Clavd. 26, 214 quamvis adamante rigentes turribus -is fragiles . . . muri. Evstath. Bas. hex. 6, 6 p. 928^B textus *aranearum* . . . perrumpit -os (*gr. p. 132^B* ἀδρανῆ. *opp.* fortioribus).

2 *rebus naturalibus*: Lvcan. 8, 776 excitat -as . . . flammas (Plin. nat. 2, 240). Stat. Theb. 10, 116 tenuis . . . -usque nitor (*seq.* languida . . . lumina). Tac. ann. 1, 65, 1 ignes. Cens. 8, 6 valde obliquo et -o lumine *solis*. Evstath. Bas. hex. 4, 5 p. 906^C *terram* adhuc ex aquarum inundatione deformem atque -am (*gr. p. 88^C* οὔπω τὴν οἰκείαν ἀπολαβοῦσαν . . . δύναμιν).

3 *incorporeis*: a *in universum*: Tac. ann. 1, 2, 2 -o legum auxilio. Itala Rom. 8, 3 (Tert. resurr. 46 p. 94, 25) quod . . . -um erat legis (τὸ . . . ἀδύνατον τοῦ νόμου, *Vulg.* quod impossibile erat legi). Avg. grat. Christ. 3, 4 p. 127, 25 illud . . ., quod nobis ex deo est, hoc sit -um (*opp.* valentia ad . . . faciendum bonum).

b *de causis, oratorum scriptorumve argumentis sim., quae vincere, persuadere non valent*: Val. Max. 8, 1 absol. 3 defensionis praesidia -ā fide nitebantur. Lvcan. 7, 67 addidit -ae robur facundia causae. Vlp. dig. 48, 18, 1, 26 argumentum (*cf.* Iren. 5, 19, 2 *in libro primo*

[Mühmelt-Frei]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

argumenta *haereticorum* ... enarravimus et -um ipsorum et inconstabile in secundo ostendimus). Ps. AVG. quaest. test. I 41, 1 p. 67, 21 -a et inanis adsertio est (*syn.* infirma ... ad causam ... adstruendam). CONC.[S] I 2 p. 87, 38 -os *iocos* et effectu carentes (*altera versio* I 3 p. 172, 23 lusum -um ... et effectu carentem, *gr. I 1, 3 p. 8, 33 ἀνίσχυρά τε καὶ ἀδρανῆ*). BOETH. herm. sec. 2, 7 p. 170, 26 exempla.

c *de eis, quae iure irrita sunt, non valent*: EDICT. imp. Diocl. frg. Vat. 297 liberalitatem, quae non adsignatis instrumentis minime coepta est, -am esse (*cf.* COD. Iust. 5, 75, 6 pr. dationem). SYMM. rel. 19, 2 cum procuratio, quam ... Marciana mandaverat, -a diceretur, quod ante cuidam Principio esset iniuncta. CONC.[S] I 3 vers. Tur. p. 117, 21 quae gesta sunt contra concilium ..., infecta consistant et penitus -a (*gr. I 1, 3 p. 48, 26 ἄκυρα, syn. p. 117, 15* vacantia). p. 142, 1 et potestatem abolendam et sententiam susceperit inrationabilem existentem et -am per omnem modum et infantilem (*gr. I 1, 3 p. 49, 24 ἀνίσχυρον*). CONC. Rom. a. 502 p. 447, 17 scriptura ([*antea l. 7* nullum ... potuit obligare pontificem. *l. 12* nullis eam viribus sustineri]. LEX Burg. lib. const. 99, 2). COD. Iust. 5, 14, 9, 2 pactum ... infirmum atque -um ..., ut nulla ex eo procedere possit exactio. *v. et l. 33.*

II *per* **structuram accedentem** *indicatur, quid vel agere vel sustinere non valeat aliquis* (*alqd.*): A *per praepp.*: ad (*saepe c. gerund.*): LIV. 6, 8, 2 Camillum iam ad munera corporis senecta -um. VAL. MAX. 5, 3, 4 -ae ad hoc monstrum (*i. Popilium qui Cic. interfecit*) sugillandum litterae. GELL. 20, 1, 11 si homo ... morbo aut aetate aeger ad ingrediendum -us est (*syn.* non idoneus). APVL. mund. 18 spiritus -us ad terram movendam (*περὶ κόσμ. p. 396ª, 13 αὐταρκές*). RVFIN. Greg. Naz. orat. 1, 90, 1 p. 67, 9 fateor -issimum me esse ad ... proelia (*gr. Migne 35, 493A ἀσθενέστερος ... τοῦ πολέμου*). hist. 5, 1, 11 aliqui ... impares et infirmiores inventi et ad ... persecutionis evehendum pondus -i (*gr. ἐνεγκεῖν μὴ δυνάμενοι*). AVG. civ. 11, 2 p. 463, 11 D. mens ... vitiis ... -a est ... ad inhaerendum fruendo *eqs.* (in euang. Ioh. 97, 2 p. 1878^med.^). COD. Iust. 4, 44, 8 hoc ... solum ... ad rescindendam emptionem -um est. *al.* adversum, adversus: TAC. ann. 12, 16, 2 moenia non saxo, sed cratibus et vimentis ac media humo adversum inrumpentes -a erant. FRONTIN. (?) strat. 4, 7, 20 Ptolemaeus adversus Perdiccam exercitu praevalentem ipse -us. HEGES. 1, 42, 5 ne adversus duorum potentium opes ... nudo regni nomine -us exponeretur.

B *per casus*: 1 *gen.*: TERT. adv. Marc. 2, 8 p. 345, 14 *deus homini non* legis pondus imposuisset ... -o sustinendi. *aliter p. 118, 74.* 2 *dat.*: *gerund.*: ITALA II Macc. 2, 28 (recc. LX) *quinque libros Iasonis uno libro breviamus*, veritatem quidem de singulis exprimendis ⌊conscriptori⌋ (⌊ ⌋ *om. rec. X*) concedentes, exsequendis autem exemplis brevitatis -i (*cf.* rec. M quae ... recensemus ..., breviamus -i [-is *trad.*]. *gr. cod. A ἀτονοῦντες, Vulg. aliter*). AVG. conf. 7, 18, 24 (*in imag.*) cibum, cui capiendo -us eram. POMER. 1 prol. 1 p. 415C oneri sustinendo ... mea me rusticitas faciebat -um (*opp.* idoneum). *subst.*: FVLG. RVSP. ad Tras. 3, 1 p. 269A sumus ... prorsus ... explicationi tantae profunditatis -i.

C *per inf.*: AVG. c. Arrian. 15, 9 p. 694^fin.^ non quod -us sit unusquisque ..., quod operatur, implere. mor. eccl. 1, 31, 68 p. 1339^p. med.^ nolite caecis hominibus et discernere -is ostentare nostra zizania.

adv. **invalidē.** *i. q. infirme*: ITALA thren. 1, 9 (Ambr. in psalm. 118 serm. 9, 5, 1 p. 191, 21) *Hierusalem* cecidit -e (*gr. et Vulg. aliter*). IREN. 1 praef. 3 potenter asseres ... ea, quae -e a nobis relata sunt (*gr. ἀσθενῶς*). ARNOB. nat. 7, 45 p. 279, 23 quod si fuerit a vobis dictum, quam infirmiter -eque dicatur, ipsa rerum inaequalitas indicabit. EPIPHAN. Avell. p. 745, 11 licet -e (-ae *Foggini*) dissertationis possim referre sermonem.

compos.: perinvalidus. *cf.* invalentia, 2. invalescens, invaletudo. *Mühmelt-Frei.*

[invānē. *ab* in vanum. ITALA IV Esdr. 4, 16 factus est cogitatus silvae -[a]e (*i. frustratus, ad nihilum redactus est. -ae Ambian. m.¹*; in vanum, in vano *rell.*).**]**

invānēsco, -ere. *ab* in *et* vanescere. *i. q. evanescere* (*syn.*): CAES. AREL. serm. 159, 3 p. 616, 27 *homo* incipit cum vanis -ere et vires suas quodammodo velut prodigus erogare: exinanitur, effunditur, mendicus efficitur (*paulum immutatum ex Aug. serm. 96, 2, 2 p. 585^p. med.^, ubi legitur* evanescere).

invānō, invānum *v. s.* vanus *et* in (*vol. VII 1, 762, 75*). *Hi.*

***invāsio,** -ōnis *f.* *ab* invadere. *scrib.* -vass-: CASSIOD. Ios. c. Ap. 1, 151 (*R*). GLOSS. II 321, 12 ἔφοδος -o ... impetus. 321, 17 ἐφόρμησις. *non legitur ante s. IV.* [*var. lect. v. p. 123, 7.*]

i. q. actus infeste invadendi: 1 *c. notione intrandi, per vim occupandi* (*c. gen. subi. saepe, obi. l. 80. p. 122, 4*): a *terrae, urbes bello vexantur*: CLAVD. DON. Aen. 11, 825 p. 534, 18 quocirca ... urbem a Troianorum -e defendat. CASSIOD. Ios. c. Ap. 1, 151 -em eius (*i. Cyri; gr. τὴν ἔφοδον* [*sic resp. gr.* 243. 292]). 264 -e facta (*gr. ἐπελθόντας*). COD. Iust. 1, 27, 2, 4 ante -em Vandalorum et Maurorum. GREG. M. epist. 11, 31 p. 301, 13 inimicos nostros ... ad Siciliae -em cognoscimus festinare. b *in domum introrumpitur*: CASSIOD. hist. 4, 25, 14 adiecit *mulier* ... inquisitionem episcopi et terrorem factum et orationem eius et supervenientium *calumniatorum* repentinas -es *factas in domum* (*Theodoret. 2, 9, 11 τῶν ἐπεισελθόντων τὴν ἔφοδον*). c *praedia violenter occupantur*: SYMM. rel. 28, 1 -is indignitas. NOVELL. Valent. 8, 1, 4 -is (-e, -i *ll. vv.*) ... temeritatem. CANON. Dionys. Exig. p. 83, 27 ut ... clerici, qui ... agros vel ... praedia nomine suo conparant, tamquam rerum dominicarum -is crimine teneantur. INST. Iust. 4, 2, 1 non solum in mobilibus rebus, quae rapi possunt, ... sed etiam in -bus, quae circa res soli fiunt. GREG. M. epist. 9, 145 p. 141, 29 de inlicita quae praetenditur -e. d *in hominem* (*aliter l. 10 sqq.*) *intrat diabolus*: VEN. FORT. vita Radeg. 30, 71 mulier quaedam dum inimici -e graviter laboraret.

2 *c. notione petendi, violandi, sc. vel homines ipsos* (*aliter l. 7*) *vel res mobiles eorum* (*armenta l. 13*): a *ab hominibus*: α *in universum* (*c. gen. subi. saepe, pendet* super *l. 20*): CLAVD. DON. Aen. 3, 245 p. 298, 26 *Celaeno* dixit ... iuvencos ... stratos caede *a Troianis* et hoc genere proposuit -is crimen. AMBR. in psalm. 118 serm. 8, 36, 1 p. 171, 11 tempestas iniustae -is. CONC.[S] II 5 p. 14, 10 *Proterius* -em fugiens contra suam concurrentium necem (*gr. Euagr. Schol. 2, 8 p. 58, 21 τὴν ἔφοδον*). CASSIOD. Ios. antiq. 19, 1 p. 555^fin.^ *perimentes Gaium* discedentes ad domum venere Germanici ... et declinantes multitudinis -em esse iam videbantur in requie (*gr. 19, 118 τὴν ἔφοδον*). c. Ap. 1, 85 regum ... factam dicit super pastores -em (*gr. ἐπὶ τοὺς ποιμένας ἐπανάστασιν*). Ps. QVINT. decl. exc. Paris. 14—15 p. 417, 30 (*s. V—VI*) deprehenditur ... violentia cruore ..., -o ictu. NOVELL. Iust. edict. 8, 3, 1 p. 770, 28 *vicarius dioecesis* resecabit ... adulteria et homicidia et latrocinia et praecipue omnium mulierum raptus et rerum ablationes, -es autem et violentias et omnem talium delictorum enumerationem (*gr. ἐφόδους*). β *speciatim: opprimuntur mulieres rapiendi, violandi causa* (*c. gen. obi. l. 28*): AVG. civ. 1, 19 p. 32, 30 D. manifesta -e. OP. imperf. in Matth. 31 p. 792^fin.^ feminarum -es. COD. Iust. 1, 3, 53, 1 (= 9, 13, 1, 1) tempore -is (NOVELL. Iust. 143 praef.). 1, 3, 53, 5 (= 9, 13, 1, 3) in ipsa -e et rapina.

b *a fame, tentatione*: CASSIOD. hist. 7, 31, 5 imperator Valens parvi pendens famis -em venit ad Antiochiam (*gr. aliter*). GREG. M. moral. 12, 22 p. 997C alia est tentatio, quae iustos plerumque subita -e prosternit.

***invāsor,** -ōris *m.* *ab* invadere. GLOSS.[L] V Aa G 182 grassator latro -r praedator (184 Abba GRA 11. *al.*). GLOSS. ἐφοδιαστής. *non legitur ante s. IV.*

qui infeste invadit, aggressor, usurpator: A *universe*: 1 *praevalente notione locali*: a *qui hostiliter vexat terras* (*infernum l. 45*): Ps. AVR. VICT. epit. 35, 2 *Aurelianus* Romanum orbem triennio ab -bus receptavit. SYMM. epist. 9, 123 curae sint tibi reliquiae rerum tuarum, quas facinorosus -r exhaustas et laceras reliquit. Ps. EVSEB. GALLIC. hom. p. 633A (= Ps. AVG. serm. 160, 2 p. 2060^med.^) *ianitores inferni descendente Christo*: nunquam noster talem excepit tartarus ..., -r est iste, non debitor ..., venit ... eripere, non manere. CASSIOD. var. 11, 1, 11 notum est quae pertulerint -es. b *qui occupat sedem imperatoriam* (*l. 55*), *episcopalem* (*l. 49. 50. 53. 57; c. gen. obi. l. 49. 50. 53*): CONC. Rom. a. 381 Migne 13, 580B ut ... nemo esset, qui de lapsis vel certe de factiosis posset episcopatus -bus iudicare. LIB. pontif. p. 121, 22 damnatur Petrus Altinas -r sedis apostolicae et Laurentius Nucerinus, quare vivo episcopo Symmacho pervaserunt sedem eius. AVELL. p. 119, 18 cum *Timotheo Alexandrino* ... hoc ... obsistat, quod vivente episcopo tantae sedis -r est. ENNOD. opusc. 1, 12 p. 265, 6 *ad Theodericum*: in ipsis congressionis tuae foribus (*i. initio belli a te gesti*) cessit -r (*i. usurpator Basiliscus*), cum profugo *Zenoni imperatori* ... sceptra redderentur. VEN. FORT. carm. 1, 16, 42 leges refutant ambitum *episcopatus*, -r omnis pellitur. c *qui irrumpit in lectum, i. matrimonium alienum* (*pudorem alienum l. 61; semper c. gen. obi.*): CANON. Migne 13, 1192B *qui de ecclesia ad ecclesiam transeunt*, iussi sunt haberi, quasi relicta uxore ad alienam accesserint ...: talem episcopum, -em pudoris alieni, episcopatu privari iusserunt. COD. Theod. 9, 38, 6 alienum ... censemus ab indulgentia ..., qui genialis tori ac lectuli fuit -r alieni. CONC.[S] I 5 p. 316, 1 *Ioseph* tamquam -em cubilis alieni conprehensum (*gr. Migne 83, 1268A ὡς γάμον ἀλλότριον διορύξαντα*). d *de diabolo in hominem* (*aliter l. 69*) *intrante*: PETR. CHRYS. serm. 51 p. 344A volvebatur homo *daemoniacus a Christo sanandus*, sed diabolus torquebatur; invasum vexabat cura, sed -em maiestas iudicis arguebat.

2 *violantur homines* (*aliter l. 65; c. gen. obi.*): CONC.[S] II 3, 3 p. 75, 27 sic ... odit deus eos, qui adversus patres armantur, ut patrum -es in omni mundo notentur (*gr. II 1, 3 p. 68, 15 τοὺς πατραλοίας*).

B *peculiariter* (*saepe t. t. iuris civilis*): *qui occupat res alienas* (*imprimis praedia, fundos sim.* [*e. g. l. 75. 78*], *inde sensu laxiore res qualescumque etiam mobiles* [*e. g. l. 81. p. 123, 3*]; *c. gen. obi. saepe, e. g. l. 76. 84. p. 123, 17*): FVLG. aet. mund. p. 159, 14 Acab alienae vineae avarus -r. AMBR. in psalm. 118 serm. 6, 20, 2 p. 118, 21 si possessionem minoris non tamquam sollicitus -r aspicias. AVG. gen. ad litt. 8, 10 p. 245, 11 *paradisi* nullus ... vicinus metuebatur -r, nullus limitis perturbator, nullus fur, nullus adgressor. in psalm. 147, 13 p. 1923^in.^ quid ... habes, quod non *a deo* accepisti? ... de illius das, qui iubet, ut des. praerogator esto, non -r. serm. 15, 9 p. 33, 2 L. multi raptores, -es, spoliatores publice apparent. 17, 4, 4 p. 126^med.^ videmus raptores ... infirmorum oppressores ... vicinorum expulsores ... violentos limitum -es ..., calumniatores. COD. Theod. 2, 26, 1, 1 (= Iust. 8, 4, 5) -r ⌊ille⌋ [Stiewe]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

(⌊ ⌋ locorum *Iust.*) poena teneatur ..., si tamen vi ⌊ea⌋ (⌊ ⌋ *om. Iust.*) loca eundem invasisse constiterit. 4, 18 (19 Kr.), 1 pr. litigator victus, quem -em alienae rei praedonemve constabit, . . . non in sola rei redhibitione teneatur. NOVELL. Valent. 8^tit.^ de -bus. 8, 1, 1 quae patrimoniorum potest esse securitas, si toties insidietur -r, quoties possessores esse contingit absentes? MAX. TAVR. hom. 114 p. 521^A^ nemo nos -es (invasionis *l. v.*) arguit, violentiae nullus accusat. EPIPHAN. in euang. 18 p. 17, 26 istam terram . . . possidere non possunt nisi raptores, inmites, superbi, calumniatores, -es. FVLG. RVSP. epist. 1, 17 p. 309^A^ si quis . . . rem domino iam devotam . . . crediderit denuo reposcendam, non est legitimus rei suae possessor, sed divini iuris pronuntiatur -r. CASSIOD. var. 9, 18, 1 p. 283, 9 iudices . . . si -em, cum possint amovere, pertulerint tenere praesumpta (*syn.* praesumptor). COD. Iust. 2, 15, 2 pr. (*a. 439*) ne quis . . . titulum audeat . . . rebus alienis imponere . . ., licet non dominus, licet iniustus possessor ac temerarius -r qui possidet doceatur. 4, 65, 33 (*a. 484*) *conductores rerum alienarum, si eas non restituerint*, aestimationem ... ad similitudinem -is alienae possessionis praebere compellantur (8, 4, 10 pr. [*a. 484*]). GREG. M. epist. 8, 14 p. 17, 2 ablatarum rerum et occupatarum parochiarum *restitutio, ita* ... ut *non* ... de ... damno *iusti possessoris* aliquid lucri -r adquirat. CAES. AREL. serm. 1, 13 p. 12, 18 si aliquis nobis terrenam substantiam tollat, . . . iudices . . . interpellantes . . . praesumimus . . . suggerere, ut rem terrenam possimus ab -e recipere. *in imag. occupatur possessio Christi, i. mundus, ecclesia* (*a diabolo e. g. l. 26. 31. 32, ab haereticis l. 27; c. gen. obi. l. 27. 32*): AVG. in epist. Ioh. 4, 1 p. 2005^med.^ foras misso -e (*i. diabolo e cordibus credentium*) habitet redemptor. 7, 11 p. 2035^med.^ *in eos qui schisma fecerunt*: recedite, -es possessionis Christi. in psalm. 21, 2, 26 p. 177^fin.^ *ad Christum*: ad frustum Africae remansisti, totum mundum perdidisti: effudisti sanguinem pro toto, sed -em passus es. PETR. CHRYS. serm. 17 p. 245^A^ *diabolo et Christo est* quod puniendo et iudici, quod regi et desertori, quod -i et domino. ARNOB. ad Greg. 18 p. 421, 3 *divitias animabus debitas* cottidie -r bonorum elaborat eripere. CASSIOD. in psalm. 44, 13 p. 325^C^ foeda erat *ecclesia*, cum eam tenebat -r; pulchra facta est, cum ad suum remeavit auctorem. *Stiewe.*

invāsto, -āvī, -āre. *ab* in *et* vastare. *i. q. invadendo vastare*: THEOD. MOPS. epit. in psalm. 33, 8 ad p. 161, 8—9 *angelus* -vit Assirios (*gr. l. 8* πατάξας).

1. invāsus, -a, -um *v. s.* invado.

2. invāsus, -ūs *m.* *ab* invadere. *dub.*: GLOSS.^L^ I Ansil. IN 1923 invaso (*pro* -u*?*) pervasione. III Abol. IN 221 inva⟨sus⟩ invasio. *i. q. accessus* (*sc. morbi*): CAEL. AVR. chron. 1, 4, 82 non solum ⟨in⟩ his, qui iam saepe admoniti passione videntur, sed etiam in illis, qui primo -u afficiuntur.

inūber, -eris *adi.* *ab* in *et* uber. *i. q. parum repletus, tenuis*: GELL. 20, 8, 3 cum *ostreae* . . . multae quidem, sed -es (uberes *Q*) macraeque . . . essent.

inūbero, -āre. *ab* in (*praep.*) *et* uber, *cf.* exuberare. *i. q. uberem facere*: HERACL. Alc. Avit. epist. 54 p. 83, 25 me . . . collocutionis vestrae lima componit omnesque (omnisque *S*) in commune praedicationum vestrarum cultus -at.

inūdo, -āre. *ab* in *et* udare. *i. q. udum facere*: PAVL. NOL. carm. 18, 418 *boves dominum* lambunt . . . mulcentem labrisque manus palpantis -ant (inumant, inhumanant, inundant *vv. ll.*).

invĕcillus *v. s.* imbecillus *vol. VII 1, 416, 44.* *Hi.*

invectābilis, -e. *ab* invectare. *i. qua invehi potest* (*sc. navibus*): EVSTATH. Bas. hex. 4, 7 p. 909^B^ bonum . . . videtur mare, quia constringit insulas . . . et quia classibus -em praestat accessum (*gr. aliter*).

invectīcius, -a, -um. *ab* invehere; *cf. Leumann, Glotta 9, 1918, 155.* [*variat in codd. c.* inventicius: SEN. epist. 23, 5.] *qui (quod) extrinsecus importatur* (*cf. p. 127, 73*): PLIN. nat. 10, 79 quippe cum Theophrastus tradat -as esse in Asia etiam columbas et pavones et cervos et in Cyrenaica vocales ranas. AMBR. off. 3, 7, 49 p. 160^B^ certe arriserat anni fecunditas, -o urbs sola (*i. Roma*) egebat frumento. *in imag.*: SEN. epist. 23, 5 haec, quibus delectatur vulgus, tenuem habent . . . voluptatem, et quodcumque -um (*v. l. 60*) gaudium est, fundamento caret.

***invectio**, -ōnis *f.* *ab* invehere; *cf.* invectus, (-ūs). *plur.*: AVG. util. cred. 18, 36 p. 46, 29 GREG. M. moral. 23, 32 p. 270^B^. *v. et p. 124, 17. 52. 68. 71.* GLOSS.^L^ II Philox. IN 718 -o ἐπίπληξις. GLOSS. ἐπόχησις. *legitur apud* CIC., COLVM. *et frequentius inde ab* APVL. [*variat in codd. c.*: inventio: CIC. fin. 5, 70 DON. Ter. Ad. 60 p. 20, 13 CLAVD. DON. Aen. 3, 245 p. 298, 17 PS. ORIG. tract. 16 p. 170, 13. p. 171, 9 EVAGR. alterc. p. 52, 9 B. iniectio: CIC. inv. 2, 164 (*loco corrupto*). *e coni. pro trad.* invent-: DON. Ter. Andr. 236 p. 101, 10 (*R. Stephanus, idem* Hec. 532). CLAVD. DON. Aen. 3, 40 p. 266, 8 (*Georgii*). *v. et p. 124, 73.*]

1 *proprie cum vi praep.* in *locali* (*metonymice p. 124, 4. 11*): **a** *derivatur a verbo act., i. q. actus inferendi, importandi* (*c. gen. obi. semper*): CIC. off. 2, 13 et earum rerum, quibus abundaremus, exportatio et earum, quibus egeremus, -o certe nulla esset, nisi iis muneribus homines fungerentur (*cf. Aristot. pol. 1, 3, 13 p. 1257^a^, 32* τῷ εἰσάγεσθαι ὧν ἐνδεεῖς καὶ ἐκπέμπειν ὧν ἐπλεόναζον). COLVM. 12, 25, 1 in mediterraneo, quo non est facilis aquae marinae -o, sic erit ad condituras conficienda muria. AMBR. obit. Valent. 24 ecce post triduum litterae de instruendis mansionibus, -o ornamentorum regalium, aliaque huiusmodi quae ingressurum iter imperatorem significarent. *metonymice, i. q. res importans*: AMBR. hex. 3, 5, 22 p. 74, 3 bonum *est* mare, tamquam hospitium fluviorum, fons imbrium, dirivatio adluvionum, -o conmeatum (-uum, commeantum *vv. ll.*).

b *derivatur a verbo mediopass.*: **α** *i. q. actus intrandi* (*sc. ostium fluminis, portum*): CIC. fin. 5, 70 quem Tiberina descensio festo illo die tanto gaudio affecit, quanto L. Paulum, cum regem Persem captum adduceret, eodem flumine -o? (invecto, inventio *vv. ll.*). *metonymice, i. q. locus per quem intratur, portus*: ITALA Ezech. 27, 3 (Weing.) dices ad Sor, quae habitat in introitum maris, -i populorum ab insulis multis ([*sim.* Wirc. in -e populorum]. τῷ ἐμπορίῳ, *Vulg.* negotiationi). **β** *in versione vocis graecae q. e.* κίνησις: *i. q. motus* (*orbium caelestium, cf. p. 131, 11*): APVL. mund. 2 *altitudo aetheria* quae divinas et inmortales vivacitates ignium pascens ordinatis ac semper aequalibus -bus solvitur atque reparatur (*περὶ κόσμ. 2 p. 392^a^, 30* ὁ αἰθὴρ . . . ἐμπεριέχων . . . τὴν τῆς κινήσεως τάξιν).

2 *translate cum vi praep.* in *adversativa* (*derivatur a verbo mediopass.*): **a** *sensu strictiore: per orationem, verba sim., fere i. q. increpatio, vituperatio, reprehensio* (*i. q. oratio invectiva e. g. l. 27. 36. 52. differt ab obiurgatione v. l. 32 sqq. pendet gen. subi. l. 49. 68. obi. l. 42. 44. 54. qualitatis l. 29. definitivus q. d. l. 79. 82. 83. praep.* ad *l. 48.* contra *l. 45. 57.* ex *l. 50.* in *c. acc. e. g. l. 40. 42. 60. sequitur enuntiatum per* quod *l. 41. 57*): PORPH. Hor. carm. 2, 14, 25 'absumet heres Caecuba *eqs.*': haec cum -e dicuntur, corripientia eum. DON. Ter. Andr. 236 p. 101, 10 principium ab -e (*v. p. 123, 75*) est, in qua primo ut hominem accusat *Pamphilus Simonem*, deinde ut patrem. Hec. 683 'aliquando tandem *eqs.*' mira ⌊instantis temporis⌋ (⌊ ⌋ *Schoell* [*coll. Prisc. gramm. III 82, 19*], eius temporis, est tempus *trad.*) -o. Ad. 60 invenies huiusmodi interrogationem vel -is (*v. p. 123, 72*) principio convenire vel obiurgationis (*sim. opp.*: CLAVD. DON. Aen. 4, 265 p. 388, 28 si melius consideretur mens dictionis istius [*i. Mercurii*], obiurgatio est, non -o; commonefacit enim eum [*i. Aeneam*] utilitatis suae). LVCIF. non parc. 21 p. 254, 19 cum Paulum dicat scriptura sancta repletum spiritu sancto illam dixisse -em. SERV. Aen. 4, 364 sequitur . . . -o *Didonis in Aeneam*, quae semper statu caret (*ad similem spectat definitionem rhet.*: CLAVD. DON. Aen. 1, 130 p. 35, 27. 3, 245 p. 298, 17 -o [*v. p. 123, 73*], quam oportuit non habere principia; fuit enim irascentis). ADNOT. Lucan. 8, 781 'quam metuis' -o in Cordum, quod metuat deprehendi. SCHOL. Pers. 1, 67 'in luxum' i. in satiram, quae -em hominum continet. SCHOL. Cic. Bob. p. 146, 6 sic in te fiet -o, ne quid de Caesaris honore minuatur. p. 166, 4 *edictum* quod sub nomine ipsius (*i. Racilii*) Cicero scripsit in -em P. Clodi. p. 169, 18 Clodius -em (inquisitionem *Niebuhr*) sibi non tantum contra Milonem, verum etiam contra ipsum M. Tullium contumeliosam simul atque asperam depoposcit (*syn. p. 169, 25* insectationi). Gron. C p. 350, 30 'quid est *eqs.*' -o ad Metellum. CLAVD. DON. Aen. 2, 40 p. 152, 18 'o miseri *eqs.*' -o ardentis hominis non contumeliosa in civis, sed pro statu publico necessaria. 3, 40 p. 266, 8 quamvis non sit *locus iste* -o (*v. p. 123, 76*) ex persona defuncti. FVLG. myth. 1 praef. p. 9, 6 *Calliope*: post . . . Catonum rigores Tullianasque severas -es et Varroniana ingenia . . . satyrā luseram. AMBR. in Luc. 8, 21 p. 401, 1 ne quem . . . austera percellat -o. paenit. 1, 13, 60 p. 484^C^ -o fornicationis, accusatio incesti, reprehensio tumoris. HEGES. 5, 7, 2 *Titus* dicens . . . satis . . . in universos *milites* vindicatum *esse* -is auctoritate (*syn. postea* correptionem). HIER. in Hab. 2, 15 p. 1300^C^ adhuc contra Nabuchodonosor -o est, quod . . . alteri homini fel et amaritudinem propinarit. RVFIN. apol. adv. Hier. 1, 2 p. 542^B^ cum interpretem librorum toto -is suae textu . . . incuset et laceret *Hieronymus*. 2, 29 p. 608^B^ quo profecit tua ista in nos -o? Ps. RVFIN. Ios. bell. Iud. 2, 16 p. 681 quam (*i. inhumanitatem Flori*) licet argueret Agrippa, tamen . . . -em suam in Iudaeos transtulit (*paulo aliter gr. 2, 337* τὴν ὀργήν). Ps. RVFIN. (= IVLIAN AECL.) in Os. 1, 1 p. 962^D^ *prophetas* dignas ingentesque caussas -is habuisse. 12, 7 p. 1023^B^ hanc . . . -is speciem. 13, 6 p. 1027^D^ per -is tenorem. Ps. ORIG. tract. 16 p. 170, 13 aliud est . . . visionem dicere, aliud -is (*Batiffol*, -bus *trad., v. et p. 123, 73*) verba proferre (*syn. p. 170, 8* intentione. *cf. infra l. 82*). AVG. mor. eccl. 1, 1, 1 p. 1310^fin.^ quemadmodum Manichaeorum -bus, quibus in ... vetus testamentum . . . impie feruntur, . . . possimus occurrere (c. Petil. 2, 92, 203, p. 126, 18 cum . . . in . . . catholicos huius -is impetu fereris). IVLIAN. Aug. c. Iulian. op. imperf. 3, 203 p. 1333^fin.^ -um officium legentium censura supplebit. EPIST. pontif. 1056 Conc.^S^ IV 2 p. 113, 17 (= GREG. M. epist. app. 3, 3 p. 450, 33) vi districtae -is (*Hiltbrunner in schedis*, inventionis *trad.*) increpamur, qua per prophetam dominus dicit (*syn.* increpationis). GREG. M. moral. 5, 29 p. 695^A^ amici Iob a reverentia mansuetae locutionis incipiunt, sed usque ad iacula asperrimae -is erumpunt. 16, 35 p. 1138^C^ qui . . . sibi in conspectu dei iudicium ponit, os suum increpationibus replet, quia dum . . . examen tremendi . . . iudicis contemplatur, amarae se poenitentiae -e persequitur. 26, 46 p. 376^D^ (= past. 2, 6 p. 36^C^) illorum *delinquentium quos corrigimus* . . . per nos vitia disciplinae vigore feriuntur, in his vero quae ipsi committimus, ne verbi quidem ab aliquo -e laceramur ([*cf. l. 66*]. *sim.* past. 3, 22 p. 91^C^ per -em vocis). *et saepe. v. et p. 125, 31.*

b *sensu laxiore: fere i. q. ira, commotio animi* (*cf. et l. 62*):

[*Stiewe*]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

GREG. M. moral. 3, 24 p. 611^C sollicite quisque consideret ea quae malo voto perpetrantur, quanta dominus animadversione puniat, si inchoata bono studio, sed neglegentiae indiscretionis admista, tanta -e castigat. *i. q. aggressio*: GREG. M. moral. 3, 65 p. 631^C amici beati Iob quasi pro consolatione conveniunt, sed in contumelias erumpunt, quia insidiantia vitia virtutum faciem sumunt, sed hostili -e nos feriunt.

invectīvāliter *adv. ab* invectiva. *i. q. criminose, contumeliose*: SIDON. epist. 1, 11, 2 *versus satirici* qui satis -r abusi nominum nuditate carpebant plurimum vitia, plus homines.

invectīvus, -a, -um. *ab* invehi. GLOSS. καταφορικός. [*del.*: PVBLIL. I 62 invectibe ([*i.* -vae] *trad.*, maledicae [*W. Meyer*] *vel sim. desiderat metrum*).]

i. q. idoneus ad invadendum, petendum adversarium (l. 17), et inde fere i. q. maledicus, criminosus: de oratione, scriptis, locis rhetoricis (cf. Breitmeyer, Le suff. lat. -ivus, diss. Genève 1933, 213): FORTVN. rhet. 3, 20 p. 132, 20 si locos ... communes intuearis, -i sint an defensionales, descriptivi an activi, auctivi an minutivi. SVLP. VICT. rhet. 3 p. 315, 4 *loci communes* -ae accusationis sunt portio. AMM. 21, 10, 7 *Iulianus* orationem acrem et -am (invectinam *V*, *corr. V²*), probra quaedam in eum (*i. Constantium*) explanantem et vitia, scripserat (*v. et l. 59*). 22, 14, 2 *Iulianus in Antiochenses* volumen conposuit -um ... probra civitatis infensa mente dinumerans. 28, 1, 20 *commonitorii* ⌊extima parte quaedam -a legebantur⌋ (⌊ ⌋ *om. V, add. V² in marg.*) in principem, ut avarum et truculentum. CLAVD. DON. Aen. 4, 265 p. 388, 18 -am fore dictionem poeta ipse pronuntiavit dicendo 'continuo', dicendo 'invadit' (*syn. postea* obiurgationi. *sed cf. p. 124, 22*).

subst. f. ***invectīva,** -ae, *sc. oratio.* *fere plur., sg. non nisi l. 37. 38. 39. 58 et* GLOSS. -a καταφορά. [*e coni.*: EXPLAN. in Don. gramm. IV 558, 22 (invictivis *trad.*, -is *Keil*). RVSTIC. Conc.^S I 4 p. 186, 8 (nectibus *trad.*, -is *Schwartz; an potius* invectionibus, *cf. p. 124, 20?*).]

i. q. oratio criminosa, calumniosa, contumeliosa:

a *generatim*: RVFIN. apol. adv. Hier. 2, 29 p. 608^A ipse scribis in istis -is tuis me ... hoc ostendisse (*syn. p. 608^B* invectio). 2, 39 p. 617^B haec si ... rescripsisses, nonne maiorem gratiam et aedificationem ... praebuisses, quam nunc istae tuae -ae maeroris et confusionis omnibus ... praestant? SCHOL. Ov. Ib. praef. cod. P sicut Callimachus fecit -am contra inimicum suum ..., ita *Ovidius* ... vult facere -am contra inimicum suum. 54 cod. C -am.

b *speciatim in titulis certorum librorum*: *α plur., de Ciceronis orationibus in Catilinam (absolute fere. pendet gen. subiectivus l. 50. praep.* in *c. acc. l. 57)*: DIOM. gramm. I 330, 1 cum dicimus 'o nos felices': Cicero in invecti⟨vis⟩ (in invecti, invecti *trad.*). CLEDON. gramm. V 77, 6 sicut ... Tullius posuit ... ipse in -is: 'ad M. Lecam' *eqs.* EXPLAN. in Don. gramm. IV 558, 22 Cicero -is (*v. supra l. 30*): 'ubinam gentium sumus'. SCHEM. dian. 35 p. 75, 13. GRILL. rhet. p. 14, 12 M. sicut habemus in (*om. codd. aliqui*) -is (venotivis *l. v.*) de Lentulo: 'non solum' *eqs.* ADNOT. Lucan. 1, 267 Gracchi, quorum Cicero meminit in -is (vectivis *l. v.*) et in Miloniana. AVG. civ. 3, 15 p. 117, 17 D. c. Iulian. op. imperf. 1, 22 p. 1059^med. ne forte non agnosceremus de -is Ciceronis te ista sumpsisse. PRISC. gramm. II 425, 26 ut Cicero in I -arum (inverrinarum *l. v.*): 'nihil hic' *eqs.* 583, 18 in IIII -arum (vectivarum *l. v.*). III 61, 1. 61, 16 -arum III. 237, 23 in III -arum (invictivarum *l. v.*). rhet. 9, 27 p. 558, 2 ut Cicero patriae reique publicae in -is dat verba. *et saepe; non alio titulo Priscianus usus est.* SCHOL. Ter. Bemb. Haut. 245 Cicero in invectiv⟨is⟩ 'in his gregibus' *eqs.* TIT. libr. Cic. Catil. incipit Tullius -arum in Catilinam (*b, sim. alii, cf. s* M. T. C. -arum liber I; *syn. a* invectio in Catilinam). *al.* *β sg. (at pl. l. 66)*: TIT. libr. Sall. (?) in Tull. incipit C. Salusti -a in Tullium (*H, sim. H^b V, cf. B* oratio -a in Ciceronem; *syn. E* controversiae ... in Tullium). TIT. libr. Ps. Cic. in Sall. M. T. C. -a in C. S. incipit (*H^b, sim. V; syn. H^a A* controversia ... in Salustium). *v. et l. 66.*

subst. n. pl. **invectīva,** (-ōrum). SCHOL. Ov. Ib. 55 cod. H Callimachus ... fecit haec -a contra Ibin (*cf. supra l. 37*). TIT. libr. Sall. (?) in Tull. incipiunt -a Salustii in ... Ciceronem (*M, at idem cod. in subscr.* -e [*i.* -ae]).

deriv.: invectivaliter.

invecto, (-āre). *ab* invehere. GLOSS.^L V Aa I 862 -tus inportatus (*fort. ex 861* invectus). GLOSS. II 313, 31 ἐποχοῦμαι inveho evecto -o. [*e coni.*: TERT. uxor. 2, 8 l. 35 (*Kroymann, vix necess., v. p. 128, 58*).]

deriv.: invectabilis.

invector, -ōris *m. ab* invehere. [*variat in codd. c.* inventor: SYMM. rel. 14, 3. *v. et p. 126, 1.*]

a *i. q. mercator is, qui importat res*: SYMM. epist. 4, 70, 2 ad unum, quem sponte delegeris, inquisitionis summa referenda *est* adiectis vestrae apparitionis auxiliis, quo minora officia fidem praebitorum vel -um cogantur aperire (*an fortasse ad p. p. p.* invecta, -orum [*n. pl. pro subst., v. p. 128, 60*] *pertinet?*). rel. 14, 3 hic *negotiator* lanati pecoris -r (*v. l. 74*) est, ille ad victum populi cogit armentum, hos suillae carnis tenet functio *eqs.* *in imag.*: AMBR. hex. 2, 3, 12 p. 51, 21 Padus maritimorum commeatuum Italicis subsidiis fidus -r.

b *qui invehitur equis*: PROSP. sent. 392 p. 496^B ubi *sunt* insuperabiles imperatores? ubi qui conventus disponebant et festa? ubi equorum splendidi -es (nutritores *l. v.*), exercituum duces, satrapae, tyranni?

f. **invectrīx,** -īcis. *quae inducit, efficit (in imag.)*: AMBR. epist. 63, 13 p. 1193^A Epicurus ... etsi neget -em (inventricem *l. v.*) mali esse voluptatem, non negat tamen ex ea fieri quaedam, ex quibus generentur mala.

invectus, (-ūs) *m. ab* invehere; *cf.* invectio. *suppletur* INSCR. NSc. 1918 p. 140 in⟨ve⟩ctui silicis.

a *i. q. facultas importandi (pendet enunt. pro obiecto l. 12)*: VARRO rust. 1, 16, 2 *praedia*, quae vicinitatis -os (evectus *Schoettgen*) habent idoneos, quae ibi nascuntur ubi vendant, et illi⟨n⟩c -os (avectus *Vrsinus*, evectus *Cuperus*) opportunos, quae in fundo opus sunt, propter ea fructuosa *sunt*.

b *de flumine, i. q. actus secum inferendi (sc. limum, terram. c. gen. subi. l. 16. obi. l. 19)*: PLIN. nat. 2, 201 nascuntur *terrae* ... nec fluminum tantum -u (invecto, vecto *vv. ll.*), sicut Echinades insulae ab Acheloo amne congestae maiorque pars Aegypti a Nilo ... nec recessu maris, sicut *eqs.* 4, 5 amnis Achelous e Pindo fluens atque Acarnaniam ab Aetolia dirimens et Artemitam insulam adsiduo terrae -u continenti adnectens.

***inveho,** -vēxī, -vectum, -ere. *ab* in *et* vehere. *scribitur*: h *littera omissa*: CVRT. 8, 14, 33 (*L*). PLIN. nat. 6, 66 (*R²*). 37, 41 (*B¹F*). CLAVD. carm. min. 27, 91 (*P*). APRING. in apoc. 3, 15. THEOD. MOPS. in I Tim. 5, 1 p. 151, 17 (*H*). -veg-: LVCAN. 3, 537 -it ([g *ex* n] *Z*). *litteris graecis* ἰνβεκτος, *v. Zilliacus, Kampf d. Weltspr. im oström. Reich, 1935, 192.* *de formis et usu*: CHAR. gramm. p. 467, 9 B. -or -ctus sum *inter verba activa quae passiva voce efferuntur.* p. 479, 18 -or *inter verba quae media appellantur.* *usu mediopassivo adhibentur formae*: -ens (*sed* se -ens *p. 132, 66. 133, 12. 19 bis. 23*): CIC. Phil. 3, 33. *v. et p. 131, 39. 54. 132, 17. 59.* -endum: SPART. Carac. 8, 6. *n. pl.* -cta *pro subst.*: *v. p. 127, 20. 128, 40. 44 sqq. 47 sq. 55. 60.* NOT. Tir. 42, 6^d -it. -xit. -ctum. *de notione*: SYNON. Cic. p. 428, 2 B. invadunt. instant. urguent. premunt. adoriuntur. adnituntur. adgrediuntur. -untur. impetum faciunt. inferunt se *eqs.* p. 428, 12 -itur. increpat. incusat *eqs.* p. 428, 14 -i. incursare. increpare. lacessere. maledicere. criminari. contumeliam facere. conviciari *eqs.* p. 441, 27 reprehendit. inprobat. vituperat. obicit. obtrectat. arguit. vitio dat. criminatur. incusat. insimulat. -itur. NON. p. 329, 28 sqq. -i dicitur vehi: Vergilius lib. v (*v. p. 131, 41*) 'Centauro -itur magna'. -i, adgredi, increpare: M. Tullius ad Caesarem iuniorem lib. III (*epist. frg. V [= IV Sj.] 26*) 'itaque in eum Pansa vehementer est -ctus'. GLOSS.^L I Ansil. IN 1932 -ere, in aliquem impetu orationis ire. III Abol. IN 219 -ere, lacessire ⌊vel insidiare⌋ (⌊ ⌋ *om. a*). 225 -itur, fertur aut verbis mordacibus stimulatur. Abstr. IN 271 -it inportat (*cf.* 281 intulit vel inportavit. V Aa I 861 inportatus seu portatus. 863. *al.*). V Aa I 866 -itur portatur. Abba IN 222 -ctus ... increpatus. GLOSS. -xit introduxit. instruxit. -ctus ingressus. GLOSS.^L II Philox. IN 724 εἰσήγαγεν. GLOSS. ἐποχῶ. ἐποχοῦμαι. ἐπικομίζω. *legitur inde a* PLAVTO, CATONE, CIC., VARRONE *per totam latinitatem.*

[*confund. in codd. c.*: *simpl.* vehere: CIC. Phil. 2, 74 OV. trist. 5, 3, 19 LIV. 5, 33, 3 SEN. contr. 7, 1, 20 COLVM. 1, 3, 3 PLIN. nat. 36, 54. *al.* advehere: COLVM. 1, 3, 3. evehere: OV. trist. 5, 3, 19. CVRT. 4, 4, 8 (evecta *recte, ut vid.*). inducere: PLIN. nat. 37, 18 LACT. inst. 4, 10, 10 AVR. VICT. Caes. 4, 3. 27, 7. *al.* inflectere: HEGES. 4, 1, 4 p. 240, 6. inicere: SIL. 3, 47 -ctum. iniungere: CLAVD. rapt. Pros. 1, 277. invenire: CIC. Verr. II 4, 130 prov. 35 OV. trist. 2, 133 PLIN. nat. 6, 66. 11, 205. 33, 6. 34, 14 SVET. Claud. 18, 2 PAVL. NOL. carm. 15, 152. *saepe.* invidere: HIER. epist. 22, 28, 2. venire: HIL. in Matth. 4, 11 p. 935^B. *nota* invictus *falso pro* -ctus (*v. et l. 63*): LVCAN. 8, 554 PLIN. nat. 10, 76 STAT. Theb. 12, 597 AVIEN. orb. terr. 347. *al.* *e coni.*: VARRO Men. 197 (inventi *trad.*, -cti *Buecheler*). CIC. carm. frg. 37 (Tusc. 4, 63), 2 (inventum *codd.*, invictum *Prisc. gramm. III 426, 8*, -ctum *edd. recte. sic* invict- *falso trad.*: FAST. ann. Iul. Amitern. Mai 26 [CIL I² p. 243]. AMPEL. 16, 3. *v. et l. 59*). PROP. 3, 7, 63 (evehat *trad.*, -at *Barber, vix recte, cf. Wistrand, Nach innen od. nach außen?, Göteborg 1946, 7 adn. 1*). LIV. 2, 19, 8 (venientium, invenientium *sim. trad.*, -entium *Gronovius*). PLIN. nat. 15, 102 (vexit *trad.*, -xit *Mayhoff, recte*). PANEG. 12, 8, 2 (in evehendis *sim. trad.*, -endis *Livineius, recte*). CAPITOL. Max. Balb. 2, 7 (allexerit *sim. trad.*, evexerit *Poggio*, -erit *Peter*). DRAC. Orest. 595 (invenitur, immeritum *trad.*, -itur *Rothmaler, recte*). *falso trad.*: IVL. VAL. 3, 54 p. 162, 10 (-ctum *trad.*, intectum *Ausfeld, RhM. 52, 1897, 567, recte*). MISC. Tir. p. 53, 9 (-ctus *trad.*, iniectus *Moore, ALL 10, 1898, 262, recte, ut vid.*). *dub.*: CE 1448 (= INSCR. christ. Diehl 1629), 11 -xit hinc te beata sacerdos ⟨alti⟩tron⟨i⟩ m⟨a⟩t⟨e⟩r currens ab arce poli ('*te [i. reliquias tuas], beata Maria, -xit sacerdos in ecclesiam' de Rossi; 'te, sacerdos, caelo -xit Maria' Diehl.* iuncxit *pro* -xit *coni. Buecheler*).]

CAPVT PRIVS: *cum vi praep.* in **locali** (*vi debilitata p. 129, 32 sqq. 131, 70. cf. et p. 131, 81*):

I *per praep.* in *indicatur* **motus ad certum finem perveniens** *vel locum quendam intrans*: **A** *verbum activum (et pass.)*: *ere*: **1** *animantia vel res corporeas*: **a** *in universum*: *α subi. animantes (furor p. 127, 23. error p. 127, 35. navis*

[Stiewe]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

[*sc. acta remigibus*] *l. 19. indicatur vehiculum per abl. l. 10. 30. praep.* per *l. 28*): CATO agr. 29 partem dimidiam *stercoris* in segetem ... -ito. VARRO rust. 1, 16, 6 *viis aut fluminibus* evehi atque -i ⌊ad multa⌋ (⌊⌋m. ad *Schneider*) praedia scimus (*sic ad praedia*: COLVM. 1, 2, 3. 1, 3, 3 *confert agris iter commodum* ad -enda [ad vehenda, in adv-, ad adv- *vv. ll.*] et exportanda utensilia; quae res ... minuit impensas rerum -ctarum. PLIN. nat. 17, 44). CIC. off. 2, 76 tantum in aerarium pecuniae -xit *L. Paulus* (*syn.* intulit. *sim. opes rei p. nomine*: SVET. Aug. 41, 1 -cta urbi Alexandrino triumpho regia gaza. FLOR. epit. 3, 9, 5 Cato Cyprias opes Liburnis per Tiberinum ostium -xit). LIV. 23, 32, 15 qui non -isset *frumentum in urbem munitam* ([*syn.* conveherent. *aliter l. 74 sqq.*]. PLIN. nat. 18, 303 sunt qui ... rana in limine horrei ... suspensa -ere iubeant). MANIL. 5, 48 non -et undis Persida ... Xerxes (*sim. milites*: TAC. ann. 2, 23, 1 *legiones* Caesar classi impositas per flumen Amisiam Oceano -xit). SEN. contr. 2, 1, 13 litoribus ... moles -untur (*v. Wistrand, Nach innen oder nach außen?, Göteborg 1946, 38.* iniungunt *H. J. Müller*) congestisque in alto terris exaggerant sinus. COLVM. 9, 15, 2 neque alimenta congerit et ab aliis -cta consumit *genus fucorum*. LVCAN. 3, 537 *hexeris* agitur *remis* molemque profundo -it (-xit *l. v., v. et p. 126, 24*). PLIN. nat. 2, 224 marinae *aquae* ... magis -cta (*i. onera sim.*) sustinent. 36, 77 *sphingem* volunt -ctam videri *ex alio loco*. VAL. FL. 2, 624 *Lampsacenos* nec ... Bacchi sacra neque arcanis Phrygius furor -it antris. SIL. 15, 285 Nox ... nigrantis -xit equos suasitque quietem. STAT. Theb. 6, 269 series antiqua parentum (*i. imaginum*) -itur (*sim.* PS. AVR. VICT. epit. 13, 11 *imago Traiani*, sicut triumphantes solent, in urbem -cta [in vesta, -ere -cta, -i *vv. ll. cf. in triumpho l. 9. 32. p. 130, 23 sqq.*]). SCAEV. dig. 45, 1, 122, 1 *merces* quas ... esset ... per navem Beryto -cturus *Callimachus*. APVL. met. 4, 8, 2 praedas ... nummorum. Plat. 1, 18 valetudo *hominis* obteritur ... pabuli sarcina inmoderatius -cti (*i. sumpti*). PANEG. 7, 14, 3 *Constantium* curru paene conspicuo ... Sol ipse -cturus caelo excepit (PS. HIL. libell. 6 p. 78, 32 cum triumpho hominem ... in caelum ... -xit *Christus*). IVL. VAL. 1, 14 p. 24, 23 qui aderant, Philippum ... vulneratum cubiculo -unt (inducebant, cubiculum videbant *vv. ll.*). PRVD. perist. 10, 404 quis hos sofistas error -xit novus? (*cf. p. 129, 18*). OROS. hist. 4, 1, 6 *Pyrrhus* Tarentum ... vindicaturus totas vires Epiri ..., elephantos etiam usque in id tempus invisos Romanis ... in Italiam primus -xit (*cf. p. 128, 20*). AVELL. p. 582, 16 qui externum ignem in divinis adytis ... -xit. VEN. FORT. vita Leob. 15, 48 deputat *discipulum* ... tantae ordinationi -endum *Leobinus*. CIL VI 1035, 6 (*aet. Caracallae*) negotiantes boari huius⌊loci qui -ent⌋ (*i. boves vendendos*; ⌊⌋ *postea reposita in litura*). 13152, 9 si quis *in hoc sepulcrum* ... corpus alienum -ere vellit.

β subi. res naturae: Ⓘ *variae*: LIV. 22, 5, 8 *motus terrae* mare fluminibus -xit. STAT. Theb. 2, 153 *iuvenes*, quos ... regnis -xit nox (*aliter supra l. 23*) dextra meis. PANEG. 2, 47, 3 qualem te urbi dies primus -erit. AMBR. hex. 3, 10, 45 p. 89, 17 proventu spontaneo terra fructus locis omnibus -bat (*in imag. de fructibus spiritualibus monasterii*: ALC. AVIT. hom. 25 p. 146, 21 orbis desideret, quod locus -xit). Ⓘⓘ *aqua*: CIC. nat. deor. 2, 130 *Mesopotamia* in quam quotannis quasi novos agros -it *Euphrates*. OV. met. 11, 54 iam ... mare -ctae flumen ... relinquunt *lyra et lingua Orphei*. LIV. 2, 5, 4 insulam inde ... et aliis, quae fert temere flumen, eodem -ctis factam *esse*. SEN. Phaedr. 1032 inhorruit ... undarum globus ... et litori -xit malum ([*i. monstrum*]. CVRT. 9, 2, 27 opes quas illud mare litoribus -it. *sim.* PLIN. nat. 12, 37 *arbores* -ctis derelictisque similes sicco litore ... spectantur). PLIN. nat. 6, 140 profecere terrae fluminibus -ctae (*sim. de terra*: 25, 11 quae rigatur Aegyptus illa ... postea fluminis limo -cta). 18, 162 limum ... non -unt Euphrates Tigrisque. 19, 37 *tubera* Mytilenis negant nasci nisi exundatione fluminum -cto semine ab Tiaris (19, 182 minus utiles *sunt* e stagno *aquae* ..., quoniam herbarum semina -unt). PANEG. 6, 13, 2 amnes quos ... barbarus Nicer et Moenus -xit *Rheno*. 8, 14, 4 *exercitum* Sequana amnis -erat. AVIEN. ora 297 idem amnis ... -it ... moenibus *Tartessi oppidi* dives metallum. orb. terr. 347 Nilus ... inmensos vitam dispergit in agros et fovet -cto (*v. p. 126, 61*) sata gurgite (*cf. Dionys. periheg. 229 ἰλὺν βαλέειν*). *al.* Ⓘⓘⓘ *ventus*: CIC. nat. deor 1, 101 volucres angues ex vastitate Libyae vento Africo -ctas. STAT. silv. 3, 3, 97 uni parent commissa ministro, quae Boreas ... quae nubilus Auster -it. LACT. inst. 4, 10, 10 coturnices in castra *Hebraeorum* ... ventus -xit (*v. p. 126, 54. cf.* PRVD. cath. 5, 102 imbrifero ventus anhelitu crassa nube leves -it alites). *in imag.*: AVG. doctr. christ. 3, 19, 29 p. 76[fin.] ita leves fiunt *libidine obstricti*, ut eos rumoris aura ... in quaslibet -at voragines flagitiorum.

b *speciatim*: *α extrinsecus advehere res eas, quae ad usus quosdam expetuntur, arcessuntur*: Ⓘ *cibaria in urbes, arces sim.* (*sc. ad obsidionem, inopiam tolerandam. aliter supra l. 10*): LIV. 9, 13, 10 obsessis ... commeatus ex montibus Samnitium -cti erant (25, 11, 13. SVET. Claud. 18, 2 ad -endos [*v. p. 126, 57*] etiam tempore hiberno commeatus). 26, 20, 10 ut arcis praesidium etiam sine -cto *frumento* ... sustentari posset, Tarentinis ... ne -ctum quidem sufficeret. PANEG. 12, 8, 2 Athesis ... omnem ... retro regionem -endis (*v. p. 126, 68*) copiis tutam defensamque praestabat. SVLP. SEV. chron. 1, 45, 4 *ab Helisaeo* famis tempore omnium rerum copia fugatis hostibus -cta *est*. Ⓘⓘ *importantur res quaelibet externae in aliquem locum, cuius incolae eis ipsis rebus carent* (*saepe de commercio sim.*; *subi. res l. 17. 29*): VARRO rust. 3, 9, 17 *insulam Gallinariam appellatam esse dicunt* ab his villaticis *gallinis* -ctis a nautis (*sic de animalibus*: CVRT. 8, 9, 16 *Indiae* animalia *sunt* invisitata ceteris gentibus nisi -cta. MELA 2, 125. PLIN. nat. 10, 76 *noctuarum* genus in Creta insula non esse *traditur*, etiam, si qua -cta sit, emori. SOL. 33, 4 si -ctum illo fuerit *genus suillum. al.*). CIC. rep. 2, 10 ut flumine res ... -ctas acciperet ex terra *urbs Roma*. LIV. 34, 9, 9 Hispani ... mercari ... et ipsi ea, quae externa navibus -rentur, et agrorum exigere fructus volebant. SEN. benef. 6, 14, 4 *frumentum* in quo -endo mercator *lucrum facere cupit*. PLIN. nat. 5, 34 commercium gemmae ... ex Aethiopia -ctae. 6, 66 *Indorum* militiam alii capessunt, merces alii suas evehunt, ⌊externas (externasque *l. v.*) -unt⌋ (⌊⌋ *in marg. codd. nonnulli, om. alii*. 29, 24 -i peregrinas merces conciliarique externa pretia displicuisse maioribus). 11, 89 *Psylli* reliquarum venena terrarum -entes quaestus sui causa. 18, 66 ex his generibus *tritici*, quae Romam (*edd.*, Romae, Roma *trad.*) -untur, levissimum est Gallicum. 33, 118 neutro ex loco -itur ad nos *minium*. 33, 149 *victoria belli Achaici* et ipsa ... signa et tabulas pictas -xit. 35, 178 bitumen ... a Babylone. MARCIAN. dig. 39, 4, 16, 3 quotiens quis mancipia -cta professus non fuerit sive venalia sive usualia. *et saepe.* *nota dici de prima invectione* (*cf. l. 80 sqq. p. 127, 37*): VARRO Men. 197 cultro coquinari se traiecit; nondum enim -cti (*v. p. 126, 61*) erant cultelli empaestati e Bithynia. LIV. 5, 33, 3 -isse (*v. p. 126, 51*) in Galliam vinum inliciendae gentis causa Arruntem Clusinum *traditur*. PLIN. nat. 12, 6 platanus ... in mare (*Mayhoff*, mare, per m. *trad.*) Ionium Diomedis insula tenus ... primum -cta. 15, 102 *Lucullus cerasos* primum -xit (*v. p. 126, 68*) e Ponto. 18, 55 milium intra hos x annos ex India in Italiam -ctum est nigrum colore. 34, 14 triclinia aerata ... Cn. Manlium Asia devicta primum -isse (-isset *l. v., v. et p. 126, 57*) triumpho suo *tradunt*. 37, 18 eadem victoria primum in urbem myrrhina -xit (*v. p. 126, 53*). *al.*

β in architectura, fere i. q. infigere, iniungere: VITR. 5, 1, 6 trabes, in quibus -untur porticuum contignationes. 5, 10, 3 eae ... regulae sive arcus ita disponantur, uti tegulae sine marginibus sedere in duabus -ique possint. 6, 7, 1 duas antas inter se spatio amplo distantes, in quibus trabes -untur. *sim. de phalangis*: VITR. 10, 3, 7 mediae ... partes phalangarum, quibus lora tetraphororum -untur, clavis sunt finitae.

γ in iure (*perf. pass.*; *sim. in imagine l. 53*): Ⓘ *de rebus mobilibus eis, quas praedii, aedis sim. conductor secum induxit*: LABEO dig. 20, 6, 14 cum colono tibi convenit, ut -cta importata pignori essent. SCAEV. dig. 20, 1, 32 debitor pactus est, ut quaecumque in praedia pignori data inducta -cta importata ibi nata paratave essent, pignori essent. VLP. dig. 11, 7, 14, 1 (*Pompo .*) *si non* sit unde funeretur *colonus vel inquilinus*, ex -ctis illatis eum funerandum *esse* (*in asyndeto sic pro subst.*: 20, 2, 3 [*Nerat.*] de -ctis illatis. PAVL. dig. 2, 14, 4 pr. -cta illata. *cf.* LEX horr. [CIL VI 33747, *Nervae aetatis?*] 9 quae in his horreis -cta inlata ⟨erunt⟩). 13, 7, 11, 5 in eam ... summam -cta mea et illata tenebuntur (*sim. pro subst.*: 20, 2, 6 -cta et inlata. MARCIAN. dig. 20, 2, 2 [*Pompon.*]. *cf.* COD. Iust. 8, 14, 7 de -ctis a conductore rebus et illatis). 43, 33, 2 si in fundum communem duorum pignera sint ab aliquo -cta. MARCIAN. dig. 20, 2, 5 pr. (*Pompon.*) si gratuitam habitationem conductor mihi praestiterit, -cta a me domino insulae pignori non esse. *in imag. de iis, quae animus Christi in corpus quasi habitaculum suum -xit* (*n. pl. pro subst.*): TERT. patient. 13, 1 rector animus facile communicat spiritus (-u *Engelbrecht*) -cta cum habitaculo suo. Ⓘⓘ *inde de iis, quae quasi dotem maritus in matrimonium -xit*: TERT. uxor. 2, 8 l. 35 dubitandum ... est, an idoneus sit pauper *Christianus* -ctis (innectis, investis *vv. ll.*, invectandis *Kroymann*) dotalibus, cui deus censum suum credidit? Ⓘⓘⓘ *? in ratione acceptorum computanda, pro subst.* (*cf. l. 44 sqq.*): SYMM. epist. 4, 70, 2 *v. p. 125, 75.*

2 *res incorporeas*: **a** *plenius vigente vi locali*: *α in universum* (*subi. fere res. pendet abl. instr. l. 67. 74*): CIC. Verr. II 4, 130 quom tam multa ex illo mari (*i. Ponto*) bella emerserint, tam multa porro in Pontum -cta (*v. p. 126, 56*) sint (SEN. nat. 5, 18, 12 unde scio, hic mihi an ille ventus bellum -at?). PLIN. nat. 11, 7 quamvis *insectis* non sint membra, quae velut carinā sensus -ant, esse tamen iis auditum (*sim. de imaginibus rerum, quae sentiuntur*: AVG. conf. 10, 8, 12 praetoria memoriae, ubi sunt thesauri innumerabilium imaginum de ... rebus sensis [sensibus *l. v.*] -ctarum. epist. 147, 42 p. 316, 14 si ... abigis ab aspectu intimo, quicquid imaginum corporalium exterioris hominis sensus -xit). SOL. 37, 2 Mesopotamiam opimat *Euphrates* ... terras contegens, -cta soli fecunditate. CLAVD. rapt. Pros. 1, 277 sparso nox ... somno languida caeruleis -erat (*v. p. 126, 56*) otia bigis. PAVL. NOL. carm. 15, 152 *fides* victo victricem corpore mentem *hominis* ... gaudentibus -it (*v. p. 126, 58*) astris. SIDON. epist. 3, 7, 4 hunc nobis morum viri tenorem secundus rumor -xit. VICTOR CAP. frg. Spicil. Solesm. I p. 296[a] solaris sphaera, ab orientali plaga consurgens, mundo -it diem.

β speciatim, accedente notione novandi (*cf. l. 20 sqq.*): *-ere e. g. artes, institutiones, mores* (*naturam p. 129, 16 sq., sententiam p. 129, 18, opinionem p. 129, 19; similiter* nomen *in quaestionem p. 129, 13*, causas *in narrationem p. 129, 14. subi. res e. g. p. 129, 12. 15. 18. nota seq. enunt. per* ut *p. 129, 21*): LIV. 39, 6, 7 luxuriae ...

[*Stiewe*]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

peregrinae origo ab exercitu Asiatico -cta in urbem est. 39, 8, 3 *artes* multas ad animorum corporumque cultum nobis ... gens *Graecorum* -xit. SEN. nat. 7, 3, 1 nova haec ... observatio est et nuper in Graeciam -cta. PLIN. nat. 33, 6 ita ... commercia victus gratia -cta (*v. p. 126, 57*) *sunt.* PANEG. 9, 6, 2 ut *Constantius* me ... iusserit disciplinas oratoriae retractare et hoc ipsi palatio parentis sui munus -erit, ut *eqs.* SPART. Carac. 9, 11 nisi forte *Bassianus* ... addidit celebritati *Isidis,* non eam primus -xit. LACT. inst. 3, 16, 15 tamquam sapientia cum saporis mercibus (*cf. p. 128, 20*) fuerit -cta. EVTR. 9, 26 *Diocletianus* qui imperio Romano primus regiae consuetudinis formam ... -erat (-xit *l. v.*, -erit *Hartel*). HIL. coll. antiar. p. 147, 1 ut emortuam ... quaestionem ... causae novitas excitaret et subrepens per Fotini damnationem Marcelli nomen -ret (*sim. in sermonem*: ANTH. 806, 1 proponit primus liber *Lucani*, -it, invocat atque exponit causas *eqs.*). myst. 1, 33, 3 p. 25, 14 *lignum Moysi* ut amaritudinem aboleret, ut dulcedinem gigneret, ut naturam et -ret et auferret (RVFIN. apol. Orig. 7 p. 600C *Christus* primus in caelum naturam carnis -xit). trin. 6, 12 p. 166A haec (*i. sententias haereticorum*) stultitiae humanae error -xit (*cf. l. 31. p. 127, 35*). 10, 47 p. 381B natus ex virgine homo opinionem nobis naturalis sibi in passione doloris -xit. *al.* CASSIAN. inst. 4, 17 capit. p. 46, 26 quibus auctoribus sit -ctum, ut ... fratribus sacrae lectiones in coenobiis recitentur. CONC.S I 5 p. 357, 30 ne permittatur hominibus ... ullam novitatem -ere *in ecclesiam* (*gr. I 1, 7 p. 118, 40* εἰσφράττεσθαι). VITA Hil. Arel. 15 l. 16 C. ab eodem *Hilario* in civitatibus ista est -cta primitus consuetudo. PAVL. PELL. 466 *morem* quem semel -ctum maiorum traditione ... ecclesia nostra teneret. GREG. TVR. glor. mart. 85 p. 545, 36 *lectiones* quas canon sacerdotalis -xit. VITA Caes. Arel. 1, 19 praedicationes ... conpunctissimas ... instituit pariter et -xit *Caesarius. al.*
nota c. acc. dupl.: CONSVLT. Zacch. 1, 20 p. 25, 31 *creationem mundi deus,* qui ex nihilo fecerat, fabricator exposuit, sui indicans operis, quae illi coaeterna humanus error -xit (*cf. l. 18*).

b *usu laxiore (vi locali debilitata) i. q. inferre, afferre, imponere, efficere sim.*: α *mala* (*aliter p. 127, 53. 128, 64*): ① *subi. animantia* (*v. et l. 52. anima hominis l. 49, diabolus l. 47, bestia venenata l. 43*): CIC. inv. 1, 1 non minimam video per disertissimos homines -ctam partem incommodorum. rep. 4, 9 quos -unt metus, quas inflammant cupiditates *poetae*! PORPH. Hor. carm. 1, 3, 27 *Prometheum notum est* ignem ... hominibus adtulisse et -isse terris multas calamitates. ITIN. Alex. 29 ut vicem damni ac labis meritum, quam ille (*i. Xerxes*) -erat Graecis, repensaret *Alexander*. CLAVD. DON. Aen. 11, 385 p. 474, 5 quis tantas strages Troianis -xit? 11, 730 p. 524, 21 quis hoc malum vobis inimicus -xit? (*cf.* HEGES. 5, 2 p. 297, 5 tantum ... malorum). AMBR. hex. 5, 10, 31 p. 166, 8 lepusculus *marinus* ... citam et quae non facile possit auferri corruptelam -it. HEGES. 4, 3, 3 p. 243, 12 Titus ... maximam Iudaeis cladem -xit. 4, 25, 3 p. 280, 17 *Simon* dominatum -xit civibus, urbi tyrannum. AVG. in euang. Ioh. 12, 10 p. 1489med. non consentires, nihil -erat diabolus: consensio tua ... te perduxit ad mortem. BOETH. cons. 4, 6, 44 W. supplicia ... ipsos, quibus -untur, emendant. 5, 2, 10 *humanae animae* turbantur affectibus, quibus accedendo consentiendoque, quam -xere sibi, adiuvant servitutem. *al.* ② *subi. res*: CIC. carm. frg. 33 (Tusc. 2, 20), 4 nec mihi Iunonis terror ... nec tantum -xit tristis Eurystheus mali ([*Soph. Trach. 1049* προύθηκεν]. 37 [Tusc. 4, 63], 2 ira caelitum -ctum malum [*v. p. 126, 62. Eur. Orest. 2* ξυμφορὰ θεήλατος]. Tusc. 3, 26 *mala* quae tibi casus -erat. AVG. civ. 4, 2 p. 148, 20 D. PAVL. MED. vita Ambr. 41. *al.*). 39 (Tusc. 3, 29), 5 si qua -cta diritas casu foret (*gr. aliter*). Tusc. 4, 38 quemcumque casum fortuna -erit. LIV. 1 praef. 12 divitiae avaritiam et ... voluptates desiderium ... pereundi perdendique omnia -xere. APVL. Plat. 1, 18 -it (-i *Kroll in sched.*) aegritudinem atque invalentiam et foeditatem *turbatio animi*. 2, 11 qui senserit vitia non solum turpitudinem existimationi -ere, sed nocere alio pacto. ARNOB. nat. 2, 28 p. 71, 21 hoc ... nescire debuerant *animae*, si aliquid eis labis corporalis -isset adiunctio. HIL. trin. 6, 3 p. 159A lues, quae ... ruinam miserandae mortis -xit. 9, 36 p. 308B contumeliam. 9, 54 p. 324B ignobilitatem. SYMM. or. 1, 18 *Alamanniae* tantum miseriae -xit conflictus tuus *eqs.* CLAVD. DON. Aen. 9, 580 p. 262, 28 sagitta ... letale vulnus ... -xit *Priverno*. HEGES. 1, 10, 3 p. 15, 27 *urbis* expugnatio acerbiorem solito pestem -xit. 4, 1, 4 p. 240, 6 ea res festinationis inpatientiā non mediocrem victoribus cladem -xit (*v. p. 126, 55*). RVFIN. Basil. hom. 4, 3 p. 1755A *invidia*, quae parricidii exstitit mater, ... quae ignorantiam consanguinitatis -xit (*gr. aliter*). Greg. Naz. orat. 3, 19, 4 p. 136, 3 quidquid facturae dei intulit et -xit malitia (*gr. aliter*). VINCENT. LER. 4, 4 quantum -atur calamitatis novelli dogmatis inductione. *al.*

β *bona*: APVL. Plat. 2, 10 quaedam absolute bona dicimus, quae semper atque omnibus, cum adsunt, -unt commoda. HIL. in Matth. 4, 11 p. 935B *mundo* per apostolos scientiae lumen -itur ([*v. p. 126, 59*]. CHROMAT. in Matth. 5, 5 p. 343B. VEN. FORT. vita Albin. 11, 31 crux *signata supra palpebras* post se caeco lumen -xit. *cf.* HIL. trin. 7, 4 p. 202A ecclesia doctrinae suae lucem ... imprudentiae saeculi -et). 9, 10 p. 966A dei ... cognitione ... et visus et auditus et sermo salutis -itur. 25, 2 p. 1053C cum universis fuerit cognitio sacramenti coelestis -cta. in psalm. 61, 2 p. 210, 8 *Christus est mortuus*, ut aeternitatem omnibus ... -ret. trin. 10, 46 p. 380A ut per animae propositum firmitas corporis -atur. SYMM. epist. 4, 52, 1 quot gaudia mihi pariter dies unus -erit. AMBR. Cain et Ab. 1, 6, 23 p. 359, 20 sanitatem ... cibus, non odor -it. HEGES. 5, 4, 4 p. 305, 10 *pudor*, dum ignaviam declinat, virtutem -xit. *al.*

B *verbum mediopassivum* (*refl. p. 131, 17*): 1 *proprie: fere i. q. intrare*: a *subi. sunt animantia* (*fere homines, dei l. 18. 48. 49. 80. 83, pisces l. 76*): α *generatim* (*indicatur vehiculum per abl. exemplo primo et l. 14. 16. 18*): LIV. 1, 48, 5 carpento ... in forum -cta *Tullia*. 23, 47, 8 *traditur Claudium* patenti hostium porta (*Madvig*, -ae *trad.*) -ctum per alteram ... intactum evasisse (*cf.* 24, 21, 7 Hexapylo Theodotus ac Sosis ... -cti). SIL. 5, 668 in medias ... -ctus ... catervas caesorum *Hannibal*. 10, 638 *Varro* muto lictore -ctus in urbem (11, 222 *Capuam* urbem -ctus toto comitante senatu *Hannibal*). 13, 157 patulum ... -ctus in aequor erigit ... nubem *pulveris Claudius*. 15, 436 inter medios *Poenos* ... nuntius ... -ctus equo. STAT. Theb. 12, 597 Tyrias -ctus (*v. p. 126, 60*) protinus arces (*i. Thebas*). PLIN. paneg. 22, 1 priores *imperatores* -i et inportari solebant, non dico quadriiugo curru et albentibus equis, sed umeris hominum (*opp.* ingressus es). MEROB. poet. 59 *dea* pigros zephyris -cta t⟨riones⟩ (*i. in regionem septentrionalem*). *in imag.* (*cf. p. 131, 22*): LIV. 31, 1, 5 provideo animo, velut qui proximis litori vadis inducti mare pedibus ingrediuntur, quidquid progredior *scribendo*, in vastiorem me altitudinem ac velut profundum -i.

β *speciatim*: ① *de triumpho imperatoris Romani* (*cf. p. 127, 25 sq. saepius indicatur vehiculum per abl.*): CIC. prov. 35 si in Capitolium -i (*v. p. 126, 56*) victor cum illa insigni laude gestiret *Caesar* (rep. 6, 11 cum eris curru in [*om. V*] Capitolium -ctus. LVCAN. 8, 554 ter Capitolia curru [*v. p. 126, 60*]. VOPISC. Aurelian. 33, 3 *curru* Capitolium. CLAVD. 8, 318). VERG. Aen. 8, 714 Caesar triplici -ctus Romana triumpho moenia (LIV. 30, 45, 2 triumpho ... omnium clarissimo urbem est -ctus *Scipio*. SIL. 17, 628 patria -itur sublimi tecta triumpho *Scipio*). LIV. 2, 31, 3 dictator triumphans urbem -itur (4, 29, 4. 9, 40, 20 consul praestantiore etiam quam dictator victoria triumphans urbem est -ctus. 31, 20, 2 ut triumphanti sibi -i liceret in urbem [*formula petendi sollemnis, sic* 31, 47, 7. 35, 8, 9 urbem. *al.*]. 37, 46, 2. 38, 51, 14. *al.* FAST. ann. Iul. Amitern. Mai 26 [CIL I² p. 243] eo die ⟨Germanicus C⟩aesar ⟨triumphans⟩ -ctus [*v. p. 126, 64*] est ⟨in urbem⟩). 5, 23, 5 *dictator* curru equis albis iuncto urbem -ctus (VELL. 2, 30, 2 PANEG. 10, 13, 2. PRISC. Anast. 176 curribus. *v. et l. 26. 27. cf.* LIV. perioch. 28 p. 33, 26 quadrigis [*syn.* ineuntem *v. l. 40*]). 28, 9, 10 ut M. Livium quadrigis urbem ineuntem milites sequerentur, C. Claudius equo sine militibus -retur (*sc. ovans consociato triumpho*). 34, 52, 10. 39, 5, 17. *al.* *sim. de triumpho athletae*: VITR. 9 praef. 1 uti *athletae apud Graecos* ..., cum revertantur in suas civitates ..., triumphantes quadrigis in moenia et in patrias -antur. PLIN. epist. 10, 118, 1 nihil ... referre *putant athletae dona q. d. iselastica petentes*, quando sint patriam -cti, sed quando certamine vicerint, ex quo -i possint (*seq.*: id tempus quo εἰσήλασαν). *adde de deae pompa sim.*: OV. fast. 4, 345 ipsa sedens plaustro porta est -cta Capena *Cybele*. TAC. Germ. 40, 2 Nerthum ... colunt *gentes* eamque intervenire rebus hominum, -i populis (*dat.*) arbitrantur.

② *i. q. navigando (aliter l. 76. cf. et l. 84) intrare, sc. portum, ostium fluminis sim.* (*oceanum l. 69. ad oppidanos l. 67. indicatur vehiculum per abl. l. 55. 57. 60. 65. 73, sed v.* cum *l. 59. 61*): CIC. Mur. 4 e portu solventibus ei, qui iam in portum ex alto -untur, praecipere ... solent *eqs.* (LIV. 35, 43, 5 navibus. VITR. 2, 8, 14 Artemisia ... in pelagum eduxit classem ex portu minore et ita -cta est in maiorem. *cf. c. acc.*: LIV. 28, 17, 13 Hasdrubal ... septem triremibus portum -ctus. 44, 7, 10. FRONTIN. strat. 3, 10, 8 Chares [in *add. pars codd.*] indefensum portum cum reliqua classe -ctus. FRONTO p. 226, 1 v. d. H. [= p. 238 N.]). LIV. 35, 39, 5 Villius quinqueremi nave ad ostium portus est -ctus. 38, 7, 2 rex cum sexaginta lembis Corinthium sinum -ctus (44, 1, 4). VELL. 2, 42, 2 *Caesar* contracta classe tumultuaria ... -ctus in eum locum, in quo ipsi praedones erant. PLIN. nat. 6, 84 libertus ... XV die Hippuros portum eius *insulae* -ctus (*sim. oppida*: TAC. ann. 2, 40, 1 Ostiam. AMM. 28, 4, 18 si a lacu Averni lembis -cti ⟨sint⟩ [*add. Dederichs*] pictis Puteolos). FRONTIN. (?) strat. 4, 7, 23 Iphicrates ... ad eos, quos suspectos habebat, -ctus. PLIN. epist. 6, 16, 12 quo *vento* tunc avunculus meus secundissimo -ctus complectitur *amicum*. PANEG. 8, 14, 4 a Gesorigiacensi litore quamvis fervidum -ctus oceanum. IVST. 12, 10, 5 *Alexander* secundo aestu ostio fluminis Indi -itur (43, 3, 4 ostio Tiberis). 32, 3, 14 *Colchi Argonautas persequentes*, ut a Ponto intraverunt Histrum, alveo Savi fluminis penitus -cti *eqs.* AVIEN. ora 359 inesse *insulis* ... Herculis et templa et aras: -i advenas rate, deo litare, abire festino pede. orb. terr. 514 huc se prisca Locri gens intulit, et sale longo eduxit eminus -cti, qua pontum gurgite rumpit flumen Alex, ... rexerunt lintea cumbae (*gr. aliter*). *sim. de delphino*: PLIN. nat. 9, 25 *delphinus* Lucrinum lacum -ctus ... puerum ... dilexit. 9, 27 *delphinus* dum abeuntem *puerum* in litus avide sequitur, in harenam -ctus exspiravit.

③ *-i in caelum*: OV. trist. 5, 3, 19 *ad Bacchum*: ipse ... aetherias meritis -ctus es (*v. app. crit.*) arces. HEGES. 3, 2 p. 185, 22 pollicetur volatum *Simon magus*, quo supernis sedibus -retur, cui quando vellet caelum pateret. CE 301, 9 *Christus* -ctus caelo.

b *subi. sunt res*: α *corporeae*: ① *nares* (*cf. l. 51 sqq.*):
[*Stiewe*]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

VERG. Aen. 7, 436 classes -ctas Thybridis undam non, ut rere, meas effugit nuntius aures. LIV. 10, 2, 6 cum audisset *Cleonymus* ... ostium fluminis ... vidisse *exploratores*, ... eo -ctam classem subire flumine adverso iussit. CLAVD. 18, 404 -ctae ... Tiberina per ostia classes. ⓘⓘ *flumina, i. q. intro fluere*: PLIN. nat. 2, 224 quaedam ... et dulces *aquae* inter se supermeant alias, ut in Fucino lacu -ctus (-ctu *l. v.*, Iuvencus *Detlefsen*) ⟨Pitonius⟩ (*add. Mayhoff*) amnis, in Lario Addua, in Verbanno Ticinus (*an potius ad l. 71?*). SOL. 37, 5 cum fines Medorum -ctus est *amnis*, Tigris statim dicitur. AVIEN. orb. terr. 1172 -ctum ... sibi (sinu *l. v.*) cohibens altrinsecus amnem (*i. Tigridem*) stat disclusa palus. ⓘⓘⓘ *sol cursu suo ad certa loca caeli perveniens* (*cf. p. 124, 14 sqq.*): APVL. Plat. 1, 10 anni ... spatia concludi, cum sol quadrinas temporum contigerit vices et ad idem signum fuerit -ctus (*cf. antea* revertatur [*variato verbo*]; revectus *W. Kroll in sched., vix necessarie*). MART. CAP. 6, 595 solstitiali ... tempore, cum caeli verticem sol -ctus *est*. ⓘⓥ *terra in mare procurrens* (*nota pendere acc.*): AVIEN. orb. terr. 795 Carmanis qua se pelagi procul -it undas (unda *l. v., gr. aliter*).

***β** incorporea*: HIL. trin. 11, 40 p. 425^A dominus ... ut sit deus omnia in omnibus, naturae assumpti corporis nostri natura (natura a. c. n. naturae *l. v.*) paternae divinitatis -cta.

2 *translate*: *i. q. progredi* (*sc. in narrationem, descriptionem, cf. imag. p. 130, 19*): VITR. 2, 8, 13 relinquitur nunc, quoniam ad explicationem moenium ... sum -ctus, ⟨ut⟩ tota, uti sunt, definiam.

II *per praep.* in *indicatur* **motus** *(aliter l. 70) aliquo modo* ***incedens***, *sed* **non ad certum finem spectans**: A *verbum activum*: *i. q. vehere, ferre, ducere*: 1 *subi. est homo* (*corpus hominis l. 32*): SEN. Oed. 79 tabifica caeli vitia quae tecum -is. TERT. apol. 30, 2 caelum captivum triumpho suo -at *imperator*. OROS. hist. 6, 7, 6 contra Ariovistum regem excitantem -entemque secum incredibiles Germanorum copias. BOETH. cons. 3 carm. 11, 10 non omne ... mente depulit lumen obliviosam corpus -ens molem.

2 *subi. sunt flumina*: SEN. nat. 6, 7, 1 Nilus per aestatem ingentes aquas -it. CVRT. 9, 2, 17 *flumina* angustis ripis coercita ... torrentes aquas -unt.

B *verbum mediopassivum*: *i. q. vehi, ferri*: 1 *subi. sunt animantia*: **a** *homines* (*anima l. 50. indicatur vehiculum per abl. passim, per praep.* in *c. abl. l. 40*): CIC. rep. 3, 14 *aliquis* illo Pacuviano -ens alitum anguium curru (*cf.* PANEG. 12, 19, 1 tardo molimine currus. COD. Theod. 8, 5, 18, 1 in ... carpentis [vehantur *Mommsen*]). VERG. Aen. 5, 122 Sergestus ... Centauro *nave* -itur magna (*sim.* AMM. 24, 4, 8 alveis arborum cavatarum). 5, 571 Iulus Sidonio est -ctus equo (6, 587 quattuor ... equis [*i. quadrigis, cf. infra l. 55*]. AMM. 30, 1, 10 equis ... natantibus. *al.*). PLIN. nat. 6, 66 *elephantis* arant *Indi*, his -untur (-unt *edd. vett.*, vehuntur *Dalecampius. v. et p. 126, 57*). HIL. in Matth. 21, 1 p. 1035^A prophetia, quae -ctum asina et pullo novo dominum venturum ... nuntiabat ([*cf. Zach. 9, 9* ἐπιβεβηκὼς ἐπὶ ὑποζύγιον, *Vulg.* ascendens super asinam]. *al.*). in psalm. 54, 5 p. 150, 19 *Isaac* -ctae camelo Rebeccae ... occurrit. *in imag.*: TERT. resurr. 7 p. 36, 4 magis animam -i atque dominari credendum est *quam carnem* (*cf. antea*: utrumne caro animam an carnem anima circumferat, utrumne ... pareat). **b** *dei sim.* (*indicatur vehiculum per abl. saepe*): LVCR. 2, 624 magnas -cta per urbis *mater Idaea*. CIC. nat. deor. 1, 78 Triton ... natantibus -ens beluis adiunctis humano corpori. VERG. georg. 3, 358 *Sol* -ctus equis altum petit aethera (*sim. bestiis ad currum iunctis* [*cf. l. 43*]: OV. met. 14, 538 domitis ... leonibus *Cybele*. 14, 597 iunctis ... columbis *Venus* [CLAVD. 22, 354]). Aen. 1, 155 *Neptunus* caelo (*abl.*) ... -ctus aperto flectit equos curruque volans dat lora secundo. 6, 785 Berecyntia mater -itur curru Phrygias ... per urbes (AVSON. 343, 5 p. 161 P. quadriiugo curru ... Sol. PRVD. psych. 321 *Luxuria* venusto. *cf.* VERG. Aen. 12, 77 puniceis ... rotis Aurora [OV. met. 3, 150 croceis]). 7, 287 Iovis coniunx auras ... -cta tenebat. SCHOL. Verg. Veron. georg. 3, 6 Latona gravida insequentem draconem Delo (*abl.*) -cta vitavit. MART. CAP. 1, 30 per Geminos ... -cti augusto refulsere caelo *Apollo Mercuriusque conversi in sidera*. ORIG. in Matth. ser. 50 p. 112, 5 ut veniat *Christus* illis *nubibus* -ctus.

2 *subi. sunt res*: **a** *servata vi motionis: fere i. q. decurrere*: CVRT. 4, 9, 16 nec ... alius ad Orientis plagam tam violentus -itur *amnis*. **b** *notione motus evanescente*: ***α** fere i. q. supernatare*: PLIN. nat. 2, 224 dulces *aquae* mari (*i. marinis aquis subsidentibus*) -untur (*syn.* supermeant [*v. l. 6*]). 2, 233 *mirum est* eiusdem ... ponderis alia sidere, alia -i *aquis* (*syn.* innatare). ***β** audacius, fere i. q. inniti sim.*: TERT. anim. 19, 5 video ... hederas ... ad superna conari et ... suspendi, quod malint parietibus (*abl., an dat.?* [*ad p. 133, 41. sic Waszink ad l.*]) -i textili silva quam humi teri (*cf. antea: arbori* innixa et innexa *vitis*). CLAVD. carm. min. 27, 91 centum ... adcline columnis -itur (*i. sustinetur*) templum.

CAPVT ALTERVM: *cum vi praep.* in **adversativa** (*pellucet aliquatenus vis localis, praecipue sub II*):

I *translate*: A *verbum mediopassivum (refl. p. 132, 64): i. q. oratione, verbis impetum facere, sc. in homines ipsos vel in dicta, facta, mores eorum (in res alias p. 132, 8. 9. 37. 40. 45. al. praevalet notio maledicendi e. g. l. 6. 23. 50, vituperandi e. g. l. 22. 39. 55. pendet abl. instr. l. 11 sq. 20. 27 sqq. al. praep.* per *l. 54. obi. internum q. d. l. 12. 14. 37. 58. 62. adverbium saepe. seq. sententia relativa l. 22. enuntiatum per* quod *l. 21. 45. oratio recta l. 56. 62*): PLAVT. Merc. 998 heia, superbe -ere (SPART. Carac. 4, 10 saepe in senatum, saepe in populum). CIC. Verr. II 4, 8 sed quid ego tam vehementer -or? verbo uno repellar (Sull. 62 in L. Caecilium. de orat. 1, 24 vehementius ... in causam principum [nat. deor. 3, 94 in eam Stoicorum rationem]. *al.* RVT. LVP. 2, 20 eorum vitiis. QVINT. inst. 2, 16, 1 in *rhetoricen*. SPART. Did. 4, 8 in milites vehementissime). Sull. 35 cum ille (*i. Torquatus*) tota illa oratione in me esset -ctus (LIV. 4, 48, 16 alia ... truci oratione in collegas [*cf. l. 3*]. *al. cf.* CIC. Sest. 14 qua in oratione ... asperius in quosdam homines [NEP. Epam. 6, 1 multa ... in Thebanos]). 44 quoniam tam facile -eris in amicos. Flacc. 38 non insultabo vehementius nec volitabo in hoc insolentius neque in istum nugatorem tamquam in aliquem testem -ar. Phil. 2, 74 de quo Caesar in senatu aperte in te -ens (*v. p. 126, 50*) questus est (SEN. contr. 10, 1, 10). 2, 79 -ctus est copiosius multo in istum (*i. Antonium*) et paratius Dolabella quam nunc ego. 2, 107 minas contumeliasque ..., quibus -ctus est *Antonius* in Sidicinos, vexavit Puteolanos, quod ... adoptassent. 12, 17. or. frg. A XIV (XIII M.) 20 homo durus ac priscus -ctus est in eos qui mense Aprili apud Baias essent. de orat. 2, 301 orat reus, urgent advocati, ut -amur, ut male dicamus. 2, 304 acerbius et contumeliosius (Lael. 57 [*syn.* insectari]). 3, 2 quod in eum ordinem consul tam graviter in contione esset -ctus (LIV. 32, 34, 12 graviter in perfidiam eorum). Brut. 218 (*totam sententiam del. Eberhard*) in quo *sermone* multis verbis cum -retur in Caesarem Curio (OV. trist. 2, 133 tristibus [*v. p. 126, 57*]. LIV. 28, 32, 2 multis verbis. 42, 9, 2. *cf.* LIV. 28, 34, 8 Scipio multis -ctus in praesentem Mandonium). nat. deor. 2, 162 Carneades lubenter in Stoicos -batur (QVINT. decl. 338 p. 333, 6 libentius. *al.*). Att. 2, 19, 3 Diphilus tragoedus in ... Pompeium petulanter -ctus est (COMMENT. Lucan. 2, 125 *Lucilius* petulanter ⟨in⟩ Marium [*Usener*, Marium *trad., quod def. W. A. Baehrens, Philol. suppl. 12, 1912, 354*] -ctus erat [vicerat *l. v.*]). *al.* TREBON. Cic. epist. 12, 16, 3 turpitudo personae eius, in quam liberius -imur, nos vindicabit (PORPH. Hor. epod. 4, 10 libere ac palam ... in servitutem). NEP. Timol. 5, 3 cum quidam ... nonnulla -retur in Timoleonta. LIV. 1, 50, 3 ferociter. 2, 59, 9 *consul* advocata ... contione -ctus haud falso in proditorem exercitum militaris disciplinae, desertorem signorum. 3, 9, 2 maxime in consulare imperium tamquam nimium nec tolerabile liberae civitati -batur *Terentilius*. 3, 9, 6 atrociter in rogationem latoremque ipsum (32, 19, 12 atrocissime). 3, 48, 4 si quo inclementius in te sum -ctus (TAC. hist. 3, 4, 1 inclementer). 25, 10, 9. 31, 30, 1 iustius in crudelitatem saevitiamque regis. 42, 14, 8 *legatus* -ctus in regem, quod ... concitasset. SEN. contr. 2, 1, 21 in divitias (*ibid.* [in *om. AB*]. TRACT. Pelag. p. 53 si non proprie aut ⟨in⟩ divitias [divitias *trad., quod def. W. A. Baehrens, v. l. 34*] -itur aut paupertatem conlaudat *Christus*). VELL. 2, 35, 3 in coniurationem. CVRT. 6, 9, 30 acrius. QVINT. inst. 2, 15, 30. TAC. ann. 5, 3, 3 infense. 6, 24, 1 -ctus in defunctum probra corporis, ... infensum rei publicae animum obiecit *Tiberius*. SVET. Cal. 30, 2. TERT. anim. 16, 4 indignativum (*i. pars animae*), quo -itur in scribas et Pharisaeos *Christus*. carn. 4 l. 8 *ad Marcionem*: -ere (*imperat.*) ... in (*om. T*) ipsum mulieris enitentis pudorem. adv. Marc. 4, 14 p. 460, 14 per Esaiam ... quomodo -itur in vexatores egenorum *deus*! 4, 43 p. 566, 24 plane -ctus est in *discipulos Christus* ...: 'o insensati' *eqs.* RVFIN. apol. adv. Hier. 1, 39 p. 578^A posteaquam ... magnifice fuerit -ctus in furem *aliquis*. PRVD. perist. 10, 894 *lingua martyris* procaci pessima in nostros deos -cta motu. AVG. serm. 21, 7 p. 146^in. si tibi auderet respondere sic -enti et clamanti ... servus. CLAVD. MAM. anim. 3, 6 p. 162, 5 hic ... in (*om. codd. plerique*) angelorum statum superbus orator -eris. DRAC. Orest. 595 *Agamemnonis umbra* haec ... -itur (*v. p. 126, 70*): 'sic' *eqs.* FACVND. defens. 4, 2 p. 611^C Diodorus ..., contra quem sic -i dicitur Cyrillus. *et saepe.*

nota reflexive: THEOD. MOPS. in Gal. 5, 10 p. 91, 16 ad haec curans Galatas, adversariis sese (esse *l. v.*) -it *Paulus* dicens *eqs.* (5, 12 p. 93, 17 -ens se ... sufficienter. 6, 11 p. 107, 9 -ere se cupiens [*gr. l. 22* μέλλων καθάπτεσθαι τῶν ἐναντίων]). 6, 3 p. 104, 8 -it se illis. 6, 17 p. 110, 7 gravi se ira -ere. in I Tim. 5, 1 p. 151, 17 nulli -as (-aris *l. v.*) te.

B *verbum activum*: *i. q. obiurgando conicere* (*sc. vituperationem, incusationem sim. in aliquem. hic usus derivatus est e mediopass. p. 131, 82 sqq. i. q. reprehendere [pendet a. c. i.] l. 75*): PHILIPP. in Iob 15 p. 653^D in personam ... Iob (*gen.*) haec Eliphaz videtur -ere. RVFIN. apol. adv. Hier. 2, 12 p. 594^B nos ..., in quos omne ab initio lacerationis suae pondus -xit *Hieronymus*. *audacius fere i. q. vituperare, reprehendere* (*pro* -itur [*cf. l. 1*], *cf. syn. antecedens* reprehendit): APRING. in apoc. 3, 15 quosdam ... fatuitate deceptos reprehendit, et nec ... frigore iniquitatis argueri et nec bonis inveit (*i.* -it [*v. p. 126, 23*], inve⟨n⟩it *Férotin*) operibus incubare, sed tepidos in utraque prosistere.

II *proprie*: A *verbum mediopassivum* (*reflexivum p. 133, 12. 19. 21. 23. 26. 42. 44*): 1 *de hominibus* (*vehiculo [bestia p. 133, 38] ab hominibus recto p. 133, 29 sq. 32. 35*): **a** *generatim*: LIV. 1, 59, 10 Servi Tulli ... memorata *est* caedes et -cta corpori patris nefando vehiculo filia.

[*Stiewe*]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

b *specialim in re militari*: α *de invasione in terram*: CIC. Mur. 32 *Sulla Mithridatem* cum bello (bellum *trad.*) -ctum . . . in Asiam cum pace dimisit. AMPEL. 16, 3 Philippus . . . -ctus (*v. p. 126, 64*) in Graeciam . . . victus est. β *in proelio, i. q. se immittere (sc. in hostem), aggredi, impetum facere (saepissime de impetu equestri, navali l. 29)*: Ov. trist. 3, 10, 54 protinus . . . -itur celeri barbarus hostis equo (LIV. 8, 9, 12 quacumque equo -ctus est [esset *Siesbye, Madvig*] *Decius*. 22, 15, 8 Carthalo, penes quem summa equestris imperii erat, concitatis equis -ctus). LIV. 1, 30, 10 ab equitibus repente -ctis turbati ordines sunt Sabinorum (10, 5, 7 emissus eques libero cursu in hostem -itur. 26, 4, 8 in perculsum hostem. 29, 2, 12 in medios . . . hostes. 29, 34, 12 *equites* incaute ⌊se -entes⌋ [⌊ ⌋ *v. app. crit.*]. CVRT. 3, 11, 1 TAC. hist. 3, 82, 2. *al. cf.* LIV. 2, 49, 11 ab latere . . . equitum ala. 8, 39, 1 equitum acies). 2, 20, 3 Valerium temere -ctum in exulum aciem . . . quidam adortus transfigit (42, 59, 4 in mediam. *al.*). 2, 20, 4 *dictator animadvertit* exules ferociter citato agmine -i (CVRT. 8, 14, 5 expedito ac levi). 5, 8, 10 cum . . . superatas munitiones, utrimque -i hostem nuntiaretur (30, 11, 9 pedes Romanus . . . absterruit . . . effuse -entem sese hostem [31, 35, 3 -entem se effuse. 40, 39, 10]. FRONTIN. strat. 2, 3, 14 -ctos . . . temere hostes. 2, 5, 6 rapidius per ignota -cti loca. *v. etiam l. 7*). 6, 32, 8 quantum . . . Romana se -xit acies, tantum hostes gradu demoti. 9, 22, 8 temere . . . per hostium turmas. 10, 14, 18 integrae vires sistunt -entem se iam Samnitem. 25, 34, 4 ut . . . ipsis obequitaret castris -ctusque in medias saepe stationes omnia . . . turbaret *Masinissa* (25, 40, 10 stationibus hostium). 28, 13, 7. 28, 15, 7 cum . . . acrius . . . victores se undique -rent (TAC. hist. 2, 43, 2 latus hostium -cti). 28, 30, 6 iam fretum intrabat quinqueremis, cum Laelius et ipse in quinqueremi . . . evectus in Adherbalem ac triremes -itur (*sic de impetu navali*: 44, 2, 3 ut eodem tempore classis quoque -atur hostium litoribus [TAC. hist. 2, 14, 3 -cta in terga pugnantium classe]. CVRT. 4, 3, 12 tris *naves* . . . opposuerunt *Tyrii*, quibus rex -ctus *eqs.* 4, 4, 7 duae *naves* ex diverso in latera *quinqueremis* [4, 4, 8]). CVRT. 4, 9, 24 Alexander . . . praefectum . . . equitum Aristona laxatis habenis -i iussit (FLOR. epit. 1, 18, 7 turmae praefectus Obsidius -ctus in regem *Pyrrhum*). 4, 15, 14 currus . . . in phalangem -cti erant. 4, 15, 20 Alexander laxatos ordines invadit et multa caede hostium -itur. 4, 16, 1 Mazaeus cum omni suorum equitatu vehementer -ctus. 8, 14, 33 nec segnius belua (*i. elephantus Pori*) instincta rabie, nondum saucia, -batur ordinibus *hostium*. SIL. 4, 556 *Allius* medios . . . -ctus in hostis. *al.*

2 *de rebus: i. q. se obicere* (*subi. aquae; at cf. p. 131, 76*): CVRT. 9, 4, 10 cum crebri fluctus se -rent et navium hinc proras, hinc latera pulsarent, subducere nautae vela coeperunt (9, 4, 13 fluctus qui se -bant [in se vehebant *l. v.*]). 9, 9, 9 stata vice Oceanus exaestuans -i coepit et retro flumen urgere. SIL. 3, 47 surgentis mole profundi -ctum (*v. p. 126, 55*) terris subitum mare.

B *verbum activum, i. q. obicere*: LIV. 28, 30, 9 una natura freti aestusque totius certaminis potens suis, alienis navibus nequiquam remigio in contrarium tendentes -bat.

index structurarum: *indicatur*: 1 *quorsum*: a *per casus: dat. passim (excepto capite priore II [p. 131, 25 sqq.]), frequentissime sub cap. priore I A 2 b (p. 129, 32 sqq.); sed perraro sub cap. altero I A (ubi obtinet vis praep.* in *mere adversativa): p. 132, 10. 65 sqq. acc. saepe sub cap. priore I B (p. 130, 4 sqq.); praeterea l. 27. p. 127, 50. 128, 15. fortasse recte (at falsa l. v. p. 132, 46) etiam sub cap. altero I A (non nisi infima aetate, cf.* incessere *sim.), ubi et sine contradictione trad. p. 132, 33. 47 et pro varia lectione occurrit p. 132, 53. 60.* b *per praep.*: ad *p. 127, 3. 128, 16. 130, 60. 67. 131, 13. 23.* contra *p. 132, 63.* in *c. acc. passim excepto cap. priore I A 2 b (p. 129, 32 sqq.), ubi praevalet dat., et II (p. 131, 25 sqq.).* in *c. abl. p. 127, 38. 128, 32 sqq. 46. 129, 24. 131, 6.* inter *p. 130, 11.* c *per adv. loci: p. 127, 52. 128, 5. 131, 3.*

2 *qua*: *per abl. p. 130, 8. 10. 48. per praep.* per *p. 127, 10. 14. 131, 4. 53. 60.*

deriv.: invecticius, invectio, invectivus, invecto, invector (-trix), invectus (-ūs). *compos.*: superinveho. *Stiewe.*

invēlātus, -a, -um. *ab* in *et* velatus. *i. q. nullo velo tectus*: 1 *proprie*: AMBR. exhort. virg. 12, 82 p. 360D *virgo* vultum aperuit soli -a atque intecta martyrio. MART. CAP. 1, 5 *Apollinem* seminudum . . . incedere chlamidaque indutum parva -um cetera umerorum cacumen obnubere. 2 *translate*: AMBR. in psalm. 43, 23, 2 p. 279, 29 flagitiosus putat parietibus se esse tectum, cum -a apud deum universorum flagitia sint (*opp.* occulta). HEGES. 1, 37, 4 p. 75, 19 Antonium promptum ad libidines et -as . . . inflammantem . . . cupiditates (*Ios. antiq. 15, 29* ἀπαρακαλύπτως).

invena NOT. Tir. 20, 58A (*fictum secundum* advena, convena; *v. Heraeus, ALL 12, 1902, 61*).

invēnālis, -e. *ab* in *et* venalis. GLOSS. II 243, 5 ἄπρατος. 584, 16 -is (iuvenalis *l. v.*), quod venale non est.

invendibilis, -e. *ab* in *et* vendibilis. *qui (quod) emptorem nullum reperit, venire non potest*: PLAVT. Poen. 341 -i merci oportet ultro emptorem adducere, proba merx facile emptorem reperit.

invenditus, -a, -um. *ab* in *et* venditus. *i. q. non venditus (t. t. iuris, de eis, quae venditione irrita facta ab emptore restitui debent)*: SCAEV. dig. 18, 5, 10, 1 ut, si . . . venditor ea praedia venisse nollet, -a essent. *ibid.*: quaesitum est . . ., an praedia -a sint (*syn.* inempta).

inveniābilis, -e. *ab* in *et* veniabilis.

1 *cui (sc. culpae, homini l. 7) venia dari non potest, inexcusabilis*: PRISCILL. tract. 1, 1 p. 4, 6 ne quis in nos . . . -i errore peccaret. AMBR. in psalm. 35, 12 p. 58, 13 quemadmodum laudabilis est ille, qui bonum, quod quaesivit, invenit, ita -is (vel miserabilis *l. v.*), qui laboravit, ut malum . . . inveniret. CONC. Reg. a. 439 Mansi 5, 1090D etsi -e crederetur sacerdotem sacerdotalia statuta nescisse, levius tamen erat quam *eqs.* GREG. M. moral. 20, 14 p. 144B cum Israeliticus populus ante dei oculos paene -em contraxisset offensam.

2 *qui veniam non dare potest, inexorabilis*: APON. 1 p. 26in. *quanto maius est delictum*, tanto et augentur -es cruciatus. 8 p. 171in. ideo -e erit iudicium, quia *eqs.* *Hi.*

invenio, -vēnī, -ventum, -īre. *ab* in *et* venire (in [*sc. in verbo transitivo, aliter p. 151, 16*] *respondere voci ind.* anu *censet Leumann, Gnomon 13, 1937, 33; cf.* ignosco). *de originatione v. et l. 70.* *scribitur*: env-: PLAVT. Most. 689 (*P*). inb-: EDICT. imp. Constant. de accus. (CIL III 12043) 38. INSCR. Tun. Merlin 380, 13 (= christ. Diehl 3477, 13; *a. 455/56*). 738, 8. *al.* imv-: CE 1814, 7. IVVENC. (*cod. M*) 3, 315. 3, 759. 4, 253. inveneitur: CIC. Font. 4 (*Palimps.*). ⟨in⟩vinit (*i.* -ēnit): INSCR. Gall. Narb. Espér. 314, 5. *notatur: in cod.*: CIC. leg. 3, 44 intis (*i.* -tis. *cf. Vahlen ad 2, 11, ubi* intas [*pro* -tas] *primitivam scripturam fuisse apparet*). *in tit.*: inven *pro* -ēnit: *v. p. 138, 54.*

de ***formis*** (*v. et Neue-Wagener*[3] *IV*): *a regula mensurae declinant*: VARRO Men. 111 -ērunt. ALC. AVIT. carm. 3, 366 -īs. DRAC. laud. dei 3, 460 invēnīre (*inf. praes.*, -isse *coni. Arevalus, fortasse recte*). *fut.* -ibo: POMPON. Atell. 25 inven⟨ib⟩it (NON. p. 479, 23 *ad l.*: -ibo pro -am). *gerund. per* -u-: *e. g.* TER. Hec. 821 Haut. 512. 840 RHET. Her. 3, 1, 1. *p. p. p.* -itus: MAR. MERC. Conc.S I 5 p. 16, 2 de ove perdita . . ., quaesita et -ita (*nota homoeoteleuton*). *perf.* -ii *sim.*: VVLG. Matth. 22, 9 -ieritis (*O*). 26, 60 -ierunt (*D* [*sic et* Marc. 11, 4 Luc. 2, 16. 2, 46. 7, 10. 8, 35 *et saepius*]. PATRIC. conf. 19 p. 241, 11 [*l. v., v. Bieler p. 43 adn. 76*]). Marc. 1, 37 -iissent (*D, sic et* Ioh. 6, 25). Ioh. 9, 35 -iisset (*D*). -ietur *praes. in coniug. secundam transisse apud* EPIPHAN. in euang. 56 p. 147, 27 *censet Erikson, Sprachl. Bem. zu Epiphan., Lund 1939, 17. praes. pro fut.*: GREG. M. epist. 3, 49 p. 205, 28 -iris (-ieris *l. v., cf. Norberg, in reg. Greg. M. stud. crit. II, Upsala 1939, 175 adn. 1*). *genus verbi confunditur*: -ire *pro pass.* (*v. Kalén, Stud. in Iord. p. 96*): IORD. Get. 193 quae potest . . . causa . . . -ire (-iri *l. v.*). GREG. TVR. Franc. 8, 15 p. 335, 12 ut locus . . . vacuus -ire (*B*², -iri *rell.*) non possit. ORIBAS. syn. 1 praef. La p. 30, 22 Mø. adiutoria . . ., quae facile -ire (*H*, -iri *StM*) possunt. INSCR. christ. Diehl 4354 (*a. 379*) cuius industria . . . dificile -ire poterit. -ens *pro pass.?*: ORIBAS. eup. 2 praef. 2 p. 425, 5 euporista . . ., que nos facile -encia (*fort. leg.* -enda) dicere possumus. NOT. Tir. 20, 44 -it. 20, 51 -ēnit.

de ***notione***: CIC. ac. 2, 26 nemo -it falsa nec ea, quae incerta permanent, -ta esse possunt, sed cum ea, quae quasi involuta ante fuerunt, aperta sunt, tum -ta dicuntur. VITR. 9 praef. 10 *Archimedes* significabat . . . -isse quod quaereret; nam . . . graece clamabat εὕρηκα (CHAR. gramm. p. 480, 27 B. -o εὑρίσκω. FVLG. myth. 1, 15 p. 26, 15 Erato, id est euronchomoeon [*i.* εὑρὼν ὅμοιον], quod nos latine '-ens simile' dicimus). PAVL. FEST. p. 110 init ponitur . . . pro -it, ut 'init rationem'. CHAR. gramm. p. 394, 24 B. reperimus nostra, -imus aliena (SCHOL. Ter. Bemb. Eun. 308 repperimus, quod obvium se oculis praebet . . ., -imus quaerentes. Ad. 592 -imus ⟨c⟩um ⟨l⟩abore, repperimus eventu. ISID. diff. 1, 132 -imus inquisita, reperimus ultro occurrentia. *al. at differentiam negat* AVG. trin. 9, 12, 18 p. 971 -endi, quod idem valet si dicas reperiendi). SYNON. Cic. p. 418, 33 B. cognita. -ta. conperta. explorata. exquisita. indagata. investigata. p. 429, 14 -tus. repertus. investigatus. indagatus. p. 445, 4 fabricavit. molitus est. machinatus est. commentus est. excogitavit. -ēnit. repperit. MAR. VICTORIN. rhet. 1, 11 p. 192, 24 -endi duo genera sunt: unum tale, cum in medium proferimus id, quod erat, sed latebat, aliud, quod quasi non erat, sed a nobis primis videtur -tum. itaque de his Cicero (*inv. 1, 16*) leviorem inventionem dedit Hermagorae, scilicet ut id, quod latuerit, in medium protulisse videatur (SCHOL. Ter. Bemb. Eun. 453). AVG. trin. 10, 7, 10 p. 979in. inventio, si verbi originem retractemus, quid aliud resonat nisi quia -ire est in id venire, quod quaeritur? propterea quae quasi ultro in mentem veniunt, non usitate dicuntur -ta, quamvis cognita dici possint, quia non in ea quaerendo tendebamus, ut in ea veniremus, hoc est ea -remus (*inde* ISID. orig. 10, 122. *cf. p. 137, 58*). PROSP. in psalm. 114, 3—4 p. 330A ego . . . illa *pericula* non -bam, id est non advertebam. SCHOL. Ter. Bemb. Eun. 673 pr⟨oprie⟩ -imus, quos quaer⟨i⟩mus, offendimus, quos ex inproviso -imus. ANIAN. Chrysost. hom. 4, 3 p. 1008med. '-ta est' . . ., quo sermone res, quae contra consuetudinem et praeter omnem spem exspectationemque proveniunt, notare consuevimus. GLOSS.L II Philox. IN 20 inbenet (*i.* -ēnit) εὗρεν. 21 -i⟨t⟩ [τ]εὑρίσκει (719). 25 -ere ἐνεῦρον. III Abol. IN 228 -undis investigandis. Abstr. IN 278 -ēni viam, -ēni rationem. GLOSS. II 319, 20 εὑρίσκω -o repperio comperio. *al. graece, ubi nihil aliud adnotavimus, respondet* εὑρίσκειν.

de ***usu***: PRISC. gramm. III 274, 8 desiderativa vel inquisitiva *[van Nes-Hi.]*

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

accusativo sociantur: 'quaero te', similiter '-o' *eqs.* *legitur inde a* Met. (*v. p. 145, 66*), Naevio, Plavto *per totam latinitatem; apud auctores aetatis posterioris multo frequentius* -ire (*voc. sermonis cottidiani*) *quam* reperire (*v. e. g. Löfstedt, Peregr. Aeth. p. 232 sqq. et Synt. II p. 342 adn. 3. S. Lundström, Neue Stud. z. lat. Iren.-übers., Lund 1948, 109*). *saepe* -ire *et* reperire *alternis pro syn. ponuntur* (*e. g.* Chiron 99 -itur [= *Veg. mulom. 2, 30, 1* reperitur]. *v. Andersson, Stud. Veg., Upsala 1938, 62. cf. et Marx, Moloss. u. bakch. Wortformen, AbhLeipz. 37, 1922, 37*). [*it. vet.* envegnir; *prov. vet.* envengut (*i.* -*tus*). *R.*]

[*variat in codd. c.*: venire *et compos.*: conv-: Plavt. Rud. 226 (*A*, -o *Pal.*). Ov. fast. 2, 669 Ascon. Mil. p. 41, 13 Vvlg. III reg. 20, 37. interv-: Sen. nat. 5, 16, 4 (-it *Φ, falso*). perv-: Ov. Pont. 4, 8, 18 (-emur *recte*). v-: Pavl. dig. 31, 8, 3 Vvlg. act. 11, 25. *al. v. et p. 151, 18sq.* *verbis aliis*: cognoscere: Hirt. Gall. 8, 7, 3. incipere: Ter. Haut. 1044 (capiam *pars edd.*). inire (*recte*): Sen. nat. 6, 16, 2 (diffiniri *l. v.*). *al.* invehere (*praesertim in p. p. p.*): Liv. 27, 49, 2 (-ta *recte*). Val. Max. 3, 5, 2 (-tus *recte*). Plin. nat. 11, 205. *al.* invisere: Cic. Tusc. 1, 98. iubere: Cels. dig. 50, 17, 188. quaerere: Ter. Ad. 569. reperire: Vvlg. I par. 4, 41. videre: Vvlg. Matth. 2, 11 Luc. 24, 24. *e coni.*: Plavt. Mil. 1375 -o (-to *Pal., deest A*). Most. 1089. Qvadrig. hist. 36 munita (*trad.*, -ta ea *Peter*). Pvblil. D 28 reperies (*trad.*, -it *Orelli* [*sim.* Q 15]). Ov. hal. 30 intervienit (*trad.*, iter -it *Bersmann*). Sen. dial. 7, 13, 3 (*Madvig*). Plin. nat. 36, 67. Pomp. gramm. V 130, 2 ut, quamvis mille legas tractatus, non te -as (*Hofmann, [Heraeus, Kl. Schr. p. 124], cf. p. 136, 16*; convenias *trad.*; te⟨cum⟩ convenias *Lindemann, rectius, ut vid.*). *al.* *del.*: Ter. Phorm. 507. Cic. carm. frg. 37, 2 B. (Tusc. 4, 63) invectum (*edd.*). Pvblil. V 31 Prop. 3, 22, 3. Liv. 35, 19, 4 [in]veniam (*Madvig*). Manil. 3, 538 Plin. nat. 35, 16. *suppl.*: Liv. 29, 25, 2 (*ed. Mog. 1518*).]

transitive*:** I *i. q.* ***reperire, *sc. aliquem (alqd.; cf. definitionem p. 134, 64sq.) quaesitum, investigatum* **consequi** *sive non quaesitum* **nancisci, offendere** ([*nonnumquam c. notione capiendi sine labore, e. g. p. 136, 13. 137, 76. 138, 5*]. *saepe opp.* facere *v. p. 136, 14. 137, 81. 140, 13. 143, 33. 146, 25. 147, 27.* fingere *v. p. 147, 29. 30. nota obi. effectus q. d. p. 138, 10*):

A ***sensu generali*:** 1 *usu vario*: a *absolute*: Plavt. Bacch. 840 quis *haec est mulier?* . . . :: -eris; ex me quidem . . . numquam fies certior. Cic. Sull. 27 sin quaeris, qui sint Romae regnum occupare conati . . ., ex domesticis imaginibus -es. Ov. Pont. 3, 1, 34 quid facias, quaeris? . . . -es, vere si reperire voles. Vvlg. Matth. 7, 7 quaerite et -etis (Luc. 11, 10 qui quaerit, -it). Marc. 14, 16 *discipuli* venerunt in civitatem et -erunt, sicut dixerat illis (Luc. 24, 24 abierunt quidam . . . ad monumentum et ita -erunt, sicut mulieres dixerunt). Pelag. in II Cor. 9, 3 p. 280, 14 ne aliter -am . . . quam putabam. *et saepe.*

b *c. obi.* (*subi. in struct. pass.*): α *obi. aut solum aut addita indicatione loci ponitur*: Ⓘ *animantes* (corpus *p. 136, 69. 140, 25*): Ⓐ *in universum* (*exempla potiora selecta*): Plavt. Amph. 1010 neque domi neque in urbe -o quemquam, qui illum viderit. 1014 sum defessus quaeritando: nusquam -o Naucratem' (Ter. Ad. 540). Asin. 287 perii . . . nisi Libanum -o iam ubiubi est gentium. Capt. 101 si queat aliquem -ire, suum qui mutet filium. Curc. 467 commonstrabo, quo in quemque hominem facile -atis loco ([*seq.* si quem conventum velit]. Pvblil. N 19 nulli facilius quam malo -es parem. *al.* Bell. Hisp. 39, 2 non facile [Ov. Pont. 2, 3, 11. *al.*]. *v. et l. 56*). 586 ubi nunc Curculionem -am? :: in tritico facillume (Ter. Andr. 338 [*cf. 343* ubi quaeram]. Eun. 643 ubi ego illum . . . -am aut ubi quaeram? Ad. 569 [*v. l. 18 sq.*]. Phorm. 827. *al.*). Epid. 291 quem hominem -emus ad eam rem utilem? 606 si -o *servum*. Men. 695 aliam . . . -ito, quam habeas frustratui. Merc. 664 qui illam investigent, qui -ant. Mil. 266 si -o, qui vidit (*syn.* reperio). 686 bona uxor suave ductust, si sit usquam gentium, ubi ea possit -iri. Poen. 107 meretrices, ubi quisque habitant, -it. Pseud. 727 si . . . mihi hominem -etis propere. 851 an tu -ire postulas quemquam coquom nisi miluinis . . . ungulis? Trin. 663 pone te latebis . . ., ne -at te Honor. Ter. Andr. 356. 396 inopem *uxorem*. 684 -tum tibi curabo *Pamphilum*. Haut. 840. Phorm. 728 quem mihi amicum -am. 747 te hic -ire . . . numquam potuimus. 845. Pacvv. trag. 316 defessus ⟨est⟩ perrogitando . . . neque quemquam -it scium. Varro ling. 5, 54 *Romulus et Remus expositi* ibi -ti (*al.*). Cic. Quinct. 71 cui neque magistratus adhuc aequus -tus est *eqs.* (*antea*: reperiebatur). 96 non praetorem modo, a quo ius impetraret, -ire non potuit . . ., sed ne amicos quidem. Verr. II 2, 106 -ire neminem Siculum potuit, qui pro se cognitor fieret (II 5, 41. *al.*). Font. 4 testis non -itur in ducenti⟨en⟩s . . . sestertio (*syn. 3* reperietur). Mur. 50 defensorem (Vlp. dig. 42, 4, 7, 10. *al.*). Pis. 19 consulem . . . quaerebam, . . . non illum quidem, quem in hoc maiali -ire non possem. orat. 100 -tus . . . est ille eloquens (*antea*: tenemus . . ., quem quaerimus, sed animo). Lael. 63 ubi eos -emus, qui honores . . . non anteponant (*syn.* reperti). 64 (*syn.* reperiuntur). *al.* Svlp. Rvf. Cic. epist. 4, 12, 3 ad tabernaculum . . . perrexi: -ēni duos libertos . . .; *servos* reliquos aiebant profugisse. Caes. Gall. 6, 2, 2 -tis nonnullis civitatibus. civ. 1, 10, 1 Roscius . . . Capuam pervenit ibique consules Pompeiumque -it. Ov. epist. 15, 174 Pliada, si quaeres, in nostra gente Iovemque -es. *al.* Ivv. 9, 8 circumit et fatuos non -it. *al.* Flor. epit. 2, 3, 4 maior . . . labor erat *Liguras* -ire quam vincere. *al.*

Gaivs dig. 18, 1, 35, 3 ut fugitivum suum quaerat et, si -erit, vendat (Vlp. dig. 11, 4, 1, 2. *saepe*). Vvlg. act. 21, 4 -tis . . . discipulis (ἀνευρόντες). *et saepissime.* *pro subi. sunt res*: Plavt. Stich. 522 sin res . . . labat . . ., amici conlabascunt: res amicos -it. Sen. Herc. f. 320 quem saepe transit casus, aliquando -it. dial. 7, 24, 3 quotiens dignum -erit *liberalitas* errans (Plin. paneg. 28, 4 *quinque milia ingenuorum* liberalitas principis . . . conquisivit, -ēnit, adscivit). Tac. hist. 1, 16, 1 optimum quemque adoptio -et. Tert. anim. 55, 3 quos domini adventus in saeculo -erit. Vvlg. Ios. 7, 14 quamcumque tribum sors -erit. *al. v. et l. 15.*

Ⓑ *peculiariter*: ① *nota opp.*: Varro rust. 2, 10, 9 praegnatem . . . non longe ab opere discedere ibique enixam puerum referre, quem non peperisse, sed -isse putes. Sen. epist. 27, 6 *Sabinus servos litteratos* non -erat: faciendos locavit (Novell. Theod. 22, 2, 11 utrum . . . novos lex faciat curiales an foveat, quos -it).

② *c. pron. reflexivo*: ⓐ *in locutione negativa* 'se non (vix *l. 20*) -ire' *sim., fere i. q. virium, artis, ingenii sui non compotem esse*: Sen. contr. 3 praef. 13 *declamatores e schola in forum producti* cum loco animum mutabunt: velut . . . *delicata* corpora . . . non imbrem ferre, non solem sciunt, vix se -unt. Sen. benef. 5, 12, 6 animus aeger, quidquid illi commiseris, id . . . occasionem miseriae facit; . . . opulentissimis . . . plurimum aestus subest minusque se -unt, quo in maiorem materiam inciderunt. Petron. 47, 2 venter mihi non respondit, nec medici se -unt (Plin. med. 1, 25 multi medici se ⌊medicos⌋ [⌊ ⌋ *delendum susp. Heraeus, Kl. Schr. p. 124*] adversum hoc malum non -unt). *v. et p. 138, 15.* ⓑ *fere i. q. se ipsum cognoscere*: Avg. conf. 5, 2, 2 tu eras ante me, ego autem et a me discesseram nec me -bam; quanto minus te (*v. p. 143, 61*). serm. 13, 3, 3 non potuisti . . . nisi perdere te, nec scis -ire te, nisi *deus* . . . quaerat te. Greg. M. moral. 11, 57 p. 979A iustorum labor est, ut semet ipsos -ant et -entes . . . ad meliora perducant. *al. v. et p. 138, 55. 139, 73. 78. 140, 38.* ⓒ *sensu locali*: Greg. M. dial. 2, 22 p. 113, 21 M. *Habacuc* ex Iudaea sublevatus repente est . . . in Chaldea depositus . . . seque repente in Iudaea iterum -ēnit (*cf.* -tus est *p. 145, 8*).

Ⓘ *res*: Ⓐ *in universum* (*exempla selecta*): ① *corporeas*: ⓐ *pro subi. sunt animantes* (classis *l. 81.* digitus *l. 74.* casus, deus *l. 76*): Plavt. Aul. 609 non metuo, ne quisquam -at *aurum* (620 perscrutabor fanum, si -am uspiam aurum [*syn.* repperero]. Poen. 302 aurum, id fortuna -itur, natura ingenium bonum [*v. p. 146, 28*]. *al.*). 610 aulam. 816 quin ego illi me -isse dico hanc praedam (*syn.* repperi). Capt. 461 qui ipse sibi, quod edit, quaerit et id aegre -it (Cic. de orat. 2, 174 id [*sc. defossum*], quod vellet, parvo labore, nullo errore. *al.*). 462 nihil (Cic. Att. 12, 37, 2 si nihil mihi hortorum -is. *al.*). Men. 239 si acum . . . quaereres, acum -isses. Merc. 584 -es tu locum illi (Afran. com. 198 non usquequaque idoneum -as locum, ubi *eqs.* Rhet. Her. 3, 19, 32 locos [*syn.* comparare. *opp. in imag. ad inventionem rhetoricam spectante*: ipse sibi constituat; fabricari et architectari]. *al.*). Rud. 964 quo pacto -tust *vidulus* (965. 977 in mari [1231]. 1312. 1395). Ter. Eun. 308 aliquid -i modo, quod ames (*cf.* Cinc. Gell. 16, 4, 2 si quid ibi -eris sustulerisve. *al.*). Varro Men. 168 cuius ubi . . . masculi vestigium -tum est (Liv. 26, 27, 13 in . . . foro . . . vestigia sceleris. *al.*). 255 in scrobe fodiendo -unt arcam. ling. 5, 41 cum fundamenta foderentur . . ., caput humanum dicitur -tum. frg. Plin. nat. 36, 91 exitum *labyrinthi* (*al. cf.* Liv. 38, 2, 14 aditu -to [*al.*]). Cic. inv. 2, 7 *Isocratis* quam constet esse artem (*sc. librum*) non -imus (*syn.* reperimus). Verr. II 2, 88 hoc adhuc oppidum *Verres* . . . -ēnit prope solum in orbe terrarum, unde nihil . . . posset auferre. leg. agr. 1, 3 utrum . . . hanc silvam in relictis possessionibus an in censorum pascuis -isti? si quid est, quod indagaris, -eris, ex tenebris erueris *eqs.* leg. 2, 58 ad eam *aram* cum lamina esset -ta. nat. deor. 2, 151 nos . . . auri venas penitus abditas -imus. div. 1, 74 arma, quae fixa in parietibus fuerant, ea sunt humi -ta. 2, 18 thesaurum -tum ⟨iri⟩ . . . dicunt (2, 134 Hor. sat. 2, 6, 11. Call. dig. 49, 14, 3, 11 [*syn. ibid. 10* reperti fuerint]. *ibid.* in loco fisci. Inst. Iust. 2, 1, 39 non data ad hoc opera, sed fortuitu. *al. cf.* Phaedr. 5, 6, 6 carbonem, ut aiunt, pro thensauro -ēnimus). *al.* Caes. Gall. 1, 53, 2 lintribus -tis sibi salutem reppererunt (*syn.* nactus). *al.* Verg. Aen. 6, 8 *iuvenum pars* -ta . . . flumina monstrat (Gloss. IV 448, 23 *ad l.*: allatam aquam breviter ostendit). Ov. fast. 1, 556 *spelunca* vix ipsis -enda feris. *al.* Liv. 10, 29, 19 consulis corpus . . . -iri non potuit (22, 7, 5. *al.*). 27, 18, 15 circumire, donec . . . viam -ret (*al.*). Vitr. 7, 7, 4 cuius in fundo id genus cretae primum est -tum. 7, 14, 3 aqua (Frontin. aq. 72 Augusta, quam -tam in Marciae supplementum . . . adiecimus fontibus Claudiae. Pavl. dig. 8, 3, 10 aquam quaerere et -tam ducere. *al. cf. l. 67*). *al.* Cels. 8, 11, 2 depressus . . . digitus sinum -it. Plin. nat. 1, 25, 6 herbae mirabiliter -tae (25, 16 in repertis alias -ēnit casus, alias deus. *al.*). 13, 109 ut ne demissa quidem manu possit -iri *caulis loti* (*Theophr. hist. plant. 4, 8, 10* λαβεῖν). 15, 130 *laurus* -tu rara ([-itur ara *trad.*]. 16, 250 *viscum* rarum admodum -tu [*syn.* repertum]. 19, 19. 28, 1. 28, 217. *al. cf.* 23, 100 non largum -tu[m] est). *al.* Tac. Agr. 10, 4 incognitas ad id tempus insulas . . . -ēnit domuitque classis. 33, 3 -ta Britannia et subacta (Ampel. 18, 20 *Caesar* -ēnit et vicit). Oribas. syn. 1, 21, 6 La p. 73, 17 Mø. *medicamentum* irinon dicitur et cito -itur (*gr. 1, 28, 8* εὐποϱίστῳ). *et saepissime.*

ⓑ *pro subi. sunt res* (casus *l. 76. accedit ad sensum tangendi*

[van Nes-Hi.]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

[*e. g. l. 4. 7. 12. 15. 17*], *feriendi* [*l. 14*]): Ov. fast. 3, 240 se qua tollat in auras ... -it herba vias (SEN. nat. 6, 31, 2 cum ... viam -erint *reliquiae residui spiritus. cf. etiam l. 64*). CELS. 8, 3, 5 *specillum* depressum in ... foramen ... renitens aliquid -it. SEN. dial. 9, 2, 8 animi iactatio non -entis exitum (nat. 3, 27, 9 *fluvius.* APVL. mund. 18 spiritus ... insinuantes se telluris angustiis nec -entes exitum). nat. 3, 7, 3 putei in altum acti ... -unt aquarum venas. LVCAN. 3, 671 -it arma furor. PLIN. nat. 11, 138 *in superciliis superbia* sedem habet ...: nihil altius ... -ēnit in corpore, ubi solitaria esset. 33, 4 quaerebat argentum avaritia; boni consuluit interim -isse minium. SIL. 5, 343 plures ... in corpore nullum -ere locum ... hastae. 6, 47 -ēnit Marti telum dolor. STAT. Theb. 3, 676 torrens -ēnit in aggere ripas. 5, 607 vox -ēnit iter (APVL. mund. 18 -tis itineribus). 9, 283 hasta cruorem (*cf. p. 138, 11 sqq.*). AMM. 23, 4, 5 scorpio disiectat, quidquid -erit (*v. l. 1*). VEG. mil. 4, 38 secundo spiramine optatos classis -it portus, adverso stare ... conpellitur (*paulo aliter p. 136, 80*). VVLG. lev. 7, 17 quicquid ... tertius -erit dies, ignis absumet. DRAC. Romul. 8, 250 -tas ferrum (*i. ancora iacta*) pertundit harenas. *et saepe.*

② *incorporeas*: ⓐ *pro subi. sunt animantes*: PLAVT. Rud. 874 plurumi exoptant ..., ut id, quod quaerant, -ant sibi. Trin. 760 ne tu illud verbum actutum -eris: 'mihi ... non est quod dem.' Truc. 849 ut *pater* aliam condicionem (*sc. nuptiarum*) filio -at suo. TER. Andr. 381 -erit aliquam causam, quam ob rem eiciat (643 Haut. 989 CIC. inv. 2, 129. *al.* PVBLIL. M 28 male facere qui vult, nunquam non causam -it. Ov. Pont. 3, 2, 76 LIV. 5, 2, 2. 38, 45, 4 cum ibi nullam belli causam -isset. *saepe*). Hec. 821 his rebus anulus fuit initium -undis (*al.*). RHET. Her. 1, 16, 26 constitutione ... reperta ... quaerenda ratio est ...; -ta ratione firmamentum quaerendum est (CIC. part. 135. fin. 5, 16 ex quo ... beate vivendi ratio -iri et comparari potest. ac. 1, 42 ad rationem -endam viae reperiuntur. *saepe*). 2, 1, 2. 2, 7, 10 veri -endi causa (4, 30, 41 CIC. S. Rosc. 123. fin. 1, 3 nec modus est ullus investigandi veri, nisi -eris. *al.* CALL. dig. 49, 14, 2, 1. *saepe*). 4, 50, 63 istud (*i. ubi domus sita esset*) ... facile fuit undelibet -ire. CIC. inv. 1, 17 ex eo, quod scriptum est, aliud, quod non scriptum est, -iri ([*cf. p. 141, 19*]. SALL. Iug. 1, 2 reputando neque maius aliud neque praestabilius -as. *al.*). Verr. II 2, 182 quaesivi, quod erat -tu facillimum. Manil. 3 orationis difficilius est exitum quam principium -ire (*al. cf. et l. 5. p. 136, 54*). orat. 177 origo (rep. 2, 51 quare prima sit haec forma et species et origo tyranni -ta nobis in ea re publica. Ov. fast. 5, 446 ex aliquo ... deo). 184 est ad -endum difficilior in oratione numerus quam in versibus. fin. 1, 45 cupiditatum nec modus ullus nec finis -iri potest (*al.*). ac. 2, 95 iudicium. Tusc. 1, 22 cogitare ... et providere et discere et docere et -ire aliquid. nat. deor. 2, 162 in ... *terrae* tenebris ... rerum latet utilitas, quae ... ab hominibus solis -itur. div. 2, 146 -tus est ... ordo in iis stellis, qui non putabatur. off. 1, 107 ratio -endi officii. *al.* SALL. Iug. 25, 9 *Iugurtha* sperans ... aut vi aut dolis sese casum victoriae -turum. LIV. 5, 9, 7 aliam vim maiorem ad coercendos magistratus. 7, 28, 3 ibi praedonum magis quam hostium animi -ti. *al.* SEN. contr. 1, 6, 11 occasionem (*saepe*). 2, 1, 27 aptius tempus (*al.*). SEN. Herc. f. 114 -ēni diem, ... quo *eqs.* Oed. 977 -ta thalamis digna nox tandem meis. benef. 3, 22, 1 servus ubi ... spem domini antecessit, beneficium est intra domum -tum. 9, 10, 1 -es in quolibet genere vitae oblectamenta. *al.* PETRON. 92, 10 auxilium. QVINT. inst. 1, 5, 8 Catullus 'ploxenum' (*sc. vocabulum*) circa Padum -ēnit. *al.* APVL. flor. 19 p. 95 *medicus* pertrectavit corpus hominis et -ēnit in illo vitam latentem. VVLG. Matth. 8, 10 non -ēni tantam fidem in Israel (*al.*). AVG. trin. 10, 7, 10 p. 979^med. quae non corporeo sensu internuntio, sed quae per se ipsam nosse debet, cum in ea venit *mens*, -it (*de hac etymologia cf. p. 134, 70*). *al.* CASSIOD. hist. 12, 3, 1 revertens eius exequias non -ēnit, ante unum namque diem ... ille sepultus est (*Socr. 7, 25 κατέλαβε*). *et saepissime.*

ⓑ *pro subi. sunt res* (*fere i. q. tangere l. 74. cf. p. 136, 84*): AFRAN. com. 382 mala aetas nulla delenimenta -it. VERG. Aen. 3, 395 fata viam -ent ([*i. rationem agendi, aliter l. 2*]. 10, 113. LVCAN. 1, 34 fata Neroni -ere viam. STAT. silv. 5, 1, 145. *v. et l. 71. cf.* SEN. Herc. O. 464 flectemus illum, carmina *magica* -ent iter [*aliter l. 12*]). MANIL. 2, 591 cum fortuna fidem quaerat, vix -it usquam (SEN. epist. 91, 5 pericula). SEN. dial. 3, 17, 3 nihil ... melius -tura est *ratio* se ipsa, quo mutetur. 12, 8, 1 *tristitia* nullum ... ad te -et accessum. 12, 18, 1 ne ex ulla tui parte -at introitum dolor. *al.* LVCAN. 10, 411 ubi non civilia bella -ēnit ... fatum (*v. et l. 64*) miserabile? (STAT. Theb. 7, 623 litui bellum -ere secuti). *al.* QVINT. inst. 10, 6, 1 *cogitatio* inter medios rerum actus aliquid -it vacui. HIER. epist. 20, 5, 2 littera prima verbi sequentis extremam prioris verbi -ens (*v. l. 62*). *et saepius.*

Ⓑ *peculiariter*: ① *ponitur c. opp. notabilioribus* (*cf. et p. 136, 11. 139, 84*): CIC. Verr. II 5, 63 *navis* non capta est, sed -ta. Caecin. 86 non ... id ..., quod ego -erim, sed quod illos non fugerit. Ov. epist. 7, 15 quaerenda ... altera terra tibi: ut terram -as, quis eam tibi tradet habendam? (*cf. p. 138, 3*). 15, 27 attulimus flammas, non hic -ēnimus illas (CYPR. epist. 60, 2 p. 692, 20). SEN. Herc. f. 276 -et viam aut faciet (AVG. epist. 217, 2, 5 *non gratia voluntatem bonam* -it in corde, sed facit. serm. 37, 5, 6 p. 255^in. multi -unt, sed nolunt facere aliquid utile ...; -ēnit mulier et fecit. cum auditis, -itis, cum bene vivitis, facitis. 96, 6, 6 p. 587^fin. Christus ... malos -ēnit et gratia sua bonos fecit. *al.*). benef. 2, 10, 1 pulvino ... ignorantis sacculum subiecit, ut homo ... verecundus, quod desiderabat, -ret potius quam acciperet (QVINT. inst. 5, 10, 66 aut habuisti ipse aut ... accepisti aut -isti aut subripuisti *pecuniam*). 4, 17, 4 optabit *latro* ... potius illa, *quae latrociniis consequitur*, -ire quam eripere. TERT. apol. 11, 7 *dei* -isse dicuntur necessaria ista vitae, non instituisse (*ibid.* quod -itur, fuit, et quod fuit, non eius deputabitur, qui -it, sed eius, qui instituit. *v. et p. 140, 37*). Ps. AVR. VICT. epit. 48, 10 cupidinem triumphandi usque eo detestatus, ut bella non moverit, sed -erit *Theodosius.*

② *c. obi. effectus q. d.* (*subi. est res*): LVCAN. 3, 582 ferrum exceptum ... -ēnit volnus in undis (SIL. 4, 141 *hasta* petitum -ēnit vulnus. STAT. Theb. 11, 512 cuspis in obliquis -ēnit volnera costis. SCHOL. Stat. Theb. 2, 542). STAT. Theb. 8, 526 mortem ... -erat hasta.

③ *c. pron. reflexivo*: PETRON. 119 vs. 24 *in pueris exsectis* quaerit se natura (*sc. virilis*) nec -it. *audacius* (*cf. et p. 136, 16*): EPIST. Sapph. 113 *primo impetu mali* et lacrimae deerant oculis et verba palato ...: postquam se dolor -ēnit, nec pectora plangi nec puduit ... exululare (*i. ex torpore ad conscientiam sui rediit, v. Palmer ad l.*).

β ad obi. (*subi. in struct. pass.; omissum e. g. l. 43. 68. inf. l. 50*) *accedunt additamenta praedicativa q. d. definitionesque similes per advv., praepp., casus diversos* (*quibus additis fit, ut sensus verbi q. e. ἐπιτυγχάνειν saepe transeat ad sensum cognoscendi* [*sc. id, quod verum probatur*]; *sensum localem prorsus evanescere apparet c. g. p. 139, 5*): ① *exempla varia*: Ⓐ *accedunt eodem casu*: ① *adi.* (*pron. l. 34*): NAEV. trag. 5 eam (*i. Danaen*) nunc esse -tam probris compotem scis. PLAVT. Capt. 644 nihil ... -es magis hoc certo certius. Cas. 81 ea -etur et pudica et libera *eqs.* TER. Andr. 460 fidelem haud ferme ... -as virum (VVLG. Sirach 36, 18 fideles -antur [ἐμπιστευθήτωσαν]). 513 se ... gravidam dixit esse: -tumst falsum. PACVV. trag. 426 haut facul [...] femina ⟨una⟩ -etur bona. RHET. Her. 4, 39, 51 inimici ... superbi re simul et verbis -untur (-entur *l. v.*). VARRO rust. 3, 4, 3 quod inutile -erunt (CIC. off. 3, 84. VVLG. sap. 2, 11 [ἐλέγχεται]. *al.*). CIC. Verr. I 50 ut in hoc iudicio nemo improbus praeter eum, qui iam pridem -tus est, reperiatur. II 5, 39 idem, qui semper fueras, -tus es (SEN. epist. 30, 13. *al.*). div. 1, 30 Romuli lituus ... -tus est integer. Att. 5, 11, 5 ne ... turpis -ar. *al.* LVCR. 1, 297 aemula magnis amnibus -untur *venti corpora.* 2, 615 qui ... ingrati ... -ti sunt (LIV. 38, 50, 7). 3, 202 quaecumque ... cum pondere magno asperaque -untur (*syn.* reperta). 3, 207 CAES. civ. 3, 20, 4. SALL. Iug. 10, 5 quem alienum fidum -es, si tuis hostis fueris? (LIV. 42, 26, 8. *al.*). SALL. (?) rep. 2, 2, 4 quae ... aut vera -es aut certa haud procul a vero (AVG. civ. 22, 8 p. 578, 28 D. *al.*). HOR. epist. 2, 1, 112 -or Parthis mendacior. Ov. epist. 10, 1. met. 7, 847 cucurri: semianimem et sparsas foedantem sanguine vestes ... -o (*al.*). Pont. 4, 3, 20. *al.* LIV. 3, 4, 7 *consul* profectus ... in agro populabundum hostem -ēnit. 9, 23, 17 cetera ... salva. 37, 45, 6 Eumene convento ... et placatiore ... -to. *al.* SEN. epist. 107, 12 paratos nos -at atque inpigros fatum. *al.* PETRON. 81, 1 ne Menelaus ... solum me in diversorio -ret (*al.*). PLIN. nat. 16, 187 *lignum aegidos* -tum pictorum tabellis immortale. 17, 130 vetus olivetum ... interradi ... melius -tum (*syn.* compertum). *al.* TAC. ann. 12, 40, 1 is propere vectus non tamen integras res -ēnit. ITALA I Cor. 9, 27 (Ps. Cypr. singul. cler. 22 p. 199, 5. *al.*) ne forte aliis praedicans ipse reprobus -ar (γένωμαι, *Vulg.* efficiar). COD. Theod. 16, 5, 17 quos vivos lex -erit. INSCR. christ. Diehl 3867 quos neq dies neq nox inven (*sic notatum*) iratos. *et saepe.* *reflexive* (*cf. p. 136, 26*): AVG. serm. 13, 3, 3 p. 108^med. redi ad cor tuum, -i te malum.

② *part.* (*v. et l. 43 sq.*): PLAVT. Cas. 449 ut tibi ego -tus sum obsequens. Most. 477 id ... nunc factum -imus (VARRO ling. 8, 36 ex diversis verbis multa facta ... -untur eadem). Truc. 473 eam nunc malitiam accuratam miles -at. TER. Andr. 863 si quicquam -es me mentitum. VARRO rust. 3, 2, 2 venimus in villam; ibi Appium ... sedentem -imus in subselliis (Ov. trist. 3, 7, 3 LIV. 1, 57, 9. 1, 58, 6). CIC. S. Rosc. 64 Caelium ... -tum esse mane iugulatum. dom. 83 si requiri iusseris, -ent hominem apud sororem tuam occultantem se. Tusc. 1, 113 *adulescentes* mane -tos esse mortuos (LIV. 2, 54, 9 domi. *al.*). Att. 9, 11, 1 -tus est *Lentulus* vix in hortis ... se occultans. CAES. Gall. 5, 5, 2 *naves* paratas ... atque ... instructas -it (*al.*). 5, 23, 1. Ov. epist. 12, 64 soror disiectamque comas adversaque in ora iacentem -it et lacrimis omnia plena meis. ars 3, 72 sparsa ... limina ... rosā. fast. 6, 148. *al.* LIV. 8, 10, 10 *corpus* -tum inter ... stragem coopertum telis. 22, 51, 7 quosdam ... iacentes vivos succisis feminibus ... -erunt (IVV. 8, 173. *al.*). 23, 5, 1 nondum ... profectum, sed Venusiae cum paucis ... consulem -erunt. 42, 28, 12 ingressi cubiculum ... laqueo dependentem -ere. 45, 1, 1 cum venissent, praeceptam ... laetitiam -erunt. *al.* SEN. contr. 7, 5 (*thema*) pater ... in cubiculo occisus -tus est, uxor volnerata, ... paries perfossus (*al.*). VAL. MAX. 7, 6 ext. 2. *al.* SEN. benef. 6, 11, 2 transeuntem Platonem, quem non quaesierat, -ēnit *puer.* *al.* LVCAN. 6, 280 -it impulsos ... muros (*syn.* deprendit). PLIN. nat. 18, 20 serentem -erunt dati honores Serranum. VAL. FL. 7, 106 *Medea* respexit ... fores et adhuc -ēnit euntem *Iasonem.* STAT. Theb. 5, 679 te victoria Graium -at tumulis ... haec fata gementem. TERT. adv. Marc. 4, 35 p. 539, 11 si errantia in via -eris *pecora* (*ad Vulg. exod. 23, 4* occurreris ... erranti). mart. 1, 5. *al.* VVLG. exod. 22, 2 si effringens fur domum sive suffodiens fuerit -tus.

[*van Nes-Hi.*]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

Matth. 20, 6 stantes. *al.* AVG. civ. 3, 9 p. 105, 29 D. quanto . . . minus *dei Numam* . . . occupatum -erunt, tanto magis ipsi occupaverunt (*syn.* repperissent). *al.* PS. APVL. herb. app. 17, 7 l. 15 herbae . . . sucus in ore tentus dentes confirmat, si motus (*i. motos*) -at. COD. Theod. 6, 4, 6 quem absentem tempus editionis -erit (*v. p. 138, 23*). *al. et saepe.*

③ *subst.*: PLAVT. Men. 187 uter . . . melior bellator erit -tus. 1102 spes mihist vos -turum (*Lambinus*, -turos *trad.*) fratres germanos duos geminos. Pseud. 371 ten amatorem esse -tum inanem. Rud. 1364 *Palaestra* filia -tast mea (*cf.* Truc. 857 filium [CIC. p. red. ad Quir. 8 Lael. 70. *al.*]). Trin. 1052 inimicum amicum beneficio -as tuo. TER. Phorm. 872 patruos tuos est pater -tus. Eun. 1036 Pamphilam . . . civem. LVCIL. 192 sol is mihi in magno maerore . . . -tus salutis. CIC. Flacc. 72 nisi ducem Telephum -isset. Pis. 69 non magistrum virtutis, sed auctorem libidinis a se illum -tum. Deiot. 15 in *Caesare* . . . tyrannum -iri *Deiotarum*. Phil. 11, 13 emptor . . . in ea auctione -tus est nemo (*cf. p. 146, 39*). Lael. 42 his adiutor . . . -tus est nemo (VAL. MAX. 9, 11 ext. 2). CIRIS 131 Scylla patris . . . -ta sepulcrum. LIV. 9, 19, 4 *Alexander Sabinos* aut socios validos Romanis aut fractos bello -isset hostes. *al.* SEN. contr. 9, 1, 2 unus Miltiadis census -tus est Cimon filius. SEN. benef. 3, 8, 1 nemo huic rei satis idoneus iudex -tus est. LVCAN. 4, 350 *non nuper* sumpsimus arma . . .: nos . . . bellum -ēnit civile duces. QVINT. inst. 2, 10, 9 *munera oratoris*, quae nos. quamlibet per alia in scholis exercitati simus, tirones in foro -unt. VLP. dig. 48, 19, 6, 1 si quos comitum . . . reos proconsul -erit. TERT. idol. 5 p. 34, 1 nec . . . quisquam nostrum non peccator -tus est, cum Christus . . . descenderit. CYPR. epist. 4, 3 p. 476, 1 inspiciantur . . . virgines . . . et si virgines -tae fuerint *eqs.* (*al.*). *et saepe.*

Ⓑ *accedunt definitiones per casus: abl.* (*qualit.; cf. et abl. temp. p. 141, 55*): CAECIL. com. 30 Antipho ⟨est⟩ -tus profluvia fide? LIV. 22, 51, 8 -ti quidam sunt mersis . . . capitibus. 31, 12, 6 alter *infans* . . . ambiguo sexu -tus. *gen. qualit.*: VITR. 1, 69 terrae circumitionem . . . ab Eratosthene . . . geometricis methodis esse -tam CCLII milium stadium. TERT. adv. Marc. 1, 24 p. 323, 22 ipsos . . . imperfectae salutis -tos. IVST. 15, 4, 5 eiusdem sculpturae in lecto -tus est *anulus. al.*

Ⓒ *accedunt advv.* (*localia v. s. a, cf. et l. 64. p. 138, 41. 146, 24*): PLAVT. Capt. 639 nunquam hoc -es secus. TER. Eun. 953 sic -tast *virgo* (*cf.* PLIN. epist. 10, 27 tres *milites* . . ., sicut -eram, in ministerio eius *reliqui*). PLIN. nat. 32, 64 *ostrea* cocta in conchis suis, uti clusa -erint, . . . prosunt (MIN. FEL. 11, 3 *astra* sic relinquimus, ut -imus. TERT. apol. 7, 5 quis cruenta, ut -erat, . . . ora iudici reservavit? ITALA I Cor. 7, 20 [Tert. idol. 5 p. 34, 19] ut quisque fuerit -tus, ita perseveret [ἐν τῇ κλήσει, ᾗ ἐκλήθη. *Vulg.* vocatus est]). TERT. monog. 11, 9 (*ad Italam l. 42*) sic permaneat . . ., quomodo a fide fuerit -tus (*syn.* deprehensi). VVLG. Luc. 12, 38 si . . . venerit et ita -erit *servos* (AVG. conf. 9, 8, 18$^{fin.}$ ita eas -erat locus et tempus litis. *al.*). *al.*

Ⓓ *accedunt praepp.* (*definitiones mere locales v. s. a*): cum (*v. et p. 138, 38*): CAES. civ. 1, 31, 2 Tubero cum in Africam venisset, -it in provincia cum imperio Attium Varum. QVINT. inst. 4, 2, 13 -tum . . . in solitudine iuxta . . . corpus inimici cum gladio cruento. 7, 6, 8. *al.* ex: VVLG. Os. 14, 9 ex me fructus tuus -tus est. in *c. abl.* (*v. et p. 146, 84*): LIV. 35, 18, 4 Aetolos . . . in armis . . . -turum (*al.*). QVINT. inst. 5, 10, 2 plures . . . -as in ea opinione. PLIN. epist. 10, 17^{b}, 1 *provinciam* in eo obsequio, in ea . . . fide . . . -ēni. PAPIN. dig. 48, 19, 33 si . . . beneficium libertatis in vinculis eos -at. TERT. resurr. 42 p. 86, 15 qui -entur in carne (*sc. tempore resurrectionis. cf.* AVG. civ. 20, 20 p. 454, 20 D. quos in corpore -turus est Christus [*syn.* reperientur]. *al.*). *saepius.* post: TERT. adv. Val. 7 p. 184, 10 post omnia -untur, qui ante omnia fuisse dicuntur. sine: CIC. div. 2, 36 an censes, eundem vitulum si alius delegerit, sine capite iecur -turum? (*seq.* cum capite. LIV. 27, 26, 13 VAL. MAX. 1, 6, 9). PLIN. nat. 24, 67 sine liene. 25, 46. VVLG. Sirach 31, 8 -tus est sine macula. *al.* sub: AVG. doctr. christ. 3, 8, 12 christiana libertas eos, quos -ēnit sub signis utilibus, tamquam prope -tos . . . liberavit.

Ⓔ *c. enuntiatis: interrog.* (*c. pron. refl. l. 73*): PLAVT. Bacch. 856 dixi . . . illum -turum te, qualis sit. Merc. 253 sq. hoc quam ad rem credam pertinere somnium nequeo -ire, nisi capram illam suspicor iam me -isse quae sit. CATVLL. 89, 6 quantumvis, quare *Gellius* sit macer, -es. CAES. civ. 1, 25, 3 repperit . . . Pompeium remanere . . . neque certum -iri poterat, obtinendine Brundisii causa ibi remansisset. AVG. civ. 22, 5 p. 560, 2 D. quod non -unt unde sit factum. in psalm. 66, 3 p. 804$^{p. in.}$ *deus* bonis aufert ea . . ., ut interrogent se de suis viribus et -ant se, qui forte latebant se, utrum iam possint dicere: 'dominus dedit, dominus abstulit' (*cf. p. 136, 26*). *saepe.* per quod, quia (*c. pron. refl. l. 78*) *vel nude apposita*: VVLG. eccl. 7, 30 solummodo hoc -ēni, quod fecerit deus hominem rectum (*al.*). RVFIN. apol. Orig. praef. p. 546^{B} illud est -ire, quod . . . *imperiti* sunt accusatores. AVG. in psalm. 103 serm. 4, 13 p. 1387 -it se homo poenitens . . ., quia non habebat vires ex se (*cf. p. 136, 26*). VITAE patr. 6, 3, 1 intrantes . . . -ēnimus eum, quia dormierat in pace (*gr. Cot. p. 405A* εὕρομεν αὐτὸν τελειωθέντα). ITALA Rom. 7, 10 (Epiphan. in euang. 18 p. 13, 13) -tum est mandatum, quod erat ad vitam, hoc esset ad mortem (*ibid.* l. 19 -tum est mandatum, quod erat ad vitam, hoc . . . factum est ad mortem).

Ⓘ *exempla notabilia per opp.*: Ⓐ *quae spectant ad sensum cognoscendi* (*sc. veri*): FANN. hist. 1 multa, quae inpraesentiarum bona videntur, post ⟨mala⟩ -ta *eqs.* (MIN. FEL. 18, 1 similes universi videmur et . . . dissimiles -imur. 37, 3. OPTAT. 6, 6 p. 154, 25 cum . . . alibi quasi diligentes videri vultis, alibi neglegentes estis -ti. EVSEB. EMES. mart. 3 p. 264, 22 non . . . qualis videtur vita nubentium, talis et -itur. *at nota fere syn.*: TERT. adv. Hermog. 8 p. 134, 27 materia superior -itur *deo* . . . et deus subiectus materiae videtur). SEN. epist. 118, 17 aliquid difficulter secari cogitavimus: . . . crescente difficultate insecabile -tum est. TERT. resurr. 7 p. 36, 20 caro dum ministra . . . animae deputatur, consors . . . -itur (*cf.* RVSTIC. Conc.^{S} I 4 p. 11, 7 *virga harundinea* baculus putatur et sagitta potius -itur. *v. et l. 66*).

Ⓑ *quae opponuntur notioni verbi q. e.* ἐπιτυγχάνειν: SEN. rem. fort. 16, 1 utrum *uxorem* -eras bonam an feceras? (TAC. Agr. 7, 6 maluit videri -isse bonos quam fecisse. AVG. anim. 2, 17, 23 p. 359, 2 si ab his pravitatibus . . . alienam . . . fidem tuam vel -erit epistula ista vel fecerit. c. Pelag. 1, 1, 3 p. 424, 19 ut per illam *epistulam* quos posset suos aut -ret aut faceret). PLIN. epist. 1, 8, 4 *retractatio sermonem* aut indignum . . . -et aut dignum . . . efficiet.

b fere i. q. mutatis verbis reddere: MANIL. 2, 898 locum Daemonien memorant Grai, Romana per ora quaeritur inversu⟨s⟩ titulus (syn. 889 vertit, cf. Housman ad l.). TAC. ann. 15, 63, 3 Seneca pleraque tradidit, quae in vulgus edita eius verbis -ere supersedeo (i. paraphrasi vertere). dub. trad.: SEN. suas. 2, 19 orationem Ciceronis ... ⌊-ere⌋ pro sua (⌊⌋ D, om. cett., dicere Kiessling).

c fere i. q. mutato ordine proferre (obi. est ipse ordo p. 165, 2): CIC.

[Händel-Hi.]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

part. 24 ut, cum *verbum* semel dictum sit directe sicut natura ipsa tulerit, -atur ordo (*syn.* convertendi). GRAMM. VI 212, 4 *in versu tredecim syllabarum* unus dactylus inter spondeos admissus quinque locis -itur (interv- *l. v.*). 212, 11 (*syn.* variatur). 212, 13.

2 *in arte medica (mulomed. l. 15 sq.) et de corpore aegroto vel saucio* (*cf. p. 163, 83*): **a** *fere i. q. mutare* (*add.* in *c. acc.*): CELS. 2, 8, 34 si tormina . . . -sa (versa *J*) sunt vel in aquam inter cutem vel intestinorum levitatem. **b** *fere i. q. in adversam partem flectere*: SCRIB. LARG. 26 -sa palpebra (36. 37. *cf.* PLIN. nat. 32, 71 -unt . . . genas). CAEL. AVR. chron. 2, 1, 7 labium superius paralysi vitiatum -itur forinsecus (*seq.* proditum). gyn. 2, 61 p. 91, 772 os matricis . . . per quattuor partes inclinatur et -itur; digito autem obstetricis in quam partem fuerit -sum sentitur (*gr. Soran. 3, 50 ἀποστροφὰς . . . ὑπομένει, γέγονεν ἢ διαστροφή*). **c** *fere i. q. intorquere*: APVL. flor. 16 in palaestra . . . vehementer talum -ti. CHIRON 316 cui *iumento* ⟨per⟩ terigia in oculis anguli -untur (462. *cf. Hippiatr. gr. I p. 187, 23 τὸ ὄμμα κατεστραμμένον ἔχει*). HEGES. 1, 45, 9 *rex morientium* specie oculos -it (*gr. Ios. 1, 657 ἀνέστρεψε*).

3 *in nomine herbae*: ORIBAS. eup. 2, 1 A 34 argimonia, quam rustici lappa inbersa vocant. GLOSS. III 586, 20 argimonis, lappa -sa (607, 36). *v. André, Lex. des termes de botanique p. 179 sq.*

B *usu generali*: **1** *sensu strictiore: fere i. q. vertere in partem contrariam, oppositam, ita ut id, quod prius, superius sim. erat, fiat posterius, inferius sim.* (*sc. res corporeas aut animantes; rem incorpoream l. 38. 57. 62. 63. add.* in *c. acc. l. 27*): **a** *in universum*: CIC. off. 3, 38 *Gyges* cum palam . . . anuli ad palmam converterat, a nullo videbatur . . .; idem rursus videbatur, cum in locum anulum -erat. SALL. Iug. 18, 5 alveos navium -sos (*cf.* LVCAN. 5, 518 -sa . . . phaselo. PLIN. nat. 9, 14 carinae vicem -ae [versae *l. v.*]). VERG. georg. 1, 65 terrae pingue solum . . . -ant tauri (*sic arando sim.*: 2, 141. 3, 161. 3, 526 MANIL. 4, 524. PLIN. nat. 18, 176 -so caespite herbarum radices necantur. SIDON. epist. 1, 6, 3 vineam rastris. *al. sim. fodiendo*: MANIL. 5, 523 quaerere sub terris aurum . . . orbemque -ere praedae). Aen. 11, 202 nox . . . donec -it caelum. HOR. epod. 2, 63 vomerem -sum boves . . . trahentes. 10, 5 -so mari (*i. turbido, per hyperbolen*). sat. 2, 8, 39 -unt Allifanis vinaria tota Vibidius Balatroque (*i. infundunt, per synecdochen*). PROP. 1, 15, 30 annus . . . -sas duxerit ante vices (*i. retro versas. cf.* PRVD. perist. 2, 289 animabus -sa vice corrupta forma infligitur, quas pulcher aspectus prius in corpore oblectaverat). MANIL. 1, 627 per . . . Lyram -sam (*sic de signo, cuius quasi caput ima spectat*: 1, 686). VITR. 5, 5, 1 *vasa* ponantur . . . -sa (PLIN. nat. 15, 61. *al. cf.* VITR. 8, 1, 4 scaphium . . . aut pelvis [9, 8, 5]. 10, 4, 4 *situli* cogentur -i et infundere in castellum *aquam*. 10, 7, 2 infundibulum [*al.*]. QVEROL. p. 40, 23 R. modio). SEN. nat. 1, 4, 3 *homines in speculo concavo* -si tibi videbuntur. epist. 121, 8 animalia (*sc. testudines*) . . . -sa tam diu se torquent . . ., donec ad locum reponantur (*cf.* PLIN. nat. 9, 91 *polypus* si -atur [*syn.* resupinati]. *al.*). COLVM. 5, 9, 3 *talea* si -sa mergatur (*opp.* recte et cacumine caelum spectans). 5, 10, 9 taleam -so cacumine demittito (*al.*). 9, 15, 12 -sae metae similis (*al.*). LVCAN. 6, 390 *Rhoetum* torquentem vertice volsas . . ., quas vix Boreas -ret (evert- *l. v.*), ornos. PLIN. nat. 12, 121 in manu -sa (13, 19). 31, 123 *spongeae* sternuntur -sae, hoc est qua parte adhaesere. 32, 13 anthias *pisces Ovidius* tradit . . . -ere se (*cf. Ov. hal. 47* verso . . . supinus corpore). *al.* SIL. 7, 328 -sa . . . hasta (*cf.* APVL. met. 1, 4, 4 baccillum -si teli. *aliter p. 166, 8*). MART. 4, 86, 11 charta. QVINT. inst. 1, 7, 28 *C littera* -sa mulierem declarat. 3, 9, 9 haec -sa consuetudo. IVV. 3, 108 -so . . . fundo (*cf. Friedlaender ad l.*). 14, 187 pellibus -sis. APVL. met. 9, 40, 1 vite. ITALA gen. 9, 23 (cod. 91. 94) Sem et Iaphet . . . ingressi sunt -si (*ὀπισθοφανῶς, Vulg.* retrorsum). PRVD. perist. 2, 405 (*syn.* converte). *al.* CLAVD. carm. min. 25, 117 desuper -unt calathos largosque rosarum imbres . . . sparsere *Amores*. CAES. AREL. serm. 171, 1 p. 660, 19 prius -so et perverso ordine caro imperabat et anima serviebat. *saepe.* **b** *peculiariter: -itur annus sim.* (*aliter l. 37*): HOR. sat. 1, 1, 36 -sum contristat Aquarius annum. MANIL. 3, 479 anni . . . -itur orbis, solstitium . . . cum fit.

2 *sensu laxiore*: **a** *fere i. q. inclinare, flectere* (*add.* in *c. acc. l. 69*): PLIN. nat. 10, 13 *aquilarum* ungues . . . -untur diebus his (*i. cedunt, ut praedam capere non possint*). APVL. apol. 44 hic ibidem pro tribunali *servus* oculos truces in te -isset (*al. cf. l. 18*). PALLAD. 3, 29, 3 sarmentum . . . calamo adfixo alligant, ne possit -i.

b *fere i. q. mutare*: **α** *de natura, qualitate sim. mutanda* (*saepe de mutatione in peius, fere i. q. pervertere, e. g. l. 77. 81. 83. cf. l. 62. add.* in *c. acc. l. 79. 83. 84.* in *c. abl. l. 75*): CIC. har. resp. 52 videant . . ., quam se cito -erit *P. Clodius* (*sic de animo mutando*: EVGRAPH. Ter. Andr. 264 ut in parte aliqua adulescens *quid agat nesciens* vel praesentia Mysidis vel commemoratione Glycerii possit -i). HOR. carm. 3, 5, 7 -si . . . mores. sat. 1, 3, 55 virtutes ipsas -imus *vocabulo deteriore indito*. LAVS Pis. 146 vices natura subit . . . -sis et frondibus explicat annum. VAL. FL. 7, 547 vos mihi nunc primum in flammas -ite, tauri, aequora. SIL. 16, 568 serva albentes -ere lanas murice . . . docta. ARNOB. nat. 5, 43 p. 211, 28 verborum -itis corrumpitisque naturas. AMBROSIAST. in Rom. 5, 20 p. 99A *legem* (7, 8 p. 109B). HEGES. 2, 6, 1 quod *Nero* . . . in exitium eius beneficii mercedem -ret. BOETH. mus. 1, 1 p. 184, 5 quod *Timotheus* harmoniam . . . in genus chromaticum . . . -isset. *al.*

β *de permutatione mercium*: PS. ASCON. Verr. p. 255, 3 Vortumnus . . . deus -endarum (vert- *l. v.*) rerum est, id est mercaturae (*cf. Porph. Hor. epist. 1, 20, 1* vertendarum).

γ *de armis sim. transmutandis*: CAPER gramm. VII 104, 12 -sis armis pugnasse gladiatores non est dicendum, sed versis, hoc est transmutatis; sic nec -sis pannis agitasse aurigas, sed versis. *huc fortasse pertinet locus dubius* HOMER. 678 ruit undique turbidus Hector adversasque acies -sa (infesta, universa, invisa *vv. ll.*) cuspide terret (*'-sa cuspis' vix est σαυρωτήρ [sic p. 165, 55], sed Hector, qui antea saxo usus est, mutat arma*).

II ***intransitive*** (*cf.* deverto): *fere i. q. prave deflectere*: BOETH. mus. 1, 1 p. 180, 25 negat *Plato* . . . esse ullam tantam morum . . . labem, quam paulatim de pudenti ac modesta musica -ere.

p. p. p. neutr. pro subst. **inversum**, -ī. [*francog.* envers, *hisp.* enves (*i. pars opposita*); *catal.* envers (*i. res adversae*), *mediol.* invers (*i. pars occidentalis*). *R.*]

1 *sg. fere i. q. versio* (*sc. e lingua Graeca in Latinam, cf. p. 164, 78*): VARRO ling. 7, 82 *Ennius* imitari dum voluit Euripidem . . . est lapsus, nam Euripides quod graeca posuit, *ἔτυμα* sunt aperta; ille ait ideo nomen additum Andromachae, quod *ἀνδρὶ μάχεται*: hoc Ennii quis potest intellegere -um (in versu *Turnebus*) significare 'Andromachae nomen qui indidit recte indidit'?

2 *pl. i. q. contraria*: VAL. FL. 3, 647 *Meleager* semper . . . -a tueri durus (*i. pertinax in defendenda sententia contraria*).

3 *in locutione adverbiali* 'in -um', *i. q. capite deorsum spectante* (*?*): LIB. col. I grom. p. 250, 30 terminus in -um positus.

adv. **inversē.** *i. q. perverse, contrarie*: AVG. c. Iulian. op. imperf. 6, 27 p. 1574[med.] -e, non quia peccatum est, sed ne peccetur, non reatus, sed innocentia puniatur. in psalm. 143, 19 p. 1869 maligni, perversi, beneficia dei -e (inversi se *l. v.*, universi se *edd. priores*) vestierunt.

adv. **inversum.** [1. *it.* inverso, *francog.* envers, *prov.* envers (*i. contra*). 2. *francog.* envers (*i. in tergo*). *R.*] *fere i. q. decussatim*: SOL. 2, 47 *aves* surculis -um superpositis imitantur texta cratium.

deriv.: inversio, inverso, inversura. *Händel-Hi.*

invesperāsco, -ere. *ab* in *et* vesper, *cf.* advesperasco, vesperasco. *verbum impersonale.* *i. q. advesperasco*: CIC. Verr. II 5, 91 praedonum dux . . . classem . . ., cum primum -ret, inflammari . . . iussit. LIV. 39, 50, 1 iam -bat. *Hi.*

1. *investīgābilis, -e. *ab* in (*negat.*) *et* vestigare, *cf.* ἀνεξιχνίαστος. *v. Labhardt, Hommages à Max Niedermann, Bruxelles 1956, 199 sqq.; Hiltbrunner, Vig. Christ. 10, 1956, 215 sqq.* GLOSS.[L] V Aa I 873 -is, quem nemo cognosci (*i.* cognoscere) potest. GLOSS. ἀνεξιχνίαστος. *legitur in* ITALA *et* VVLG. *et inde apud eccl.* [ininvestigabilis (*vix recte*) *pro varia lectione v. vol. VII 1, 1636, 17 sqq.; e coni. saepe.*]

qui vestigari non potest (*syn.* inscrutabilis *l. 52. 61. al.* incomprehensibilis *l. 52. 59. al. acced. dat. p. 167, 6. 10. n. pro subst. l. 61. 71. al.*):

1 *loci sacrae scripturae* (*sim. extra canonem l. 50*): ITALA IV Esdr. 6, 44 *processerunt* odores odoramentis -es. 9, 19 lege -i. or. Manassis 6 (Verec. in cant. 7, 11 p. 94[b]) immensa . . . et -is misericordia promissionis tuae (*ἀνεξιχνίαστον*). Rom. 11, 33 (codd. e [= VVLG.] g gue. *al.*) quam incomprehensibilia (inscrutabilia *g [sim. gue.] et patres saepissime*) sunt iudicia eius et -es viae eius (*ἀνεξερεύνητα τὰ κρίματα αὐτοῦ καὶ ἀνεξιχνίαστοι αἱ ὁδοὶ αὐτοῦ. nota adi. etiam priore loco positum apud* Tert. adv. Marc. 2, 2 p. 335, 6 ut -ia iudicia eius et -es viae eius. Mar. Victorin. gen. div. verb. 1 p. 14, 14 W. quomodo -ia sunt iudicia dei et sine vestigiis eius viae. *cf. vol. VII 1, 1636, 28 sqq.*). Eph. 3, 8 (codd. d e g *al.* = VVLG.) inter gentes (in gentibus *l. v.*) euangelizare -es (vel incomprehensibiles *add. g*) divitias Christi (*ἀνεξιχνίαστον. cf. vol. VII 1, 1636, 38 sqq.*). HIER. interpr. Iob 5, 9 (= 9, 10) qui facit magna et -ia (*ἀνεξιχνίαστα, Vulg.* inscrutabilia). 34, 24 *dominus*, qui comprehendit -ia (*ἀνεξιχνίαστα, Vulg. aliter*). VVLG. prov. 5, 6 vagi sunt gressus eius (*i. mulieris*) et -es (*οὐκ εὔγνωστοι*).

2 *apud eccl.*: **a** *spectat ad certos locos scripturae sacrae*: **α** *ad Rom. 11, 33* (*v. supra l. 51*): TERT. adv. Hermog. 45, 3 (*antecedit*: 'ut ⟨in⟩investibilia iudicia eius et -es viae eius') quae (*i. ex nihilo omnia facta esse a deo*) nec inveniri nec investigari nisi soli deo possunt (possent *trad.*), alioquin ⟨non⟩ -ia (*cf. p. 167, 45*), si ex materia (*sc. creata essent omnia*). MAR. VICTORIN. gen. div. verb. 1 p. 14, 9 W. ineffabiles res et -ia mysteria dei (*seq. Rom. 11, 33*). HIL. trin. 3, 20 p. 87B te . . . -ia sectantem (*cf.* 11, 45 p. 420C nec iudicia constitutionum suarum perscrutantium ingenio apprehenduntur nec viae cognitionis eius -es se consectantium studiis derelinquunt. *nota per fig. etym.*: AVG. civ. 12, 15 p. 533, 19 D. altitudinem -em vestigare [investigare *Eugipp. exc. Aug. p. 170, 6*] et inscrutabilem perscrutari [persev. 11, 25 p. 1008[in.]]. serm. 27, 7, 7 p. 182[med.] si . . . -ia investigare venisti *eqs. ibid.*). 8, 38 p. 266A post . . . -ium viarum demonstratam ignorationem . . . hunc honorem -ium et inscrutabilium coelestium sacramentorum profundo reddidit (11, 47 p. 430C AVG. c. Iulian. op. imperf. 1, 127 p. 1129. *al.*). 10, 70 p. 397B causas -ium (ininvest- *l. v.*) sacramentorum (*v. et l. 78*). 11, 47 p. 431A -e et imperscrutabile ipse totus profundum est (*cf.* AVG. conf. 4, 4, 8 quam -is abyssus iudiciorum tuorum. GREG. M. moral. 10, 15 p. 930B celsitudo et profunditas. *cf. etiam l. 74*). RVFIN. Basil. hom. 2, 8 p. 1744B -em dei sapientiam (*gr. p. 217B τὴν ἀνεξιχνίαστον σοφίαν*). *[Wolf-Hi.]*

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

Greg. Naz. orat. 6, 4, 1 p. 197, 17 secundum inscrutabilia atque -ia iudicia sua ([*Migne gr. 35, 969*B ἀνεξιχνιάστοις]. *al.*). Avg. epist. 194, 3, 6 'viae domini misericordia et veritas'; misericordia igitur et veritas eius -es sunt, quoniam cuius vult miseretur (persev. 11, 25 p. 1007fin.). Ps. Prosp. vocat. gent. 2, 4 p. 690B gratiae . . . inscrutabiles -esque mensuras. Max. Tavr. hom. 14 p. 251B -es humanis sensibus dispositiones (*v. p. 166, 47*). *saepius.*

β ad Eph. 3, 8 (*v. p. 166, 58*): Hil. in psalm. 129, 2 p. 649, 7 *prophetam* in profundo divitiarum dei inperscrutabilium et -ium demorantem (*cf. p. 166, 81*). Pelag. in Eph. 3, 8 *divitias* -es humano sensui sine revelatione divina (*V*, quas sensus humanus adprehendere . . . non praevalet *rell.*). Ps. Avg. serm. ed. Mai 54, 1 *Petrus* invenit -es divitias domini.

γ ad or. Manassis: Verec. in cant. 7, 11 p. 94b -em misericordiam. p. 95a *v. vol. VII 1, 1636, 45 sq.*

b *pendet ex usu sacrae scripturae, sed non refertur ad certos locos*: Iren. 1, 2, 2 (1, 1, 2 H.) propter magnitudinem altitudinis (*cf. p. 166, 74*) et propter quod -e patris est (τὸ ἀνεξιχνίαστον τοῦ πατρός). 1, 15, 5 (1, 8, 16 H.) *Aeonem* qui -is est, enuntiat (ἀνεξιχνίαστον). 2, 18, 2 (2, 23 H.) pater (*syn.* incomprehensibilis et qui inveniri non possit). *al.* Lact. inst. 3, 27, 13 cum res -es quaerunt (*cf. adn. crit. et Hiltbrunner, Vig. Christ. 10, 1956, 222*). Fvlg. Theb. p. 180, 3 poetarum -em prudentiam ingeniique eorum venam immarcescibilem (*cf. p. 166, 84*). Hier. chron. a. Abr. 743 propter -em (ininvest- *N*) fugam avolasse pinnis aestimatus *est Daedalus* (διὰ τὸ ἀνεύρετον τῆς φυγῆς). Rvfin. Greg. Naz. orat. 7, 22, 2 p. 232, 17 (= Ps. Ambr. trin. 5 p. 514A) *trinitas* increata invisibilis incomprehensibilis -is (*gr. p. 749*C *aliter*: ἀπερίληπτος). Tract. Pelag. p. 73, 23 -e mendacium. Avg. conf. 2, 9, 17 nimis inimica amicitia, seductio mentis -is. Ps. Avg. serm. ed. Mai 190, 2 rectae operationis studium -e largiatur *gratia dei.* Consvlt. Zacch. 1, 30 p. 37, 18 *mathesis* licet -i subtilitate tecta atque conclusa sit. Petr. Chrys. serm. 151 p. 602C numerositas -is cognatorum. Max. Tavr. serm. 38 p. 614B in -i voluntatis suae secreto. Op. imperf. in Matth. 33 p. 813in. bonitatis . . . -e pelagus. Ennod. opusc. 9, 3 p. 416, 18 -is . . . iussionis *dei.* Apring. in apoc. 19, 12 nomen dei, quod -e est, quod inaudibile est, nemo praeter ipsum intellegit. Greg. M. epist. 11, 52 p. 326, 26 -i miraculo. in euang. 4, 1 p. 1090A. moral. 6, 18 p. 738D -i virtutis dispositione. Isid. sent. 1, 8, 1 mundus ex rebus visibilibus, sed tamen -bus constat. *al.*

adv. **investīgābiliter.** *i. q. ratione investigabili*: Evgipp. exc. Aug. p. 449, 16 -r et latenter ordinem rerum humanarum currere credimus.

deriv.: vestigabilis (*retrogr.*). *cf.* 2. investigatus.

[2. ? investīgābilis, -e. *ab* investigare. *i. q. inventibilis*: *loco dubio*: Tert. adv. Hermog. 45, 3 *v. p. 166, 65* (*aut* ⟨non⟩ -ia *aut* [in]vestigabilia *legendum esse contendit Hiltbrunner, Vig. Christ. 10, 1956, 224 sqq.*). *var. lect.*: Lact. inst. 3, 27, 13 (-es *H*ante corr. *P3 recte, v. l. 21*], non -es *BS*, non vestigabiles *RV, Brandt*).**]**

investīgābiliter *v. l. 40.*

? **investīgandus,** -a, -um *v. vol. VII 1, 1636, 50.*

investīganter *adv.* *ab* investigare (investigans). *i. per investigationem*: Psalt. Cas. 118, 33 ostende nobis, domine, viam iustificationum tuarum et custodiam eam -r (*seq.* exquiram in toto corde, *gr.* ἐκζητήσω).

investīgātio,** -ōnis *f.* *ab* investigare. *de notione*: Pavl. Fest. p. 80 examen est . . . iudicii -o. Synon. Cic. p. 427, 34 B. indago. -o. Gloss.L II Abav. in 243 inquisitio, indagatio, -o. *legitur ap.* Cic. *philos.*, Pavl. Fest., Sen. *philos. et inde ab* Apvl., Tert. *apud pedestris sermonis auctores.* **[variat in codd. c.*: instigatio: *v. l. 75.* vest-: Cic. off. 1, 19. 1, 28. *al.* *in versione falsa vocis gr. q. e.* πέρας: Psalt. Cas. 94, 4. 144, 3.**]**

i. q. inquisitio, indagatio (*fere i. q. sagacitas l. 74*): **1** *c. additamentis*: **a** *gen.*: **α** *obi.*: Cic. fin. 5, 10 (*antea*: materiam ex rebus per se investigatis ad rerum occultarum cognitionem attulerunt) qua ex cognitione facilior facta est -o rerum occultissimarum (5, 57 novarum. off. 3, 4 mentis agitatione -eque earum rerum, quas cogitando consequebatur. *al.*). 5, 87 *Democritus* ex illa -e naturae consequi volebat, bono ut esset animo (ac. 1, 34). off. 1, 13 veri inquisitio atque -o (1, 19. 1, 28. *al. cf.* Avg. c. acad. 1, 2, 6 veritatis [*opp.* inventione. *al.*]). Apvl. met. 7, 1, 4 facti. Tert. adv. Val. 9 p. 187, 24 patris. Iren. 2, 5, 2 salvator exivit . . . ad -em perditae ovis. Vvlg. Is. 40, 28 nec est -o sapientiae *dei.* Evstath. Basil. hex. 5, 7, 1 proprietatis (*gr. p. 109*B ἐξεύρεσις. *syn.* scrutatio). *saepius.* **β** *subi.*: Firm. math. 5, 1, 11 erit . . . acutis mentis -bus (instig- *l. v.*) adornatus (*v. l. 62*). Symm. epist. 5, 76, 1 Bonosi (*syn.* discussio, inquisitio, disquisitio). Boeth. mus. 1, 1 p. 179, 2 animi -o.

γ *definit.*: Firm. math. 4, 25, 4 si haec . . . sollertiae sagaci -e collegeris.

b *praep.*: Greg. M. moral. 26, 61 p. 385C *hypocritae* omnem circa se sollicitae -is oculum perdunt.

2 *absolute*: Sen. amic. p. 31 amicum *creditis* . . . ubique inveniri . . . sine ulla -e. Apvl. met. 6, 7, 3 praemium -is publicitus edicere (*syn. 6, 6, 1* inquisitionis). 9, 41, 1. Firm. math. 5, 1, 17 absconsas res assidua -e perquirens. Leo M. epist. 7, 1 p. 620C plurimos *Manichaeos* . . . in urbe -o nostra reperit. Boeth. arithm. 1, 17 p. 33, 20 -e . . . quam . . . Eratosthenes cribrum nominabat. Lex Visig. Eur. 280 furem sua -e perquirat. *saepius.*

***investīgātor,** -ōris *m.* *ab* investigare. *de notione*: Hier. nom. hebr. 60, 30 Caifas -r vel sagax (*inde* Isid. orig. 7, 10, 7. *cf.* Gloss.L V Abba sa 29 sagax, acer, acutus, astutus, -r . . ., sapiens. *al.*). Gloss.L III Abol. in 71 indagatores -es. II in 722 ἐξιχνευτής. Gloss. III 201, 56 ichneutis. *legitur inde a* Cic.

fere i. q. indagator (*iuxta pos.* inquisitor *l. 17*): Cic. Sull. 85 ego ille coniurationis -r atque ultor (*antea syn.*: qui investigarit coniurationem). Brut. 60 Varro . . . diligentissimus -r antiquitatis. Tim. 1 acer -r et diligens earum rerum, quae a natura involutae videntur. Hymn. Ambros. II 61, 53 tu *deus* nostrorum pectorum solus -r es. Vvlg. prov. 11, 27 qui . . . -r malorum est (*antea*: qui quaerit bona). Sirach 14, 23 vir . . . vadens post illam (*i. sapientiam*) quasi -r (ἰχνευτής). Avg. c. acad. 3, 5, 11 p. 54, 3 -es *Protei.* in psalm. 138, 11 p. 1791 si me abscondero, te (*i. deum*) invenio inquisitorem; et non inquisitorem tantum, sed et -em. Cod. Theod. 10, 19, 5 -es *fugitivorum.* Mart. Brac. form. vit. 6 -r latentium et scrutator qualiumcumque noxarum ostenderis.

fem. **investīgātrix,** -īcis. *quae investigat* (*pro adi.*): Mart. Cap. 5, 442 inventio est quaestionum argumentorumque sagax -xque comprehensio.

1. investīgātus, -a, -um *v. s.* investigo.

2. investīgātus, -a, -um. *ab* in (*negat.*) *et* vestigatus. *i. q. non vestigatus*: Avell. p. 711, 2 innumerabilem et -am magni dei . . . sapientiam. *sic intellegendus esse videtur locus obscurus* Tert. adv. Hermog. 45, 3 *invisibilia dei* sunt -a et non inventa (*v. Hiltbrunner, Vig. Christ. 10, 1956, 226 sqq.*). *Wolf-Hi.*

***investīgo,** -āvī, -ātum, -āre. *ab* in *et* vestigare. *scrib.*: -best-: Plavt. Mil. 1380 (*BCD*1). -giare: Plavt. Cist. 694 (*B*1*VE*). Merc. 806 (*C*).

de formis: inter verba activa coniug. primae posuit Char. gramm. p. 473, 8 B. *formae deponentis*: Conc.S I 3 vers. Tur. p. 27, 26 si . . . esses . . . rectae gloriae amator sanctorum patrum -tus pietatem (*gr. I 1, p. 34, 9* ἰχνηλατῶν. *cf.* I 2 p. 46, 17 -ans). Cassiod. hist. 2, 3, 4 noli -ari modum (*gr. Sozom. 1, 18* ἐπιζητῶν). 6, 33, 8 oculis . . . *filium* -ari desiderantibus (*gr. Theodoret. 3, 14, 7* ἀνιχνεῦσαι). *gen. pl. gerund.*: -andum *v. l. 71.* Not. Tir. 83, 64 -at. *de notione*: Synon. Cic. p. 418, 7 B. cognovi. perspexi. comperi. exquisivi. exploravi. -vi. p. 418, 34. p. 429, 14 inventus. repertus. -tus. indagatus. Gloss. -o ἐξιχνεύω. ἀνιχνεύω. -ta ἐξιχνευθέντα. *v. et l. 52.* *legitur inde a* Plavto, Ter., Pacvv., Cic. [*francog. vet.* envestier. *R.*]

[*variat in codd. c.*. *simpl.*: Cic. de orat. 2, 166. *al.* evestigare: Ov. met. 15, 146. indagare *v. p. 169, 36.* *in sententia mutila*: Pacvv. trag. 100 si qua potestur -ari via.**]**

fere i. q. vestigiis aliquem (aliquid) vel persequi vel consequi, sive sectando motu corporali (e. g. l. 60. 69. 70. p. 169, 14) sive exquirendo sensuum perceptione (odoratu e. g. l. 56. p. 169, 50; oculis e. g. l. 38. 59) sive rationis inquisitione:

I *sensu artiore, de canibus venatoriis vestigiis insistentibus* (Schol. Ter. Bemb. Eun. 294 -em: vestigem, translatio venandi; nam vestigatur omne quod latet): Cic. Verr. II 4, 47 (*per imag.*) *Verres* simulatque in oppidum quodpiam venerat, immittebantur illi continuo Cibyratici canes, qui -bant et perscrutabantur omnia. nat. deor. 2, 158 canum . . . incredibilis ad -andum sagacitas narium. Sen. epist. 76, 8 in cane sagacitas prima est, si -are debet feras.

II *sensu latiore, de hominibus* (*deo e. g. p. 169, 44*):
A *absolute*: Plavt. Cist. 694 ad terram aspice et despice, oculis -es, astute augura. Ter. Eun. 294 ubi quaeram, ubi -em, quem perconter, quam insistam viam incertus sum. Cic. Verr. II 2, 134 -are, adire, appellare, corrumpere *eqs.* Cluent. 23 -andi rationem. Tusc. 5, 111 sapientis . . . cogitatio non ferme ad -andum adhibet oculos advocatos. fam. 4, 13, 5. *al.* Sen. dial. 8, 5, 5. Qvint. decl. 361 p. 393, 26 ille . . . se dicet -asse, laborasse. Ambr. Iob 2, 5, 23 *via* difficilis -tu. *al.*

B *c. obi.* (*v. et p. 169, 35. 37*): **1** *-are animantes*: **a** *latentes, absentes sim.*: Plavt. Merc. 664 *praecones* qui illam -ent, qui inveniant. 863 *non* quiescam . . . prius . . ., quam aut amicam aut mortem -vero. Mil. 260. 1380 conveniam illum . . ., -bo. Rud. 1210 ubi ubi erit, . . . -bo et mecum ad te adducam simul Plesidippum. Ter. Phorm. 736. Pacvv. trag. 43 parentum incertum -andum gratia. Cic. Verr. II 4, 106 (*syn.* conquirere). Cluent. 22. 23. orat. 19 -emus hunc *oratorem* . . ., quem numquam vidit Antonius. nat. deor. 2, 9 suem. *al.* Q. Cic. pet. 31 perquiras et -es homines *eqs.* Vlp. dig. 11, 4, 1, 2. *saepe.*

b *praesentes, fere i. q. examinare, interrogare*: Vvlg. prov. 18, 17 venit amicus (*rectius gr.* ἀντίδικος) eius et -bit eum (ἐλέγχεται). Greg. M. in Ezech. 1, 9, 18 p. 877D semetipsum animus -et.

2 *-are res* (*sive corp. sive incorp.*): **a** *c. obi. externo q. d.*: **α** *i. q. exquirere res latentes, amissas, incognitas vel quae aliquo modo praesto non sunt*: Plavt. Rud. 1322 quid dare velis, qui istaec (*i. divitias amissas*) tibi -et indicetque? 1340 vidulum . . ., quem . . . perdidi. Ter. Haut. 675 nihil tam difficilest, quin quaerendo -ari possiet. Cic. Verr. I 48 habeo . . . certam viam atque rationem, qua omnes illorum conatus -are et consequi possim. II 1, 100 extraordina-

[*Händel-Hi.*]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

riae pecuniae, quas nullo duce tamen aliqua ex particula -amus. II 2, 181 ca . . . omnia ita . . . abdita latuisse . . ., ut haec diligentia . . . nihil eorum -are, nihil adsequi potuerit. Catil. 3, 3 -ta et comprehensa. Sull. 3 tu . . . -asti, tu patefecisti coniurationem (85). 14 qui consul insidias . . . consilio -asset, veritate aperuisset. rep. 1, 17 studiose (*syn.* quaerere, conquirere). 2, 18 id (*i. quo anno Roma condita sit*) Graecorum -atur annalibus (*sic in libris, scriptis*: TERT. adv. Iud. 8 l. 8 in Danielo. *al.*). fin. 1, 3 nec modus est ullus -andi veri nisi inveneris (*saepe*). Tusc. 1, 62 illa vis . . ., quae -at occulta, quae inventio atque excogitatio dicitur. div. 2, 55 coniecturā (Tim. 10). 2, 60 causam (SEN. dial. 11, 8, 6. *al.*). Att. 1, 12, 2 totum -a, cognosce, perspice. *al.* Ov. met. 15, 146 magna nec ingeniis -ta priorum quaeque diu latuere canam. LIV. 39, 14, 5. 39, 51, 6 nihil inexploratum, quod -ari volunt *reges*. SEN. benef. 4, 6, 1. nat. 6, 8, 3 Nero *centuriones* . . . ad -andum caput Nili miserat. *al.* CVRT. 8, 4, 13 *tecta* abdita necessitas -erat. PLIN. nat. 2, 166 *non* argumentis hoc -andum, sed iam experimentis cognitum. *al.* PAVL. dig. 48, 18, 8 pr. cum capitalia . . . maleficia non aliter explorari et -ari possunt quam per servorum quaestiones. *saepe.*
in lusu etymologico: QVEROL. p. 5, 1 R. Aululariam hodie sumus acturi, non veterem ac rudem, -tam Plauti per vestigia.

β i. q. scrutari, explorare res, quas inspicimus: CIC. fin. 5, 9 natura sic ab iis (*i. Peripateticis*) -ta est, ut nulla pars . . . praetermissa sit *eqs.* IREN. 2, 30, 3 -are magnitudinem sapientiae *dei* (*cf.* 5, 36, 3. *al.* AMBR. hex. 2, 3, 10 p. 49, 3). FIRM. err. 24, 9 nobis -antibus sanctum dei verbum. VVLG. II reg. 10, 3 ut *David* -ret et exploraret civitatem et everteret eam (*cf.* I par. 19, 3 ut explorent et -ent et scrutentur terram tuam). *al.* PS. VIGIL. THAPS. trin. 5, 61 dictum. *al.*

γ i. q. quaerere eas res, quas fieri aliquis cupit: HIER. psalt. sec. Hebr. 38, 13 inruebant quaerentes animam meam et -antes mala mihi. CASSIOD. hist. 5, 43, 2 -antibus accusationis occasiones (*gr. Theodoret. 2, 29, 2 τοῖς θηρωμένοις*). *v. et p. 168, 69.*

b *c. obi. q. d. interno* (*subi. in struct. pass.*): COD. Theod. 10, 1, 5 pr. (= Iust. 10, 1, 7, 1) *interrogatio*, quae per condicionales servos -anda est.

C *ad obi. accedit acc. c. inf.*: PELAG. in Rom. 3, 9 hoc . . . -vit (indagavit *l. v.*) ratio sub peccato esse et Iudaeos et gentes.

D *pendet praep.*: de: *acced. obi.*: PLAVT. Merc. 806 defessus sum urbem totam pervenarier: nihil -o quicquam de illa muliere (EPIST. Austras. 8 p. 120, 11). *nude*: CIC. Att. 9, 7, 6 de Lentulo -bo diligentius. TERT. spect. 5 p. 6, 20 de originibus . . . nec aliunde -andum fuit quam de instrumentis ethnicalium litterarum. VVLG. eccles. 1, 13 RVFIN. Orig. princ. 1, 5, 4 p. 73, 12. *al.* in *c. acc.*: IREN. 2, 16, 4 *Valentiniani* non -antes sensu in id quod est super . . . caelos pleroma. super: PSALT. Cas. 32, 15 *deus* qui -at super omnes operas eorum (*συνιείς*).

E *pendet enuntiatum*: **1** *interrog. obliqua*: CIC. Verr. II 1, 63 negotium dat . . . comitibus . . ., uti videant et -ent, ecquae virgo sit aut mulier digna. Att. 3, 23, 4 ut Ninnium . . . fugerit -es velim et quis attulerit et qua re *eqs.* 9, 1, 2. 12, 17 ut -es ex . . . tabulis sitne ita. LVCR. 4, 702 quod olet non tam facile esse videbis -are in qua sit regione locatum. SEN. nat. 3, 1, 1 quaeramus . . . de . . . aquis et -emus, qua ratione fiant. *al.* **2** *enunt. relativum*: CIC. Lig. 1 diligentia inimici -tum est, quod latebat. VAL. MAX. 8, 7 ext. 7 cupiditatem -andi, quod requirebat. *al.*

gr. respondent: ἀνιχνεύω *v. p. 168, 38. 42.* διώκω: PASS. Theclae Bc 19 p. 48, 20. ἐκζητέω: PSALT. Cas. 43, 22. 118, 45. 118, 100. ἐξακριβάζομαι: ITALA num. 23, 10 (Rufin. Orig. in num. 15, 3 p. 135, 7). ἐξιχνεύω: VVLG. Sirach 6, 28. 42, 18. *al.* ἐξιχνιάζω: VVLG. psalm. 138, 3 sap. 6, 24. 9, 16. *al.* ἐπιζητέω *v. p. 168, 37.* ἐπιλογίζομαι: EVSTATH. Basil. hex. 2, 3, 4 (*gr. p. 33C*). εὑρίσκω: HEGES. 3, 3, 6 p. 190, 5 (*gr. Ios. 2, 635*). ζητέω: PALLAD. hist. mon. I 51 p. 335A (*gr. 63 p. 158, 11 B.*). θηράομαι *v. l. 31.* ἰχνεύω: VVLG. Sirach 51, 20. *al.* ἰχνηλατέω *v. p. 168, 36. cf. et l. 45.*

deriv.: ? 2. investigabilis, investiganter, investigatio, investigator (-trix). *compos.*: adinvestigo. *Händel-Hi.*

investio, -īvī, -ītum, -īre. *ab* in *et* vestire. *inde ab* ENNIO. [*val.* învesti, *it.* investire, *francog. vet.* envestir, *hisp.* embestir, *catal.* embestir (*i. q. aggredi*). *R.*] [*variat in codd. c.*: investigare: *v. l. 75.* occupare: PLIN. nat. 35, 52. vestire: PRVD. c. Symm. 2, 38. *v. et l. 75. 76.*]

fere i. q. quasi veste obducere, exornare, ornare (*indicatur qua re per: abl. l. 73. ex l. 75. acc. l. 77*): ENN. scaen. 115 *terga monstri* scrupeo -ta saxo. SEN. Herc. O. 381 *silvae*, quas nemore nudo (cum nemora nuda *Leo*) primus -it tepor. LIB. pontif. p. 170, 3sq. *Honorius* -vit (vestivit, investigavit *vv. ll.*) confessionem beati Petri ex argento puro . . .; hic -vit (vestivit *l. v.*) regias in ingressu ecclesie. *nota*: MAECEN. frg. Sen. epist. 114, 5 tenuis . . . cerei fila et crepacem molam focum mater aut uxor -unt (*post* molam *interpunxit cod. Bm²*, *ut verbum significet i. q.* '*circumsedent*'; *etiam antecedentia pendere a verbo* -unt, *quod pro gr. ἐνδύειν τινά τι ponitur, censuit Norden, Kunstprosa I 294 adn. 4 assentiente Kappelmacher, RE XIV 221sq.*).

investis, (-e). *ab* in (*negat.*) *et* vestis. *de etymologia: derivatur*: *1) a veste* (*i. q. stola*): ISID. orig. 10, 152 (*de puellis, ut videtur*) -is, id est sine veste; nondum enim habet stolam; quod est signum maritalis virginitatis. *2) a veste* (*i. q. barba, cf. Lucr. 5, 673*): SERV. Aen. 6, 645 inberbes '-es' vocamus. 8, 659. GLOSS.ᴸ III Abol. IN 21 sine barba (IV PS. Plac. I 10 impuberem, sine barba. V Aa IN 870 sine barba, vel virgo. Abba IN 223 GLOSS. V 420, 62 [= 429, 42]). 224 inberbem (V Aa IN 882). *cf.* PAVL. FEST. p. 368 vesticeps puer, qui iam vestitus est pubertate; econtra -is, qui necdum pubertate vestitus est. NON. p. 45, 23 -es dicuntur inpuberes, quibus propter teneram aetatem nulla pars corporis pilat. *ibid.* l. 27 sed melius intellegi potest -es appellatos quasi in Vesta, id est in pudicitia et [in] castitate. *3) ab in Vesta (quasi per hypostasin q. d.)*: *v. l. 9.*

de notione: *v. p. 169, 84sqq.* GLOSS.ᴸ II Philox. IN 723 ἄφθορος (GLOSS. II 253, 14 inpubes [*cf. l. 3*]. *al.*). GLOSS. II 225, 53 ἀνένδυτος. V 275, 50 celeps, vir sine uxore vel sine marita, -is, innupta. *legitur inde a* PAVLO FESTI (*l. 5*), APVL., TERT.

[*variat in codd. c.*: imberbis: *l. 33. 37. 38.* impubes: *l. 38.* infans: *l. 33.* innectus: TERT. uxor. 2, 8 l. 35. invectus: TERT. uxor. 2, 8 l. 35 (*v. p. 128, 58*). virgo: *l. 35.* *e coni.*: INSCR. christ. Diehl 2278, 5 (*cf. add. p. 514*; inbentis *trad.*).]

fere i. q. impubes (*de pueris; sim. de puellis immaturis l. 32. 40. p. 169, 84. elucet notio castitatis l. 21. 23. 30. 38. cf. l. 9. 37*): APVL. apol. 98 *puerum* -em a nobis accepisti, vesticipem ilico reddidisti (*sic opp.*: TERT. anim. 56, 5. *v. et l. 6*). met. 5, 28, 7 *Psyche* puerum ingenuum et -em sollicitavit. TERT. orat. 22 p. 194, 11 sicut *ab apostolo* (*cf. I Cor. 11, 4sq.*) . . . sub viri nomine etiam -is velari vetatur, ita . . . sub nomine mulieris etiam virgo velari iubetur (*sic opp.*: *ibid.* p. 194, 15. virg. vel. 8 si virgo mulier non est, nec vir -is est. 11. AVG. nat. bon. 44 p. 882, 6 [*ex 'thesauro' q. d. libro Manichaeorum*]. *ibid.* p. 882, 26. *cf.* NON. p. 458, 22 virgines . . . dicuntur . . . etiam pueri -es). virg. vel. 8 nomen . . . nondum viri, masculi -is. IREN. 2, 32, 3 pueros -es. PALLAD. 8, 7. 11, 14, 16 -is puer . . . aut aliquis satis purus. SERV. auct. Aen. 11, 543 (= MACR. Sat. 3, 8, 7 [*e Statio Tulliano ?*]) Romani . . . pueros et puellas nobiles et -es camillos et camillas appellabant. RVFIN. hist. 7, 10, 4 ([imberbes *vel* infantes *vv. ll.*]. *gr.* ἀθλίους). MARCELL. med. 8, 78. 9, 23 PLAC. med. 16, 2 rec. *β*. 17, 5 rec. *β* (*cod. Va*). THEOD. PRISC. eup. faen. 33 (virginis *l. v.*, *cf. Ps. Theod. Prisc. add. p. 272, 1* virginis pueri). DIOSC. 2, 64 p. 206, 20 ([imberbis *rec. alphab.*]. *gr. 2, 81, 2* ἀφθόρου). EPIST. pontif. 609 Thiel Felix 13, 7 p. 264 *pueris*, quod adhuc -es (imberbes, impuberes *vv. ll.*) sunt, a puritate vocabulum est. ISID. diff. 1, 448 inter 'puerperam' et 'puellam'. puellam -em dici et aetate parvulam *eqs.* INSCR. christ. Diehl 4481 Asellus . . . v(ixit) a(nnos) . . . XVIII . . ., -is in pacae. *peculiariter (sensu per etymologiam derivato)*: *i. q. nudus* (*in mentione sapientiae post demum accrescentis tamen luditur c. notione propria immaturitatis*): TERT. pall. 3, 4 *homo* nudus certe et -is figulo suo constitit; post demum sapientiam . . . potitur.

1. investītus, -a, -um *v. s.* investio.

2. investītus impubis GLOSS. V 522, 43. *ab* in *et* vestitus. *cf. l. 6. 12.* *Frei.*

invetābilis, -e. *ab* in *et* vetare. *qui prohiberi non potest*: EVSTATH. Basil. hex. 4, 7, 5 bonum . . . videtur mare . . ., quia classibus -em (inevitabilem [-vet-], invectabilem [*v. p. 123, 55; vix recte*] *vv. ll.*) praestat accessum (ἀκώλυτον). *Hi.*

***inveterāsco** (-ēsco), -āvī, -ātum, -ere. *ab* in *et* vetus, *cf.* veterascere. *de formis*: EVTYCH. gramm. V 449, 2 *inter verba incohativa coniug. tertiae.* -esc-: *solum trad.*: LEX colleg. salut. Dian. et Antin. (CIL XIV 2112) 1, 17 HIER. epist. Pachom. 2 p. 79, 3 THEOD. MOPS. in psalm. 6, 8 p. 34, 10. GLOSS. *v. p. 172, 38.* *in varia lectione*: NIGID. Non. p. 437, 23. CAES. Gall. 5, 41, 5 (*α*). PLIN. nat. 23, 44. *et saepe.* -isc-: AMBR. Iob 1, 4, 11 p. 217, 2 (*P*). 1, 5, 12 p. 217, 17 (*P*). *de notione*: SYNON. Cic. p. 427, 26 B. innotuit. increbuit. -vit. invaluit. NIGID. Non. p. 437, 23 dicemus, quae vetustate deteriora fiunt, vetustiscere, -ere, quae meliora (*syn.* veterascere). *legitur inde a* TER., VARRONE, CIC. *per totam latinitatem; poetarum dactylicorum solus habet* LVCR.

[*variat in codd. c.*: veterasco: CELS. 3, 12 SEN. nat. 3, 1, 3 epist. 85, 10 PLIN. nat. 21, 76. *al.* *e coni.*: PLIN. nat. 17, 53 (*Mayhoff*, in tantum *codd.*).]

fere i. q. veterem fieri: **1** *in universum*: **a** *de hominibus, fere i. q. diu in aliqua re aliquove loco versari*: CAES. Gall. 2, 1, 3 *Galli* exercitum hiemare atque -ere in Gallia moleste ferebant. civ. 1, 44, 2 quibus quisque in locis miles -verit. 3, 110, 6 -verant hi omnes compluribus Alexandriae bellis. LEX colleg. salut. Dian. et Antin. (CIL XIV 2112) 1, 17 ita . . . consentire debemus, u⟨t long⟩o tempore -escere possimus (*sc. in collegio*). ITALA Iob 21, 7 (Ambr. Iob 2, 4, 2 p. 239, 22) impii . . . -erunt in divitiis (πεπαλαίωνται, *Vulg.* confirmati *sunt*. *locum ad sensum apud eccl. usitatum [v. p. 171, 22] trahit Ambr.*).

b *de rebus*: **α** *technice, de eis, quae in serum usum reposita servantur* (*v. et p. 171, 56*): PLIN. nat. 12, 44 *nardus* si -vit (*opp.* recentibus). 23, 44 *vinum* -ens. PS. THEOD. PRISC. simpl. med. 123 adipes quantum -verint, tantum calidiores fiunt. ORIBAS. eup. 4, 16 Aa p. 541, 1 syn. 3, 135, 2 p. 877, 3. **β** *generaliter*: COLVM. 4, 8, 4 -to iam codice (*syn.* ubi . . . truncus adoleverit). SCHOL. Verg. Bern. georg. 1, 124 'veternum' torporem . . . corporis, quo quasi -at corpus.

2 *i. q. aetate convalescere, corroborari (syn.), tenacius inhae-*

[*V. Schmidt-Hi.*]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

rescere: **a** *de rebus variis* (*fere i. q. in usum recipi e. g. l. 2. 5. 8; seq.* ut *l. 10*): Ter. Hec. 12 novas *fabulas* ... exactas feci, ut -rent (Don. *ad l.* denuo agerentur). Cic. Catil. 3, 26 memoria vestra, Quirites, nostrae res alentur, sermonibus crescent, litterarum monumentis -ent et corroborabuntur. Sull. 24 nomen et honos. rep. 2, 18 iam -tis litteris atque doctrinis omnique ... errore sublato. 2, 20 cum iam -ta vita hominum ac tractata esset ac cognita. Tac. ann. 11, 24, 7 omnia, ... quae nunc vetustissima creduntur, nova fuere ...; -et hoc quoque. *al.* *impersonaliter* (*pendet enunt. per* ut): Cic. off. 2, 57 intellego in nostra civitate -asse iam bonis temporibus, ut *aedilitas* ... postuletur.

b *de malis, morbis, affectibus animi sim.*: Cic. Verr. I 1 -vit ... iam opinio perniciosa. Manil. 7 macula ..., quae penitus iam insedit ac nimis -vit in populi Romani nomine. Sull. 60 dissensio ... cum iam -asset ac multos annos esset agitata. Tusc. 3, 32 *mala* ([*seq.*: neque vetustate minui]. Cels. 3, 21, 4. 4, 13, 6. *al.*). 4, 24 cum ... fervor concitatioque animi -verit et tamquam in venis ... insederit. Lvcr. 4, 1068 ulcus ... -it alendo. Caes. Gall. 5, 41, 5 hanc -ere consuetudinem. Nep. Att. 2, 5 aes alienum. Cels. 3, 22, 8 morbus. 4, 30 dolores (Scrib. Larg. 5). *al.* Gell. 1, 22, 1 inroboravit -vitque falsa ... significatio. Itala lev. 13, 11 (Lugd.) lepra -ens est (παλαιουμένη, *Vulg.* vetustissima). *saepe.*

3 *i. q. aetate vel obsolescere vel debilem fieri*: **a** *de hominibus*: Ambr. Iob 1, 5, 12 p. 217, 21 innovatus est Christianus, -vit Iudaeus, renovata est gratia, -vit littera. Vvlg. psalm. 6, 8 -vi inter omnes inimicos meos (ἐπαλαιώθην. *ad l. cf.* Avg. in psalm. 149, 1 p. 1949[med.] -vit homo per peccatum. *Aug. in Iob p. 527, 4* id est ad infirmitatem *perductus sum*). Bar. 3, 11. Psalt. Rom. 17, 46 filii alieni -erunt et claudicaverunt (ἐπαλαιώθησαν, *Vulg.* -ti sunt). Avg. c. Faust. 24, 2 p. 723, 9 totus ... homo ... -vit propter peccatum ..., renovatur autem nunc. *al.* **b** *de rebus*: Cic. fam. 14, 3, 4 spes reliqua est ... in primis ... diebus, nam si -arit, actum est. Itala deut. 29, 5 (Aug. quaest. hept. 5, 51 p. 411, 2) non -erunt vestimenta vestra et calciamenta vestra non sunt adtrita (ἐπαλαιώθη, *Vulg.* attrita sunt. *saepe*). *ibid.* (Hier. c. Ioh. 32 p. 383C) nec -erunt calceamenta (κατετρίβη, *Vulg.* vetustate consumpta sunt). Iob 9, 5 (Ambr. Iob 1, 4, 11 p. 217, 2) *deus* facit montes -ere ... et evertit eos (ὁ παλαιῶν, *Vulg.* transtulit). Ambr. in psalm. 118 serm. 11, 13, 3 p. 241, 15 uter ... non terreno -at situ, ne vinum novum veteres utres rumpat. Hier. epist. Pachom. 2 p. 79, 3 *ne* -escant dies tui et aquae tuae imminuantur. Vvlg. psalm. 31, 3. *al.*

p. p. p. ***inveterātus**, -a, -um *pro adi.* (*pro subst.: masc. l. 48. 52. neutr. p. 172, 5*). Synon. Cic. p. 438, 13 B. proditum. traditum. provulgatum. factum. usitatum. -um. *in interpr. nom. hebr.*: Hier. nom. hebr. p. 3, 23 Balla -a.

1 *animantes* (*animus v. l. 49*): *i. q. diu versatus in aliqua re* (*fere in malam partem de eo, qui usu callet ad fallaciam*): **a** *nude*: Cypr. patient. 12 p. 405, 23 -i et exercitati hostis (*al.*). epist. 59, 9 p. 676, 2 *ab* -is haereticis. Ioh. Med. (?) Ps. Chrysost. ed. Froben I 546A dicebat -us (*i. diabolus, v. l. 40*). Ven. Fort. epist. (carm. 10, 2) 2 serpentis -i dens (*al.*). **b** *additur*: *abl.*: Liv. 42, 11, 6 animum esse -um diutina arte atque usu belli. Ambr. paenit. 1, 15, 79 peccatis. *in c. abl.*: Ambr. Iob 2, 4, 12 p. 240, 15 in pecuniae cupiditate. Avg. in Iob p. 511, 21. *gen.*: Vvlg. Dan. 13, 52 -e dierum malorum (Hier. epist. 118, 3, 3 [*syn.* callidissimus]. *saepe. ad l.* Gloss. -us πέπειρος πανουργίας. -e callide, malitiose). Max. Tavr. hom. 52 p. 347B tantorum criminum -us latro.

2 *res*: **a** *in universum, i. q. vetus, sc. technice de rebus diu servatis* (*cf. p. 170, 77. 172, 45. opp.* recens): *α nude*: Plin. nat. 14, 31 -o ... vino (Oribas. syn. 4, 31, 8 La p. 35, 14 [*gr. p. 143, 16* ὁ παλαιότατος]. *saepe*). 21, 76 mulsum (*syn.* vetus. *cf.* 22, 110 [*opp.* subitae ac recentis]. *al.*). 21, 176 axungia. 28, 198 fimi (28, 241 [*syn.* recens]. *al.*). *saepe.* *β additur quibus modis aliquid servetur*: Plin. nat. 23, 40 vinum fumo -um insaluberrimum. 28, 138 *axungia* vetus ..., quae sine sale -a est (*cf.* 28, 229 sale. 29, 60). 32, 77 fel recens, sed et -um nitro. *al.*

b *de eis, quae aetate convaluerunt*: *α i. q. in usum receptus, consuetudine probatus, solitus* (*fere res incorp.; corp. l. 75. add. dat. l. 78*): Varro frg. Serv. Aen. 7, 601 *consensus omnium* -us consuetudinem facit. Cic. Balb. 64 ut in re tam -a quicquam novi sentiatis. rep. 2, 4 famae ... non -ae solum, sed etiam sapienter a maioribus proditae (Liv. 28, 43, 1 -a [-ae *l. v.*] prudentiae fama). Lael. 35 -a⟨s⟩ ... familiaritates. fam. 3, 9, 4 pro nostra non instituta, sed iam -a amicitia (16, 23, 2). *al.* Nep. Eum. 8, 2 -a cum gloria tum etiam licentia. Cvrt. 3, 10, 4 virtutis. 6, 8, 7 auctoritate (*al.*). 8, 5, 20 moris (*al.*). Tac. ann. 5, 3, 1 obsequium. Fronto p. 193, 24 v.d.H. (= p. 204 N.) *populis vagis non erat* tectum diutinum aut limen -um. Avr. Vict. epit. 13, 9 iuris ... tam repertor novi quam -i custos. Avg. epist. 71, 5 p. 253, 4 quiddam ... aliter ... positum apud Ionam prophetam, quam erat omnium sensibus memoriaeque -um. *saepe.*

β fere i. q. diu tractus, induratus, sc. de malis, morbis, affectibus animi sim.: Cic. Cluent. 1 invidia iam -a iudicii (*cf.* Qvint. inst. 6, 5, 9 *ad l.*: infamiam. off. 2, 58 Tac. ann. 6, 5, 1). dom. 63 vim improborum, quae -a compresso odio ... iam erumpebat. Vatin. 6 odium (*al.*). Balb. 43 -am ... barbariam ex Gaditanorum moribus *delere.* Phil. 2, 108. 5, 31 omne malum nascens facile opprimitur, -um fit plerumque robustius (Sen. epist. 95, 34). 13, 48 flammam tam ... -am (*opp.* oriens). rep. 2, 29 error (*al.*). Tusc. 4, 21 ira (*opp.* nascens et modo existens. *al.*). 4, 24 morbus et aegrotatio, quae evelli -a non possunt (*al.*). Att. 14, 15, 1. Nep. Timol. 1, 1 servitutem. Sen. dial. 3, 19, 6 calliditas. 6, 1, 8 vehementius contra -a pugnandum est (*v. p. 171, 40 sq. opp.* oriens). nat. 3, 1, 3 -a et desperata a medicis vitia (epist. 75, 11 -a ... et dura [85, 10]. *al.*). Plin. nat. 24, 135 tussi. 26, 147 *ulceribus* (29, 65 [*opp.* recens vulnus]. *al.*). 34, 121. *al.* Avg. civ. 8, 22 p. 354, 14 D. superstitione (*al.*). 13, 22 p. 586, 30 ut nullo morbo vel senectute -a moriantur corpora *post resurrectionem.* Cael. Avr. gyn. 2, 14 l. 245 passio (*Soran. 3, 16, 3* δυστραπέλων. Oribas. eup. 4, 19, 6 La p. 542, 22 [*gr. p. 446, 16* παλαιῶν ... γενομένων]). *al.*

c *de eis, quae aetate minuta, trita, obsoleta sunt*: Cic. Sull. 81 sin illa res prima valuit, num -a quam recens debuit esse gravior? Tusc. 3, 26 -o malo, cum tumor animi resedisset (*opp.* recentis). 3, 35 doloris (Sen. epist. 63, 13). 3, 54 *calamitati* -ae (*opp.* praesentis). 4, 39. Cato 72 conglutinatio recens aegre, -a facile divellitur. Arnob. nat. 1, 2 p. 4, 2 religionibus. Avg. agon. 23, 25 p. 126, 10 humanam creaturam ... -am renovare (Sacr. Leon. 94. *al.*). Hesych. in lev. 15, 16 p. 975B *pelles* -ae proici solent. Op. imperf. in Matth. 40 p. 852D omnia ... propter cotidianam meditationem ante oculos eius -a et vilia aestimantur (*seq.* usu vilescit). *al.* *V. Schmidt-Hi.*

inveterātio, -ōnis *f.* *ab* inveterascere (inveteratus). *i. q. status diutino tempore induratus*: Cic. Tusc. 4, 81 -o ..., ut in corporibus, aegrius depellitur *ex animo* quam perturbatio. *i. q. actio indurandi*: Boeth. categ. 3 p. 244A habitus (*i.* ἕξεις) intentione fiunt atque -e dispositionis (*i.* διαθέσεως).

inveterātor, -ōris *m.* *ab* inveterascere (inveteratus), *cf.* veterator. Isid. orig. 10, 139 -r (inveteratus *l. v.*) eo, quod sit multi veterisque usus in malitia. Gloss.L I Ansil. in 1966 -r, subtilis, malitiosus. *fere i. q. veterator, dolosus*: Cassiod. compl. in apoc. 12, 7 p. 1411C *pios* -r malorum persequi non desinit (*sic de diabolo*: in psalm. 140, 11 p. 1003D -r ille pessimus, quando per laqueos non potuerit decipere *eqs.*).

inveterātus, -a, -um *v. p. 171, 40.*

invetero, -āvī, -ātus, -āre. *ab* in *et* vetus. *perf. sensu intransitivo et p. p. p. v. s.* inveterasco. Gloss. II 392, 44 παλαιῶ vetero, -o, inveteresco. [*mediol. vet.* invedrir (*intrans.*). *R.*]

1 *intransitive* (*v. et l. 36 sq.*), *i. q. inveterascere*: Cic. nat. deor. 2, 5 non tam stabilis opinio permaneret nec confirmaretur diuturnitate temporis nec una cum saeclis ... hominum -are potuisset (-ari *dett.*). Vvlg. Is. 65, 22 opera manuum eorum -bunt (*cf. Italam* [*Hier. in Is. p. 648C*] veterascent).

2 *transitive, i. q. veterem facere*: **a** *fere i. q. servare, dum aliquid vetus fiat* (*cf. p. 170, 77. 171, 56*): *act.*: Colvm. 12, 12, 3 nonnulli, quibus non fuit curae caelestem -are aquam, recentem sumunt. Plin. nat. 19, 115 si diutius alium cepamque -are libeat. 23, 60. 30, 92 -ant (*Mayhoff*, -ate, -atae *trad.*). *pass.*: Plin. nat. 14, 77 uvae ... ⟨in⟩ cadis sole -antur. 19, 53 -ari vina. 31, 68. 31, 111 in carnibus ..., quas -ari volunt, illo nitro utuntur. Plin. med. 3, 21. Oribas. eup. 2, 1 E 3 La p. 467[fin.] vetus ... oleus, quod ex dulce oleo -atur, calidior est ..., quod autem de omotribo oleo -atur *eqs.* (*cf.* Aa -tum fuerit, *om. gr.*). *paulo aliter de litteris posteritati tradendis*: Tract. Pelag. p. 67, 13 -anda ... litterarum apicibus verba.

b *i. q. efficere, ut aliquid qualitatem vetustatis accipiat*: Cvrt. 10, 3, 13 Macedonum vobis (*i. Persis*) arma do, -vi peregrinam novitatem (*i. veteri Macedonum dignitati aequavi*). Plin. nat. 23, 39 levissimum est *vinum*, quod celerrime -atur (*i. e musto in vinum vetus mutatur*).

c *fere i. q. obsolefacere* (*apud eccl.*): Itala Dan. 7, 25 (Sangall. ed. Dold 1940 p. 47. *al.*) *rex malus* sanctos altissimi dei -bit (παλαιώσει, *Vulg.* conteret). 9, 24 (Tert. adv. Iud. 8, 5) quoadusque -etur delictum (συντελεσθῆναι, *Vulg.* consummetur). thren. 3, 4 (Wirc.) -vit carnem meam et pellem meam et ossa mea contrivit (ἐπαλαίωσεν, *Vulg.* vetustam fecit). Hebr. 8, 13 (cod. f) dicendo ... novum -vit prius, quod autem antiquatur ..., prope interitum est (πεπαλαίωκεν, *Vulg.* veteravit). Lact. inst. 2, 16, 20 *daemones* hac versutia ... notitiam dei ... apud omnes gentes -erunt. Ambr. Iob 1, 5, 12 p. 218, 2 hos ... montes -vit Iesus (*ad Italam v. p. 171, 36*). in psalm. 118 serm. 18, 37, 3 p. 417, 27 quia *lex* -atur (-vit, veteravit *vv. ll.*) in Iudaeis, renovatur in nobis. Hier. in Is. 65, 23 p. 649C videtur cotidie -are opera sua, qui praeteritorum oblitus in futurum extenditur. Chrysost. ed. Froben I 934C de novo ... fabricata est domus; quam -verat peccatum rogo ut innovet gratia (*gr. Migne 55, 586[in.]* ἐπαλαίωσεν).

invetitus, -a -um. *ab* in *et* vetitus. *i. q. non vetitus*: Sil. 2, 442 *nomadi pastori* fine sine ullo -um saltus penetrat pecus (*i. pecus libere dimissum*).

invetustātus *v. l. 82.*

invetusto, (-āvi), -ātum, -āre. *ab* in *et* vetustus, *cf.* inveterare. *i. q. vetustum facere* (*pass. i. q. senescere*): Itala Bar. 3, 11 (Legion.) quid est, Israel, quod in terra es inimicorum, -tus es in terra aliena? (ἐπαλαιώθης, *Vulg.* inveterasti).

p. p. p. **invetustātus**, (-a, -um) *pro adi., i. q. inveteratus*: Ps. Theod. Prisc. add. p. 314, 6 corniculae cerebrum ... quamvis graves et -os ⟨dolores capitis⟩ sanat.

[*Hi.*]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

invexābilis, (-e). *ab* in *et* vexare. (*qui*) *quae vexare, nocere non potest*: CAEL. AVR. gyn. 1, 135 sic ... -i regula vini (*sc. eius, quod bibere nutrici conceditur*) concretum lac aptissimum fiet ..., cum primis temporibus nulla vini virtute vexatur (*paulo aliter Soran. 2, 26, 5* ἀβλαβῶς).

invexātus, -a, -um. *ab* in *et* vexatus. *i. q. inconcussus, firmus*: IVLIAN. Aug. c. Iulian. op. imperf. 1, 21 p. 1058 probabo ... ita nullis eum solidis responsionibus obstitisse *eis, quae contra ipsum scripseram,* ut ... illa -a permaneant.

[invexō absoluto GLOSS.L II Abav. IN 342 (*cf.* AB 63). *corruptum fortasse ex* innexo (*i. non nexo, Heraeus* [GLOSS.]) *vel* innoxio (*Lindsay*).**]**

inviābilis, (-e). *ab* in *et* viare, *cf.* viabilis (Iul. Val.). *fere i. q. invius*: IVL. VAL. 1, 34 p. 45, 4 aditus ..., qui ... agminibus militaribus -es ... habeantur (*Hist. Alex. 1 p. 38, 19 Kr.* ὡς μὴ δύνασθαι ... ἐπιβῆναι). 1, 49 p. 59, 27 Maeotim paludem ... -em prae rigore. *Hi.*

***invicem** (*coaluit ex* in *et* vicem) *adv.* (*praep. p. 174, 31*) *et* **in vices** (*v. l. 29*). *scribitur in inscr. aut uno ductu* (EDICT. Ved. Poll. [CIL III 7124] a 3. CIL II 1953, 7 [*a. 53/54*] invice) *aut bipartito* (TEST. Galli [CIL XIII 5708] 1, 15). m *finalis omittitur l. 19. p. 174, 5* (invice *pro l. v. in codd. e. g.* HEGES. 3, 4, 2 p. 191, 16 AVG. quaest. hept. 6, 12 p. 430, 1. *al.*). inque vicem (vices *l. 29*) *per tmesin occurrit inde a* VERG. georg. 3, 188 *ap. poetas dactylicos, qui omnes hac tantum forma utuntur. ceterum aliae voces inter* in *et* vicem *non inseruntur exceptis aliquot exemplis genetivi ex* vicem *pendentis* (LIV. 40, 8, 18 SEN. dial. 6, 16, 8 PLIN. nat. 12, 17. *al.*) *et locutione q. e.* in locum vicemque (LIV. 3, 18, 9. VOPISC. Aurelian. 11, 7 [fidemque *codd.*]). invicemque: PLIN. nat. 17, 51. 32, 9 CHALC. transl. p. 52E CLAVD. DON. Aen. 4, 275 p. 390, 11. *al.* inque vices (in vices *non nisi l. 32*) *legitur ap. poetas tantum et ante vocalem* (OV. met. 4, 191. 12, 161. IVV. 6, 311 [-em *recc.*]) *et ante consonantem* (OV. met. 4, 72 [-em *H*]. 8, 474 [-em *recc.*]. Pont. 3, 2, 86 [-em *pars codd.*]). *nota vv. ll.*: HOR. carm. 3, 28, 9 (-m Ξ, in vices Ψ). PROP. 3, 25, 15 (inque vices *F4*). NEMES. ecl. 4, 13 (inque vices *codd. Titii*). NOT. Tir. 51, 31 (*v. et p. 183, 47*).

β res: NEP. Dion 9, 5 quam -a sit singularis potentia. VERG. georg. 3, 563 -os si quis temptarat amictus. Aen. 4, 631 *Dido* -am quaerens . . . abrumpere lucem (SEN. Tro. 939 dial. 6, 3, 3. OCTAVIA 20 lux es tenebris -a magis. *al. cf.* VERG. Aen. 12, 62 haec -a relinquam lumina). 11, 177 vitam moror -am (OV. Ib. 337 LIV. 26, 15, 14. 28, 27, 8. *al.*). HOR. sat. 2, 3, 262 amator . . . haeret -is foribus *puellae?* carm. 1, 34, 10 -i horrida Taenari sedes (*cf. l. 3. 29. p. 197, 68*). 2, 14, 23 cupressos. 3, 18, 15 terram. epist. 1, 7, 17 non -a feres pueris munuscula. 1, 14, 17 negotia. SVLPICIA Tib. 3, 14, 1 natalis. PROP. 3, 5, 3 *non* -o pectus mihi carpitur auro (OV. met. 11, 130. *al.*). 3, 7, 52 -am (*v. p. 192, 9*) . . . aquam. 3, 18, 7 -ae magno cum crimine Baiae. OV. epist. 18, 125 ab -o privignae nomine (IVV. 13, 248. TAC. hist. 2, 53, 1 -um memoriā delationum expositumque ad invidiam Marcelli nomen. *al.*). Pont. 4, 14, 5 ipsa . . . est -a (*v. p. 192, 2*) salus. *al.* LIV. 5, 20, 7 suspectam et -am semper eam pecuniam fore. 25, 3, 13 cum rem -am infamemque cernerent. *al.* SEN. dial. 4, 35, 5 si qua his (*i. sibilo mugituque sim.*) -ior vox est. *et saepe.* *per προσωποποιίαν*: SEN. Herc. f. 96 veniet -um Scelus. dial. 4, 35, 5 talem nobis iram figuremus . . . infestam pariter -amque. -um est *c. inf.* (*cf. p. 197, 57*): SEN. Tro. 909 dirum et -um et grave est servitia ferre?

b *peculiariter in arte rhet. sim.*: -us *sc. auditoribus* (*cf. p. 197, 55*): *α homines*: SEN. contr. exc. 4, 3, 3 semper -um esse, qui reum alium pro se subiceret. VAL. MAX. 3, 8 ext. 1 quae *dicta* et ipsum *loquentem* commendatiorem et inimicum -iorem factura videbantur (QVINT. inst. 3, 7, 19 quosdam claritas ipsa notiores circa vitia et -os magis fecit. 5, 13, 38 quos -os facere volueris. 6, 2, 14. 6, 2, 16). *β res*: SEN. clem. 2, 5, 2 haec *dicta*, si per se ponantur, -a sunt. CVRT. 6, 10, 4 vincti hominis . . . -a defensio est. QVINT. inst. 6, 1, 11 quid invidiosum, favorabile, -um, miserabile aut sit in rebus aut videri possit. 6, 1, 34 ne sit -a securitas *rei.* 11, 1, 32 in isdem *iuvenibus* siccum . . . dicendi propositum plerumque adfectatione . . . severitatis -um est.

B *pro subst.* (*accedit dat. l. 76*): 1 *masc.*: LIV. 1, 49, 5 occidere . . . non suspectos modo aut -os, sed *eqs.* VAL. MAX. 5, 2 ext. 2 ab -issimis circumiri. OCTAVIA 455 -um opprimit *vulgus.* PLIN. nat. 14, 51 -o alias et ostentaturo tradere palmam. QVINT. inst. 6, 1, 12 si contra inpotentem, -um, perniciosum suscepta causa est. TAC. hist. 2, 10, 2 quamvis -um ac nocentem more tamen audiendum *esse.* CLAVD. 22, 34 -os odisse palam. *al.* 2 *fem.*: STAT. Theb. 6, 182 auferte supremis -am (*i. Hypsipylen*) exsequiis *pueri.* 3 *neutr.*: CONC.S I 5 p. 160, 31 audiant qui -a omnibus sentiunt (*gr. I 1, 6 p. 137, 30 ἀπόβλητα, syn. I 5 p. 276, 33* quae omnibus respuenda sunt).

Γ *sensu activo* (*cf. p. 191, 46*): **A** *laxius: fere i. q. infensus* (*licentia poetica derivatur ex iuncturis q. s. '-us hostis' sim., e. g. supra l. 19. 24*): VERG. Aen. 11, 364 *Drances ad Turnum*: ego, -um quem tu tibi fingis, et esse nil moror, en supplex venio (SERV. *ad l.* non sum quidem inimicus, sed si velis esse, non recuso. SERV. auct. *ad l.* id est inimicum. CLAVD. DON. *ad l.* supplicem se efficit inimicus).
B *strictius: i. q. invidus* (*cf. p. 196, 22*): CONC.S II 2, 1 p. 33, 16

[Stiewe]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

diabolus -us studio atque proposito nostro (*syn. II 4 p. 143, 32* fascinans). ALC. AVIT. carm. 2, 187 *draco ad Evam*: pater -us (*i. deus*) sortem non contulit aequam nec vos scire dedit *eqs.* (*v. Goelzer, p. 485 adn. 2; pro 'non visus' putat Peiper, sed cf. 2, 160* invidet). *huc fortasse pertinent*: CE 748, 6 *sorores* noxia vincentes Christo medicante venena -i anguis (*i. diaboli*). 2199, 3 (*s. IV—V*) *Restutus* ex Africa venit, ut istam urbe videret. hec -a tellus istum voluit corpus habere.

iuncturae verbales notabiliores: -um efficere: LIV. 41, 24, 18 (*v. app. crit.*). 42, 42, 5 SEN. benef. 7, 19, 9 APVL. met. 8, 30, 1. -um facere *saepe, e. g. p. 197, 29. 35. 83. 198, 61 et* LIV. 3, 9, 10. 29, 8, 8; -iorem *p. 198, 59 et* VAL. MAX. 4, 7, 4; magis -um *p. 198, 61.* -us fieri: LIV. perioch. 71 p. 82, 2. -um (-issimum SEN. epist. 51, 13) habere *saepe, v. vol. VI 3, 2424, 46 et Thielmann, ALL 2, 1885, 382; Landgraf, ALL 12, 1902, 156. aliter p. 197, 38.* -us haberi: GREG. TVR. Franc. 6, 24 p. 291, 6. -um reddere: LIV. 6, 20, 5. *et v. p. 197, 25.*

deriv.: invidentia, invidia, invidus, invisor, invisus (-ūs). *compos.*: subinvideo; subinvisus, perinvisus.

***invidia,** -ae *f. ab* invidere. *scribitur*: -bicta (*pro* -bicia): INSCR. christ. Diehl 2388 B b (*secundo loco*). -bidia: INSCR. christ. Diehl 2388 A b. -bizia: INSCR. RevA. V 30, 1929 p. 379 n. 59 (*bis*). RevEAnc. 42, 1940 p. 488 n. 4. -bizsa: INSCR. christ. Diehl 2388 B b (*primo loco*). -vitia: TAC. hist. 1, 7, 2 preminuitiam (parem -am *Bezzenberger*). ADNOT. Lucan. 2, 54 (*C*). *notatur* ivd: SCHOL. Iuv. 15, 94. *de formis*: CONSENT. gramm. V 348, 7 *inter* nomina semper singularia. *plur.* (*dub.* [*cf. et l. 52 sqq. 60*]: CIC. rep. 1, 6 [-ae *legit Mau,* -a *edd.*]. HEGES. *p. 201, 44*): CIC. *p. 200, 31. 201, 1. 204, 74.* VATIN. *p. 204, 74.* ARNOB. *p. 202, 72.* FIRM. math. 3, 13, 9. AVG. *p. 204, 10; e gr. derivatur usus p. 204, 55 sqq.* *de genere*: CHAR. gramm. p. 454, 16 B. -a *φθόνος inter ea, quae apud Latinos feminina, apud Graecos masculina sunt.* NOT. Tir. 25, 50 -a. *al.* *de notione*: CIC. *v. p. 190, 39 sqq.* QVINT. inst. 6, 2, 21 duplicem intellegi volo . . . -am: namque altera invidum, altera invidiosum facit; hoc autem hominis, illud rei est. SYNON. Cic. p. 429, 9 B. -a. livor. obtrectatio. detractatio. malivolentia. aemulatio. p. 435, 9 malignitas. livor. -a *eqs.* HIER. in Gal. 5, 21 p. 417[B] -a, quam non putemus idem esse quod zelum, quia zelus et in bonam partem accipi potest, cum quis nititur ea, quae meliora sunt, aemulari; -a vero alienā felicitate torquetur et in duplicem scinditur passionem: cum aut ipse est aliquid in eo, in quo alium esse non vult, aut alium esse videns meliorem dolet se ei non esse consimilem ([*seq.* ANTH. 485[b]]. *cf.* ISID. diff. 1, 610. 2, 165). AVG. in Gal. 52 p. 2142[med.] aemulatio est dolor animi, cum alius pervenit ad rem, quam duo pluresve appetebant . . ., -a vero dolor animi est, cum indignus videtur aliquis assequi etiam quod tu non appetebas. in psalm. 104, 17 p. 1399[in.] -a est . . . odium felicitatis alienae (serm. 353, 1, 1 p. 1561[in.]). GLOSS. V 660, 17 ardet -ā. 662, 21 -am movit. GLOSS. zelum. φθόνος. sine -a ἄφθονος, ὁ μὴ φθονῶν. ἀφθονώτερον. ἀνεπίφθονος. *al. v. et p. 200, 60.* *legitur inde a* PLAVTO *per totam latinitatem.* [*it. vet.* inveggia, *prov.* enveja, *port.* enveja, *francog.* envie. *R.*]

[*variat in codd. saepius c.*: iniuria: FLOR. epit. 3, 18, 1 HIER. epist. 15, 2, 1. 39, 3, 4. *al. v. et l. 82. p. 201, 80.* insidia(e): SALL. Iug. 28, 5 -as (*codd. pauci et Fronto p. 102, 18 v.d.H.* [*= p. 109 N.*]*, an recte?* ins- *cett.*). OV. met. 1, 131 -ae ([*plur.*] *U, v. Levy, Gnomon 4, 1928, 503;* ins- *cett.*). FIRM. math. 3, 11, 8 -as (ins- *V*). 5, 1, 11 -a (*A,* ins- *codd. plures*). *al.* iudicium: DON. Ter. Eun. 467 NOVELL. Marc. 1, 7. *al. v. et p. 201, 80 sq.* invidus: AVG. bapt. 4, 7, 10 p. 234, 3 AVELL. p. 6, 24. *al.* invius: PS. APVL. Ascl. 25 ADNOT. Lucan. 9, 505. *al.* *e coni.*: CIC. Att. 7, 12, 6 (invia, iniuria *trad.*, -a *Victorius*). SEN. contr. 10, 1, 9 in alienam iniuriam facere (*sic vel sim. trad.*, -am *Gronovius*). AMM. 14, 9, 2 (-as *Petschenig pro* ins-). *al. v. et p. 201, 41.* *e suppl. p. 203, 67 et* CIC. dom. 86 (*A. Klotz*). *al.* *falso trad. e. g.* CIC. Mur. 87 (*secundo loco*, iniuriam *Halbertsma*).]

I *passive*: *-a ea, qua premimur* *ab aliis invidentibus: sive i. q. livor sive i. q. indignatio, offensio sim. (sc. contracta), quae notiones saepe seiungi non possunt*:

A *in universum*: 1 *manifestius vigente superstitione -a est vis quaedam infesta felicitati* (*cf.* προσωποποιίαν *p. 205, 71 et de -a deorum, fati p. 205, 32. hic illic* [*p. 200, 2 sqq.*] *subauditur mala vis oculi spectantis, cf. p. 192, 25*): **a** *usu vario*: LVCR. 5, 1126 e summo, quasi fulmen, deicit ictos -a. 5, 1131 -ā . . ., ceu fulmine, summa vaporant. PROP. 1, 12, 9 -ae fuimus *amantes.* CE 963, 2 (*a. 12 a. Chr.*) o vitae . . . voluptas, florenti si non succederet (surgeret *Buecheler*) -a. *ibid.* 4 invidus . . . surrexit mihi Lucifer . . ., cum miseram me urgeret -a (fati *add. Buecheler*). CVLEX 342 frangitur -ae telo decus (SEN. epist. 74, 4 -a, perniciosum optimis telum). OV. am. 2, 6, 25 raptus es -ā. met. 10, 584 *Hippomenes*, ne quis . . . currat velocius, optat -amque (-āque *pars edd.* [*ad p. 204, 22 sqq.*]) timet. LIV. 8, 31, 7 -am tamquam ignem summa petere. 9, 19, 15 absit -a verbo (28, 39, 11. 36, 7, 7. CVRT. 9, 2, 29 si -a afuerit. 10, 2, 24. 10, 9, 6. CONC.[S] II 3, 2 p. 176, 3 a vestro imperio [*in acclamatione; gr. II 1, 2 p. 155, 23* φθόνος]. *al.*). 45, 35, 5 intacta -ā media sunt, ad summa ferme tendit. SEN. dial. 6, 16, 5 tantam turbam non potuisse sine -a (iniuria *dett.*) damnove praetervehi (PANEG. 9, 6, 3 quod sine -a dixerim. *al.*). STAT. Ach. 1, 146 superant tua vota modum placandaque multum -a est. QVINT. inst. 6 praef. 10 esse nescio quam, quae spes tantas decerpat, -am. AMM. 27, 6, 8 parcius -ae metu dicitur. *al.* **b** *remedia -ae*: CIC. Att. 1, 16, 11 missus est sanguis -ae (LIV. 3, 54, 4 dandus). SEN. dial. 6, 13, 3 si quid ob . . . victoriam -ae dandum esset. PLIN. nat. 28, 39 *fascinus* medicus -ae. MACR. Sat. 1, 6, 9 *remedia* adversus -am valentissima. DAMIG. lapid. 14 p. 175, 6 *Sapphirus* resistit . . . ad omnem -am (34 p. 190, 6 adversus -am et fascinum). *in phylacteriis ad -am avertendam factis* (*v. Merlin, RevEAnc. 42, 1940, 486 sqq.*): INSCR. RevA. V 30, 1929 p. 379 n. 59 -a inbiziosa: -a(m) patiatu(r) abis (*sc. meam vicem; v. et p. 199, 21. hinc explices* INSCR. christ. Diehl 2388 B b [*v. p. 199, 20. 22*]). VI 18, 1941 p. 339 n. 131 -a inviziosa, ngel (*i. nihil*) tibi ad anima pura (christ. Diehl 2388 A b [*v. p. 199, 20*]. RevEAnc. [*l. 8*] p. 488 n. 4 [*v. p. 199, 22*]).

2 *sensu generali* (*iuncturae non paucae occurrunt etiam activo sensu sub II. propius accedunt huc aliquot loci c. gen. subi. p. 204, 66 sqq.*): **a** *nude ponitur* (*c. gen. inhaerentiae l. 54*): *α usu vario*: PLAVT. Cist. 28 vivimus cum -a summa (CIC. har. resp. 17 LIV. 42, 22, 4. VAL. MAX. 4, 5, 3 *de fortuna. al.* TAC. hist. 1, 16, 3 erimus [GELL. 4, 15, 1]. *al.*). TER. Andr. 66 ut . . . sine -a laudem invenias (CIC. div. in Caec. 23. *al.* OV. trist. 3, 4, 43 VELL. 2, 48, 6. *al.*). CIC. S. Rosc. 149 ex -a minus laborarent (Cluent. 202. *al.*). Verr. I 11 *Verres Dolabellam* in -am suis maleficiis adduxit (II 2, 45 pervenisse. Cluent. 130 venerant [VARRO Men. 65. *al.*]. NEP. Alc. 7, 1 recidit. *al.*). II 3, 98 ab . . . ventis -ae circumflari. 5, 181 quanta sit in (*add. codd. recc.*) -a quantoque in odio apud quosdam . . . industria (Deiot. 33 in -a esse [-a esse, invidiose *vv. ll.*]. SALL. Iug. 25, 5 [in *om. B H*]. OV. met. 6, 403. LIV. 29, 37, 17 [in *om. C H*]. SEN. contr. exc. 5, 3, 2. ASCON. Scaur. p. 24, 25 [in *om. S*]. PLIN. nat. 18, 41. *al. v. etiam l. 80. cf.* CIC. Cluent. 200 in falsa -a . . . versatum). Cluent. 5 *in iudicio* falsa -a imbecilla esse debet. 9 caput atrocitatis atque -ae fuit innocentem . . . circumventum *esse.* 94 -ae tempestatibus. 137 -ae . . . incendium. 153 a procellis -arum. 160 si . . . nihil praeter -am (*sc. veterem Cluenti*) attulissent *accusatores.* leg. agr. 2, 36 quae . . . consules propter -am non vendiderunt (2, 70 Catil. 1, 28 Lael. 42. *al.*). 2, 68 agros . . . plenos -ae (VAL. MAX. 1, 8 ext. 2. *al.*). Catil. 1, 23 molem istius -ae. dom. 44 civibus ad -am esse proposita (LIV. 1, 47, 12 insignis ad -am. 2, 7, 8 superesse. SEN. suas. 2, 3 perducta sunt. VAL. MAX. 2, 2, 5 *opibus* ad -am . . . abundaveras [usque *in marg. add. A*]. *al.*). Pis. 4 senatus auctoritatem sustinui contra -am. Planc. 67 *ea ratione vitae* minimā -ā novi homines . . . sunt . . . honores consecuti. Phil. 14, 17 virtutem imitatione dignam, non -ā. de orat. 3, 11 Cotta . . . depulsus per -am tribunatu (LIV. 6, 4, 11. *al.*). *ibid.* qui in eadem -ae flamma fuisset. *al.* CAEL. Cic. fam. 8, 6, 1 Appium . . . reum factum . . . non eā . . . -ā. 8, 8, 2 *Servilius* maximae . . . nobis traditus erat -ae (maxima . . . -a *Manutius. sim. gen. qualit.*: SEN. Tro. 479 *Troiae* arx . . . pollens opibus . . ., gentes per omnes clara et -ae gravis [*cf. vol. VI 2, 2289, 57; an* -ae, *sc. pro dat., ad tit. III trahendum?*]). NEP. Alc. 4, 1 -ae crimine accusaretur (-a criminis *ed. Ultraiectina* [*cf. p. 202, 21*]*, aliter p. 204, 38*). Chabr. 3, 4 tantum se ab -a putabant futuros (LIV. 3, 52, 11 caveatur. *al.*). VERG. Aen. 10, 852 pulsus ob -am (11, 539 ASCON. Pis. p. 21, 25. *al.*). LIV. 3, 51, 4 qui proximi -ae sint (3, 58, 7. 35, 10, 5 propior -am). *al.* SEN. contr. 7, 1, 14 extra omnem -am secessisse (*al.*). *al.* VAL. MAX. 1, 6, 12 *ornamenta* ad -am usque contraxerat (6, 9 ext. 5 SEN. epist. 120, 21 PETRON. 11, 1. *al.*). 5, 3, 2[f] *Lentulus* -ā et obtrectatione conpulsus (*cf.* IVST. praef. 6 cum obtrectationis -a decesserit). *al.* PLIN. nat. 7, 108 insignibus iudiciis optime citraque -am tam superba censura peragetur. *et saepe.*

β casus iunguntur c. verbis (*exempla selecta*): ① esse: *nom.*: CIC. fam. 9, 16, 5 quae est -a, aut quid mihi nunc invideri potest? VERG. Aen. 4, 350 quae . . . Teucros considere *Italiā* . . . -a est? (SERV. auct. *ad l.*: *seq.* ut. GLOSS.[L] I Ansil. QVE 28 que -a, qui livor. *sim. pendet acc. c. inf.*: VERG. [?] catal. 11, 8 manes, hunc superesse patri quae fuit -a? STAT. Theb. 1, 280 COD. Iust. 6, 57, 5, 2 INST. Iust. 2, 9, 1. *al.*). LYGD. 3, 20 in illis, *quae populus miratur*, -a est. OV. trist. 4, 4, 26 -am, si qua est, auctor habere potest. SEN. contr. 7, 6, 20 (*v. app. crit.*). ITALA eccles. 4, 4 (Rufin. Basil. hom. 4, 4 p. 1757[B]) -a viro ab amico suo est (*gr.* ζῆλος, VVLG. *aliter*). *al.* *gen. qualit.*: OV. am. 3, 6, 21 non eris -ae, torrens, . . . ferendae (met. 10, 628). SALV. gub. 7, 6 maioris -ae. *dat. final.* (*add. vel subauditur dat. personae* [*rei l. 75. 77*]*. aliter p. 199, 71*): CATO or. frg. 2 ne -ae siet *illud.* POMPON. Atell. 8 ne -ae siet (-a desit *trad.*, tibi *add. Bothe*), cum *eqs.* CIC. Verr. II 3, 144 nobis. 5, 19 crimini aut -ae reo . . . esse . . ., si *eqs.* MAT. Cic. fam. 11, 28, 3 idem homines *Caesari* . . . et -ae et exitio. SALL. Iug. 73, 4 NEP. Dion 4, 2. OV. am. 3, 3, 17 *ad deos*: non -ae vobis *Andromeda* . . . est . . . iussa . . . mori? (*sim. c. part.*: met. 10, 731 LIV. 2, 52, 3. *al.*). 3, 12, 14 nostris . . . bonis. LIV. 3, 31, 4 -ae . . . res ad exercitum, *sc. consulibus* (32, 5, 7 ⟨ad⟩ Macedonum animos. *cf.* apud: 4, 53, 4. TAC. hist. 2, 95, 1 *seq.* quod. *al.*). 4, 49, 12 causae atque . . . ordini. *al.* *abl.* (*loci certiores; v. etiam l. 24 sqq.*): CIC. rep. 6, 2 cum causā pari collegae essent, . . . -a pari non erant. Att. 2, 9, 1 non . . . ulla . . . -a (in -a *l. v.*). ad Q. fr. 3, 3, 2 tanta -a sunt consules propter suspicionem. NEP. Eum. 7, 2 minore. PLIN. nat. praef. 27 magna.

Ⓘ *c. verbis variis*: Ⓐ -a (quid -ae *sim.*) *pro subi.*: ASELL. hist. 4 glisceretur (*al.*). CIC. Cluent. 83 ab eo -am discedere. Catil. 1, 29 ne quid . . . -ae . . . redundaret (*al.*). Cael. 23 nocuit (Pis. 72. *al.*). fin. 1.

[*Stiewe*]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

67 odia, -ae (-a *l. v.*), despicationes adversantur voluptatibus. off. 2, 85 obsit. Att. 2, 9, 2 quo -a transeat et ubi sit habitatura. *al.* SALL. Catil. 6, 3 orta est (*al.*). Iug. 35, 2 urgeat (*al.*). 55, 3 post gloriam -am sequi (SEN. dial. 5, 31, 1 quantum ... -ae. *al. v. et p. 205, 74*). *al.* HOR. sat. 1, 6, 26 adcrevit (*al.*). LIV. 3, 64, 4 imminentem (*al.*). 29, 22, 8 senescente. *al.* Ⓑ *pro obi.*: ① *acc.*: -am (tantum -ae *sim.*): *habere, suscipere sim.*: PLAVT. Stich. 449 inveniam. CIC. inv. 1, 4 tantum odii atque -ae suscepit eloquentia (Verr. II 2, 137 Cluent. 7. *al.*). Verr. II 2, 74 sustinere (LIV. 2, 27, 12. *al.*). leg. agr. 2, 70 Sullanus ager ... tantam habet -am (Mur. 87 de orat. 2, 283 orat. 170 NEP. Thras. 4, 1. HOR. epist. 1, 17, 51 minus -ae. PROP. 2, 25, 34. OV. *p. 200, 64.* VAL. MAX. 4, 8, 4 multum occupasse -am habere potuit. *al. nota* CLEM. ad Cor. 4, 13 a fratribus [φθόνον ἔσχεν ... ὑπό]). Catil. 1, 29 -am virtute partam (TAC. hist. 3, 60, 3 nimium -ae. *aliter l. 47*). part. 66 subire (fam. 15, 4, 12. *al. cf.* TAC. ann. 4, 70, 3 adisse). PVBLIL. I 17 ferre (LIV. 3, 14, 4 praecipuum quicquam ... domum *ferre* -ae. *al. aliter l. 39*). OV. epist. 19, 67 (69) patiar (SEN. Herc. f. 353. *al.*). EPICED. Drusi 190 -ae, quam meruere *di*, metu (*al.*). LIV. 5, 20, 2 caperet. CVRT. 4, 5, 2 sentire. *al.* *vitare, amoliri sim.*: RHET. Her. 4, 38, 50 ad -am vitandam (CIC. part. 63 fin. 2, 84. *al.*). *ibid.* fugitur (*al. cf.* NEP. Eum. 7, 1 -am verens, quam ... effugere non potuit [*al.*]). CIC. Cluent. 7 timendum (69 off. 1, 84 SALL. Iug. 39, 2. *al. cf.* CIC. leg. agr. 2, 38 metuit [SALL. or. Macri 8. *al.*]). 81 -ā remotā, quam dies mitigavit, oratio mea deprecata est, vestra fides ... reiecit (CVLEX 73 OV. met. 12, 626. *al.*). 90 sedatā (*al.*). leg. agr. 2, 69 deponere (*al. cf. p. 205, 27*). Sest. 82 transferre ... -am in *adversarios* (SVET. Vesp. 23, 1 ad sales. AMM. 27, 9, 2 transferendae ... in alios -ae artifex [*cf. p. 203, 8*]. *al.*). Balb. 16 mors ... cum extinxet. nat. deor. 1, 123 detestandae. SALL. Iug. 10, 2 gloriā -am vicisti (OCTAVIA 485 -a tristis victa ... cessit. *al.*). HOR. sat. 2, 3, 13 placare. epist. 2, 1, 12 -am *morte* ... domari. OV. epist. 7, 106 (108) detrahit (*al.*). LIV. 3, 9, 12 minueritis (*al.*). 43, 4, 8 -am infamiamque ab Lucretio averterunt in Hortensium. *al.* PETRON. 97, 10 amolitur (TAC. hist. 3, 75, 3. *al.*). QVINT. inst. 11, 1, 22 ut ... -am ... omnem in eum regereret (TAC. hist. 3, 78, 3). *al.* *movere sim.* (*deest voluntas efficiendi vel certe non praevalet; aliter p. 202, 66 sqq.*): RHET. Her. 4, 38, 50 res ... -am contrahunt (SEN. epist. 87, 31 *divitiae*. *al.*). CIC. Sull. 81 plus -ae quam dignitatis adferre (Deiot. 34. *al. cf.* SIL. 6, 402 *Regulus captivus* -am caelo ... ferebat [TAC. hist. 3, 39, 1. *aliter l. 15*]). BRVT. Cic. fam. 11, 1, 6 *Romae esse publico praesidio* nobis concessuros *Caesarianos* non puto; magnam enim -am (*cod. M man. rec.*, umquam *cett.*) iis faciemus (LIV. 3, 58, 8 plus ... -ae. QVINT. decl. 260 p. 63, 27. *al.*). SALL. Iug. 15, 5 ne ... licentia -am accenderet (LIV. 2, 23, 2. HEGES. 1, 44, 8 p. 118, 15 -as [*v. app. crit.; gr. 1, 632* ἐποίησας ἐπίφθονον]. *al.*). LIV. 3, 12, 8 ne cumularet -am. 10, 46, 6 aucta ... ea (*i. eius rei*) -a est ad plebem (VELL. 2, 31, 4 TAC. hist. 2, 68, 1. *al.*). 21, 63, 4 res ... -am apud nobilitatem ... Flaminio ... peperit (*aliter l. 14*). 39, 53, 9 conciliabat (VELL. 2, 56, 4). CVRT. 8, 8, 22 excitavit. SVET. Iul. 78, 1 movit (*al.*). *al.* ② *dat.*: CIC. Cluent. 3 resistere (VAL. MAX. 8, 1 damn. 1. *al. cf. p. 202, 73*). 201 condonetis. Catil. 3, 28 qui se ... obtulerint -ae (LIV. 3, 50, 16). Sull. 79 *vitam rei*, iudices, nolite ... obicere -ae (or. frg. A XII 7. LIV. 4, 44, 8 adversae -ae. *al. cf. et p. 203, 9. sim.* HOR. sat. 2, 6, 48 subiectior [LIV. 4, 58, 14 IVV. 10, 57]). Sest. 64 cesseram (*al.*). har. resp. 60 se ... opponat. *al.* ⓒ *abl.*: PLAVT. Aul. 482 utamur. CIC. Verr. I 5 cum ... -ā ... et infamiā ... flagraret (Cluent. 136 Sest. 140. *al. cf.* Verr. II 1, 157 quā -ā ... conflagravit [Mil. 75 quā *i. cuius rei* -ā. *al.*]. de orat. 3, 8 ardentem [*al.*]). 43 liberetis (leg. agr. 2, 68. *al.* SEN. dial. 6, 17, 7 deos. *al.*). Cluent. 61 notata. Catil. 2, 4 oppressus (*aliter p. 202, 59*). leg. 3, 24 caret (OV. met. 13, 139. *al. nota* LVCAN. 9, 740 leti frons [*i. letalis vulneris aspectus exterior*] caret -ā [*an ad p. 202, 23?*]). Att. 15, 2, 3 levari. SALL. Catil. 3, 5 me ... honoris cupido ... famā atque -a vexabat. VAL. MAX. 8, 1 pr. laborantes (QVINT. inst. 12, 8, 14. *al. v. et p. 204, 44*). *al.*

b *c. gen.* (*cf. p. 205, 3. c. adi., pron. poss. vice gen. l. 80. p. 202, 29*): *α hominum, deorum (fati l. 75): per gen. indicatur*: ① *quis patiatur -am*: CIC. div. in Caec. 46 ex illius -a deonerare aliquid et in te traicere. Verr. I 1 ordinis. II 1, 5 iudiciorum (1, 21. Cluent. 1 inveteratā. *al.*). 3, 69 condemnari cum istius -a. off. 3, 82 plurimum posse alterius -ā. *al.* HIRT. Gall. 8, 53, 1 dignitatem ex Caesaris -a quaerebat. SALL. Catil. 22, 3 Ciceronis. LIV. 22, 34, 3 per -am eorum favorem ... conciliabat. 24, 26, 3 -ā Hieronymi conflagrare. 40, 5, 1 *facinus* flammam regis -ae adiecit. *al.* LVCAN. 4, 244 *nefas* fortuna deorum -ā ... tulisset (9, 66 Pompeio contigit ignis -ā maiore deum [ADNOT. Lucan. *ad l.* de hoc ... diis ... debet fieri -a. *an ad p. 205, 32?*]. SIL. 12, 238 [*syn.* crimine]. *sim.* MART. 12, 14, 8 fati. *cf. et p. 200, 18. 202, 42*). PS. QVINT. decl. 2, 16 p. 34, 4 cuius -ā periturus est *pater*. *al.* TAC. ann. 2, 38, 1 cum -a senatus et principum. 3, 53, 3 unius -ā ... peccatur. *al.* PLIN. epist. 6, 2, 3 sub alterius -a ... dicere. VLP. dig. 1, 16, 9, 5 hoc ... ad -am eius, qui provinciae praeest, spectat. *al.* *pro gen. accedit adi., pron. poss.*: CIC. Quinct. 85 cum summa sua -a ([iniuria, iudicia *vv. ll.*]. Sest. 49. Mil. 40 nullā suā -ā. *al.*). Cluent. 77 ex -a senatoria ... crescere. Mil. 98 cum ... faces -ae meae subiciantur (Phil. 14, 15. *al.*). Brut. 54 post decemviralem -am (LIV. 3, 43, 2). Att. 2, 19, 4 alienam (LIV. 22, 34, 2 alienā -ā splendentem [38, 53, 7]. 24, 25, 2 sub ... -a. *al.*). *al.* SALL. Iug. 39, 5 fraternae. LIV. 22, 26, 4 *favorem* ex dictatoria (dictatoris *l. v.*) -a petiit. *al.* ⓘ *propter quem fiat -a*: SEN. contr. 1, 6, 10 ut detraheretur *filiae* -a relicti patris. SPART. Hadr. 9, 3 consularium occisorum. AMM. 29, 1, 41 caesorum. SCHOL. Cic. Gron. D p. 284, 23 Lentuli praetoris (*sc. puniendi*). *al.*

β rei: CIC. Verr. II 1, 41 flagitiorum. Cluent. 80 temporis (Rab. Post. 10 fam. 3, 10, 10. *al. cf.* Catil. 1, 28 posteritatis. TAC. ann. 12, 67, 2 praesentium). leg. agr. 1, 14 minuetur ... pecuniae -a. 2, 68 -am Sullanorum agrorum ferre. Rab. perd. 2 vitae. Catil. 3, 3 non ... vereor huius verbi -am (fin. 1, 43. *cf. p. 203, 53*). Flacc. 13 quarum rerum (LIV. 2, 40, 10 rei. 3, 1, 3. *al.*). 66 sequitur auri illa -a Iudaici (*seq.* crimen). Sest. 61 cuius *sententiae*. Cael. 15 ad coniurationis -am oratio est ... delapsa ([*paululum transit ad p. 203, 70*]. Brut. 127). 30 si qua est -a communis ... aeris alieni *eqs.* rep. 2, 20 quo ... a se -am interitus ... pellerent. *al.* POLLIO Cic. fam. 10, 31, 3 facti (SALL. Iug. 29, 5. 35, 8 VELL. 2, 47, 4. *al.*). OV. rem. 20 -am caedis ... habes. met. 15, 537 ne ... augerem muneris ... -am. LIV. 2, 43, 4 -a tribuniciae potestatis versa in auctorem est. *al.* VELL. 1, 12, 5 *Carthaginem* -ā imperii ... invisam *Romanis*. 2, 44, 2 -ā communis potentiae in *Pompeium* ... relegatā (2, 64, 2 fortunae). SEN. clem. 2, 7, 2 -ā (*edd.*, -ae *trad.*) criminis ... laborantem ([crimine *l. v., an ad p. 200, 47?*]. QVINT. inst. 4, 3, 6. 5, 13, 3. 6, 3, 10. *al.*). dial. 6, 19, 6 *v. p. 205, 7. al.* PS. QVINT. decl. 1, 12 p. 14, 8 latet tota mortis -a *sc. in vulnere* (15, 4 p. 280, 12. *cf. p. 201, 60; aliter* SIDON. carm. 5, 416 pars *sauciorum* ... mortis ad -am vivit). HIL. trin. 5, 33 p. 152^B propheta ... gloriam *dei* ... usque ad -am propheticae dignitatis adspexit (SIDON. epist. 4, 11, 5 exempli. *al.*). VEG. mil. 1, 16 p. 19, 13 sine -a sanguinis hostis *interit*. VAL. CEM. hom. 5, 2 p. 706^D cruoris. COD. Iust. 2, 17, 2 (*a. 241*) citra -am fisci mei. *al.* *pro gen. accedit adi., pron. poss.* (*demonstr., rel. e. g. p. 201, 45. 57*): SOL. 1, 49 Philippensis, inde proscriptionis -a (*ex* PLIN. nat. 7, 147). FORTVN. rhet. 3, 5 p. 123, 19 res atroces ... -am suam praeferunt. COD. Iust. 2, 17, 4 (*a. 294*) -am fiscalem ... implorari non decet.

3 *metonymice*: **a** *de ipsa re odiosa*: CIC. leg. agr. 1, 15 locupletatis aut -ae aut pestilentiae (*i. agrorum*) possessoribus.
b *c. respectu actionis, rei odium adferentis* (*fere i. q. culpa l. 42 sqq.; per gen., pron. poss. indicatur obi. odii praeter exemplum primum. huc transeunt aliqua exempla sub 2 posita*): PS. QVINT. decl. 14, 6 p. 270, 8 *venenum*, quod sic ordinatur, ut corporis parcat -ae (iniuriae *Burman*) et sit tantum animi venenum (*paulo aliter* PAVL. NOL. carm. 31, 466 nolo mihi ... *purpurā* vestis ardeat, arsuri corporis -a). IVV. 15, 95 illic (*sc. in Vasconibus humanas carnes edentibus*) fortunae -a est bellorumque ultima (AVSON. 311, 2 p. 407 P. fortunae -a [-ae *B*] est immeritus miser). ARNOB. nat. 1, 5 p. 7, 18 ut inter Assyrios et Bactrianos ... dimicaretur ..., -a nostra haec fuit? **c** *nota* fidei -a, *i. -am fidei colligens in se*: PAVL. NOL. carm. 15, 128.

B ***peculiariter***, *praecipue in sermone forensi et rhetorico*: ***-a petitur adversario*** *sive dictis sive actionibus, sc. apud iudices, auditores sive praesentes sive subauditos* (*cf. p. 205, 13. de -a transferenda in alios v. e. g. et l. 19 sq. p. 201, 26. pendet gen. inhaerentiae p. 203, 2. 5* [*cf. p. 203, 69*]):

1 *usu generali et propius accedente ad A*: **a** *praecepta rhetorum*: RHET. Her. 1, 5, 8 *adversarios* in odium, in -am, in contemptionem adducemus; ... in -am trahemus, si *eqs.* (*sim.*: CIC. inv. 1, 22 MAR. VICTORIN. rhet. 1, 16 p. 197 MART. CAP. 5, 545 EVGRAPH. Ter. Eun. 19). 4, 49, 62 *imago sumitur*, ut in -am adducat. QVINT. inst. 4, 2, 75 accusator ... adiecit -am, rem verbis exasperavit. 4, 2, 128 *res exponitur* vel -ae gratia vel miserationis (9, 2, 9). 6, 1, 4 -ā premere (*cf.* 7, 2, 30 opprimi). 8, 4, 19 res ... in summam ... extulimus -am. 11, 3, 63 in -a facienda. *al.* AQVILA rhet. 11 p. 25, 20 aliquid interrogamus et augemus eius -am (*sim.*: SCHEM. dian. 39. MART. CAP. 5, 524 exaggeramus). SVLP. VICT. rhet. 23 p. 324, 30 amplificamus -am eius, quod querimur admissum. IVL. SEV. rhet. 21 p. 367, 14 ut ... ipsa *re* ... -am (in -am *l. v.*) moveamus. *al.*

b *exempla selecta: intentionem vel dicendi vel agendi indicant*: *α verba*: CIC. Verr. I 2 hanc -am senatūs inflammare (*al.*). *ibid.* non ut augerem -am ordinis (VELL. 2, 44, 5 *Bibulus domi se tenendo* augere vult -am collegae [*cf. p. 203, 36*]. 2, 62, 3. *al.*). II 1, 151 -am commovere (Phil. 3, 18 a sui similibus [*i. apud eos*] -am ... in me commoveri putat. *al.*). 2, 73 quod ... crimen -amque conflaret (*al.*). 5, 19 ut ex eo crudelitatis -am colligam. 5, 21 nullam in te -am ... concitabo (*al. nota* ARNOB. nat. 6, 27 p. 237, 20 -as. *cf.* CIC. Cluent. 134 -ae populariter excitatae restitisset [*al.*]). 5, 133 te ... in crimen et in -am vocari (Phil. 2, 59 apud illos. *al.*). Cluent. 103 in summam ... -am contionibus eum ... adduxerat (off. 3, 79. *al. cf.* SCHOL. Cic. Gron. D p. 303, 21 ad -am et odium ducit). leg. agr. 2, 60 -a quaeri videtur (Flacc. 69. *al.* TAC. ann. 3, 16, 2 tali morte. *al.*). 3, 7 nos ... in -am rapit (ac. 2, 126). Flacc. 41 mortis illius -am in L. Flaccum ... conferebat (*al. cf.* LIV. 6, 16, 1 facinus ... oblatae ... vani furti -ae). de orat. 2, 201 in Caepionis -a renovanda (LIV. 4, 40, 4). SALL. Catil. 43, 1 uti ... belli ... -am ... consuli inponeret. LIV. 6, 27, 3 adgravantibus summam ... ⌊-ae eius⌋ tribunis (⌊ ⌋ invidiosius *pars edd. cf.* TAC. ann. 14, 12, 3 quo gravaret -am matris). 38, 51, 5 *Scipionem* -ā ... urgent (PLIN. epist. 9, 13, 4 temporum -ā). 38, 56, 11 -ā onerat

[Stiewe]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

(40, 12, 6 -ā gratiae externae. *al. nota* FIRM. math. 1, 7, 8 acerbae delationis ... -ā). ASCON. tog. cand. p. 69, 1 'in introitu gladiatorem' pertinet ad -am proscriptionis. PETRON. 101, 3 inundatus hac ... -a. SIL. 8, 259 accendere sollers -am. STAT. silv. 5, 3, 70 superos ... pulsem -ā (5, 5, 78. FIRM. math. 5, 1, 6 accusationis. *al. cf.* TERT. apol. 40, 15 in sacco et cinere volutantes -ā caelum tundimus, deum tangimus). QVINT. inst. 4, 2, 114 *Cicero* casum ... incendit -ā. TAC. hist. 2, 86, 2 serendae in alios -ae artifex (*cf. p. 201, 27*). ann. 14, 49, 3 principem obiecisse -ae. VLP. dig. 47, 10, 15, 5 quae *vociferatio* ... ad infamiam vel -am alicuius spectaret. GELL. 13, 25, 27 cumulandae -ae gratia (*al. cf.* SCHOL. Cic. Bob. p. 147, 29 magnum cumulum fecit -ae). ZENO 1, 16, 6 p. 378^{B} *uxor* invidiosis vocibus deo concinnat -am. *al.* *nota iuncturam* -am facere: Ov. met. 4, 548 ut ... parum iustae ... deae ([*seq.* convicia]. SEN. Herc. O. 1861 deis lugendo. ZENO 2, 15, 1 p. 441^{A} deo. *al. v. et l. 22. cf.* VAL. MAX. 2, 6, 7 divino numini ..., quod *eqs.*). LIV. 38, 43, 2 ad -am ei faciundam. 39, 39, 9 -am fieri geminati honoris (*sic c. gen. rei*: Ps. QVINT. decl. 15, 2 p. 278, 5. 19, 10 p. 345, 17. *al.*). AT. CAP. Gell. 4, 10, 8 hac -ā factā. SEN. contr. 10, 4, 15 (*seq. acc. c. inf.*). *al.* VAL. MAX. 5, 7, 2. SEN. dial. 6, 5, 6 nullā re maior -a fortunae fit quam aequo animo. LVCAN. 2, 36 nullis defuit aris -am factura *matrona* (COMMENT. Lucan. *ad l.* -a deorum est, cum homines de miseriis conqueruntur). PETRON. 107, 10 clamando. QVINT. decl. 283 p. 148, 13 hanc -am ..., ut ... cibum ab aliis petas. *al.* Ps. QVINT. decl. 10, 9 p. 196, 28 morti. 12, 28 p. 244, 26 saeculo (*cf.* 19, 14 p. 350, 3 maledixit saeculo, fecit temporibus -am). *al.* IVV. 15, 123 nolenti surgere Nilo (SCHOL. Iuv. *ad l.* hanc ..., ⟨ut⟩ cadavera devorarent). *et saepe; v. etiam l. 83 et cf. l. 11.*

β *praepp.* (*cf. e. g. supra l. 16*): ad -am: CIC. Att. 1, 16, 1 cum ... meo nomine ad -am uteretur (VLP. dig. 47, 10, 15, 27 veste lugubri. *al.*). LIV. 26, 32, 5 haec ... cum ad -am consulis ... dicerentur (DON. Ter. Eun. 1014. *al.*). SEN. contr. 9, 5, 9 (*syn.* contumeliam). TAC. ann. 2, 37, 4 refero (*al. cf.* PRISCILL. tract. 1, 38 ad nostram ... profertur -am). TERT. adv. Marc. 2, 24 p. 367, 11 (*syn.* exprobrationem). SCHOL. Cic. Gron. D p. 323, 5 ad -am Milonis cadaver *Clodii* iacuit. *al.* -ae gratia: *v. p. 202, 58.* in -am (*e coni. v. p. 199, 59*): LIV. 37, 57, 15 in huius ... -am ... dixit. SEN. dial. 6, 14, 2 *Bibulus* ⌞⟨in⟩ -am⌟ collegae domi latuerat (⌞ ⌟ -am *A*, ob -am *F*, *edd. cf. p. 202, 68*). PLIN. nat. 37, 19 Fortunae. MART. 1, 58, 4 meam. SCAEV. dig. 47, 10, 38 ne quis imaginem imperatoris in -am alterius portaret (CALL. dig. 48, 19, 28, 7). SCHOL. Cic. Bob. p. 132, 13. *al.* ob -am: *v. l. 37.* propter -am: CLAVD. DON. Aen. 10, 60 p. 299, 14 hoc non vere, sed propter -am dicit *Venus*.

2 *usu speciali, deinde technico per breviloquium* (*v. Wistrand, Eranos 44, 1946, 355 sqq.; vix recte Odelstierna, Invidia, invidiosus, and invidiam facere, Uppsala 1949. cf. p. 208, 22*): a *praecepta rhetorum*: QVINT. inst. 4, 3, 15 quidquid dicitur ...: indignatio, miseratio, -a, convicium. 6, 2, 16 plus -am quam convicium posse: nam -a adversarios, convicium nos invisos facit. 9, 2, 104 (*ex Celso*) -ā et invocatione intendere crimen, quod est δείνωσις. 9, 3, 102 atrocitate, -ā, miseratione pugnandum est. 11, 3, 171 miseratio ... cum -a. MART. CAP. 5, 504 -a est, quae quodam livore inficit auditores. *al.* b *exempla*: α '-a' *dicitur inesse in dictis, actionibus*: CIC. div. in Caec. 46 orationis subire -am ([*v. app. crit.*]. *cf.* Sull. 25 profers ... verbi -am [*syn.* contumeliam. Planc. 75. *cf. p. 202, 10*]. CLAVD. DON. Aen. 2, 365 p. 197, 24 relationis. *al.*). de orat. 2, 203 omnia odio -ā misericordiā miscuisti. PHAEDR. 3, 8, 10 magnā ... -ā criminatur ([*an potius ad titulum II ?*]. CLAVD. DON. Aen. 1, 540 p. 109, 5 inhumanitatis -ā). PETRON. 14, 6 eādem -ā proclamare (*cf.* TERT. orat. 5, 3 clamant). PLIN. nat. 28, 148 -ā veneni ... dati insimulare (HIL. in Matth. 12, 5 p. 985^{C}). QVINT. inst. 4, 2, 113 qui ... cum -ā caedentis ... clamaverit (TAC. ann. 11, 34, 3. 15, 19, 2. SVET. Claud. 38, 1 eā ..., ut. DON. Ter. Hec. 98 cum -a pronuntiandum. *al.*). decl. 333 p. 312, 21 mandata ... criminosa, ... -ae ... plena (SCHOL. Cic. Bob. p. 173, 12 SVLP. SEV. chron. 2, 49, 6). GELL. 10, 3, 2 quantā ... -ā potest, conqueritur. 10, 3, 4 quod ... multā ... -ā ... dixerit. TERT. apol. 37, 6 divortii -ā ... dimicasse. OPTAT. 3, 4 p. 84, 7 nomina flabello -ae ventilasti (3, 7 p. 88, 15). SCHOL. Cic. Bob. p. 119, 6 nec sine aculeis invi⟨diae⟩ (*suppl. L. Ziegler*). CLAVD. DON. Aen. 1, 240 p. 55, 9 non sine subtili -a. 2, 405 p. 202, 7 *descriptio* tenet exaggerationis -am. *al.* β '-a' *dicuntur ipsa dicta, actiones; transit in notionem q. e.* δείνωσις, *infamatio, criminatio sim.* (*loci manifestiores. cf. l. 22; paulum huc transeunt e. g. l. 5. p. 200, 30. 202, 12*): SEN. dial. 5, 10, 4 ille rogari -am iudicat, hic non rogari contumeliam (*v. Wistrand [l. 43]. cf.* Ps. QVINT. decl. 2, 13 p. 31, 25 -am [vel indignationem *add. M^{2}*] putarem, si confessus esset). STAT. Theb. 3, 197 matres -am planxēre deis (9, 723 ingentem). 6, 44 sensēre Pelasgi -am ([*Schol. Stat. ad l.* agnovēre ... *lamentatione* sibi imputari causam mortis]. TAC. hist. 1, 82, 3). 7, 193 -am risit *Iuppiter* (SCHOL. Stat. *ad l.* invidiosam orationem). MART. 3, 21, 2 proscriptum famulus servavit fronte notatus: non fuit haec domini vita, sed -a. QVINT. decl. 316 p. 244, 2 praecessit ... mollis -a. Ps. QVINT. decl. 13, 15 p. 260, 26 quis hoc ulla satis persequi possit -a? 15, 7 p. 282, 19 nunc te ... reposco ... -am, quam fortunae nostrae ... faciebas. FRONTIN. (?) strat. 4, 5, 1 ea ... -a redegit *milites* ... ad modestiam. TAC. hist. 4, 68, 5 contumelias ... et -am ... effudit. ann. 3, 67, 4 *codicillis* -am et preces miscuerat (4, 53, 1. 16, 10, 4 immobilem se precibus et -ae ... ostendit). 4, 52, 2 quo initio -ae. 6, 29, 2 culpam -ā velavisse. GELL. 10, 3, 7 -ae atque acerbitatis fretum effervescit. TERT. adv. Hermog. 13, 3 neque gratiam bonorum deo debebimus nec -am malorum. ieiun. 16 p. 296, 1 idolis ... -am (inediam *Reifferscheid*) supplicem obiciunt. pudic. 14, 5 -a, humilitatis aculeus. DON. Ter. Hec. 532 'ut ... perire' ab aetate infantis -a (*sic de certis locutionibus apud poetas*: 533. 534 SERV. Aen. 4, 211. 4, 535. 10, 22. *al.*). CLAVD. DON. Aen. 10, 20 p. 293, 12 sub tali -a subnexuit *eqs.* HIER. epist. 1, 14 tali -ā carnifice confuso. AVG. c. Cresc. 3, 49, 54 p. 461, 10 supervacuas -as molestiarum. *al.* *accedit gen. subi. vel pron. poss. vice eius fungens*: PETRON. 14, 7 nostram ... ridebant -am (*refertur ad verba p. 203, 58 allata*). STAT. silv. 3, 5, 42 superi ... -am timuere tuam. TERT. resurr. 16 p. 46, 14 -am (*T ap. Borleffs, -a cett.*) animarum ... urguentium *somniare*. DON. Ter. Andr. 869 accusantis. CLAVD. DON. Aen. 10, 60 p. 300, 3 *Iunonem* Veneris tangebat -a. SIDON. epist. 1, 7, 9 sordidatorum.

II *active: -a ea, qua ipsi* *aliis* (*nobis p. 205, 3*) ***invidemus:*** *sive i. q. invidentia (quae notio sub hoc tit. praevalet. nota c. gen. inhaerentiae p. 205, 46 [cf. l. 47. 53. p. 205, 61]) sive i. q. indignatio, offensio sim. (sc. in alios; e. g. l. 36. p. 205, 5)*:

A *in universum*: 1 *-a hominum*: a *generatim*: α *nude ponitur*: PLAVT. Poen. 300 -a in me numquam innatast neque malitia (*antea*: si quam ornatam melius ... aspexeris). RHET. Her. 4, 19, 26 inimicos -ā, iniuriis ... sustulisti. 4, 43, 55 animus ... angustiis -ae continetur. CIC. inv. 1, 16 -ā atque obtrectatione ... impediri. dom. 88 populus ... incitatus iracundiā aut -ā. 139 propter -am *impedire* (NEP. Epam. 7, 1. *et saepe*). CAECIN. Cic. fam. 6, 7, 3 -ae adsignetur. LVCR. 3, 75 macerat -a (*c. seq. acc. c. inf. iungunt pars edd.*). CAES. Gall. 7, 77, 15 Romani ... -ā adducti. SALL. Catil. 3, 2 malevolentiā et -ā dicta. 23, 6 nobilitas -ā aestuabat. *al.* NEP. Timol. 1, 5 -ā laudem ... obterebant. VERG. ecl. 7, 26 -ā rumpantur ut ilia Codro (MART. 9, 97, 1 sqq. [*12^{ies} positum*]. *al.*). Aen. 11, 337 *Drancem* gloria Turni obliquā -ā ... agitabat (*cf.* OROS. hist. 4, 6, 36 cor obliquat -a, ut rectum natura non videat). HOR. epist. 1, 2, 37 -ā vel amore ... torquebere. *al.* PROP. 2, 26, 15 ob -am ... increpitarent ([prae -a *l. v.*]. TAC. ann. 15, 73, 1. *al.*). Ov. met. 14, 229 -ā ... victos. LIV. 3, 43, 7 -ae ... plena castra erant. 8, 27, 2 -ā in Romanos furere. 9, 46, 9 anxios -ā (TAC. ann. 1, 14, 2). 28, 43, 4 ad extinguendum -ae crimen. 40, 15, 1 id, quod doles, quod -ā (-am *l. v.*) urit. 45, 38, 6 populum ... lacerantem -ā (*ed. pr.*, -am *V*) principes. *al.* VELL. 1, 17, 5 -a ... imitationem accendit (*syn.* aemulatione. *cf.* SEN. dial. 9, 1, 7 *mensa* nullius ... oculos ... accendat -ā. TAC. ann. 4, 60, 3. *al.*). 2, 92, 5 praesentia -ā ... prosequimur. *al.* SEN. Ag. 134 -a pulsat pectus. benef. 7, 26, 4 -ā laborat (epist. 84, 11 *ambitus* duplici [*sc. activa et passiva, cf. seq.* is, cui invidetur, et invidet]). dial. 3, 16, 6 commoda ... sine -a videbit (MART. 3, 65, 10. *al.*). 9, 2, 10 alienis incrementis inimicissima -a (*syn.* livorem. *sic syn. saepe, nota* FIRM. math. 4, 22, 7 -ae livor [5 praef. 2. *al.*] *et cf. p. 205, 61. sim.* STAT. Theb. 2, 15 livida tabes -ae). 12, 9, 3 beatum deflere -a est. *al.* SIL. 7, 512 -ae stimulo. *al.* STAT. Theb. 2, 301 trucem ... coquebat -am. *al.* TAC. ann. 1, 11, 4 metu an per -am (*saepe*). 13, 6, 4 ducem amotā -ā *deligere* (*cf.* APVL. apol. 95 remotā -ā). CLEM. ad Cor. 3, 2 zelus et -a (*gr.* ζῆλος καὶ φθόνος. *sic syn. saepe; nota* VITA Maxent. [BHL 5804] 1 accensi zelo -ae). OPTAT. 7, 4 p. 175, 19 -ae tempestatibus inpulsi. SCHOL. Verg. Bern. ecl. 7, 22 pro -a periit ([prae -a *Hagen*]. VITA Caes. Arel. 1, 53). VVLG. Gal. 5, 21 -ae *inter opera carnis* (*gr.* φθόνοι, *ut*: I Tim. 6, 4 -ae. I Petr. 2, 1 -as [-am *l. v.*]. *inde plur.*: HIER. in Gal. 5, 26 p. 423^{B}. *al.* AVG. civ. 14, 2 p. 6, 7 D. *al.* SALV. eccl. 1, 3 BENED. reg. 65 l. 11 L. *al.*). Iac. 4, 5 ad -am concupiscit spiritus (*gr.* πρὸς φθόνον). COMM. apol. 1052 non de -a canimus (*i. ob -am*). PHYSIOGN. 18 p. 30, 5 supercilia, quae imminent oculis, -ae arguunt (*sim. de indiciis -ae*: 47 p. 66, 1. 48 p. 68, 3. 49 p. 68, 12. 62 p. 85, 2). CASSIOD. in psalm. 104, 25 p. 748^{B} Aegyptios ... Hebraeis -am habuisse (*cf. p. 205, 53. 60. 209, 77*). GREG. M. moral. 31, 87 p. 621^{A} -a *inter septem principalia vitia* (*cf. Hor. epist. 1, 1, 38* invidus). *et saepe.* *in titulis sermonum*: RVFIN. Basil. hom. 4 de -a (*gr. 11* περὶ φθόνου). PETR. CHRYS. serm. 172 de -a et hypocrisi. β *c. gen. indicante*: ① *quis invideat* (*contextus nonnumquam propius accedit ad p. 200, 14*): CIC. inv. 2, 37 ex aliquorum -a aut obtrectatione. Verr. II 3, 96 imperitorum. Sull. 54 iniquorum. Sest. 51 civium (Att. 10, 8, 7 quo modo suorum civium -am effugeret *Themistocles*. NEP. Cim. 3, 2 Hann. 1, 2 Them. 8, 1. *al. cf.* SIL. 16, 13 prava obtrectante suorum -a *sc. Hannibali*). de orat. 1, 228 cum et -a et odio populi ... Galba premeretur (Brut. 135 ASCON. Scaur. p. 25, 3). leg. 3, 26 multitudinis ... inflammata -a (off. 2, 20 -ae [*pl.*]). VATIN. Cic. fam. 5, 9, 1 malevolorum optrectationes et -as. SALL. Iug. 40, 2 partium. hist. frg. 1, 88 (Gell. 2, 27, 2) per -am scriptorum. NEP. Chabr. 3, 2 vulgi (LIV. 1, 27, 1 *seq.* quod). Dat. 5, 2 Eum. 10, 2. VERG. Aen. 2, 90 Vlixi. LIV. 5, 11, 4 plebis. 6, 6, 11 finitimorum. 9, 34, 26 summā ... -ā omnium ordinum (9, 46, 6 nobilium). *al.* VAL. MAX. 4, 7 ext. 2 pavi -am quorundam. *al.* SEN. epist. 123, 10 *puer amatus* amicae moveat -am. FVLG. aet. mund. p. 144, 14 sui cordis. AMBR. Ioseph 1, 4 p. 74, 17 sanctorum. *al.* *pro gen. accedit adi., pron. poss.* (*cf. e. g. p. 202, 14*): CIC. dom. 69 popularis (FIRM. math. 4, 19, 27). LIV. 40, 12, 10 -am ... tuam adversus me. POMP. TROG. Iust. 38, 4, 6 domesticae aemulationis atque -ae. SIL. 8, 22 civica. OPTAT. 7, 6

[Stiewe]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

p. 178, 16 vestra. *al.* FVLG. aet. mund. p. 146, 10 matronalis. VVLG. Sirach 48, 2 suā (*gr.* τῷ ζήλῳ αὐτοῦ). PS. VARRO sent. 110 propriae (propria *l. v.*) -ae mordacitas. *al.* ⓘ *quam ob rem aut cui invideatur* (*loci manifestius huc pertinentes, non ad p. 201, 64*): CIC. fam. 1, 1, 1 malevolentiā et ... largitionis -ā. CAES. civ. 1, 7, 1 depravatum *esse* ... -ā atque obtrectatione laudis. SEN. dial. 6, 19, 6 *mortuus* non -ā felicitatis alienae tangitur, non suae (*pertinet ad I*) premitur (LVCAN. 9, 982 -ā ... famae. 9, 1052 tyranni [angeris *l. v.*]). PLIN. nat. 37, 20 -ā Neronis, ut mensam eius exheredaret. TAC. ann. 4, 40, 5 per ... -am tui me quoque incusant. AVR. VICT. Caes. 16, 6 cum -ā gestarum rerum angeretur (*v. et l. 8*). HIL. in Matth. 27, 9 p. 1062B propter -am salvandarum gentium (*cf. l. 70*). *al.*

b *speciatim: -a iudicum, auditorum sim.* (*loci strictius ad motum animi spectantes. cf. p. 202, 47 et Aristot. rhet. 2, 9 p. 1386b, 16 sqq.*): α *praecepta rhetorum*: CIC. de orat. 2, 189 apud iudices dolorem aut misericordiam aut -am aut odium dicendo excitare (2, 208 excitatur ... aut -ae [-a *l. v.*] aut odii non dissimilis offensio. *al.*). 2, 206 haec ... sunt in iudicum animis ... oratione molienda: ... -a, misericordia. 2, 209 motus -ae. 2, 214 non ... -am ..., simul atque intuleris, possis commovere (IVL. SEV. rhet. 17 p. 364, 10. *cf.* MART. CAP. 5, 504 commoventur ... auditores ... -ā). 2, 216 ut misericordia -ā tollatur. 2, 337 ad animorum motus ... a ... -ā ... revocandos. top. 99 odium et -a et ceterae animi adfectiones. QVINT. inst. 6, 1, 14 concitare ... -am, odium, iram ..., quorum -am gratia *adversarii* ... iudici facit. *al.* β *exempla*: TER. Phorm. 276 *iudices* propter -am adimunt diviti. CIC. Cluent. 5 ut in iudiciis et sine -a culpa plectatur et sine culpa -a ponatur ([*cf. p. 201, 25*]. Marcell. 29 iudicabunt [HIER. epist. 39, 8, 2]). 159 illud est *iudicis* ... libidinem ..., odium, -am ... amovere. VELL. 2, 7, 4 eadem Rupilium Popiliumque ... iudiciorum publicorum merito oppressit -a. TAC. ann. 1, 21, 2 -am misericordiam, metum et iras *permovere*. *al.*

2 *-a deorum, fati, naturae sim.* (*v. et p. 201, 73*): a *in sermone gentili*: LIV. 5, 21, 15 eam -am (*sc. deorum hominumve*) lenire. VAL. MAX. 1, 5, 2 ut ... eius *dei* -a ... satiaretur. SEN. dial. 6, 12, 6 deorum (CVRT. 6, 2, 19. 10, 5, 10. *al. cf.* SIL. 14, 583 divum. CE 1590, 7 [= CIL XIII 6808, 15; *circa a. 160*] superum). epist. 65, 10 bonus est *deus*: bono nulla cuiusquam boni -a est (*cf. infra l. 67; gr. Plato Tim. 29E* περὶ οὐδενὸς ... ἐγγίγνεται φθόνος). CVRT. 8, 5, 19 di ... sine -a ... audierint. LVCAN. 1, 84 *non* commodat ... -am Fortuna suam (PLIN. nat. 37, 3 ab -a *Fortunae* ... redimi. *al.*). PLIN. nat. 6, 1 naturae (10, 76). ITIN. Alex. 53 sub fati -a (AVSON. 203, 10 p. 62 P. CE 1059, 2. 1311, 3 [*saec. III?*]). FIRM. math. 2, 7, 3 -ae ... stridore dissentiunt *Luna et Venus (i. stellae)*. *al.* b *in sermone christiano*: ITALA (= VVLG.) sap. 2, 24 -ā ... diaboli mors introivit in orbem ([*gr.* φθόνῳ]. PS. HIL. libell. 6 p. 78, 15. *al. sim. saepe, e. g.*: PAVL. NOL. carm. 31, 107 palluit -ā serpens [SALV. eccl. 1, 1 aemulationis -ā]. PETR. CHRYS. serm. 97 p. 472B -ae spiritus. PS. BOETH. fid. cath. 75 auctor -ae). PS. TERT. haer. 2 p. 217, 2 Aeonem ... -ā commotum. IREN. 1, 23, 2 *Ennoia* detenta est ab *angelis et potestatibus* ... propter -am. 4, 38, 3 deo sine -a donante ([*gr.* ἀφθόνως]. 5, 24, 4 -a ... aliena est a deo. *al. nota* FILASTR. 115, 1 expulit ... dominus *Adam* de paradiso -ae causa). PASS. Georg. (BHL 3363) 18 *idolum Apollinis*: -am habeo contra eis (*i. hominibus*). *al.*

3 *-a bestiarum* (*aliter l. 46*): PHAEDR. 1, 24, 3 rana ... tacta -ā ... magnitudinis. PLIN. nat. 37, 158 -ā animalis (*i. draconis*).

4 *-a rerum*: PLIN. nat. 29, 20 Catonem tam ambitiosae artis (*i. medicorum*) -ae ... obiectum. APVL. met. 5, 23, 4 *lucernae*. IREN. 3 praef. quae ... est in deo caritas, ... sine -a exsistens. PORPH. Hor. epist. 1, 15, 5 irascitur per -am vicus (*Hor. l. c. 1, 15, 7* invidus). AVSON. Mos. 429 -ae nihil *Mosella* ... habet. PS. ATHAN. ad mon. 4 p. 75C saecularis livoris -am (PS. AVG. serm. ed. Mai 72, 2 p. 141fin. serpentinus livor momordit -ā. DRAC. laud. dei 1, 464). RVFIN. hist. 3, 36, 9 facessat -a vel humani affectūs vel nequitiae spiritalis (*gr.* μηδέν με ζηλώσαι). COD. Theod. 15, 14, 14 si qua ... indigne invidioseque commissa sunt, ad -am placatarum legum ... non vocentur. CASSIOD. var. 3, 9, 2 vetustatis. *al.*

B *significantius: c. gen. obi. fere i. q. invidiosa negatio* (*huc transit e. g.* SEN. epist. *l. 37*): HIL. hymn. 1, 30 ut *deus se* ... extra -am sui gigni vellet in alterum. AVSON. 419, 27 p. 360, 179 P. *Domitianus* -ā alios provehendi *consulatus continuavit* (*cf. l. 12*).

III *per* προσωποποιίαν (*cf. p. 190, 60. 191, 15. 199, 66*): A *usu vario* (*hic illic sensu collectivo pro hominibus invidis*): PLAVT. Persa 556 ex urbe ... si exulant ... -a, ... ambitio, ... obtrectatio *eqs.* RHET. Her. 4, 26, 36 o virtutis comes -a, quae bonos sequeris ... atque adeo insectaris! (NEP. Chabr. 3, 3 gloriae. VELL. 1, 9, 6 fortunae. SEN. Herc. O. 613. *al.*). PVBLIL. I 19 -a tacite ... irascitur. 34 -a id loquitur (coquitur *Ribbeck*), quod videt, non quod subest. VERG. georg. 3, 37 -a infelix Furias ... metuet. HOR. sat. 2, 1, 77 invita fatebitur ... -a (*seq.* quaerens inlidere dentem). PROP. 2, 17, 11 -ā admirante. LIV. 38, 49, 5 caeca -a est *eqs.* PHAEDR. 5 prol. 9 plus vetustati favet -a mordax (MART. 5, 6, 5). SEN. dial. 12, 9, 4 edax et inimica semper alienis processibus -a. SIL. 8, 291 nigro allatraverat ore (*cf.* OPTAT. 3, 6 p. 86, 20 latrat. AMM. 16, 6, 1 circumlatrabat). STAT. silv. 4, 8, 17 atra recedat -a atque alio liventia pectora flectat. MART. 5, 10, 3 -ae ... mores. APVL. met. 4, 14, 1 -ae noxios ... oculos. 4, 34, 4 -ae nefariae *letalis plaga*. PS. CYPR. laud. mart. 4 p. 29, 3 *minae* frendentis -ae (PAVL. NOL. epist. 5, 13 p. 33, 10). AMM. 17, 5, 13 placatae sint aures -ae! VVLG. sap. 6, 25 neque cum -a tabescente iter habebo (*gr. 6, 23* φθόνῳ). COD. Theod. 10, 10, 2 -ae lingua vellatur. *al. v. et p. 200, 45.*

B -a *dea*: Ov. met. 2, 760 *Minerva* -ae ... squalentia tabo tecta petit. 2, 770 videt ... edentem vipereas carnes ... -am *eqs.* (*cf.* PS. LACT. PLAC. fab. Ov. 2, 12). STAT. silv. 2, 1, 122 gremio puerum ... fovebat -a (*antea*: Lachesis). 2, 6, 69 -a infelix animi vitalia vidit laedendique vias (*seq.* Rhamnusia). 5, 1, 138 quisnam ... ligavit Fortunam -amque deus? (*seq.* deas). AVSON. Mos. 379 pulsa ... facessat -a et ... Nemesis. HYG. fab. geneal. 17 ex Pallante ... ⟨et⟩ Styge ... -a (*cf. Hes. theog. 384* Στὺξ δ' ἔτεκ' ... Ζῆλον).

deriv.: invidio(r), invidiosus.

invidio, -āvī, -āre *et* **invidior**, -ātus sum, -ārī. *ab* invidia, *cf.* insidiari. GLOSS. I p. 81 n. 15 insidiavit -vit zelavit (a)emulavit. [*it.* invidiare, *francog.* envier, *hisp.* envidiar. *R.*] *i. q. invidere, livere*: VITAE patr. 5, 17, 8 p. 974B cum ... ascendisset abbas Pastor ... cum suis, dimiserunt ... senem *quendam qui venerati erant* et venerunt ad ... Pastorem; -tus autem senex male loquebatur de eis (*gr. Cot. p. 587 in marg.* ἐφθόνει, *altera versio 3, 93 p. 776D* coepit illi invidere. *cf. p. 196, 32*). *cf. et p. 190, 30. 191, 26.*

invidiōsē *v. p. 209, 11.*

***invidiōsus**, -a, -um. *ab* invidia. *scribitur* (*v. et vol. VII 1, 834, 70*): -biz-: INSCR. christ. Diehl 2388 A b. RevA. V 30, 1929 p. 379 n. 59. RevEAnc. 42, 1940 p. 488 n. 4. -viz-: INSCR. RevA. VI 18, 1941 p. 339 n. 131. -i- *tertia omissa*: CVRT. 6, 11, 5 (*L*). SERV. Aen. 1, 68 (*A*). *nota haplographiam*: indios-: MOYS. Cypr. epist. 31, 8 p. 564, 14 (*T*). -vios- (*cf. etiam l. 53*): NOVATIAN. Cypr. epist. 30, 5 p. 553, 13 (*L*). *de formis*: *gen. pl. non exstat nisi in lect. variis (falsis, ut videtur) l. 60 sq. compar.*: CIC. Verr. II 2, 42 de orat. 2, 304 Ov. met. 7, 603 LIV. 6, 40, 13 QVINT. inst. 11, 3, 50. *al.; sed* magis -us *v. p. 207, 79. superl.*: CIC. inv. 2, 134 Font. 19 Cluent. 103 SEN. contr. 10, 2, 16 APVL. apol. 67. *al.* NOT. Tir. 25, 51 -us. *de notione*: QVINT. *v. p. 199, 33.* CAPER gramm. VII 98, 13 invidus est qui invidet, -us qui invidiam sustinet (*sim. distinguuntur*: HIER. in Gal. 5, 21 p. 417C invidus feliciori invidet, -us autem is est, qui ab alio patitur invidiam [ISID. diff. 1, 300; *v. et infra l. 73.* orig. 10, 134 DIFF. ed. Beck p. 63, 8 GLOSS.L II Abav. IN 346 V Aa I 886]. *al.*). GELL. 9, 12, 1 -us *dici potest* et qui invidet et cui invidetur (GLOSS. II 583, 7). NON. p. 126, 3 -um, quod sit vitabile ad videndum (viv- *trad.*). Lucilius (*v. infra l. 76. cf.* GLOSS. V 642, 72 -um vitabile. *cf. et p. 191, 20*). PROB. nom. gramm. IV 212, 2 criminosus est criminibus obnoxius, sicut -us invidiae subiectus. SYNON. Cic. p. 428, 34 B. infame. criminosum. suspectum. famosum. suspitiosum. -um. p. 437, 28 petulans. protervus. procax. pervicax. insolens. insectator. -us. violentus. maledicus. contumeliosus. conviciator. GLOSS. II 256, 31 βάσκανος fascinus -us fascinor (fascinosus *a*, fascin⟨at⟩or *Goetz*). 312, 44 ἐπίφθονος invidus -us. GLOSS. φθονερός. *de usu: saepe ponitur in versibus hexametris et pentametris a quarto pede incipiens. pro subst.: masc. v. p. 207, 28. 208, 79. 80. al. n. pl. v. p. 207, 10. 57. 208, 55* (-iora *p. 208, 38*). *legitur inde a* CATONE, LVCILIO *per totam latinitatem.* [*prov.* envejos, *francog. vet.* envieus. *cf.* inviosus *l. 29. R.*]

b *in corporis cura varia et in arte medica pro remedio*: HOR. sat. 2, 2, 44 cum rapula (*n.*) plenus *stomachus* atque acidas mavolt -as (*cf.* PORPH. *ad l.* -a dicitur herba, quae incocta aceto conditur [*v. l. 66*] ⟨et⟩ fastidium decutit. SCHOL. *ad l. v. l. 47 sqq.*). CELS. 4, 29, 2 -ae ... radix contusa et ... cocta et ... super coxam imposita (MARCELL. med. 8, 187 -ae rusticae radix valide commanducata. 20, 101 -ae radicis tunsae atque cribratae semunciam. 22, 5 medetur hoc remedium: -ae radicis — III, quae [*sc. inula*] Graece dicitur helenium. ORIBAS. syn. 1, 35, 1 Aa p. 89, 11. *al.*). PLIN. nat. 1, 20, 19. 20, 38 -a ... a ieiunis commanducata dentes confirmat (PLIN. med. 1, 13 Ps. APVL. herb. 96, 7. *cf. l. 74*). VEG. mulom. 3, 9, 4 -ae siccae et tunsae pulveris unc. III. MARCELL. med. 4, 39 -a in oleo discocta. 23, 2 prodest lienosis -a arida Campana contusa et cribrata *eqs.* (CASS. FEL. 44 p. 110, 13. *cf. l. 52*). 30 51 confectio salis cathartici ... -ae semen — II. *al.* Ps. APVL. herb. 96, 9 herbae -ae folia ex vino trita supra ventrem ponantur.

epitheta: acida *l. 70* (*inde l. 48. 50*). amara *l. 45. 64.* arida *l. 81. cf. p. 239, 31.* brevis *p. 239, 45.* Campana *p. 239, 52.* rustica *p. 239, 54.* sicca *p. 239, 79 cf. p. 239, 31.* torosa *p. 239, 45.* tristis *p. 239, 41.*

2. inula, -ae *f. v. p. 243, 59.* *I. Kapp.*

inulcero, -āre. *ab* in *et* ulcero. *fere i. q. exulcerare*: VEG. mulom. 2, 59, 2 *dorso animalis* saga ... imponantur ... lota atque ... diligenter excussa, ne aliquid sordium aut asperitatis inhaereat, quod sub onere -et pellem (exulceret *l. v.*). VEN. FORT. carm. 3, 6, 15 ne ... morbus -et agnos (vulneret *l. v.*).

inulciscitur NOT. Tir. 89, 88b. *vox ficta secundum antecedentes* ultus, inultus, ulciscitur; *cf. Heraeus, ALL 12, 1902, 44.* *Hi.*

inuleāginus, -a, -um. *ab* inulea (*cf. et* inula *p. 243, 59*), *cf.* capreaginus. *i. q. ad vitulum cervinum pertinens*: PROB. Verg. georg. 1, 16 quod -ae (i-eae *codd. praeter E* hinuli, hi-ae *Thilo*) pellis, qua tegitur *Pan*, varietas maculis imitetur stellas.

***inuleus,** -ī *m.* *ex gr.* ἔνελος 'νεβρός' (*v. Sommer, Handb.*2.3 *p. 58*), *cf.* eculeus, capreolus. *de scriptura*: in-: HOR. carm. 1, 23, 1 (*codd.*). PROP. 3, 13, 35 *v. l. 25.* PLIN. nat. 8, 76. 8, 118 *Fa.* 11, 239 *F*2. 28, 150 *V.* PORPH. *v. l. 32* (SCHOL. Hor. *v. l. 33*). SOL. 5, 12 *codd. plur.*, hi(n)-, hy- *sim. cett.* MART. CAP. 3, 304 (*codd.*). EVCHER. form. *v. l. 39. 41.* GLOSS. *v. et l. 27.* en- (*aetate posteriore*): CONSENT. gramm. V 360, 1 hic enuleus ..., o enulee (*M, cf. app. cr.*). ANTHIM. 7 (enocl-, elnul-, mulis *sim. ll. vv.*). hin(n)- (*debetur confusioni factae c. voce q. e.* hinnus): SCRIB. LARG. 13 p. 10, 7. 9. *v. l. 34. et saepius.* *litteris gr.*: HESYCH. ἰνουλεοῦς νεβρός. *de prosodia* (*v. Walde-Hofmann I 647*): ī- *per metrum producitur*: HOR. carm. 1, 23, 1. PROP. 3, 13, 35 (atque hinuli *codd., sc. interpolatum pro* īnulei; hinnulei *Scaliger*). GLOSS. II 583, 24 -eus hinulus (iniuleus inulus *b*). *legitur inde ab* HOR., PROP., SCRIB. LARG.

[*falso trad.*: *v. vol. VI 3, 2810, 39.*]

i. q. pullus cervorum: HOR. carm. 1, 23, 1 vitas -o (*v. l. 16. 25*) me similis, Chloë, quaerenti ... montibus aviis matrem (*cf. Anacr. frg. 39* οἷά τε νεβρὸν *eqs.* PORPH. *ad l.* p. 32, 22 ut -us qui matri aberravit. p. 32, 30. SCHOL. *ad l.* [*ter*]). PROP. 3, 13, 35 -i (*v. l. 17. 25*) pellis ... operibat amantes (PLIN. nat. 8, 76). SCRIB. LARG. 13 -i ... coagulum (PLIN. nat. 8, 118. 11, 239. 28, 150. SOL. 19, 16 [inn-]. *cf. p. 243, 39*). *ibid.* aures -orum (*Heinsius,* aures simul eorum *trad.*; s *per dittogr. in textum irrepsisse et inde corruptelam natam esse censuit Heraeus*). SOL. 5, 12 Nebrodem *montem* dammae et -i (*v. l. 18*) gregatim pervagantur. EVCHER. form. 4 p. 26, 11 sqq. -us (inulus *G*) Christus aut sanctus propter gratiarum varietatem: in Salamone (*v. cant. 2, 9. 17*) similis esto ... dammulae aut inulo (*G,* hinnulo *S,* in oleo *M*) cervorum (νεβρῷ ἐλάφων. *cf. p. 243, 46. 49. al.*). ANTHIM. 7 carnes de -is (*v. l. 21*) ... et de capriolis.

inulīnus, -a, (-um). *ab* inulus, *cf.* vitulinus. *i. q. ad inulum, pullum cervorum, pertinens*: GRATT. 339 *de vestitu venatoris*: tegat imas fascia suras, ⟨sit umer⟩is (*alii aliter*) -a suis et tergore fulvo ... (*desideratur hemistichion, cf. Verg. Aen. 7, 688*) canaque e maele galeri.

inultē, inultō *v. p. 243, 12. 18.* *I. Kapp.*

inultrā *adv.* *ex* in *et* ultra *coaluit.* *compar.* inulterius *v. l. 51.* *fere i. q. ultra, ulterius*: CHIRON 92 quodcumque iumentum ... fistulam fecerit intro os, -ius sub li⟨n⟩gua fecerit et prerumperit ulterius os ..., sic eam curato. VVLG. (*non Itala; corrigas vol. VII 1, 799, 37*) lev. 13, 57 quod si -a (*ΣT,* ultra *rell.*) apparuerit in his locis ... lepra. *Hi.*

1. ***inultus,** -a, -um. *ab* in *et* ulcisci. NOT. Tir. 89, 87 -us. *cf. et p. 243, 22.* GLOSS.L I Ansil. IN 2022 -i invindicati (V Abba IN 268 -um invindicatum. *al. cf.* GLOSS.L III Abstr. IN 285 -i non vindicati. GLOSS. *v. et p. 241, 46*). 2024 -um non vindicatum, non defensum (*cf.* GLOSS. II 225, 36 ἀνεκδίκητος -us indefensus. *v. et p. 241, 43. 45. 46*). GLOSS. II 250, 10 ἀτιμώρητος -us inpunitus (*cf. p. 242, 27*). IV 530, 8 -i non iudicati (vindicati *bc*). *adv.* -ē *p. 243, 12.* -ō *p. 243, 18.* *m. pro subst. p. 241, 24. 242, 21.* *legitur inde a* PLAVTO, TER. (*persaepe in figura q. d. litotes; nota adnominationem p. 242, 39; cf. Wölfflin, ALL 1, 1884, 385*).

[*variat in codd. c.*: impunitus: HIRT. Gall. 8, 48, 3. invitus (*cf. l. 70*): TER. Haut. 918 (*A ?*). SALL. Iug. 31, 2 HOR. epod. 17, 56 OV. fast. 4, 595 LIV. 3, 51, 4 (*codd. vett.*). *al.* multus (*cf. l. 72*): PLAVT. Men. 521 SALL. Iug. 31, 2. 67, 2 hist. frg. 3, 24. 4, 41 FLOR. epit. 3, 21, 20. *al. v. et p. 242, 3.* *e coni.*: RHET. Her. 4, 54, 67 stultitiacent, stultitiam dicent *codd.* CIC. Sest. 50 invitus *trad.* (*sic et* AMM. 19, 2, 1. 31, 6, 3. *cf. l. 65 sqq.*). LIV. 45, 23, 10 (*dub. Hartel,* uti *trad.*). SEN. contr. 1, 3, 11 multum *trad.* (*sic et* TAC. ann. 4, 12, 2. 4, 25, 3. *cf. l. 67*). SEN. benef. 7, 1, 5 (*Gertz,* in alto *trad.*; *v. Axelson, Neue Senecastudien p. 21*). OCTAVIA 463 (*Rapheling,* invictus *trad.*). *al. v. etiam l. 84.* *suppl. dub.*: LAVD. [Turiae] (CIL VI 1527) 1, 5 ⟨non remansit -a⟩ mors.]

I *de animantibus* (*corpore eiusque partibus p. 241, 14. 18, terris, urbibus sim. p. 241, 83 sqq.,* agminibus *p. 241, 66, dis manibus p. 241, 67. in abl. abs. p. 241, 10. 44. 242, 13*): **A** *spectatur is qui iniuriam inferens, damnum dans, eludens aliquem sim. ad ultionem provocat (fere animantem, aliter eluduntur saxa, quae corpori allidenti nocere non possunt: p. 241, 18), fere i. q. impunitus, indemnis*: PLAVT. Amph. 1041 numquam edepol me -us istic ludificabit quisquis est (*cf.* OV. hal. 26 *lupus piscatoris* dolos saltu deludit -us [*Oppian. 3, 124* αὔτως]). Epid. 328 numquam inridere nos illum -um (*Itali,* inultimum *BE, deest A*)

[*Reichmann*]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

sinam servom hominem (*cf.* Hor. epod. 17, 56 -us [*v. p. 240, 66*] ut tu riseris Cotytia [*syn. 59* impune]. Tib. 1, 9, 54 te ... rideat adsiduis uxor -a dolis. Ov. am. 3, 3, 20 [*syn. 15* impune]). Men. 521 faxo haud -us (-um *B*, *v. p. 240, 68*) prandium comederis. Lucil. 287 ⟨i⟩rat⟨a⟩e ad catulos accedere -um. Cic. Cluent. 172 cur ... hunc Asellium esse -um tam diu sinis? (Manil. 11 vos eum regem -um esse patiemini, qui *eqs.* Ov. epist. 12, 182 hostis Medeae nullus -us erit). Sall. Iug. 58, 5 neve hostis -os abire sinat *Marius* (*cf.* Cassiod. in psalm. 136, 9 p. 977[B] ne -os discedere patiatur *deus*, qui ecclesiam ... dilacerant). 70, 4 ne ager -is (-us *l. v.*) hostibus vastaretur. Hor. sat. 2, 3, 189 *Agamemno*: sicui videor non iustus, -o dicere quod sentit permitto. carm. 1, 2, 51 neu sinas Medos equitare -os. 3, 3, 42 dum Priami Paridisque busto insultet armentum et catulos ferae celent -ae. Priap. 83 (Tib. 2), 39 *adloquitur penem*: pigetne lentitudinis? licebit hoc -us auferas semel, sed *eqs.* Liv. 2, 45, 5 nolle -os hostes *Romani*. 3, 38, 3 Sabini ... cum ... -i praedas egissent (3, 66, 6). 23, 45, 8 Marcellus ... -us nos iam iterum lacessit? Sen. contr. 1, 3, 11 sic veneficiis corpus induruit *sacerdotis incestae*, ut saxa reverberet -um (*v. p. 240, 72. 80*). Curt. 3, 4, 4 unde -us subeuntem hostem aut prohibere aut opprimere potuisset *Arsames*. 3, 11, 15 in circumagendis equis suis Thessali -i occupaverant *Persas*. Sil. 13, 371 tune ... ferro spoliabis -us te maiorem anima? Tac. ann. 13, 25, 2 ubi ... quidam ... sub nomine Neronis -i ... eadem exercebant. Evgraph. Ter. Phorm. 189 fugissem: discessio etenim quodammodo ultio est circa -os, ut Pygmalionem ulta Dido confugit. *al.* *audacius de femina se ipsam sine noxa laedente*: Tib. 1, 6, 48 *sacerdos* ipsa bipenne suos caedit violenta lacertos sanguineque effuso spargit -a deam.

B *spectatur is qui indefensus, non vindicatus vel se ipse non defendens patitur*: **1** *mortem, vulnera, fugam sim.*: Rhet. Her. 4, 54, 67 -i iacent Gracchi ([*v. p. 240, 69*]. Liv. 25, 37, 10 ne -os imperatores suos iacere sinerent. Lex Burg. lib. const. 46, 3 servus ... sagittatus ... iacebit -us). Sall. Catil. 58, 21 cavete -i animam amittatis (*v. l. 79*). Iug. 31, 2 quam foede quamque -i (*v. p. 240, 66. 68*) perierint vostri defensores (Curt. 4, 4, 12 Tyrii ... ruunt in hostem haud -i tamen perituri. Flor. epit. 3, 21, 20 ne -i [*v. p. 240, 68*] perirent *Marius et Carbo. al.*). 67, 2 iuxta boni malique, strenui et inbelles -i (*v. p. 240, 68*) obtruncari. hist. frg. 3, 24 dedecores -ique (*v. p. 240, 68*) terga ab hostibus caedebantur (Curt. 5, 3, 19 quod -i, quod ferarum ritu ... caederentur). 4, 41 *Spartacus* haud impigre (impune *V² in ras.*) neque -us occiditur ([*v. p. 240, 68*]. Flor. epit. 3, 3, 18 *Boiorix* inpigre nec -us occubuit). Verg. Aen. 2, 670 numquam omnes hodie moriemur -i (4, 659 *Dido*: moriemur -ae [*cf.* Serv., Clavd. Don. *ad l.*; Gloss.[L] I Ansil. in 2021 indefensae]. Hor. sat. 2, 8, 34 Ov. met. 9, 131 fast. 2, 233 Curt. 9, 5, 2. *al.*). 10, 739 non me ... -o, victor, nec longum laetabere (Serv. *ad l.* indefenso). 11, 847 neque ... famam patieris -ae (Serv. *ad l.* invindicatae. Clavd. Don. *ad l.* indefensum ... defendit). Liv. 3, 43, 4 haud -um interfecere *milites Siccium* (*seq.* repugnantem). 3, 51, 4 filia -a (*dett., v. p. 240, 67*) *Verginia*. 4, 28, 4 hic praebituri ... vos telis hostium estis indefensi, -i? 4, 39, 4 *equites* ... nequaquam -i. 4, 58, 5 milites non ... -i fuere (Lvcan. 10, 529 Magnus -us erit. Avson. 438, 2 p. 388 P. nec -um amicum *Patroclum* fore. *al.*). 25, 16, 19 utrum ... pecorum modo -i trucidentur an ... agentes audentesque ... cadant (*sim.*: Veg. mil. 1, 21 more animalium -i cadunt. 3, 21 -i more pecudum trucidantur. *v. et l. 39*). Sen. Herc. O. 282 *Deianira*: non ibo -a (*ibid.* 345). Oed. 643 pater -us (Phoen. 91 Flor. epit. 4, 6, 2. *al.*). Octavia 463 *Nero*: an patiar ultra sanguinem nostrum peti, -us et contemptus ut subito opprimar? (*v. p. 240, 74*). Curt. 4, 16, 24 nec Persae -i cadebant (6, 1, 2. Tac. hist. 3, 77, 2 resistentes neque -i. *v. et l. 54*). 7, 7, 37 ne -us occideret. *al.* Sil. 13, 685 *umbra Scipionis*: non segnis nobis nec -is, nate, peracta est illa suprema dies. Tac. hist. 4, 77, 3 legiones, quae neque me -um neque vos impunitos patiantur (Plin. epist. 9, 13, 5 maritum tuum non -um pati). ann. 14, 44, 2 possumus ... si pereundum sit, non -i inter nocentes (*sc. servos*) agere (*antea*: tuti). Amm. 24, 3, 14. Heges. 1, 1, 2 p. 5, 5 *Hebraei* -i occubuere (Svlp. Sev. chron. 1, 28, 6 *Samson* non -us occubuit. *v. et l. 41*). Coripp. Ioh. 6, 410 quonam usque necabit agmina -a fames? *al.* *de dis manibus sim.* (*v. etiam l. 55. 60*): Sen. contr. 7, 2, 5 di manes Popilli senis et -ae ... patris ... animae (umbrae *exc.*). Octavia 600 manibus nostris ... adhuc -is (Amm. 23, 5, 17 manes ... *Gordiani* -i. 30, 2, 9 legatorum ... manes -os). Lvcan. 1, 11 cum ... umbra ... erraret Crassus -a (Amm. 19, 2, 1 -a [*v. p. 240, 70 sq.*] unici pignoris [*sc. filii*] umbra. 23, 5, 18 -ae caesorum exercituum umbrae. *v. et l. 68*).

2 *iniuriam, damnum sim.*: Cic. Sest. 50 *Marius* vitam suam, ne -us (*v. p. 240, 70*) esset, ... reservavit (Ov. ars 1, 366 facies ..., ne sit -a *uxor a coniuge laesa.* Sen. contr. 1, 5, 6 non eris -a, nam raptor non erit inpunitus. 7, 8, 10 puellam -am [invitam *l. v.*] esse. Sen. Herc. f. 1187 ut -us ego sim? [*syn.* segnis]). Verg. georg. 3, 227 quos amisit -us amores *taurus* (*cf. supra l. 33*). Hor. epod. 6, 16 an ... -us ut flebo puer (Clavd. 20, 209). sat. 1, 8, 44 *Priapus*: ut non testis -us horruerim *eqs.* (*sim. de teste*: Clavd. 26, 523 numquam haec opprobria linguae turpia Danuvius ... ferret -us). 2, 3, 297 posthac ne compellarer -us. carm. 2, 1, 26 Iuno et deorum quisquis amicior Afris -ā cesserat inpotens tellure ([Schol. Hor. *ad l.*: ad vindictam Africae]. *sic de terris*, *urbe*: Tac. ann. 3, 73, 2 Spartaco ... -am Italiam urenti. Hier. epist. 60, 15, 3 -am patriam derelinquens *Valentinianus*. Clavd. 20, 215 Epirum ... populatus -am [adultam, inermem, opimam *vv. ll.*] *Alaricus*. Sidon. carm. 2, 455 *Roma*: nec -a remansi. *v. et l. 10. 12*). Ov. met. 8, 280 *Diana*: non impune feremus quaeque inhonoratae, non et dicemur -ae. fast. 4, 595 *Ceres Iovi*: verum impune ferat *Pluto*, nos haec patiemur -ae ([invitae *l. v.*]. Sen. Med. 399 regias egone ut faces -a patiar? Stat. Theb. 11, 271 *Creon*: neque te ulterius ..., pessime, ... patiemur -i. *aliter refertur ad obi.*: Liv. 25, 38, 6 *Marcius: Scipiones me agitant* neu se neu ... milites suos ... neu rem publicam patiar -am. Homer. 82 *Achilles matrem* invocat ..., ne se Plistheniden contra patiatur -um. Clavd. 15, 204 nec te, Roma, diu nec te patiemur -am [-as *l. v.*], Africa). Stat. Theb. 3, 389 nec te (*Polynice*) germanus -o sceptra geret. 3, 653 sileamus -i Tydeos ... perfossum pectus? Ach. 1, 91 nec -a dolebis (*sc. Thetis filio amisso*). Qvint. decl. 362 p. 394, 20 cum ... uterque metueret, ne -um haberet patrem, iurasse in ultionem magis parentum quam iniuriam. Clavd. 20, 513 si ... vicinus laribus ... suis proturbet -os *pueros*. Avg. civ. 20, 2 p. 407, 19 D. *nescimus cur* exeat de iudicio *dei* non solum -us, verum etiam damnatus innocens (*seq.* impunitus, vindicatus *scelestus adversarius*). *al.* *m. pro subst.*: Sen. Thy. 178 ignave, iners, enervis et ... -e.

II *de rebus* (*nota abl. abs. l. 44.* -um est, si: *l. 52; c. inf. l. 59*): **A** *strictius de rebus malis*: **1** *quae hominibus inferuntur*: **a** *de sceleribus rebusque improbis, quae quis committit*: **α** *fere i. q. impunitus*: Ter. Andr. 610 -um numquam id auferet *servus* (*cf.* Haut. 918 ne illud haud -um [*v. p. 240, 66*], si vivo, ferent *filius et meretrix. hos locos spectat* Gloss. V 535, 39 -um [inlutum *trad.*] inpunitum). Cic. div. in Caec. 53 ut ... iniuriae sint impunitae atque -ae (Lvcan. 5, 260 quidquid multis peccatur, -um est. Plin. nat. 7, 146 sceleratam ... audaciam semper fuisse -am [*aliter p. 243, 8*]. Ivst. 24, 3, 10 nec Ptolemeo -a scelera fuerunt. *al.*). Verr. II 5, 149 possemus hanc iniuriam ignominiamque ... -am impunitamque dimittere (*al.*). Sall. Iug. 106, 6 neque ... tantum scelus -um relinquendum (Vlp. dig. 47, 10, 15, 35. *v. et p. 243, 2. al.*). Ov. met. 7, 762 Themis nec talia liquit -a (*v. app. crit.*). Liv. 2, 9, 2 ne orientem morem pellendi reges -um sineret (Tac. ann. 3, 38, 3 popularium iniurias. Svlp. Sev. chron. 1, 51, 2 insolentiam. *v. et p. 243, 7*). 5, 16, 3 passuros -am eam iniuriam Romanos (Plin. epist. 1, 23, 2 *convicia*. Heges. 1, 36, 2 p. 73, 4 nihil occultum nihilque -um. *v. et l. 62. 69. 72. p. 243, 1*). Val. Max. 9, 7 mil. Rom. 2 tantum ... scelus ... -um abiit (Vvlg. Iob 24, 12). *al.* Sen. Ag. 220 victrix -um Graecia hoc facinus feret? (*al. aliter l. 26*). Val. Fl. 6, 531 furtis adsuetus -is. Tac. ann. 4, 47, 3 *sagittarii* crebra et -a vulnera fecere. 16, 23, 1 *Barea Soranus* vim ... civitatis Pergamenae ... -am omiserat (*v. et l. 71*). *al.* Avr. Vict. Caes. 9, 3 coniurationum multas scelere -o abscedere patiebatur *Vespasianus*. Synod. Hil. coll. antiar. p. 121, 10 non oportuit ... -as retinere falsitates *eqs.* Clavd. Don. Aen. 3, 625 p. 344, 12 Vlixes ... talia -a remanere non passus est (*ad Verg. v. 628* impune. *al.*). Ambr. in psalm. 118 serm. 7, 23, 3 cum filii *Absalom* adhuc parricidium -um maneret (*antea*: vindicaret). *al.* Cod. Theod. 8, 10, 2, 1 (= Iust. 12, 61, 2, 1) nec iniurias -as transire permittant *iudices*. *al.* Greg. M. moral. 5, 35 p. 698[D] *deus* -a mala non deserit (*al. v. et p. 243, 11*). *v. et l. 69. al.* -um est, si: Leo M. epist. 16, 6 p. 702[B] quia -um post haec esse non poterit, si quisquam apostolicas regulas in aliquo crediderit negligendas. **β** *fere i. q. nulla poena dignus, innocens*: Ambrosiast. in Rom. 7, 7 p. 109[A] simplex ... videbatur causa concupiscere aliquid proximi, hoc autem lex prodidit esse peccatum: saecularibus namque hominibus nihil tam -um videtur et placidum quam voluptas. Rvstic. Conc.[S] I 4 p. 138, 3 hoc ... nimis est impium et mercenarii potius quam pastoris est opus, nec -um tot prodere animas, sed eversionem cunctorum, quae prius mirabiliter operatus es, habens. **b** *de morte (sc. violenta) sim.* (*cruore l. 75*): Cic. div. 1, 57 ut ... mortem suam ne -am esse pateretur (Liv. 1, 41, 2 ne -am mortem soceri, ne socrum inimicis ludibrio esse sinat *Servius*. Sen. dial. 6, 16, 4 et acerbam mortem filii et -am. Tac. ann. 4, 12, 2 mortem Drusi -am [*v. p. 240, 72*] interfectoribus ... esse. 4, 25, 3. Gaivs dig. 29, 5, 9 cum fisco caduca bona defuncti addicantur propter -am mortem. *al.*). Ov. met. 9, 415 ne ... necem sinat esse diu victoris (*M, sed v. app. crit.*) -am *Iuppiter* (Qvint. inst. 12, 7, 2 neque sociorum querelas nec amici ... necem nec erupturas ... conspirationes -as patietur orator. Tryph. dig. 37, 14, 23 pr. Cod. Iust. 6, 35, 1 pr. [*a. 204*] heredes quos necem testatoris -am omisisse constitit). Liv. 24, 33, 5 nec caedem nefandam sociorum -am Romanos passuros (Flor. epit. 4, 6, 6 ne, si -a fuisset, etiam iusta ... *patris* caedes haberetur. Ivst. 39, 5, 1. *al.*). Val. Max. 9, 2 ext. 3 *Mithridates* hospitalis deos iniusto, sed non -o cruore respersit. Tac. ann. 4, 50, 1 erant qui non -um exitium, sed eruptionem suaderent. **c** *de laboribus, siti, dedecore, quae quis indefensus patitur*: Prop. 4, 9, 70 Herculis aeternum ne sit -a sitis. Cypr. Demetr. 17 p. 363, 3 fidentes, quod -um non remaneat quodcumque perpetimur, quantoque maior fuerit persecutionis iniuria, tanto iustior fiat et gravior pro persecutione vindicta. Schol. Cic. Gron. p. 312, 2 ut celaret dedecus -um (*Stangl*, vitium *trad.*) *fugae Vlixes*.

2 *de motibus animi, doloribus, gemitu, qui iniurias sequuntur*: Hor. epist. 1, 2, 61 *iracundus* dum poenas odio per vim festinat -o. Ov. met. 4, 426 nil poterit Iuno nisi -os flere dolores? Val. Fl. 4,

[*Reichmann*]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

14 *Iuppiter*: dabit ... poenas *Medea* ... nec Aeetae gemitus patiemur -os. DON. Ter. Andr. 199 ne quid relinquat -um (*om. A V [schol. Paris]*) iracundiae *dominus servi dolosi.*

B *laxius*: 1 *de precibus, quae ad ultionem frustra tendunt*: HOR. carm. 1, 28, 33 (*verba mortui*) precibus non linquar -is. 2 *de vita, rei bene gestae audacia, coniugio, quae indefensa pereunt*: SIL. 10, 292 nec Paulus -um, quod superest de luce, sinit. AMM. 31, 6, 3 eminens ... aliquorum *Gothorum* audacia peribat -a (*v. p. 240, 71. aliter p. 242, 30*). 31, 13, 6 conabantur modis omnibus vitam impendere non -am *pedites*. CONST. Sirmond. 8$^{med.}$ nullius -os toros remisso adulteriorum ... supplicio deseremus (*cf. p. 242, 51*).

adv. **inultē.** *i. q. impune*: GREG. M. epist. 5, 53 a, 1 p. 354, 15 *sacri altaris ministerium* sub ecclesiae colore susceptum est, quod, si -e liceat, iterum fugiendo deflectatur. moral. 1, 37 p. 544^{B} quia eo ipso peccat, quo peccare vellet, si -e potuisset *ecclesia* (25, 6 p. 322^{C}. 25, 27 p. 338^{A}. 26, 46 p. 376^{D} [= past. 2, 6 p. 36^{C}]). 25, 6 p. 322^{C} quando violentus iste omne malum quod poterat -e perpetrabat.

adv. **inultō** (*abl. abs., cf. p. 240, 78. 242, 44*). *i. q. impune*: CHAR. gramm. p. 410, 17 B. non -o feret *adversarius.*

deriv.: inulcisci.

? **2. inultus,** -a (-um). *p. p. p. ab* inolesco (*v. vol. VII 1, 1738, 7*), *cf.* adultus *ab* adolesco. NOT. Tir. 54, 13 -us (inoletus *Kopp*). 54, 14 -a. *Reichmann.*

***inulus,** -ī *m.* *de origine cf.* inuleus. *de scriptura*: in-: AMBR. Isaac 5, 38 p. 664, 17 (*V*), *v. et* p. 674, 10 *adn.* EVCHER. form. 4 p. 26, 11sqq. (*cf. p. 240, 39. 41*). ISID. orig. 12, 1, 21 (*CTX*). GLOSS.^{L} Corp. I 464 -us hindcaelf (*anglosax.*). GLOSS. II 92, 45 -i νεβροί. II 583, 24 *v. p. 240, 27.* en- (*cf. p. 240, 20*): AMBR. Isaac 4, 31 p. 661, 13 (*APV*). 5, 38 p. 664, 17 (*AP*). ORIBAS. syn. 9, 29 Aa p. 333. ISID. orig. 12, 1, 21 (*BFO*, een- *K*). GLOSS.^{L} II Philox. EN 24 enulum νεβρόν. *al.* hin(n)- (*cf. p. 240, 22. 26. 27*): SCRIB. LARG. 13 p. 10, 18. 188 p. 77, 5. ITALA *v. l. 42.* AMBR. Isaac 6, 50 p. 674, 10 (*AE*). *al.* in psalm. 118 serm. 6, 12, 1. *al.* HIER. *v. l. 55 sqq.* VVLG. *ubique.* RVFIN. *v. l. 53 sq.* GLOSS. Vatic. reg. 203 p. 265, 72 (ed. Merchie) hinnulus est foetus cervae. *et saepius.* *legitur inde a* SCRIB. LARG. (ORIBAS.) *et in* ITALA, VVLG. (*ECCL.*).

i. q. inuleus: 1 *in re med.*: SCRIB. LARG. 13 ad rem *medendi* pertinere occidi -um cultro (*antea bis* inuleus, *v. p. 240, 23*). 188 coagulum leporis, -i et porci (ORIBAS. syn. 9, 29 Aa p. 333 -i cervini [cervolino *La*, *gr. 9, 29, 3* νεβροῦ] *cf. p. 240, 35*).

2 *apud eccl., respicitur* -us cervorum (*in comparatione v.* VVLG. cant. 2, 9. 17 *l. 52 sqq. al., cf.* -us capreae *l. 55*): ITALA Iob 39, 3 (Aug. in Iob p. 617, 6) nutristi -os earum (*i. cervarum*) sine metu (παιδία, *Vulg. aliter*). AMBR. Isaac 4, 31 p. 661, 13 quasi -us cervorum, qui desiderat ad fontes aquarum, descendit ad Paulum (*cf. psalm. 41, 2*). 5, 38 p. 664, 17 exilit ... sicut -us cervorum (6, 50 p. 674, 10 quasi capreolus aut cervorum -us, dum adfatur dilectam, exsiluit. *cf.* in psalm. 118 serm. 6, 13, 1 p. 114, 18 salientem ... -um. 6, 18 p. 117, 11). in psalm. 118 serm. 6, 12, 1 p. 114, 8 videbis ... Iesum similem capreolo aut -o cervorum (*cf. l. 53. 58*). 6, 12, 2 p. 114, 13. 14 -us quasi filius (ISID. orig. 12, 1, 21 -i filii sunt cervorum). VVLG. prov. 5, 19 cerva carissima (*i. virgo amata*) et gratissimus -us. cant. 2, 9 similis est dilectus meus capreae -oque cervorum (2, 17. *cf.* 8, 14. RVFIN. Orig. in cant. 3 p. 214, 6 sponsa comparare videtur 'fraternum' suum -o cervorum). 4, 5 duo ubera tua sicut duo -i capreae gemelli (7, 3. *cf.* HIER. in Ezech. 16, 4/5 p. 127^{A} virginis in cantico canticorum duae mamillae sunt, quasi duo -i gemini capreae). RVFIN. Orig. in cant. 3 p. 214, 10 '-us cervorum' est quia parvulus 'puer natus est' *eqs.*

fem. **inula,** -ae. *i. q. vitula cervorum*: ARNOB. nat. 5, 39 p. 209, 6 Ceres ... Nebridarum familiam pellicula cohonestavit -ae (hinn- *trad.*). *I. Kapp.*

? **īnum,** -ī *n. v. vol. VII 1, 806, 8.*

inumbrāculum, -ī *n.* *ab* inumbrare, *cf.* adumbraculum (*Hier. nom. hebr. p. 20, 26*), obumbraculum, umbraculum. GLOSS.^{L} II Abav. LV 13 lucus -um vel locus amoenus (*cf. l. 82 sqq.*).

inumbrātio, -ōnis *f.* *ab* inumbrare. *inde a* FIRM., HIL.

A *i. q. actus inumbrandi, umbra*: 1 *de cutis colore fusco*: FIRM. math. 1, 10, 11 illius *hominis* candor ex aliqua parte nigri coloris tenui -e sordescit. 2 *spectantur res lucem arcentes* (*acced. vi tuendi a periculis l. 73*): SERV. auct. Aen. 12, 408 -em ... ex eo (*sc. continuo pulvere*) solis et caeli factam (*seq.* obducto semel caelo et quasi ab oculis intercluso). THEOD. MOPS. epit. in psalm. 56, 2^{b-c} ad p. 369, 14 a similitudine avium, quae pullos alarum -e (*Bulhart*, in umbratione *ed.*) communiunt (*gr. l. c.* ὑπὸ τὰς πτέρυγας φυλάττουσιν, *ad Vulg.* in umbra alarum tuarum. *cf. p. 244, 39*). *de nube divina sim.*: HIL. in psalm. 67, 27 p. 302, 12 *cum Iudaeos* -o nubis ... in spe euangelica fideque concluderet (*ad rem cf. p. 245, 31*). trin. 2, 26 ut ... substantiam corporalem divinae virtutis -o temperaret (*antea*: obumbravit. *cf. p. 245, 41*). 3 *de umbra inferorum*: MART. CAP. 1, 78 *fratrum Iovis* alter maritima semper inundatione viridior, alius lucifuga -e pallescens.

B *i. q. res inumbrans*: SERV. Aen. 1, 164 p. 95, 7 scaena -o. et dicta scaena ἀπὸ τῆς σκιᾶς. apud antiquos enim theatralis scaena parietem non habuit, sed de frondibus ⌊umbracula quaerebant⌋ (⌊ ⌋ opaca umbracula faciebant *cod. B; ad Verg.*: silvis scaena coruscis desuper horrentique atrum nemus imminet umbra. *cf. l. 76*).

***inumbro,** -āvī, -ātum, -āre. *ab* in *et* umbra, *cf.* umbrare. *perfecti act. nonnisi formae breviores*: -arit: PS. CYPR. laud. mart. 21 p. 44, 2. -asset: SOL. 11, 18. -asse: CONC.^{S} I 5 p. 120, 34. NOT. Tir. 104, 92 -at. *de notione*: SYNON. Cic. p. 416, 10 B. abditum ... -tum. SERV. Aen. 1, 607 'lustrabunt' -bunt, unde lustra ... ferarum cubilia ... dicimus, quia parum inlustrantur. *v. etiam l. 26 sqq.* GLOSS.^{L} I Ansil. IN 2030 -atur tenebratur (GLOSS. -tus tenebratus). III Abstr. IN 273 -atur occultatur vel obscuratur (*inde* I Ansil. IN 2028 -tus occultatus. 2029 -tus obscuratus). GLOSS. ἐπισκιάζω adumbro, -o, obumbro. *legitur inde a* VARRONE, LVCR., VERG., VAL. MAX. [*it.* inombrare. *prov.* enombrar. *R.*] [*variat in codd. c.*: umbrare: QVINT. inst. 12, 10, 60 *l. 72.* PLIN. epist. 8, 17, 3 (*MV*). obumbrare: VERG. georg. 4, 20 *l. 63.* CLAVD. rapt. Pros. 2, 26.]

I *transitive* (*v. et p. 245, 32. 46 sq.; accedit acc. q. d. graecus l. 31*): **A** *adumbrando* (*? cf. vol. I 885, 32. v. et p. 245, 49*), *delineando efficere* (*in aliqua re*): VARRO ling. 6, 4 solarium dictum id, in quo horae in sole inspiciebantur, quod Cornelius in basilica Aemilia et Fulvia -vit (*post* inspiciebantur *aliquid excidisse putant Goetz-Schoell [v. adn. ad l. p. 260 sq.], ita ut sensus esset 'in umbra, sc. sub tecto basilicae, posuit'*).

B *fere i. q. tegere, obscurare*: 1 *proprie* (*in imag., alleg. l. 43. 70. 81*): **a** *generatim*: LVCR. 3, 913 tenent ... pocula saepe homines et -ant ora coronis. VERG. Aen. 11, 66 toros (*i. feretrum*) obtentu frondis -ant (CLAVD. DON. p. 417, 1 sqq. *ad l.* -bant frondis obtentu, hoc est tegebant et -bant interiora ...; quam pulchre posuit -ant! non enim illis aut penitus adempta lux fuerat aut ad plenum tenebrarum crassitudo congesta. *cf. l. 41. p. 245, 34*). PLIN. nat. 19, 24 *Marcellus* velis forum -vit (*syn. 23* intexit). APVL. met. 9, 12, 3 dorsum ... plagosum scissili centunculo magis -ti quam obtecti *homunculi.* 10, 31, 1 *puella designans Venerem* nudo et intecto corpore perfectam formonsitatem professa, nisi quod tenui pallio bombycino -bat spectabilem pubem. flor. 1 p. 4 aut ara floribus redimita aut spelunca frondibus -ta. ITALA exod. 38, 8 (Monac.) ut -rent arcam testamenti et placatorium *Cerubin* (σκιάζοντα, *Vulg. 37, 9* tegentes, *cf. Italam [Lugd.]* adumbrantes). SOL. 52, 29 monocolos ... qui ... resupinati plantarum suarum magnitudine -entur (-antur *l. v.*). HIL. in psalm. 56, 3 p. 169, 21 avibus naturae est infirmitatem pullorum alis -are (*ad psalm. 56, 2* in umbra alarum tuarum. *cf. et p. 243, 73*). CLAVD. rapt. Pros. 2, 26 stridentia colla Gorgonis obtentu pallae fulgentis -at (*v. l. 15*) *Minerva* (*cf. l. 26*). EPIGR. Bob. 21, 2 Liberum hedera ... -antem caput. *in imag.*: AVG. epist. 167, 14 p. 601, 22 si ... ita sunt animae intentiones ut corporis membra, non quod videantur locis, sed quod sentiantur affectibus, et aliud inluminatur amplius, aliud minus, aliud omnino caret lumine et tenebroso -atur obstaculo *eqs.*

b *speciatim*: *α* *spectatur umbra nubium, noctis*: LVCR. 5, 289 terra ... -atur, qua nimbi cumque feruntur. SOL. 11, 18 cum novem et amplius mensibus diem continua nox -asset (*seq.* inluminatam). MART. CAP. 6, 663 regio caligantibus tenebris -ta ([-at *B*[1]]. *cf. Plin. nat. 4, 88* densa mersa caligine). *al.* *apud Christianos de virtutibus divinis, quae velut nubes apparent*: ITALA Matth. 17, 5 (cod. e, *sim. al.*) ecce nubes lucida -vit illos (ἐπεσκίασεν, *Vulg.* obumbravit). act. 5, 15 (cod. d, *sim. al.*) ut ... Petri ... umbra -ret quemcumque *aegrotorum* (ἐπισκιάσῃ τινί, *Vulg.* obumbraret [umbraret *D*]. *cf.* PAVL. NOL. epist. 23, 36 p. 194, 5 -ando). AVG. in psalm. 139, 12 p. 1810$^{med.}$ -atur in die belli *homo a diabolo temptatus*: desiderium enim aestus facit, umbraculum autem domini temperat desiderium (*ad psalm. 139, 8* obumbrasti super caput meum in die belli). *huc spectare videtur* HIL. in psalm. 68, 29 p. 337, 22 *terra* supernis (*i. caelestibus*) -ta naturis. *v. et p. 245, 31 sqq. 41.*

β *spectatur umbra arborum vivarum sim.*: VERG. georg. 4, 20 vestibulum *alvarii* ... ingens oleaster -et (obumbret *cod. Gud. 2; Colum. 9, 5, 4; Serv. georg. 4, 61 [l. v.]*). VAL. MAX. 1, 7 ext. 5 *Astyages* existimaverat genitali parte Mandanes natam vitem eo usque crevisse, donec cunctas dominationis suae partes -ret (*cf. Iust. 1, 4, 2* obumbraretur). CVRT. 3, 4, 9 *Cydnus* multa riparum amoenitate -tus. COLVM. 4, 14, 2 dum *solum* ... incremento suo vites -ent. 10, 168 mollem ... sinum *telluris* staphylinus -et. LVCAN. 4, 456 ruitura ... semper stat ... moles et silvis aequor -at. QVINT. inst. 12, 10, 60 (*per imag. de medio genere dicendi*) ut amnis et lucidus quidem, sed virentibus utrimque silvis -tus (sibi sim umbratus *HMV*). FRONTIN. aq. 93 *Anio* imminentium ... nemorum opacitate -tus. PLIN. epist. 5, 6, 20 areolam, quae quattuor platanis -atur. 8, 17, 3 nemora, quibus -atur (*v. supra l. 14*) *Anio*. PS. CYPR. laud. mart. 21 p. 44, 2 Christi locus, ubi ... arborum densior coma vestit quicquid curvantibus ramis scena deiacens -arit (inubraret *S*[1], in umbra erit *P*). SOL. 35, 5 *balsama* tenacibus foliis sempiterno -antur. PALLAD. ins. 49 degeneris ... comae vestigia mitis -at pampinus. HIER. epist. 58, 3, 5 *locum, ubi Christus natus est,* lucus -bat Thamuz. ISID. Goth. 1^{a} chron. II p. 267 tu *Spania* ... segete vestiris, oleis -aris (inubr- *l. v*), vite praetexeris. *per allegoriam*: HIL. in Matth. 13, 4 p. 994^{B} apostolos ... mundum -antes in ramis intelligemus (*ad Matth. 13, 32* ut volucres ... habitent in ramis). in psalm. 1, 16 p. 31, 10 *folia* ad custodiam fructuum *nascuntur* ...:

[Reichmann]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

doctrina ergo verborum dei, quae promissos nobis fructus convestit, significatur in foliis; his enim verbis spes nostrae -antur, horum ... munimine conteguntur. *v. etiam l. 35. 38.*

γ spectatur umbra barbae: APVL. met. 5, 8, 4 iuvenem ... commodum lanoso barbitio genas -antem. CLAVD. 1, 69 ante genas dulces quam flos iuvenilis -et oraque ridenti lanugine vestiat aetas.

2 *translate* (*vigente hic illic vi imaginis, cf. et p. 244, 23*): **a** *i. q. claritate superare*: PLIN. paneg. 19, 1 ut parva *sidera* ... validiorum exortus obscuret, similiter imperatoris adventu legatorum dignitas -atur. CASSIOD. or. frg. p. 467, 17 tantum est praesentis boni publici decus, ut feliciter maiores suos -et fortunata successio. **b** *i. q. tenebris involvere* (*per imag. obscuritatis significatur res infamans l. 16. 21, difficultas intellegendi l. 19, tristitia l. 20. 23, desuetudo l. 25*): ANIAN. Chrysost. laud. Paul. 4 p. $493^{in.}$ concessit deus et latrones cum salvatore crucifigi et ... seductores aliquos apparere ...; nihil enim Christi gloriam potuit -are (*gr.* συσκιάσαι, *seq.* obscurare). AVG. (?) un. eccl. 10, 25 p. 259, 13 dicant *Donatistae* ea testimonia ... obscura esse et figurate dicta etiam aliter posse intellegi ..., numquid et hoc obscure dictum aut aenigmatis velamento -tum est, quod *eqs.* CONC.^{S} I 5 p. 356, 22 tristitia mentem ita -at et valde conturbat, ut *eqs.* (*gr. I 1, 7 p. 123, 34* καταθολῶσαι). CASSIOD. var. 3, 39, 1 quia -at famam publicam in consule tenacitatis (*i. avaritiae*) obscuritas. COD. Iust. 1, 17, 2, 6b ne luctuosum monumentum laeta saecula -are concedatur. INST. Iust. de inst. promulg. 5 breviter expositum est et quod antea obtinebat et quod postea desuetudine -tum ab imperiali remedio illuminatum est.

II *intransitive et absolute* (*aliter l. 32. 46*): **A** *i. q. cum umbris, tenebris incedere, propinquare*: TAC. hist. 3, 19, 1 -ante vespera ... exercitus robur advenit.

B *i. q. umbram iacere* (*acced. dat. l. 40 sqq., per alleg. l. 35. 39*): ITALA num. 10, 36 (Lugd.) nubs facta est -ans super illos (σκιάζουσα ἐπ' αὐτοῖς, *om. Vulg.; hunc locum respicit transitive vertens* CYPR. GALL. num. 240 *Moysen* dicentem nubs clara tegit agmenque refertum ... obtentu [*cf. p. 244, 25 sq.*] vestis -at. *v. et p. 243, 76*). HIL. myst. 1, 37 p. 27, 8 septuaginta praedicatoribus pro tempore -antibus et duodecim apostolis in aeternum fluentibus (*ad exod. 15, 27* duodecim fontes aquarum et septuaginta arbores palmarum). VEN. FORT. carm. 5, 1, 1 p. 101, 10 ipse vir factus paradisus inter perspicui cordis ... plateas et vernantis operis -antes corymbos ... inambulantis in se beati redemptoris ... vestigia *coercet*. *acced. dat.*: ITALA Luc. 1, 35 (codd. a q *al.*) virtus altissimi -bit tibi (ἐπισκιάσει σοι, *Vulg.* obumbrabit tibi. *hunc locum respiciunt*: HIL. trin. 2, 24 p. 66^{B} [= LEO M. epist. 104 Conc.^{S} II 4 p. 120, 1] -ante virtute [obumbrante *Leo l. v.*]. 2, 27 p. 68^{B} -ans virtus [CONC.^{S} I 5 p. 90, 9; *gr. I 1, 2 p. 39, 25* ἐπισκιάσασα. *syn. I 2 p. 53, 39 et I 3 p. 122, 12* obumbrans]. CONC.^{S} I 5 p. 120, 34 -asse [*gr. I 1, 7 p. 38, 23* ὅτι ... ἐπισκιάσας *eqs.*]. *transitive*: ITALA *l. c.* [Cypr. testim. 2, 10 p. 75, 12] -bit te [*M*, ob- *cett.*]. PAVL. NOL. carm. 27, 279 -ta ... virgine).

p. p. p. pro adi. **inumbrātus,** -a, -um. *i. q. adumbratus* (*cf. vol. I 886, 2 sqq.*), *non verus*: CELS. dig. 41, 2, 18, 1 (*interpol.?*) furioso, quem suae mentis esse existimas, eo quod forte in conspectu -tae quietis fuit constitutus.

deriv.: inumbraculum, inumbratio. *Reichmann.*

inūmectus, -a, -um. *ab* in (*neg.*) *et* umectus. *i. q. non umectus, siccus* (*syn.*): CAEL. AVR. acut. 2, 37, 207 cum ... -um (*scrib.* -hum-) atque siccum fuerit corpus.

inūmigo, -āre. *ab* in *et* umigare. *fere i. q. umidum facere*: LIV. ANDR. trag. 18 confluges ubi conventu campum totum -ant.

inūnātus, -a, -um. *ab* in unum, *cf.* adunatus. [*variat in cod. c.* inviolatus: CYPR. sent. episc. 49 *v. p. 217, 15.*] GLOSS.^{L} I Ansil. GL 63 globata agmina: -a.

inunco, -āvī, -ātum, -āre. *ab* in *et* uncus. NON. p. 124, 16 -are quasi unco invadere et arripere: Lucilius (*v. l. 75*). GLOSS.^{L} III Abstr. IN 279 -vit manu: adprehendit, vim manu intulit (*cf. adn.*). *legitur inde a* LVCILIO.

fere i. q. unco capere: **1** *hamis*: APVL. apol. 30 *instrumenta magica* hamis -anda (*ironice de piscibus*). PAVL. NOL. carm. 23, 272 *oculum* diducebat -ans subfixo clavus cilio (*antea: vir saucius* uncino quasi piscis inhaeserat hamo). *per similitudinem*: COLVM. 7, 3, 10 *lana* obnoxia est rubis, quibus velut hamis -ta pascentium tergoribus avellitur (SIDON. epist. 7, 9, 11 semper hic ... bonarum partium mores pungentibus linguis maledicorum veluti bicipitibus hamis -buntur). **2** *unguibus sim.*: *de ave rapaci*: APVL. flor. 2 p. 9 *aquila e caelo cuncta cernens*, unde unguibus -et vel agnum ... vel leporem ... vel *eqs.* *inde metaphorice de homine avaro*: LVCIL. 492 qui nummos tristis -at (*v. l. 63*). *Hi.*

***inūnctio,** -ōnis *f.* *ab* inung(u)ere. *scrib.* -unt-: CELS. 7, 7, 14^{F} COLVM. 6, 33, 2 THEOD. PRISC. log. 56. GLOSS. ἔγχρισις. *legitur inde a* CELSO *apud medicos et eccl.* [*variat in codd. c.*: iniunctio: COLVM. 6, 33, 2 PLIN. nat. 28, 117 GREG. TVR. glor. mart. 30 p. 506, 7. iunctio: THEOD. PRISC. log. 31 GREG. TVR. Franc. 6, 35 p. 306, 5. unctio: PLIN. nat. 28, 171 VEG. mulom. 3, 27, 7 THEOD. PRISC. log. 31. 56.]

i. q. actus inunguendi, necnon de ipsa re, i. q. unguentum (*e. g. l. 29. 34. 37. 40*): **A** *ad medendum morbis* (*fere apud medicos et in eis scriptis, quae a medicis pendent, praeter l. 26. 32*):
1 *in medicina oculorum* (*per gen. accedentem indicatur medicamen l. 5. 6. al., pars aegra l. 16 sq. 19, vitium l. 14 sq., tempus l. 13*): CELS. 7, 7, 14 opus est ... lenium medicamentorum -bus. COLVM. 6, 33, 2 omnis ... dolor oculorum -e suci plantaginis ... levatur ([*inde* PELAGON. 437 -em ... desiderat]. PLIN. nat. 20, 39. PS. APVL. herb. app. 116, 3 l. 4 herbae rutae ... sucus ... caliginem oculorum -e detergit). SCRIB. LARG. 20 cum combiberint oculi ad singulas -es, vaporare eos *oportet*. 29 qui non sufferunt -em (*syn. Marcell. med. 8, 118* unctionem). PLIN. nat. 28, 37 *arceri* lippitudines matutina cottidie velut -e. 28, 117 *chamaeleontis* felle glaucomata et suffusiones corrigi ... creditur tridui -e (MARCELL. med. 8, 67. 8, 155 PLAC. med. 11, 3 rec. *β*. 22, 1 rec. *β* facis -em). 29, 125 accipiter decoctus ... efficacissimus ad -es omnium vitiorum putatur. 29, 132. VEG. mulom. 3, 27, 7 -bus utilitatem animalibus praestat. MARCELL. med. 8, 7 perunctiones oculorum lippientium sive -es. 8, 68 lupi fimus ... -e (-i *Helmreich, sed v. adn. crit.*) adhibitus oculorum ypochysis discutit (8, 105. *saepe*). 8, 89 anagallidos herbae flos ... -i caligantium oculorum ... prodest. 8, 144 utere ad -em collyrio (8, 154 -e adversum glaucomata ... uteris. ORIBAS. syn. 8, 40 La p. 250 sic -is [*pro* -bus] uteris [*gr. p. 262, 17* ὑπαλείψεσι]. *ibid.* Aa uteris ... -em). *al.* VINDIC. epist. ad Valent. 9 cum neque -o neque incisio ... inundationem lacrimarum reprimere potuerit. PLAC. med. 14, 8 rec. *β* *asinae lactis* -o cicatrices tollit. 17, 1 rec. *β*. ORIBAS. syn. 7, 48 La p. $190^{in.}$ lepras ... tollit animones -o ..., vitis alba radix, item -o (*gr. aliter*). *in comparatione*: AVG. in euang. Ioh. 44, 8 p. $1717^{in.}$ sic ponamus ..., tamquam illam -em in animo habuerit *caecus sanatus*.

2 *ad alios morbos*: CHIRON 855 incantatio eiusdem -is (*antea 853* unctio ad venas calefaciendas). THEOD. PRISC. log. 31 omnibus ... tensionibus ... -em adhibebo. CAEL. AVR. chron. 2, 8, 116 -bus utendum *est* circa thoracem. GREG. TVR. glor. mart. 30 p. 506, 7 ex hoc *oleo* seu -es factae sive potiones datae ... languentibus commodum praestant. ORIBAS. eup. 4, 3 p. 531 *ad emicraniam* optima[m] ... est -o calefaciens (*gr. p. 439, 19* χρῖσμα).

B *usu magico* (*cf. et l. 29*): GREG. TVR. Franc. 6, 35 p. 306, 5 reus protulit ... se -is et potionis, quae ei regis ... gratiam praeberent, ab his mulieribus suscipisse.

C *ad altaria consecranda*: MAX. TAVR. serm. app. 25 p. 900^{B} in ... altaribus a pontificibus sacra -e inunctis (*syn. p. 898^D* chrismatis unctione).

inūnctūra, -ae *f.* *ab* inung(u)ere. *i. q. inunctio*: DIOSC. 5, 103 p. 208, 10 *aerugo vermiclosus* post -a fomento calido compescendus est (*gr. 5, 79, 10 p. 52, 8* ἔγχρισιν).

inūnctus, -a, -um *v. s.* inunguo.

inundantia, -ae *f.* *ab* inundare. *i. q. inundatio*: ITALA Luc. 6, 48 (codd. b l q r) -a (innund- *b*, inundatione *l corr.*) ... facta allisit (inlisit *l r*) flumen domui illi (πλημμύρης ... γενομένης, *Vulg.* inundatione). SACR. Gelas. p. 588 rore caelesti et -a pluviarum (p. 746 SACR. Greg. 138, 4. *cf. ibid.* 220, 2 imbrium). *in imag. fere i. q. abundantia*: VEREC. in cant. 6, 14 p. 82^{b} 25 qui potaverit aquarum -as, abundabit.

***inundātio,** -ōnis *f.* *ab* inundare. GLOSS.^{L} II Abav. IN 352 -o diluvium (*al.*). III Abstr. AD 39 adluvione (ab- *?, sed cf. l. 71*): -e (mun- *?, sed cf. p. 247, 61*) sordium (*al.*). II Philox. IN 739 κατακλυσμός. GLOSS. -o fluminis ἐπιρροή. ἐξυδάτωσις. ἐπίκλυσις. πλήμμυρα. *legitur inde a* PAVL. FEST., VAL. MAX., SEN. *philos.* [*variat in codd. c.*: emendatio: RVFIN. hist. 11, 32 p. 1036, 18. inmundatio: SOL. 32, 9 *v. et p. 247, 35.* innodatio: *p. 247, 42.* invitatio: SCHOL. Iuv. 3, 249. mundatio: *p. 247, 42. al. cf. l. 55.* redundatio: SEN. nat. 6, 30, 3. undatio: HIER. chron. a. Abr. 11 p. 17, 19. *v. et p. 247, 35.*]

i. q. actus inundandi (*et inde i. q. status inundatus*): **I** *proprie inundant res liquidae*: **A** *strictius de aquis* (*acced. gen.: subi. saepe, obi. l. 73. p. 247, 2. 5. 9, explicativus l. 82. 83. 84; praep.* ex *l. 80*): **1** *generatim*: *i. q. actus super ripas fluendi et terram operiendi*: CIL XIV 85 (*a. 46*) Claudius ... urbem -is periculo liberavit. PAVL. FEST. p. 17 Ambrones ... subita -e maris cum amisissent sedes suas (SEN. epist. 71, 15 repentina maris -o. PLIN. nat. 2, 200. *al.*). SEN. dial. 6, 26, 6 *fatum* -bus quidquid habitatur obducet. nat. 6, 8, 3 enarratur Nili aestiva -o (PLIN. nat. 9, 179. *al.*). COLVM. 3, 11, 8 valles quae fluminum adluvie et -bus concreverint (POMPON. dig. 41, 1, 30, 3. *al. cf.* PLIN. paneg. 30, 5 *amnis*). PLIN. nat. 3, 112 *Vmbrorum gens* ⟨in⟩ (*add. Mayhoff*) -e terrarum imbribus *superfuit* (5, 69 [*inde* SOL. 34, 1]). 6, 146 molientes incursionem Parthos ... -e arceri. 6, 166 ultra *ducere fossam* deterruit -is metus. 36, 73 -bus Tiberis (TAC. hist. 1, 86, 2 pavor subita -e Tiberis. SVET. Otho 8. *al. v. l. 78*). FRONTIN. strat. 3, 7, 3 *hostes* subita -e turbatos. SVET. Aug. 30 ad coercendas -es alveum Tiberis laxavit (*cf.* INSCR. NSc. 1908 p. 476 pontem arcendae -is gratia fecit). LIV. perioch. 5 p. 10, 1 cum -o ex lacu Albano facta esset (*Liv. 5, 15, 2* lacus ... in altitudinem insolitam crevit. *cf. p. 247, 11*). GAIVS dig. 41, 1, 7, 6 -o speciem fundi non mutat. SCAEV. dig. 18, 6, 11 cum ... -e aquarum ... pars fundi interierit (CIL X 6876 [*a. 212*] viam -e aquae interruptam restituit. AVG. civ. 18, 12 p. 270, 7 D. *al.*). PORPH. Hor. carm. 1, 2, 11 sq. diluvii

[Imhof]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

-e (Hier. hom. Orig. in Ezech. 4, 1 p. 362, 31. *al.*). Chalc. transl. p. 22B post ... -em mundi. p. 22C multae ... neces hominum partim conflagratione partim -bus vastantibus acciderunt (ὕδατι; *sic 23B* κατακλυσμόν). Hil. in psalm. 128, 10 firma sunt, quae ... fluviis, ventis, -bus non moventur. Veg. mil. 4, 5 *fossarum* altitudine et -e. Rvstic. Conc.S I 4 p. 39, 35 validissima facta -o pluviarum (*gr. I 1, 5 p. 125, 19* ἐπομβρία. *al.*). Arnob. in psalm. 103 p. 478C tactu dei montes fumigant ad -em nubium, quae pluvia dantes *eqs.* Cassiod. var. 12, 24, 3 reciproca -e camporum. *al.*

2 *speciatim*: a *fere i. q. abundans affluentia fluctus sim.* (*v. p. 248, 29*): Val. Max. 1, 6, 3 subito ... Albanus lacus neque caelestibus auctus imbribus neque -e ullius amnis adiutus solitum stagni modum excessit. Cypr. epist. 73, 10 (*in imag.*) *ecclesia* arbores *paradisi* rigat quattuor fluminibus, id est euangeliis quattuor, quibus baptismi gratiam salutari et caelesti -e largitur. Sol. 18, 1 *maris mediterranei* esse originem ... ⌊-em aestuantis⌋ oceani (⌊ ⌋ *SA*, eliquia inrumpentis *cett. cf.* Macr. Sat. 7, 12, 35 -o ... per Hispaniense ... *litus* in Tyrrhenum prodit). 32, 9 fontem ... tantam -is habere substantiam, quantum pabuli ... nubila subministraverint. Cosmogr. 2, 2 *Maeotidis* inmensa -o ... Euxinum Pontum late ingreditur (*ex Oros. hist. 1, 2, 5* exundatio). Greg. M. moral. 16, 45 p. 1143D obtenebrescit contra ... *peccatorem* -bus (*i. pluviis*) caelum. b *fere i. q. aestus, perturbatio fluctuum*: Itala Ion. 1, 4 (Ps. Fulg. Rusp. serm. 16 p. 879B) facta est -o maxima in mari (κλύδων, *Vulg.* tempestas. *sic gr.*: Ion. 1, 12 [*ibid.* p. 879D]. Luc. 8, 24 [cod. e]). Schol. Hor. carm. 1, 8, 8 *Tiberim* flavum ... -e turbidum dixit *Horatius*. c *fere i. q. copia, abundantia*: Mart. Cap. 1, 78 *Neptunus* maritima ... -e viridior. Max. Tavr. serm. 105 p. 740B abundans ... est aqua et ipsa sui -e vilissima. Cassiod. hist. 9, 46, 4 quia aquae -o prorupisset (*Sozom. 7, 26, 5* ἄφθονον ἀναβλύσαι ὕδωρ). d *fere i. q. aspersio*: Ambr. Hel. 17, 65 elefantos ... ferunt ... in momentariis -bus inrigare eius tabernam de quo se putaverant vindicandos. Rvric. epist. 1, 17 nos ... -o roris aspergit.

B *laxius de -e sanguinis, lacrimarum, umorum corporis sim.*: Flor. epit. 1, 13, 17 ut omnia incendiorum vestigia Gallici sanguinis -e (inmundatione, undatione *ll. vv.*) deleret (Clavd. Don. Aen. 4, 660 p. 416, 9 ferrum spumare -e sanguinis. *al.*). Firm. math. 3, 1, 16 p. 96, 5 corpus ... laxatum umorum -bus (4, 19, 8. *cf.* Marcell. med. 5, 3 umores oculorum ab omni -e *siccantur*). Vindic. epist. ad Valent. 9 cum neque inunctio ... neque conbustio -em lacrimarum reprimere potuerit (Sedvl. op. pasch. 2, 10 p. 211, 3 vastum pelagus lacrimarum -e collectum. *al.*). Cassiod. var. 10, 29, 1 podagrae subita -e (mundatione, innodatione *ll. vv.*) completus.

II *translate* (*saepe in comparatione aut vigente imagine fluvii sim.*): A *de magna copia animantium*: Tert. adv. Marc. 4, 3 p. 428, 14 *euangelium* ut cataclysmo quodam ita -e falsariorum obliteratum. Vvlg. Is. 60, 6 -o camelorum operiet te ([ἀγέλαι]. *cf.* Ezech. 26, 10 -e equorum [πλήθους]). Oros. hist. 3, 6, 1 terribilis Gallorum -o iuxta Anienem fluvium ... consedit.

B *incorporaliter* (*corpus pro eius illecebris l. 54,* diaboli *l. 58*): Tert. nat. 2, 2, 6 facta est argumentationum -o de stillicidio veritatis. Chalc. transl. p. 19E verborum agmine atque -e sermonis ([*gr. aliter*]. Arnob. in psalm. 35 p. 373B). Favstin. trin. 2, 8 p. 57B divinae dilectionis -e. Vigil. Trid. ad Ioh. 1 p. 553A -o meritorum. Ambr. fug. saec. 4, 21 ne ... -e corporis ... et saeculi mersentur animi interiora vestigia (*cf.* Avg. c. Iulian. 1, 5, 15 p. 649med. corporeae -is). Vvlg. Sirach 21, 16 scientia sapientis tamquam -o abundabit. Rvfin. Greg. Naz. orat. 7, 9, 3 spiritus sancti -bus rigans (Avg. serm. 32, 6, 6 p. 198fin. *al.*). Ps. Orig. in Iob 1 p. 446D diaboli. 3 p. 486A maligni. Avg. gen. c. Manich. 2, 6, 7 p. 200in. veritatis. serm. 32, 9, 9 p. 200in. gratiae (*cf. l. 15*). Ps. Avg. serm. 83, 2 p. 1907in. fons aeternus ... -e sua abluit universos (*cf. p. 246, 54sq.*). Greg. M. moral. 33, 63 p. 714A *mens* huius fumi (*i. terrenarum cogitationum*) -bus premitur. *al.*

inundātor, -ōris *m.* *ab* inundare. *qui inundat*: CIL VI 9484 -es (*nomen officii cuiusdam, de quo nihil certi constat, cf. Waltzing, Ét. sur les corporations professionnelles 1, 276; 4, 26*). Lib. geneal. chron. I p. 176, 330 *filiorum Levi tertius* Merari, id est amarus (Merarii ... -r *cod. T, cf. Wutz, Onomastica sacra p. 549*).

inundātus, *abl.* -ū *m.* *ab* inundare. *i. q. inundatio*: Ps. Rvfin. (Ivlian. Aecl.) in Am. 9, 5 p. 1100A *Nilus* -u annuo Aegyptia arva *contegit*.

***inundo,** -āvī, -ātum, -āre. *ab* in *et* undare. Prisc. gramm. II 433, 17 *derivatur* ab unda ... -o. *inter verba act. coniug. primae*: Char. gramm. p. 473, 10 B. *v. et p. 248, 1.* *formae breviores*: -arunt: Amm. 31, 5, 12. 31, 15, 10 Salv. gub. 6, 67. -arit: Adnot. Lucan. 4, 16 p. 121, 20 (-ret *l. v.*). -asse, -asset *sim. semper. v. et Neue-Wagener3 IV 189.* Not. Tir. 76, 57a -at. *de notione*: Serv. Aen. 10, 24 -ant implent et -are faciunt (*v. p. 249, 4*). 12, 280 -ant more undae fluunt (*v. p. 249, 68*). *v. et l. 83.* Gloss.L II Abav. in 353 -ta inrigata terrā (*v. p. 248, 31*). III Abstr. in 272 -at plenum est. II Philox. in 736 ἐπικλύζει. Gloss. κατακλύζω diluo proluo -o. πλημμυρεῖ undat torret redundat (-at *l. v.*) exuberat abundat. -ta terra βεβρεγμένη γῆ ἤτοι ποτισθεῖσα. *de usu*: Prisc. gramm. II 394, 9 -o modo absolutam modo activam habere significationem invenitur, ut Virgilius (*11, 382 v. p. 250, 20*). Dosith. gramm. VII 431, 13 verba quae passive tantum efferuntur, ex quibus quaedam etiam activa sunt: ... -or πλημυρῶ (*sic deponens v. p. 250, 9*). *medio-passive l. 55. refl. p. 249, 14.* *legitur inde a* Cic., Verg., Ov., Liv. *per totam latinitatem.* [*it.* inondare, *francog. vet.* enonder, *prov.* enondar. *R.*]

[*variat in codd. c.* mundare: Petron. 118, 3 Tert. apol. 18, 2. *saepe. falso*: Vvlg. I Macc. 2, 30 (*ed. Ven. 1474, Sixto-Clem.*, induraverunt *cett.*).]

I *transitive, i. q. superfundere*: A *obi. (subi. in struct. pass.) est id, cui aliquid superfunditur*: 1 *-ant res (sim. homines l. 56) se effundentes (in struct. pass. saepe om. abl., ubi agitur de aqua sim. inundante)*: a *liquidae*: α *aqua sim. (in script. sacra et ap. eccl. saepe in imagine vel in comparatione [v. e. g. l. 23. 34])*: ① *fere i. q. submergere*: Cic. nat. deor. 1, 103 ut terram ... -et (-at *l. v.*) aqua (Cvrt. 9, 9, 24 cum rursus mare terras -asset). Liv. 8, 24, 7 imbres continui campis ... -tis cum interclusissent ... exercitum (Lvcan. 4, 116 campos Rhenus -et. Veg. mil. 1, 22 torrentibus -ari). 24, 9, 6 Tiberis agros -vit (35, 21, 6 Gaivs dig. 41, 1, 7, 6. *al.*). Sen. nat. 4, 2, 1 *Nilum* natura ... ita disposuit, ut eo tempore -ret Aegyptum, quo maxime usta fervoribus terra undas altius traheret. *al.* Plin. nat. 5, 3 insulam ... aestus maris non -ant. 17, 15 umor ... alit omnia, quae (quia *Mayhoff* [*v. p. 249, 30*]) non -at. Ps. Qvint. decl. 6, 18 -ta sentina vincula (navicula *l. v.*). *al.* Itala cant. 8, 7 (Ambr. in psalm. 118 serm. 19, 28) flumina non -bunt *caritatem* ([undabunt *l. v.*]. συγκλύσουσιν, *Vulg.* obruent). Is. 43, 2 (Cypr. Fort. 10 p. 333, 8) flumina te non -bunt (συγκλύσουσίν σε, *Vulg.* operient). Edict. imp. Diocl. I 22 *non* perpeti posse ... -ari superis imbribus arva felicia. Firm. math. 1, 10, 4 *zonae* atris ... imbribus (*Bentley*, nivibus *trad.*) -antur. Inscr. RevA. V 26, 1927, 394 n. 165 circum ... aquis -ari disposuit. *al.* ② *fere i. q. augere, sc. se infundendo (cf. p. 247, 10)*: Amm. 23, 6, 26 fluvii aequoream multitudinem -antes. 31, 2, 16 mare ... australe. ③ *fere i. q. irrigare* (aspergere *l. 32*): Iavol. dig. 19, 2, 57 terra adsiduis pluviis -ta. Sol. 50, 2 aquarum aspergine -tis (-antis *l. v.*) frondibus. Paneg. 3, 9, 4 quae ... arida ... visebantur, ea ... perlui -ari madere. Rvfin. Orig. princ. 4, 3, 12 p. 343, 7 Iordanes videri potest ... rigare et -are animas sitientes. *al.* ④ *fere i. q. adluere*: Amm. 23, 6, 57 *Bactriani* crebris fluminibus -antur. Prvd. c. Symm. 2, 605 Romanos ... omnes fieri ..., quos ... -at Hiberus. Mart. Cap. 6, 687 *civitatem* Hylas -at lacus (*syn. Sol. 42, 2* perspergit [aspergit, adluit *ll. vv.*]). *al.*

β *eae, quae e corpore animantis proveniunt (aliter l. 47)*: Ov. met. 14, 195 o si quis referat mihi casus Vlixen ..., cuius mihi sanguis -et guttur (Liv. 24, 38, 5 aut vestro aut Hennensium sanguine Henna -bitur. Clavd. carm. min. 27, 66 *Phoenicis* venas recidivus [redivivus *l. v.*] sanguis -at. *cf.* Sen. Phaedr. 499 non cruor largus pias -at aras. Cvrt. 9, 2, 23 Cilicia -ta cruore Persarum). Petron. 113, 9 -vere pectus *meum* lacrimae dolore paratae. Firm. math. 4, 1, 5 humanum corpus ... crescentis Lunae complementis ... -atur. Marcell. med. 1, 10 linguam ... siccam et aridam sternutatio -at. Cassiod. hist. 9, 35, 3 omnis ecclesiae plebs fletibus -atur (*Sozom. 7, 16, 6,* δακρύων ἐμπίμπλαται).

γ *vinum sim. (c. vi implendi)*: Petron. 21, 6 gustatione mirifica initiati vino ... Falerno -amur (Tert. ieiun. 6 p. 280, 8 domicilium interioris hominis escis stipatum, vinis -um). Avson. 411, 12 p. 270 P. patinas implebo meas, ut ... apalaria sucus -et. Pomer. 2, 23, 2 p. 469C qui ... diversorum poculorum potionibus -antur (*v. l. 2*).

b *homines (de invasione hostium. vi imaginis servata l. 62)*: Pomp. Trog. Iust. 38, 4, 15 Cimbros ... more procellae -asse Italiam (Amm. 31, 5, 12 Teutones ... cum Cimbris). Cvrt. 4, 12, 20 multitudo *hostium* -verat campos. 5, 7, 8 *exercitibus* Europa -ta est. Sil. 15, 552 fulgentibus armis Poenus -vit campos. Ps. Qvint. decl. 3, 4 dirempta frigoribus plaga gens ... Italiam -vit. Hier. in Is. 23, 1 p. 200B gentes ..., quae -bunt Tyrum sicut mare fluctuans. Oros. hist. 7, 37, 4 Radagaisus ... repentino impetu totam -vit (invadit *l. v.*) Italiam (*inde* Marcell. chron. II p. 68, 406, 2).

c *incorporaliter (vigente imagine e. g. l. 69. 73. 81. 82)*: *affectus hominum*: Petron. 101, 3 -tus ... Eumolpus invidia. Rvfin. Orig. in num. 15, 1 p. 130, 17 si quis rheumatibus libidinis -atur. Pavl. Nol. carm. 27, 177 *laetitia* placidum mihi pectus -at. Mar. Merc. Conc.S I 5 p. 60, 19 angorum imbribus -tus. Ps. Orig. in Iob 3 p. 502B non ... tanta multitudo dolorum -erunt Iob. *mala saeculi sim.*: Arnob. nat. 4, 36 p. 171, 1 *malis* -atur et premitur ... mortalitas. Ambr. Iac. 1, 7, 27 etiamsi *vita* multis periculis -etur (-emur *l. v.*). Ps. Orig. in Iob 3 p. 486A flumina ... et inundatio maligni ... extinguere vel -are ... caritatem Iob ... non potuerunt (*cf. supra l. 23*). *spiritus sanctus, gratia sim.*: Tert. apol. 18, 2 viros ... spiritu divino -tos (mundatos, mandatos *ll. vv.*) *in saeculum emisit dominus* (Victorin. Poetov. fabr. mundi 9 p. 8, 12 spiritum sanctum Mariam virginem -asse. *cf.* Hier. epist. 14, 9, 1 dono spiritus sancti. *al.* Greg. Ilib. [?] de arca 76 spiritus agnitionis). Prvd. apoth. 880 animam lapsam Christique inopem nova gratia -at. Avg. in Iob p. 520, 6 misericordia ... -vit me. Ps. Prosp. vocat. gent. 1, 9 p. 659C divinorum eloquiorum fontibus -ti. *varia*: Petron. 118, 3 mens ... flumine litterarum -ta (-anter, mundetur *vv. ll.*). Homer. 122 sopore corpus -tum. Tert. apol. 25, 13 ingenia Graecorum ... urbem -verant. Paneg. 4, 37, 1 tuum ... pectus

[Imhof]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

-vit gratulatio. AMBR. hex. 5, 18, 58 alius *filius* totius paternae sortis ascriptionibus -atur.

2 *pro subi. sunt homines (dea l. 15) aut res (flumen l. 13, terra l. 14, fistulae l. 15, volumina l. 23), qui faciunt, ut aliquid aut abundet aut superfundatur aliqua re (quae indicatur per abl. plerumque, per praep.* de *l. 23; non indic. l. 14. 15. 22)*: **a** *rebus liquidis: sanguine sim.*: VERG. Aen. 10, 24 *Teucri* -ant sanguine fossas (fossae *l. v. e versu 11, 382 falso, ut videtur, hic recepta: v. Marouzeau, RevEL 9, 1931, 160. ad l. v. p. 247, 76 sq.*). VAL. MAX. 9, 2, 1 *Sulla* omnes Italiae partes civilis sanguinis fluminibus -vit. LACT. inst. 1, 18, 10 qui ... cruore campos -verit, ... in caelum admittitur. *aqua sim.* (*auro [i. aqua aurum ferente] exemplo primo*): SEN. Phoen. 605 qua ... Pactolus -at auro rura (*cf. p. 248, 13 sqq.*). nat. 3, 29, 4 maximam ... causam ad se -andam terra ipsa praestabit (*v. p. 248, 2*). PROC. dig. 8, 5, 13 *fistulae* -ant parietem tuum. MART. CAP. 1, 67 *Iuno* sudans ima subiecta roscidis videbatur -are fluoribus. *lacrimis*: TERT. adv. Marc. 4, 18 p. 480, 15 cum pedes domini ... lacrimis -ret *peccatrix femina*. DRAC. Romul. 8, 107 natum fletu gaudentis -at ... pater. *vino*: RVFIN. Orig. in lev. 9, 7 p. 432, 12 *carnem* vino nimio -as.

b *rebus incorporeis*: AMBR. off. 1, 48, 233 p. 92C etsi ... *peccator* -et aures meas contumeliis. MIRAC. Steph. 1, 4 p. 837 fin. notiora eligimus, ut neque fastidientium aures -emus *eqs.* PROSP. epist. 2, 5 p. 80A *Augustini volumina coeperunt* de fontibus divini eloquii praesentium animos -are.

B *obi. est id quod profluit, emanat*: VVLG. Is. 10, 22 consummatio abbreviata -bit iustitiam. CHRYSOST. repar. laps. p. 393a, 5 *deus* poterat ... imbrem caelitus -are. VEN. FORT. vita Albin. 1, 1 p. 27, 33 consulta, quae sensus vester torrentis more mihi visus est -are. ARATOR act. 2, 61 saxa vomunt latices et -ant nubila panes.

II *intransitive: i. q. superfundi, superfluere, abundanter effluere*: **A** *subi. est id quod effluit (fluit l. 36. 37. 61)*: **1** *res liquidae (petra liquefacta l. 46; ager se dilatans l. 50)*: **a** *aqua sim.*:
α proprie: LIV. 22, 2, 2 Hannibal ... viam per paludes petit, qua fluvius Arnus ... -verat. OBSEQ. 68 Padus. MANIL. 1, 44 *gentes*, in quas et Nilus -at (SEN. nat. 4, 2, 9. *al.*). PLIN. nat. 2, 212 aestus maris ... *luna* ad caeli ima ... accedente -antes (*cf.* CLAVD. DON. Aen. 8, 20 p. 117, 9 maris dicuntur aestus, cum ultra naturam suam ... tollitur aut -at). SOL. 18, 2 fluorem aiunt a Ponticis faucibus -are. AVR. VICT. Caes. 32, 3 Tiberis ... diluvii facie -vit (PS. AVR. VICT. epit. 13, 12 magna clade aedium. *al.*). HIER. epist. 51, 5, 7 (*Epiphan.*) legimus ... aquas -asse (-are *l. v.*) diluvii (*spectat ad* VVLG. gen. 7, 6 diluvii aquae -verant super terram [ὁ κατακλυσμὸς ἐγένετο ὕδατος]). *al.* VVLG. I par. 12, 15 quando *Iordanes* -are consuevit super (per *l. v.*) ripas (*gr. aliter*). psalm. 77, 20 fluxerunt aquae et torrentes -verunt (κατεκλύσθησαν). Ezech. 13, 11 erit ... imber -ans (κατακλύζων). VITA Maxent. (BHL 5973) 1 fin. aquarum (*i. pluviarum*) dicitur -asse copia. *al.* *petra liquefacta*: AMBR. Hel. 7, 21 contra suam mutata naturam et fluctus obriguit et petra -vit. fid. 2, 2, 22 cum umor rigesceret, petra -ret.

β in imagine vel comparatione: PS. QVINT. decl. 13, 2 proximos ... revellendo terminos ager ... latius -vit. *in sacra script. et ap. eccl.*: ITALA Is. 66, 12 (Aug. civ. 20, 21 p. 456, 29 D.) declino in eos (*i. filios Sion*) ... ut torrens -ans gloriam gentium ([ἐπικλύζων, VVLG. -antem]. VVLG. Is. 30, 28 spiritus ... velut torrens. *cf. l. 84. al.*). OPTAT. 5, 3 p. 124, 22 aqua sancta ... de trium nominum fonte -at (AVG. in euang. Ioh. 22, 1 -antis fontis *largitas*). HIER. in psalm. 31 p. 40, 8 angustiae quasi aquis -antibus comparantur. AVG. in psalm. 113 serm. 1, 11 p. 1480 donec scripturis apertis *Christus* influeret atque -ret in eos (*antea*: seipsum ... liquefecit ad irrigandos fideles suos). GREG. M. moral. 17, 36 p. 27C si ... -ans aquae huius (*i. scientiae sanctae*) immensitas emanasset. *al.*

b *umores corporis humani, qui: abunde fluunt*: PS. CYPR. singul. cler. 39 *in castitate* franguntur impetus ... sanguinis -antis (inmundatis *l. v.*). AVG. serm. 277, 4, 4 p. 1259 fin. *in corpore nostro* non -at humor et premit. *effluunt*: SCHOL. Ov. Ib. 531 (cod. C) percussus est ... in vena, unde incessanter -ante sanguine mortuus est.

c *temetum*: MART. CAP. 8, 804 Silenus ... -antis se temeti infusione proluerat.

2 *homines* (*imprimis hostes, aliter l. 72 [bis]*): VERG. Aen. 12, 280 densi ... -ant Troes (*ad l. v. p. 247, 77*). ITALA Dan. 11, 22 (Weing., Sangall., Wirc.) bracchia -antis -bunt (κατακλυσθήσονται, *Vulg. aliter*). AMM. 19, 5, 5 urbs circumventa copiis -antibus. 19, 11, 12 stipatores ... ignis more -antes. *al.* HIER. epist. 107, 1, 4 -ans populus ante delubra ... currit. VVLG. Is. 8, 8 rex Assyriorum ibit per Iudam -ans (*gr. aliter*). Dan. 11, 10 rex Austri ... veniet properans et -ans (κατακλύζων).

3 *res incorporeae* (spiritus sanctus *p. 250, 1*): **a** *usu generali*: AMM. 16, 3, 3 *Iulianus* bellorum -antium molem umeris suis vehens (*cf. p. 250, 13*). CHIRON 257 si in una parte cerebri haec corruptio (*i. cephaloponia*) venit (*Niedermann*, venisset *codd.*) et -verit.

b *in sacra script. et ap. eccl.* (*cf. l. 50 sqq.*): TERT. resurr. 63 p. 125, 15 *spiritus sanctus ambiguitates* discussit per novam prophetiam de paracleto -antem. CYPR. ad Donat. 5 p. 7, 12 quantum illuc fidei capacis adferimus, tantum gratiae -antis haurimus (PETR. CHRYS. serm. 60 p. 365D -et sicut flumen. FAVST. REI. spir. 2, 8 p. 152, 28 impetu). AMBR. in Luc. 9, 24 ebrii putabantur, quibus (quos *l. v., v. p. 248, 75*) spiritus sanctus -bat (PS. VIGIL. THAPS. c. Marivad. 2, 4 p. 401D *spiritu sancto* -ante prophetarum spiritus loquebatur). PS. AMBR. paenit. 28 p. 1001C *deus* per mundi ambitum fudit cataclysmum, -ante censura (*cf.* VVLG. Is. 28, 15 flagellum [*gr. aliter*]. PS. RVFIN. [IVLIAN. AECL.] in Os. 5, 11 p. 991D animadversione). VVLG. Sirach 39, 27 benedictio ... *domini* quasi fluvius -vit (ἐπεκάλυψεν). Os. 4, 2 maledictum ... et adulterium -verunt (κέχυται). RVFIN. Orig. in gen. 2, 6 p. 37, 10 crescentibus malis et -antibus vitiis. in cant. 2 p. 123, 5 currit et -atur gentium salus (*nota verbum deponens*). PS. RVFIN. (IVLIAN. AECL.) in Os. 4, 2 p. 982C facinoribus. RVSTIC. Conc.S I 4 p. 17, 26 vesaniam ... per dies singulos -antem (*Isid. Pel. epist. 5, 131* ἀργαλεωτέραν γενομένην). COMM. instr. 2, 10, 1 duellum hostis subito ⟨ubi⟩ venit -ans. APON. 7 p. 136 in. quod ... sapientia Christi ... in aliis gentibus -asse intellegatur. VEN. FORT. vita Marcell. 1, 3 p. 49, 16 quicumque ... *non* habent affluentiam -antis eloquii. GREG. M. moral. 3, 61 p. 630B ut ... ad mentem carnalis suggestio -et. 16, 22 p. 1131C in ore bene viventium doctrinae claritas -at.

B *subi. est id quod aliqua re abundat: fere i. q. umore sim. abundare, abundantia liquoris (aliter in imag. l. 32 sqq.) superfluere vel superfundi*: **1** *res*: VERG. Aen. 11, 382 -ant sanguine fossae (*ad l. v. p. 247, 83 sq.*). MIN. FEL. 34, 4 loquitur Plato partes orbis nunc -are [dicit] nunc alternis vicibus ardescere. LACT. inst. 7, 24, 7 flumina lacte -bunt. CASSIOD. Ios. antiq. 1, 91 *corvus ex arca Noë emissus* cuncta reperiens -antia (λιμναζομένην). CIL X 6850, 6 (*aetate Theoderici*) *loca* confluentib(us) ab utraq(ue) parte palud(ibus) ... -verant.

2 *homines* (*demiurgus l. 30*, cor *l. 35*): VAL. MAX. 1, 7 ext. 5 Astyages ... viderat urina (*Heraeus c. parte codd.*; urinam *l. v.* [*v. p. 248, 40*]) ... Mandanes ... Asiaticas gentes -asse. TERT. adv. Val. 15 p. 194, 18 aestimandum ..., quantis lacrimarum generibus -verit *demiurgus* (*cf.* LAVRENT. paen. p. 103B mulierem ... lacrimarum fontibus -antem). MACR. Sat. 5, 1, 10 quod mare tot fluctibus quot hic *Vergilius* verbis -vit? CHRYSOST. ed. Froben V 762C videbat divitem copiis tamquam fontibus et fluminibus -antem (*cf. Migne gr. 52, 471 fin.* πάντα ... ἐπιρρέοντα). VEN. FORT. carm. 5, 3, 39 sacer Augustinus -at. Mart. 1, 130 *Hilarius* cordis -antis docilis ructare fluenta.

compos.: superinundo. *deriv.*: inundantia, inundatio, inundator, inundatus (-ū).

[inungito, -āre. *ab* inung(u)ere. CATO orig. 114 mulieres ... capillum cinere -bant (*Char. gramm. p. 128, 58 B.* [*exc. Cauchii*, ungitabant *N*, *recte ut vid.*], unctitabant *Serv. Aen. 4, 698*).**]**

***inung(u)o**, -ūnxī, -ūnctum, -ung(u)ere. *ab* in *et* ung(u)ere.
de scriptura: -ung- *et* -ungu- *promiscue occurrunt in codd.* -ug- *et* -ux- (*omisso* n): PELAGON. 468 -ugito. CHIRON 809 -uxeris (-uss- *l. v.*). ORIBAS. syn. 3, 98 p. 871 in. -uguis. -uncserit: DAMIG. lapid. auct. 65. *de formis*: -guont: PLIN. nat. 28, 167 (-guoni *sim. trad.*). *inter verba act. coniug. tertiae*: CHAR. gramm. p. 477, 14 B. *formae coniug. secundae*: SCRIB. LARG. 19 -eatur (*l. v.*). 20 -eri (*l. v.*). CHIRON 68 -ebis (538. *al.*). 799 -eto (809. *al.*). *saepius*. MARCELL. med. 8, 1 -eri. *al. cf. indicem.* PS. APVL. herb. 15, 2 l. 6 -es (*l. v.*). ORIBAS. eup. 4, 24, 2 La p. 545 med. -ent. NOT. Tir. 79, 89 -it. 79, 90 -xit. 79, 91 -tum. GLOSS. ἐναλείφω. ἐγχρίω. ἐγχρῖσαι. *de usu: medio-passive p. 251, 31. reflexive p. 251, 83. p. p. p. masc. pro subst. p. 251, 22. 252, 40. legitur inde a* CATONE, *imprimis apud medicos.*

[*variat in codd. c.*: iniungere: PLIN. nat. 24, 134. *al. cf.* invinxit *pro* -xit: PLIN. nat. 24, 4. iungere: PLIN. nat. 29, 67. *al.* ungere: CELS. 6, 6, 20 PLIN. nat. 25, 135. *al.* *e coni. dub.*: PLIN. nat. 32, 136 -to (*Mayhoff*, invecta, invice *codd.*). 35, 144 CHIRON 808. *del.*: VARRO rust. 3, 10, 3 iniguntur (*Scaliger*).**]**

fere i. q. illinere, imprimis pro t. t. gr. ἐγχρίειν:

I *generaliter*: **A** *strictius: spectat ad medicinam oculorum* (*v. et p. 252, 31*): **1** *c. obi. simplici aut obi. non expresso*:
a *-ere oculos (animantes pro oculis eorum p. 251, 13) oculorumque vitia (medicamen [instrumentum l. 68] indicatur per abl. saepe, per praep.* ex *l. 77. 80. p. 251, 1. 31. 47. 49. cf. p. 252, 16.* de *p. 251, 18. 40. cf. p. 252, 18)*: *α oculos* (*sim. genas l. 73, palpebras l. 77, pupillas l. 75*): CATO agr. 157 quibus oculi parum clari sunt, eo lotio -ito (PLAC. med. 17, 1 rec. *β*). VARRO ling. 6, 82 *a speciendo derivatur*, qui (*i. quo*) oculos -imus, quibus specimus, specillum. HOR. sat. 1, 3, 25 cum tua pervideas oculis mala lippus -tis. CELS. 6, 6, 35 oculos acribus medicamentis -ere expedit (7, 7, 6C. 7, 7, 11. *cf.* PLIN. nat. 7, 67 -tis medicamine oculis. ORIBAS. syn. 8, 47, 3 La p. 256 med. [*gr. p. 266, 1* ὑπαλείφειν]. *v. et p. 251, 36*). PLIN. nat. 8, 99 anguis maratho herbae se adfricans oculos -it ac refovet. 20, 67. 20, 239 -unt ... scabras genas aut caligantes oculos (32, 71 invertunt ... genas et ... rosaceo ... -unt). 25, 144 hae (*i. pupillae*) -untur. 25, 156 *capuos herba* claritatem facit -tis oculis. 28, 90 fel ... claritatem oculis -tis facit (28, 110 felle -tis oculis. 29, 125 PLAC. med. 4, 5 rec. *β*. 4, 8 rec. *α* ex eo felle -untur palpebrae. *v. et p. 251, 11. 42. 56. 66*). 28, 130 -untur ... oculi in lactis hemina s additis sesamae drachmis IIII tritis. *al.* CHIRON 538 oculos -ebis ei. 804. MARCELL. med. 8, 66 accipitrem si decoquas ... et ex eo oculos ... -as *eqs.* 8, 106 herbae chelidoniae sucum ... misce ... et oculos ... laborantes -e (PS. APVL. herb. 15, 2 l. 6 suco. THEOD. PRISC. eup. faen. 38 sucum ... miscentes oculos -imus). 8, 120 cinereo collyrio ... -endi erunt oculi (8, 144 leni. 8, 153 postea pice ... velut collyrio -e). PLAC.

[Imhof]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

med. 9, 24 rec. β canino lacte. ANON. med. ed. Piechotta 82 ex eo ... -es. THEOD. PRISC. eup. faen. 37 si pruritus ... palpebras occupaverit, ut ... capillos amittant, hos (*i. oculos*) oportet oleo cedrino -ere. *al.*

β oculorum vitia: CELS. 6, 6, 34^{A} si ex senectute ... id *vitium* est, recte -i potest ... melle (7, 7, 10. *ibid.* medicamentis. PLIN. nat. 28, 108 crocodileam vocant, oculorum vitiis utilissimam ... -tis. MARCELL. med. 8, 148 inde). PLIN. nat. 20, 40 suco et cicatrices oculorum et albugines et argema -xere et serpentium morsus et omnia vulnera (*v. p. 252, 5*) cum melle (21, 150 caligines. 24, 19. 25, 162). 28, 167. 29, 119 ita suffusiones oculorum et caligines -ere utilissimum est (*cf.* CHIRON 809 sic -xeris ... grandinem). 32, 33 felle ... glaucomata -i prodest. *al.*

γ hominem (*bestias l. 28 sq. v. etiam l. 32*): HOR. epist. 1, 1, 29 non ... contemnas lippus -i (*cf.* MARCELL. med. 8, 1 oportet ... lippientem -i). CELS. 6, 6, 38 sic laborantes -i oportet sanie iocineris. SCRIB. LARG. 19 hoc *medicamine* ... si quis ut collyrio -eatur (*sic L et* MARCELL. med. 8, 1), protinus ... tumore liberabitur (PLIN. nat. 27, 105 herbae suco. PLAC. med. 19, 3 rec. β de eo). 21 pleraque, quibus fere -untur homines. 37 cinereo ... -endi erunt (*inde* MARCELL. med. 8, 120 *v. p. 250, 83*). 38 non sunt -endi, qui *eqs.* PLIN. nat. 20, 135 multi suco *rutae* ... -ti discusserunt caligines. 25, 143 facit claritatem ... euphorbeum -tis (*sic p. p. p. pro subst.*: 25, 144 sucus oculorum caliginem discutit ..., magis cum ... melle -tis. 28, 95 sanari ... glaucomata ... sanie cum ... melle -tis. 28, 111. 29, 67 *draconis* oculis ... tritis -tos non expavescere. 29, 118. 32, 31). 25, 144 hac (*i. anagallide*) -untur ante, quibus paracentesis fit. 28, 73 qui ... lacte -tus sit (MARCELL. med. 8, 1 fuerit. 8, 17 quos destinaveris eo *medicamento* -ere [*syn. Scrib. Larg. 38* unguere]). CHIRON 281 collirio acri sic eum -ere (-ero *trad., corr. Niedermann*) cottidie. VEG. mulom. 3, 27, 1 sic -atur animal. PLAC. med. 4, 2 rec. α iecur edant et liquefacto -atur. 4, 2 rec. β quidam ... fluentem vaporem conligunt et ex eo -untur. *medio-passive*: PLIN. nat. 8, 215 *simias* mira sollertia visco -i ... imitatione venantium tradunt (*Strab. 15, 29 p. 974, 5 M.* τὸ θηρίον ἐγχρίσηται τοῦ ἰξοῦ).

δ obi. non expresso: CELS. 6, 6, 16^{C} -i ... eo debet, quod habet *eqs.* (6, 6, 38. *cf.* 6, 6, 20 hoc -endum est). 6, 6, 26 *necessarium est* -i acribus medicamentis (7, 7, 12 lenibus. CHIRON 809. *cf.* CELS. 7, 7, 3. *v. et p. 250, 69*). 6, 6, 37^{A} melle -i satis est. 6, 6, 39^{A} nihil commodius est, quam sanguine ... columbae ... -ere (MISC. Tir. p. 58, 3). 7, 7, 4^{D} novissime -endum *est* collyrio (SCRIB. LARG. 20 CHIRON 79. *al. cf.* CHIRON 798 -ito de eodem collirio). SCRIB. LARG. 20 oportet ... quater quinquiesve ex intervallo -ere ([*inde* MARCELL. med. 8, 1 *v. l. 14*]. *cf.* PLIN. nat. 32, 70 fel suffusiones discutit: -i ter oportet intermissis diebus). PLIN. nat. 7, 183 C. Iulius medicus *repente obiit*, dum -it, specillum per oculum trahens. 25, 40 *Hippocrates linozostin* instillavit auribus ..., suco -xit (25, 142 -unt et gentianae suco [sucum *l. v.*]. CHIRON 800 *salis Indici* suco mel addito, -eto. *cf.* THEOD. PRISC. eup. faen. 37 ex suco -o). 25, 54 quidam ... -xere trito *helleboro*. 28, 170 quidam ... iocineris sanie -unt. CHIRON 536 haec omnia ... commisceto et inde -ito (PLAC. med. 26, 2 rec. β). 799 consubigito et ex eo -eto (MARCELL. med. 8, 95). 808 conterito et ita -ito (*cf.* PLAC. med. 4, 8 rec. β sic. 116, 4 rec. β). MARCELL. med. 8, 92 cum aqua ... -eto. 8, 149. THEOD. PRISC. eup. faen. 37 alium accipimus ..., -emus (*codd.*, -imus *Gelenius*) et ex eo pruritus ... depurgamus. 39. *al.*

b *-ere medicamina*: COLVM. 6, 17, 8 radix contusa et ... -ta vitium expurgat. SCRIB. LARG. 35 collyrium ..., quod ... -tum ... effectum praestat (PLIN. nat. 28, 168 felle tauri ... collyria fiunt aquaque dissoluta -unt [-untur *edd. vett.*]. CHIRON 68. 78 -ebis collirium [collirio *trad., corr. Heraeus*]. *al. cf.* SCRIB. LARG. 37 hoc [*i. cinereum*; medicamentum *add.* MARCELL. med. 8, 120] -tum ... callos ... tollit). PLIN. nat. 20, 254 hic (*i. feniculus*) ... siccatur -iturque ex melle. 22, 106 *laser* (CHIRON 808). 24, 134 suco ad cicatrices, caligines, nubeculas -bo (PS. APVL. herb. 35, 2 l. 6 sucus oculis -tus. *al.* PS. DIOSC. herb. fem. 33 [32] sucus ... oculis ... -etur [ung- *l. v.*]. MISC. Tir. p. 60, 13 sucum ... -e et summam medicinam amplexus es[t]. ORIBAS. eup. 4, 24, 2 La p. $545^{\text{med.}}$ aliqui ... sucus animonis ... -ent [*gr. aliter*]. *v. etiam l. 45. 72*). 28, 94 *prodesse* lippitudini fel ... decoctum ... et ... -tum (32, 38. PLAC. med. 3, 7 rec. α. *al.*). 28, 167 cinis -tus (PS. APVL. herb. 80, 7 l. 22 cinerem ... -es. MISC. Tir. p. 54, 23. ORIBAS. eup. 4, 24 Aa p. $546^{\text{med.}}$ brassicae ustae cinus teris et -es [*om. gr.*]). 31, 117 *nitrum* adiuvat claritatem visus ... -tum (ORIBAS. eup. 4, 24, 1 La *et* Aa p. $545^{\text{in.}}$ nitrus ... -tus [*gr. p. 447, 12* ἐγχριόμενον]). PELAGON. 467 misces ... et ... de penna -e (468. PS. APVL. herb. 121, 1 l. 4 sucus [*v. l. 61 sqq.*] ... de penna -tus). CHIRON 534 haec omnia commisceto, deinde -ito (*inde* VEG. mulom. 3, 27, 6 -es). *al.* MARCELL. med. 8, 145 fimus -tus. THEOD. PRISC. eup. faen. 41 folia ... trita in pulverem ... pro collyrio -imus. DIOSC. 5, 103 p. 208, 8 *aerugo* palpebra tenuat ... -tus (*gr. 5, 79, 10* ἐγχριόμενοι). MISC. Tir. p. 54, 17. ORIBAS. eup. 4, 24, 12 Aa p. $546^{\text{in.}}$ pupuli arboris lacrimus ... -tus curat (*syn. La* unctam, *gr. p. 448, 3* ἐγχρίων). 4, 24 Aa p. $546^{\text{in.}}$.

2 *c. acc. duplici* (*permixtis structuris, v. Löfstedt, Verm. Stud. p. 146. Svennung, Unters. Pallad. p. 229 sq.; cf. eandem structuram verborum in gr.* ἐγχρίω, ἐναλείφω): DAMIG. lapid. auct. 65 cuius *upupae* sanguinem quisquis se -cserit. ORIBAS. syn. 8, 40, 4 La p. $250^{\text{fin.}}$ -is ... palpebras ... collorion cum decoctionem (*syn. Aa* superinungues, *gr. p. 262, 31* περιχρίειν ... τὰ βλέφαρα τῷ ... ἀφεψήματι). 8, 47, 3 Aa p. $256^{\text{med.}}$ -is oculos medicamen (*cf.* La -endi ... sunt oculi medicamine. *gr. p. 266, 1* ὑπαλείφειν ... τοὺς ὀφθαλμοὺς ... φαρμάκῳ). *v. etiam l. 19.*

B *laxius: extra medicinam oculorum*: 1 *in arte medica*: *-ere hominem (l. 8), aut partes aut vitia corporis (v. et p. 251, 8), medicamen (exemplo primo)*: CELS. 7, 27, 3 *si in vulnere cancer fit*, potius plumbum elotum cum vino -etur. SCRIB. LARG. 90 si quando aliquis hoc *pastillo* fuerit -tus. PLIN. nat. 25, 135 grana ... macerantur atque ita adverso capillo caput -itur (26, 61. ORIBAS. eup. 4, 47, 2 Aa p. $566^{\text{med.}}$ olei irini feces infundenda est, capitis bregma et totum caput -endum est vel infundendum ex ... oleo laurino [*cf.* La *infra l. 22. gr. p. 455, 22* καταχρίειν]. syn. 8, 47, 3 La p. $256^{\text{med.}}$ -is caput unguentum aliquo [*syn. Aa* unguis, *gr. p. 265, 32* χρίοντας]). 28, 140 *axungiā* -i putant utile quaeque serpant inlinere. PLAC. med. 19, 4 rec. β gliris adipe frontem vel tempora -es (CAEL. AVR. acut. 2, 12, 84 occipitium atque tempora capitis -entes thapsia). THEOD. PRISC. eup. faen. 29 ex quo oleo scrofas cum frequentius -xeris. CASS. FEL. 76 p. 185, 23 *epithima* cum fuerit panno -tum. ORIBAS. eup. 2, 1 A 8 Aa p. $429^{\text{med.}}$ quod si de acacia -atur aliqua pars corporis (*om. gr.*). *c. acc. dupl. (v. et p. 251, 80)*: ORIBAS. eup. 4, 45, 6 Aa p. $562^{\text{fin.}}$ sucos ipsos -es (-is *Ab*) patientes loca ([*gr. p. 454, 31* διαχρίοντα]. syn. 3, 98 p. $871^{\text{in.}}$ trociscum -is loca [*om. gr.*]). 4, 47, 2 La p. $565^{\text{fin.}}$ olei yrini fecias -ere bregma et infundere ... oleum laurinum (*v. l. 10*).

2 *-ere res inanimas varias* (*cf. etiam l. 51*): MART. 7, 78, 2 conchis -ta (*sc. pro cibo*). SCHOL. IVV. 7, 23 paginae -tae. CET. FAV. 12 p. 298 si libri ... eo (*i. oleo cedri*) -antur (*syn. Vitr. 2, 9, 13* sunt unctae). MVTIAN. Chrysost. hom. 17, 2 p. $348^{\text{med.}}$ *in pictura* cum ... flores ipsos quis colorum -xerit et imposuerit, tunc imago efficitur (*gr. p. 130* ἐπαλείψῃ ... καὶ ἐπιχρίσῃ).

II *in sacra scriptura et ap. eccl. (sensu generali v. l. 27), saepe per imaginem*: A *spectat ad medelam*: 1 *oculorum*: VVLG. apoc. 3, 18 collyrio -e (ungue *l. v.*) oculos tuos, ut videas ([κολλούριον ἐγχρῖσαι τοὺς ὀφθαλμούς]. PAVL. NOL. carm. 19, 34 mentes ... retusis adtonitas oculis ... caligine taetra solvere collyrioque medentis -ere Christi). AVG. in euang. Ioh. 34, 9 p. $1655^{\text{fin.}}$ saliva cum terra, unde -etur, qui caecus est natus (*ad Ioh. 9, 6* ἐπέχρισεν αὐτοῦ τὸν πηλὸν ἐπὶ τοὺς ὀφθαλμούς [*Vulg.* linivit]. *huc spectant* [*v. et l. 46*]: 44, 2 p. 1714 -xit oculos caeci; -tus erat et nondum videbat: ... *catechumenus* -tus est, nondum lotus *eqs. ibid. al.* 44, 8 p. $1716^{\text{fin.}}$ animus ipsius adhuc -to similis erat, nondum videnti [*al.* 44, 13 p. $1718^{\text{med.}}$ adhuc -tus loquitur. serm. coll. Morin 1930 p. 378, 10. *al.*]. 44, 9 p. $1717^{\text{in.}}$ iam ..: -bantur quidam. *al.*).

2 *corporis, cordis, animae sim.*: HIER. tract. in psalm. I p. 125, 24 *Abraham* dicitur senex, quoniam senectus ipsius -ta fuerat oleo uberi (*cf. psalt. sec. Hebr. 92, 11*). AVG. in euang. Ioh. 44, 9 p. $1717^{\text{med.}}$ -tus in corde. GREG. TVR. glor. conf. 98 *vir sanctus* caecis restituit visum tresque leprosos -ctos oleo praestinae reddidit sanitati. LAVRENT. eleem. p. 114^{D} in delictis parum -it fauces et postmodum urit animam delectatio tua. CAES. AREL. serm. 19, 5 p. 87, 3 *aegrotus* oleo benedicto a presbyteris -atur (*ad Vulg. Iac. 5, 14* ungentes eum oleo).

B *-untur altaria consecranda*: MAX. TAVR. serm. app. 25 p. 898^{D} altaria ... divinis unctionibus sunt delibuta et ... chrismatis unctione ab episcopo venerabiliter -ta. p. 900^{B} *v. p. 246, 40.*

compos.: superinunguere. *deriv.*: inunctio, inunctura, [inungito]. *Imhof.*

?**inūnio**, -ītus, -īre. *ab* in *et* unire. [*e coni.*: APVL. apol. 15 p. 423 O. (ita uniti, ita muniti *trad.*). met. 8, 14, 3 -ta (munita *trad.*; *cf. sic trad.* 11, 27, 3). PS. VIGIL. THAPS. trin. 5 p. 275^{A} -iri (*Chifflet*, inire *Bulhart, v. adn. crit.*).] *fere i. q. in unum coniungere*: TERT. adv. Val. 29 p. 204, 19 *gnostici* triformem naturam *hominis* primordio professi et tamen -tam (*PM*, unitatem *F*) in Adam (*cf. Iren. 1, 7, 5* καθ' ἕν).

in⟨un⟩t πορεύονται GLOSS.^{L} II Philox. IN 2 (*suppl. Lindsay, cf. Fest. p. 286* ⟨re⟩dinunt *et vol. V 2, 626, 14*).

inūnum *v. vol. VII 1, 743, 20.*

invocābilis *v. p. 214, 47.* **invocāliter** *v. s.* interv-.

*invocātio, -ōnis *f.* ab invocare. *de origine*: GRAMM. suppl. 75, 10 ab infinitivo futuro derivantur verbalia nomina ..., ut 'probatum ire' 'probatio', sic -o. *de notione*: PAVL. FEST. p. 107 incalationes -es. GLOSS. II 308, 43 ἐπίκλησις θεοῦ. *al. gr. respondet* ἐπίκλησις. *legitur inde a* FESTO (*Paul.*), CELSO (*ap. Quint.*), QVINT. [*variat in codd. c.*: vocatio: VITA Caes. Arel. 1, $40^{\text{in.}}$ innovatio: ALC. AVIT. epist. 50 p. 78, 26. *al.*]

i. q. sive actio invocandi sive verba invocantia: A *invocantur dei, angeli, daemones, animae mortuorum sim., necnon res ad deos pertinentes*: 1 *in universum, fere per preces, orationem* (*syn. saepe*): TERT. test. anim. 6, 4 iudicii divini -o ubique (*cf. 2, 7* deum iudicem imploras). uxor. 2, 6 l. 13 quae dei mentio, quae Christi -o? ITALA II Cor. 6, 5 (PS. CYPR. singul. cler. 21 p. 197, 22) commendantes nos ... quasi dei ministros ... in -bus, in laboribus, in vigiliis, in ieiuniis. IREN. 1, 21, 5. 2, 6, 2 omnipotentis appellationi omnia subiecta sunt et huius -e ... salvabantur homines. AMBR. Abr. 1, 2, 6 p. 505, 21 ubi ara, ibi -o dei (*al.*). 2, 3, 12 p. 573, 16 in domini -e (AVG. quaest. hept. 5, 28 p. 392, 23. *al.*). AMBROSIAST. in I Cor. 10, 31 p. 239^{A} sub

[Hi.]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

-e creatoris cum modestia convivium celebretur. HIER. in Ier. 5, 65, 3 absque -e et oratione captivorum poterat implere dominus, quod promiserat, sed hortatur ad preces. AVG. civ. 4, 34 p. 189, 11 D. sine cultu Priapi . . ., sine -e Neptuni. conf. 1, 9, 14 in tuam -em. *al.* SVLP. SEV. chron. 1, 43, 7 *sacerdotes* frustra . . . consumptis -bus imbecillitatem dei sui . . . fatebantur. OROS. hist. 7, 15, 9 ad -em nominis Christi, quam . . . milites effusi in preces palam fecerunt (11. *al. cf. l. 50 sqq.*). LEO M. serm. 75, 4 p. 403A patris. *et saepe.* *accedit gen. defin.*: ITALA iud. 15, 19 (Lugd.) vocatum est nomen eius *loci* '-o maxillae' (*cf. p. 255, 49*). PS. ORIG. hom. in Matth. 4, 6 p. 268, 23 in -e dilectionis et caritatis (*i. precibus , quae fiunt ex caritate*).

2 *specialiter*: **a** *in arte rhet. et poet. -o est locus orationis sim., in quo invocantur dei (loca religiosa l. 20) sive testes sive poetarum fautores*: CELS. frg. Quint. inst. 9, 2, 104 Celsus . . . excitare iudicem, proverbiis uti et versibus et ioco et invidia et -e intendere crimen . . . figuras *sententiarum esse* putat. QVINT. inst. 6, 1, 3 *Cicero* per -em deorum spoliata . . . templa dinumerat (6, 1, 33. 10, 1, 48 *Homerus* benevolum auditorem -e dearum, quas praesidere vatibus creditum est . . ., facit. PS. ASCON. div. in Caec. p. 198, 17). 9, 2, 38 ἀποστροφῇ mire movet . . ., sive ad -em aliquam convertimur: 'vos . . . Albani tumuli atque luci', sive ad . . . implorationem: 'o leges . . .' (*de eodem exemplo*: 11, 3, 115 aliqua . . . -e protendimus *manus*). MAR. VICTORIN. defin. p. 18, 19 'oratio' generale nomen est, quod convenit etiam expositioni, narrationi, -i, precationi. SERV. georg. 21 post specialem -em transit ad generalitatem, ne quod numen praetereat. Aen. 1, 8 *poetae* propositionem miscent -i. SERV. auct. Aen. 3, 265 'dii prohibete minas': hoc per speciem auguralem, quae -o appellatur, nonnulli dictum putant; -o autem est precatio, uti avertantur mala *eqs. ibid.* 9, 402 ut *Vergilius* de vicino . . . ducat opportunas -es. CLAVD. DON. Aen. 1, 5 p. 10, 16 Musae (p. 10, 27). *al.* MACR. Sat. 1, 16, 44 *Vergilius* tam lunam quam solem duces anni hac -e (*georg. 1, 6*) designans. *al.*

b *-o ea, quae efficit praesentiam invocati*: **α** *fere i. q. citatio, sc. per incantationes, ritus magicos (sacros l. 40) sim.*: IREN. 1, 24, 5 utuntur . . . hi magia et imaginibus et incantationibus et -bus. 2, 32, 5 *ecclesia* nec -bus angelicis facit aliquid nec incantationibus . . ., sed . . . nomen domini . . . invocans virtutes . . . perfecit. RVFIN. Orig. in num. 16, 7 p. 150, 1 qui diversis artibus et daemonum -bus gestiunt futura praenoscere (Greg. Naz. orat. 9, 10, 3 p. 276, 4 AVG. civ. 10, 10tit. *al.*). in Ios. 24, 1 p. 448, 15 multae orationes, multa ieiunia, multae exorcistarum -es. PS. ORIG. in Iob 3 p. 506B quidam . . . observiunt . . . -bus atque revocationibus (*syn. p. 507A* vocationes atque revocationes, quae sunt daemonum servitutes et daemonum illusiones). CONSVLT. Zacch. 1, 13 p. 16, 14 defunctorum . . . animae . . . subiectae magorum -bus non sunt. **β** *per sacramenta Christianorum invocantur deus, Christus, spiritus sanctus* (*sim. ap. haereticos*): IREN. 1, 13, 2 *haereticus* in multum extendens sermonem -is. *ibid.* ut putetur ea gratia *caelestis* . . . suum sanguinem stillare in illius calicem per -em eius. 1, 13, 3 -es quasdam faciens. 4, 18, 5 panis percipiens -em dei iam non communis panis est, sed eucharistia (*al.*). *al.* FIRMIL. Cypr. epist. 75, 9 p. 816, 1 quod -o haec nominum nuda sufficiat ad *baptismum* (PS. CYPR. rebapt. 5 p. 75, 30 nominis Christi. 6 p. 76, 29. 10 p. 82, 20 OPTAT. 6, 3. *al. aliter l. 6. 60*). p. 816, 10 -em suam consequi aliquid gratiae posse. 75, 10 p. 818, 3 -e non contemptibili sanctificare . . . panem et eucharistiam facere. GENNAD. dogm. 52 (21 Turner) sanctae trinitatis (*sc. in baptismo. al.*). LEO M. epist. 159, 7 -e spiritus sancti per impositionem manuum confirmandi sunt *baptizati.* ISID. orig. 17, 8, 1 *aromata* divinis -bus apta. *al.* **γ** *de impositione nominis* (*cf. p. 257, 65*): VVLG. II Macc. 8, 15 ut eriperet eos *deus* . . . propter testamentum, quod erat ad patres eorum et propter -em sancti . . . nominis eius super ipsos.

c *in certa locutione q. e.* 'sub -e *dei*' *sim.* (*sc. in iure iurando vel obsecratione*): SVLP. SEV. dial. 3, 5, 1 haec . . . Refrigerius . . . a Dagrido . . . sub -e divinae maiestatis audivit, qui sibi hoc ab ipso Avitiano relatum esse iurabat. EPIST. pontif. 386 (ConcS. I 2) p. 89, 24 obsecramus et poscimus sub illius -e, quem colitis. LEO M. epist. 10, 6 p. 634A obtestor et obsecro et sub dei vos -e convenio. ENNOD. epist. 3, 2, 5 p. 73, 8 promissus sub -e dei inter nos nutriatur affectus. *aliter p. 252, 84 sq.*

B *invocantur homines*: **a** *cum prece, quasi deus*: NOVATIAN. trin. 14 p. 47, 1 F. cum -o hominis ad praestandam salutem inefficax iudicetur. **b** *fere i. q. compellatio*: DIOM. gramm. I 404, 15 *adverbia significant* -em, ut 'heus', 'eho' (*cf. p. 257, 6*). SCHOL. Cic. Bob. p. 138, 8 *Polydori umbra utitur* hac -e matris suae, quam sordidatus . . . filius implorabat (*ad Pacuv. trag. 196* mater, te appello).

invocātīvus, -a, -um. *ab* invocare. *qui invocationem continet*: SERV. auct. Aen. 1, 1 est poeticum principium professivum . . ., -um 'Musa mihi causas memora', narrativum. BOETH. syll. categ. introd. p. 767B orationis species sunt quinque: interrogativa . . ., imperativa . . ., -a ut 'dii maris et terrae . . .', deprecativa . . ., enuntiativa.

invocātor, -ōris *m.* *ab* invocare. *qui invocat* (*sc. deum l. 82. 84, daemonas l. 83*): AVG. serm. coll. Morin p. 93, 13 *martyr* audivit vocatorem (*i. deum*), audivit illum et ille -em. INTERPR. Cod. Theod. 9, 16, 4 quicumque . . . -em daemonum . . . consuluerit. VEREC. in cant. 2, 3 p. 11a qui dominici fuerit nominis -r.

1. invocātus, -a, -um *v. s.* invoco *et p. 258, 13.*

2. invocātus, -a, -um. *ab* in (*neg.*) *et* vocatus. GLOSS. II 222, 49 ἄκλητος ⟨non⟩ invitatus, -us. 243, 21 ἀπροσφώνητον -um, inpronuntiatum.

i. q. non vocatus: **1** *de hominibus deisque*: **a** *spectat ad invitationem cenae*: PLAVT. Capt. 70 *parasitus* -us soleo esse in convivio (*seq. lusus verbi c. 1. invocatus*). TER. Eun. 1059 postulo ut mihi tua domus te praesente te absente pateat, -o ut sit locus semper (DON. *ad l.*: non vocato, id est αὐτομάτως, 'in' etenim et auget et minuit dictionem. '-o' male intellegunt 'precibus vocato', cum sit τῷ αὐτομάτῳ, id est etiam non invitato). NEP. Cim. 4, 3 quos -os vidisset in foro (convocatos *M*). **b** *in universum*: CAEL. Cic. epist. 8, 8, 1 ego, simul atque audivi *Tuccium reum factum esse*, -us ad subsellia rei occurro. VITR. 6, 5, 1 *loca aedium* communia . . . sunt, quibus etiam -i suo iure de populo possunt venire, id est vestibula *eqs.* (*opp.* invitatis). SEN. Herc. O. 134 non erit votis opus: aderit *Iuno* . . . vel (*Richter*, nec *trad.*) -a. VVLG. Esth. 4, 11 sive vir sive mulier -us (non vocatus *l. v.*) interius atrium regis intraverit, . . . interficiatur (CASSIOD. Ios. antiq. 11, 6 p. 320fin. [*gr. 226* ἀκλήτῳ]). 4, 16 ingrediar ad regem . . . -a (non vocata *l. v.*). **2** *de rebus*: CIC. nat. deor. 1, 108 *imagines* etiam ad dormientem veniunt -ae.

3. invocātus, *abl.* -ū *m.* *ab* in (*neg.*) *et* vocatus (-u), *cf.* iniussu. *abl. fere i. q. sponte*: FRONTO p. 132, 22 v.d.H. (= 114 N.) studio investigare verba elegantia prohibes, eadem vero si ultro, si iniussu atque -u meo venerint, . . . recipi iubes.

***invoco,** -āvī, -ātum, -āre. *ab* in *et* vocare. *de coniug.*: CHAR. gramm. p. 473, 9 B. *inter verba act. coniugationis primae.* NOT. Tir. 32, 26 -at. *de notione* (*v. et p. 258, 4 sqq.*): FEST. p. 230 inplorare, id est -are (PAVL. FEST. p. 109 ad auxilium -are. SYNON. Cic. p. 442, 5 B.). PAVL. FEST. p. 114 incalanto -anto (*Itali*, -vol- *trad.*). SYNON. Cic. p. 448, 26 B. veneratur. adorat. precatur. orat. optat. obsecrat. supplicat. -at. pacem poscit. *de vi praep.*: PAVL. FEST. p. 55 'in' . . . saepe augendi causa ⟨a⟩dicimus, ut -vit. p. 108 in' non semper abnuitionem significat, sed interdum etiam pro adnuendo ponitur, ut . . . -ando. *differentiae*: AGROEC. gramm. VII 121, 3 advocatur daturus patrocinium, -atur praestaturus auxilium, evocatur praebiturus obsequium (*al.*). DIFF. ed. Beck p. 64, 12 inplorare . . . dei maiestatem, -are hominum fidem. p. 89, 23 vocamus homines, -amus deum. GLOSS. II 308, 27 ἐπικαλοῦμαι inploro -o. III 139, 17 sqq. epicalise -as. epicalite -at. epicalise -a. epicalesaste -are. epicalesamin -vi. *graece, ubi aliud non adnotatur, respondet* ἐπικαλεῖσθαι. *de usu*: PRISC. gramm. III 276, 2 *ad accusativum construuntur verba* vocativa: . . . -o (GRAMM. suppl. 87, 27 ut . . . -o illum). *nota struct. intransit. p. 255, 41 sqq. 257, 52.* *legitur inde a* NAEVIO, PLAVTO, ENNIO *per totam latinitatem.* [*francog. vet.* envochier, *prov. vet.* envocar. *R.*]

[*variat in codd. c.*: advoc-: SEN. nat. 2, 49, 3. voc-: ENN. scaen. 345 -ant (*codd. Cic. et Apul.*, vocant *codd. Festi, Probi*). FEST. p. 157 (vocabantur *Paul.*). *saepe.* innovare: *v. vol. VII 1, 1716, 41.* *e coni.*: TAC. ann. 14, 42, 2 (*Walter*). QVEROL. p. 30, 20 R. (*Ranstrand*). *al.* *dub. trad.*: CIC. Att. 2, 1, 3 *oratio consularis* nona in contione quo die Allobroges -arunt.]

I *fere i. q. vocare aliquem (aliquid), ut adsit*: **A** *deos, daemonas, mortuorum manes, martyras, sanctos sim.*: **1** *in universum*: **a** *c. obi.* (*subi. in struct. pass.*): **α** *c. obi. nudo* (*duplici p. 255, 8*): PLAVT. Amph. 92 histriones anno cum in proscaenio hic Iovem -arunt, venit, auxilio is fuit (VERG. Aen. 7, 140 *Aeneas* Tellurem . . . precatur . . ., tum Noctem Noctisque . . . signa Idaeumque Iovem Phrygiamque . . . matrem -at et duplices caeloque ereboque parentes. PROP. 3, 15, 22 MELA 2, 78. PANEG. 11, 10, 5 [*syn.* adorari]. *al. paulo aliter* [*cf. p. 256, 43*]: ARNOB. nat. 5, 19 p. 191, 8 suavitate odoris inlectus -tus advolarit ad prandium). 1061 ubi *era* parturit, deos sibi -at (Asin. 781. CORNELIA epist. frg. 2 parentabis mihi et -bis deum parentem. VARRO frg. Aug. civ. 4, 22 p. 172, 28 D. quem cuiusque causa deum -are atque advocare debeamus. LIV. 1, 59, 10. *al.* ARNOB. nat. 1, 25 p. 16, 29 adorare, obsequio venerabili -are *eqs.* 3, 43 p. 140, 24 alienis ritibus et appellationibus. VVLG. II Macc. 15, 26 -to deo [μετὰ ἐπικλήσεως. *abl. abs. al.*]. AVG. catech. rud. 9, 5 cum barbarismis et soloecismis. *al. saepissime*). CVRC. 358 talos arripio, -o almam meam nutricem Herculem ([*cf. p. 256, 64*]. Most. 528. *al.*). TVRPIL. com. 118 te, Apollo sancte, fer opem, teque . . . Neptune -o, vosque adeo, venti (*syn.* appellem). TRAG. inc. 132 Nox, te -o (*v. et l. 57*). VARRO Men. 216 Tutilinam, quam ego ipse -o. ling. 5, 69 *Iunonem Lucinam* parientes (CIC. nat. deor. 2, 68. *al.*). CATVLL. 61, 52 te (*i. Hymenaeum*) suis tremulus parens -at. PREC. terr. 20 te, diva *terra*, adoro tuumque ego numen -o (*al.*). OV. met. 10, 640 me (*i. Venerem*) sollicita . . . voce. 11, 562. LIV. 1, 59, 13 -antibus . . . parentum furias viris mulieribusque. *al.* FEST. p. 157 manes di ab auguribus -antur (SEN. contr. 7, 1, 21 OCTAVIA 137 QVINT. decl. 306 p. 202, 15. TAC. ann. 13, 14, 3 *Agrippina* consecratum Claudium, infernos Silanorum manes -are et tot inrita facinora). SEN. Phaedr. 423 ades -ta, iam fave votis, dea *Hecate*. PLIN. nat. 2, 22 toto . . . mundo . . . omnium vocibus Fortuna sola -atur ac nominatur. *al.* PLIN. paneg. 52, 1 horum unum si praestitisset alius *imperator*, iam dudum . . . aris et . . . victimis -retur (80, 3 *Solis* more omnia invisere . . . et undecumque -tum . . . adesse. *al.*). ITALA Is. 55, 5 [*Hi.*]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

(Tert. adv. Marc. 3, 20 p. 411, 4) nationes, quae te non sciunt, -bunt te (*Vulg. aliter*). *al.* IREN. 1, 21, 5 -o incorruptibilem sophiam. *al.* HIER. psalt. sec. Hebr. 17, 6 -vi te (*syn.* clamavi [86, 7. 88, 10. 119, 146. *al.*]). VVLG. iud. 16, 28 -to domino ait: domine *eqs.* (II Tim. 2, 22 de corde puro. *saepe*). Ier. 29, 12 me (*syn.* orabitis). *al.* FAVST. REI. serm. 28 p. 336, 19 quid faciet -tus *sanctus Stephanus*? (*at nota invocationem dei distingui a veneratione sanctorum p. 256, 39*). *et saepe.* *acc.* (*nom. l. 11. 12. 14*) *duplex*: ENN. scaen. 345 hoc sublime candens, quem -ant (vocant *l. v.*) omnes Iovem. TERT. coron. 6 l. 12 deum ... novimus, scilicet deum appellantes deorum ... et iudicem -antes. adv. Marc. 4, 25 p. 503, 16 quis dominus caeli -bitur? 4, 38 p. 552, 4 qui ... a caeco illo 'filius David' fuerat -tus (*syn.* praedicarat). IREN. 4, 36, 5 Iesum dominum magistrum. NOVATIAN. trin. 14 p. 46, 24 F. cur *Christus* homo in orationibus mediator -atur? AVG. serm. 30, 5, 6 p. 190 Christum -a imperatorem. CONC.S I 5 p. 287, 8 (*syn. p. 142, 15* precemur). *al.*

β accedunt ad indicandum invocationis finem: ① *enuntiatum per*: ut: PLAVT. Amph. 1093 *puerpera* -at deos ..., ut sibi auxilium ferant, manibus puris capite operto. Merc. 864 -o vos, Lares ..., ut me bene tutetis. PACVV. trag. 219 te, Sol, -o, ut mihi potestatem duis. ACC. praetext. 5 te sancte venerans precibus, invicte, -o, portenta ut populo ... verruncent bene. SEN. contr. exc. 6, 8, 1 VAL. MAX. 2, 6, 8 CVRT. 4, 13, 12. TAC. ann. 16, 31, 1 nullos ... impios deos, nullas devotiones nec aliud infelicibus precibus -vi, quam ut ... patrem ... servaretis. VVLG. II Macc. 3, 15 de caelo. *et saepe.* ne: HOMER. 81 -at ... Pelides numina matris, ne se ... patiatur inultum. *al.* quo: VVLG. II Macc. 13, 10 ut die ac nocte dominum -rent, quo ... adiuvaret eos. *coniunctivum nudum*: SEN. contr. 1, 3, 5 deos deasque -o, quos priore iudicio non frustra -vi, incesta quam tardissime pereat (ut *add. Schulting*). ② *praepp.*: ad: LIV. 26, 50, 9 cum adulescens ... deos omnes -ret ad gratiam illi ... referendam. SEN. Phaedr. 664. PANEG. 10, 3, 1 cum ad restituendam rem publicam a cognato tibi Diocletiani numine fueris -tus. IVL. RVF. rhet. 28 p. 45, 22 Cicero in Catilinam, cum -at Iovem ad poenam coniuratorum. *al.* adversus: SEN. contr. 10, 5, 1. contra: PLIN. nat. 10, 75 -ant ... Aegyptii ibis suas contra serpentium adventum *eqs.* in: IREN. 1, 30, 12 *Sophiam* contristatam -asse in adiutorium matrem. AVG. civ. 8, 27 p. 366, 23 D. pro: VVLG. III reg. 8, 43 facies omnia, pro quibus -verit te alienigena. 8, 52 II par. 6, 33. *al.* ③ *inf.*: VVLG. II Macc. 7, 37 -ans deum maturius genti nostrae propitium fieri. 12, 36 -vit dominum Iudas ... ducem belli fieri. *aliter l. 74.*

b *obi. non expresso vel absolute*: *α nude*: VARRO Men. 213 Tutanus ... nuncupor; hacpropter omnes, qui laborant, -ant. SEN. Herc. O. 1295 numquam ad tuas (*i. Iovis*) confugit Alcides manus; ... inter infernos lacus ... steti nec -vi. OCTAVIA 135 emergere umbris et fer auxilium tuae natae -anti, genitor. ITALA deut. 33, 19 (Lugd.) -bitis ibi et occidetis victimas (*Vulg. aliter*). iud. 7, 20 (Lugd.) *Israelitae* -erunt: 'gladium domino' (ἀνέκραξαν, *Vulg.* clamaverunt). Iob 5, 1 (Aug. in Iob p. 515, 11) -a ..., si quis tibi respondeat (*Vulg.* voca). VVLG. iud. 15, 19 *nomen loci*: fons -antis (invocationis *l. v.*) de maxilla. psalm. 4, 2 cum -rem, exaudivit me deus. sap. 7, 7 -vi et venit in me spiritus (*syn.* optavi). Is. 58, 9 (*syn.* clamabis). II Macc. 15, 22 dixit ... -ans hoc modo: *eqs.* act. 7, 59 lapidabant Stephanum -antem et dicentem: *eqs.* PSALT. Cas. 68, 4 lassavi -ando (κράζων, *Vulg.* clamans). AVG. serm. 56, 2, 2 p. 378 (*syn.* petat). *saepius. v. et p. 256, 10.*

β accedunt locutiones per praepp.: in: ITALA III reg. 18, 24 (Iren. 3, 6, 3) vos -bitis in nomine deorum vestrorum et ego -bo in nomine domini dei mei (βοᾶτε ἐν ὀνόματι, ἐπικαλέσομαι ἐν ὀ., VVLG. -ate nomina, -bo nomen). AMBR. Abr. 2, 3, 12. VVLG. psalm. 19, 8 hi in curribus et hi in equis, nos autem in nomine domini ... -bimus (μεγαλυνθησόμεθα). Soph. 3, 9. *al. nota et c. pass. impersonali p. 256, 33.* ad: PSALT. Cas. 98, 6 *sacerdotes* -bant ad dominum (VVLG. -bant dominum).

2 *specialiter*: **a** *dei -antur iuris iurandi aut violati iuris testes* (*homines velut dei l. 66.* caelum et terra *l. 76. 82*): OV. ars 3, 376 -at iratos ... sibi quisque deos (LIV. 2, 45, 14 si fallat, Iovem patrem ... aliosque iratos -at deos. SEN. contr. 2, 2, 9 [*Ov.*] si mentiremur, illa sibi iratum patrem -vit, ego socerum). LIV. 8, 6, 1 crebram implorationem deum, quos testes foederum saepius -bant consules (SEN. Phoen. 283 *v. p. 257, 30*). 35, 31, 13 ut *Quinctius* manus ad caelum tendens deos testes ingrati ... animi Magnetum -ret. 39, 51, 12 violatae ... fidei testes. 41, 25, 4 *v. p. 257, 27.* SEN. Med. 440 numen -o ac testor tuum (*al.*). Phaedr. 888. 944 -ta ... Styge. dial. 11, 10, 7 CVRT. 5, 12, 3. 7, 8, 29 QVINT. decl. 321 p. 264, 3. COD. Theod. 2, 9, 3 pr. (= Iust. 2, 4, 41 pr.) promissa ea, quae -to dei omnipotentis nomine eo auctore solidaverit. *saepe.* *accedit*: *acc. c. inf.*: CVRT. 4, 10, 33 ille ... deos testes -are caste ... habitam esse reginam. VVLG. deut. 4, 26 testes -o hodie caelum et terram ... perituros vos esse. RVFIN. hist. 3, 6, 15 *Titus* elevatis ad caelum manibus deum -at testem hoc suum opus non esse (*gr. Ios. bell. Iud. 5, 519* κατεμαρτύρατο). AVG. serm. 180, 6, 6 p. 975 -o deum super animam meam verum me dicere (*cf. p. 256, 26*). *al.* *enunt. per* quod: HIER. epist. 143, 1, 2 VVLG. deut. 30, 19. *enunt. per* ne: ASSVMPT. Moys. 3, 12 *Moyses* testatus et -bat nobis testes caelum et terram, ne praeteriremus mandata illius.

b *in prooemiis sim. scriptores et poetae sollemni more -ant deos* (*Caesarem pro deo l. 6*): VARRO rust. 1, 1, 4 prius -bo eos *deos*, nec ut Homerus et Ennius Musas, sed ... deos Consentes (QVINT. inst. prooem. 4 PORPH. Hor. carm. 3, 4, 1. *al. cf.* HIER. epist. 65, 6, 2 iste, qui laudes cantaturus est domino, ... pro Musis gentilium ipsum -at in principio, quem laudaturus est). VAL. MAX. 1 praef. te ... huic coepto ..., Caesar, -o (*cf.* STAT. silv. 4 praef. -o numine maximi imperatoris. QVINT. inst. 4 prooem. 5 si ... omnes in auxilium deos ipsumque in primis *Domitianum* ... -em, ut *eqs.* [PLIN. epist. 8, 4, 5 iure vatum -tis dis et inter eos ipso, cuius res ... dicturus es]). 6, 1 praef. unde te ..., Pudicitia, -em? BOETH. cons. 3, 9, 33 W. *al.* *absolute*: SERV. Aen. 1, 8 in tres partes dividunt poetae carmen suum: proponunt, -ant, narrant *eqs. ibid.* CLAVD. DON. Aen. 7, 40 p. 10, 8 sic ... -at dicens 'nunc age'. ANTH. 806, 1 proponit primus liber *Lucani*, invehit, -at atque causas exponit.

c *verbis ritibusve magicis, sacris mysteriis cientur dei, daemones sim.*: *α varii*: APVL. met. 2, 29, 4 an non putas devotionibus meis posse Diras -ari? 3, 19, 4 deos. TERT. anim. 57, 3 -antur quidem aori et biaeothanati. RVFIN. Orig. in num. 13, 5 p. 114, 28 sqq. non potest -are magus Michael, non potest -are Raphael ..., multo magis magus -are non potest omnipotentem deum *eqs.* p. 115, 5 iterum daemonas (p. 115, 15 -ti a magis adsunt iis ad malum. 13, 7 p. 117, 5. 19. 20. 118, 8. 13, 8 p. 119, 1 INTERPR. Cod. Theod. 9, 16, 7. *al.*). p. 115, 7 immundos spiritus ([*syn.* accire]. TAB. devot. Trag. [CIL III p. 961] 10 inmondissime spirite Tartaruce, ... grandene -‹e›ris). *al.* AVG. civ. 10, 10 p. 417, 25 D. *theurgus* deos, quos -bat animae purgatores, ... purgaret. *al.* *-are* super (supra *l. 28. v. et l. 31. p. 255, 79. 257, 64. 72*) *aliquem*: VVLG. gen. 33, 20 super illud *altare* ... deum. RVFIN. Orig. princ. 3, 3, 3 p. 259, 16 daemonibus -tis supra pueros.

β deus, Christus, spiritus sanctus per sacramenta Christianorum: CYPR. epist. 73, 9 p. 785, 1 ut oratione pro eis habita et manu inposita -retur et infunderetur super eos spiritus sanctus (OPTAT. 6, 6 p. 154, 7 illic -tus est spiritus sanctus). PS. CYPR. rebapt. 6 p. 76, 24 ille, in quo, cum baptizaretur, -tum esset in nomine Iesu (*v. p. 255, 60*). FIRMIL. Cypr. epist. 75, 9 p. 815, 28 -ta trinitate (*sc. in baptismo. al.*). OPTAT. 6, 1 p. 142, 8 *altaria*, quo deus ... -tus sit, quo postulatus descenderit spiritus sanctus. CANON. Hippol. ed. Hauler 73, 20 episcopus ... manum illis inponens -et dicens: *eqs.* AVG. civ. 22, 10 p. 583, 31 D. ad ... sacrificium ... *sancti* suo loco et ordine nominantur, non tamen a sacerdote, qui sacrificat, -antur (*sc. sic ut deus, cf. p. 255, 6*).

B *homines* (*bestiam p. 257, 4* [*aliter p. 255, 35. 257, 18*]):

2 *incorporea* (*cf. et p. 264, 77. syn. v. l. 9. 10 bis. 16. 17. 26 bis. 36*): CIC. Pis. 12 nequi sit, qui istius insignem nequitiam frontis -tam tegumentis nondum cernat. ac. 1, 15 Socrates mihi videtur ... primus a rebus occultis et ab ipsa natura -tis ... avocavisse philosophiam (Tim. 1. *cf.* div. 1, 35 *causa* latet ... obscuritate -ta naturae. ARNOB. nat. 2, 56 p. 92, 14 res submota et abdita et caligine -ta naturae. *al.*). VERG. Aen. 6, 100 Sibylla ... canit ambages ... obscuris vera -ens (*inde* LVCAN. 1, 638 QVEROL. p. 21, 31 R.). OV. Ib. 57 historiis -am carmina caecis. FEST. p. 310 rem ... Varro et Euhemerus ineptis mythis -ere maluerunt. VAL. MAX. 1, 7, 5 ne illud quidem -endum silentio (5, 4 ext. 2). *al.* PHAEDR. app. 5, 17 consulto -vit veritatem antiquitas (SEN. benef. 7, 1, 5 -ta veritas in alto latet. *al.* LACT. inst. 1, 11, 30; *syn.* tegitur. *al.*). SEN. epist. 95, 61 quaedam ... philosophia ... -ta sunt vixque ... subtilitate aperiuntur. PLIN. nat. 2, 62 luminum ... ratio ... multis ... -ta miraculis. QVINT. inst. 8 prooem. 4 neque obscura neque ..., quae scriptores diversis opinionibus ... -erunt. FRONTO p. 132, 10 v.d.H. (= p. 114 N.) Heraclitus obscurus -ere omnia. MIN. FEL. 27, 1 oracula ... falsis ... -ta. CYPR. idol. 7 p. 24, 10 *daemones* falsa veris ... -unt. ARNOB. nat. 2, 9 p. 54, 17 omnia caecis obscuritatibus -ta (2, 51 p. 88, 11. *cf.* HIER. epist. 53, 8, 16. *al.* EVCHER. instr. 1 p. 131, 19 summis. COD. IVST. 1, 17, 2, 16; *syn.* latitabat). LACT. inst. 2, 10, 12 poetas ... figuris -ere et obscurare quae dicant (*cf.* PS. AVG. un. eccl. 5, 9 p. 240, 7 obscure posita et figurarum velaminibus -ta). FIRM. math. 4, 22, 1 p. 264, 18 doctrinae ... secreta ... -ta obscuritatis ambagibus (7, 7, 4 p. 229, 27. *al. cf.* AVSON. 396, 21 p. 251 P. numerum ... doctis -tum ambagibus). SERV. auct. Aen. 11, 357 bene -vit, quod turpe esset ... dicere. CLAVD. DON. Aen. 7, 370 p. 61, 21 responsa *divina* ... dubiis -ta verbis (SVLP. SEV. chron. 2, 43, 1 fidem *haereticorum* ... verbis fallentibus). *al.* AMBR. apol. Dav. II 8, 42 p. 387, 6 nihil *Christo* ... tectum, nihil est -tum. HIER. in Hab. 1, 2 p. 1290D scribi ..., ut nullo -atur nubilo (*syn.* obscuretur). *al.*

3 *dei* (*cf. Mart. Cap. 1, 75* opertanei. *8, 810* si quos *deos* clausa telluris operiunt): SEN. nat. 2, 41, 2 adhibitis *a Iove* in consilium diis, quos superiores et -tos vocant (*an adi.?*).

D *fere i. q. circumvolvere, circumplicare, circumplecti sim. (circumfundere l. 61, convolvere, syn. l. 79. opp. deplicare l. 71): -untur*: 1 *animalia*: a *homines, quos serpentes* (rigor *l. 50*) *constringunt, vinciunt* (*aliter p. 262, 32*): OV. epist. 9, 86 hydros infantem caudis -uisse manum. CLAVD. DON. Aen. 7, 350 p. 57, 12 coluber ... se collo Amatae -erat tamquam aurum tortile (*in imag.*: AVG. de duab. anim. 11 p. 65, 23 familiaritas ... tamquam ... vinculum multipliciter collo -tum). SERM. Ps. Hier. epist. 27, 2 p. 223B quasi serpens lubricus nostros -ere pedes, ne *eqs.* AVG. civ. 18, 12 p. 271, 21 D. inventus est puer dracone -tus. *sim.*: PRVD. perist. 1, 71 nexibus manus *martyrum* utrasque flexus -it rigor. b *bestiae*: OV. fast. 4, 705 captivam *vulpem* stipula faenoque -it et ignes admovet. PLIN. nat. 11, 84 *aranei* lacertarum catulos venantur, os primum telā -entes.
c *partes animantium corporis* (laquei *l. 57*), *ut aut curentur aut tegantur*: CELS. 8, 10, 3B brachium *fractum* ... -tum mitella (COLVM. 7, 5, 18 fracta ... crura sanantur -ta lanis. *cf.* PETRON. 54, 4 brachium ... contusum ... -erat lana. *al.*). 8, 12, 2 *medici* digiti pollices linteolis ... -ti in os *aegri* ... coniciendi ... sunt. COLVM. 6, 2, 4 laquei, quibus *cornua iuvencorum* capulantur, lanatis pellibus -ti sunt. 6, 12, 3 linamentis pes *bovis* -tus (6, 15, 1). *al.*

2 *res: quae fere pertinent ad*: a *negotia domestica varia*: LIV. 40, 29, 6 duo fasces candelis -ti (*i. fere circumfusi. cf.* SER. SAMM. 917 -es cerā ... grana cumini). COLVM. 12, 16, 3 uvam passam foliis ficulneis -unt et assiccant (*al.* PALLAD. 3, 25, 25 cydonea ... fici foliis -ta custodiunt. *al. cf.* 5, 4, 3 poma ... servantur ... sua fronde -ta). PALLAD. 2, 15, 13 si ... nucleum sanum tollas ... stercore -tum reponas (*sim. al.*). 4, 10, 3 arboris florentis truncum ... corio anguis -ere. *al.* PELAGON. 88 ventrem *pulli* ... -is in melle (APIC. 7, 1, 6 vulvam ... in cantabro. 7, 3, 2. 9, 10, 1 sarda ... in charta. *al. cf.* MACR. Sat. 3, 13, 12 altilia ex farina. APIC. 6, 2, 2 de sabano calido -es gruem). CLAVD. 18, 276 niveam dominae pensis -ere lanam (*cf.* GREG. M. moral. 8, 26 p. 816C quo inferius texta [*i. tela*] -itur, eo superius texenda deplicatur. VITA Mauril. 20 [BHL 5730] ita ut glomus -i solet). b *opera technica*: VITR. 9, 8, 8 in ... axi aenea ... catena est -ta (*sic* 10, 4, 4. *cf. ibid.* in axem). 10, 2, 2 funis ⟨se⟩ -endo circum suculam (*cf.* 10, 2, 7 circa tympanum. 10, 2, 14). *al.* ITALA eccles. 12, 6 (Hier. tract. in psalm. I p. 55, 21) -itur ... rota super lacum ([*aliter* συντροχάσῃ, *Vulg.* confringatur]. *cf. Hier. in eccles. 12 p. 1112A* rota per quam de lacu ... levantur aquae, si confracta fuerit vel ut septuaginta interpretes voluerunt, in suo funiculo convoluta *eqs.*). *al.* c *suppellectilem medici et artem*: CELS. 2, 17, 9 exstincti titiones -tique panniculis (3, 12, 4). 6, 7, 9A specillum lana -tum (6, 8, 1B. *al. cf.* SCRIB. LARG. 230 auriscalpium. *al.*). PLIN. nat. 20, 155 pulei ramum lana -tum in tertianis ... dari (PS. APVL. herb. 93, 18. 40. *cf.* SVET. Galba 3, 1 cognomen Galbae ..., quod ... galbeo, id est remediis lana -tis ... uteretur).

CAES. AREL. serm. 64, 1 p. 263, 25 vulnus ... medicamentis adpositis -tum. *al.* d *incorporea*: ARNOB. nat. 1, 8 p. 9, 4 quid si prima materies ... miseriarum omnium causas suis continet in rationibus -tas? *al.* e *herbam crescentem*: DIOSC. 4, 36 Aelsine ... habet ... hastas longas, quae si proxima fuerit arbori -at (*gr. Diosc. 4, 39* κλωνία μακρὰ περιπλεκόμενα ὅπου ἂν τύχῃ).

E *fere i. q. inserere, immiscere sim., inde includere, continere*: 1 *fere i. q. inserere (syn. v. l. 10): spectat ad*: a *incorporea*: CIC. Phil. 7, 19 nec ego pacem nolo, sed pacis nomine bellum -tum reformido (*cf.* NON. p. 328, 25 -ere implicare. M. Tullius ad Caesarem iuniorem [= frg. IV 9 Sj.]. HEGES. 4, 6, 9 p. 250, 20). SEN. epist. 25, 4 *Epicuri* aliquam vocem huic epistulae -am (CASSIOD. hist. 5, 13, 10 fecit *Aetius* epistulas ad imperatorem Constantium ... contentiones -ens [*Socr. 2, 35* ἐρεσχελίας συμπλέκων]. *cf.* APVL. met. 8, 1, 4 gesta ... quae ... possint merito doctiores ... in historiae specimen chartis -ere). TAC. ann. 3, 63, 1 ut *consules* ... perspecto iure et si qua iniquitas -retur, rem ... ad senatum referrent. TIBERIAN. carm. 4, 11 *deus* spectans ... vitas (*sc. nascentium*) -ier aevo. RVFIN. Adamant. 5, 17 p. 211, 16 abicientes haec, quae ex superfluo -untur, ad rem venite (*cf. gr.* ἐάσαντες ... τὰ ἄκυρα). CAES. AREL. serm. 125, 1 p. 496, 16 observate, ne ... vobis ... Manichaeorum errorem -at. b *corporea*: PAVL. FEST. p. 112 (*refl. fere i. q. se insinuare, intorquere v. p. 269, 12*). AVSON. 419, 74 p. 372 P. iam nubibus fumus ⟨se⟩ (*add. Acidalius*) -erat.

2 *fere i. q. includere, continere: de incorp.*: SEN. contr. exc. 6, 3, 2 circumscriptio semper crimen sub specie legis -it. PS. QVINT. decl. 8, 15 p. 159, 23 *ars medica* verba tantum desperationis -it. RVFIN. Orig. in Rom. 3, 2 p. 930B sermo eius omnes, sive Iudaei sunt sive gentiles, videtur -ere. AVG. epist. 194, 4 p. 178, 21 ubi una eademque massa damnationis et offensionis -vit, ut liberatus de non liberato discat. *de corpor.*: PS. RVFIN. (=IVLIAN.) in Os. 4, 15 p. 987C quid uno tumulo genus omne vis -i?

F *fere i. q. implectere, innectere sim. (interdum c. notione turbandi e. g. l. 48. 50. syn.* implicare *l. 37. 44. v. et l. 46): spectat ad*:
1 *corporea*: VITR. 3, 5, 8 *de* volutarum descriptionibus, uti ad circinum sint recte -tae *eqs.* (*cf.* DAMIG. lapid. 50 sculpsis in eum [*lapidem Sardium*] vineam et hederam -tam). CELS. 7, 31, 1 si varix curva est et velut in orbes quosdam implicatur, pluresque inter se -untur *eqs.* SEN. Herc. f. 683 *ne* remeandi ... pateat facultas, flexibus multis gravem -it amnem (*i. Lethen*). PLIN. nat. 8, 39 labrum ei (*i. achli bestiae*) superius praegrande, ob id retrograditur in pascendo, ne in priora tendens -atur (*med.-pass.*). ARNOB. nat. 4, 25 p. 161, 19 *Martem* haesisse in laqueis -tum. FIRM. math. 2, 30, 4 p. 86, 11 haruspices ... exta ... venarum ordinis -ta confusione conturbent. SERV. georg. 4, 481 *angues* implexae, -tae, implicitae, ἐμπεπλεγμέναι. VVLG. Iob 6, 18 -tae sunt semitae gressuum eorum (GREG. M. moral. 7, 36 p. 786A; *syn.* innodatis). AVG. serm. coll. Morin p. 572, 18 palmitem vitis crescendo ire in sepem et -ere se in spinis. MACR. Sat. 7, 9, 4 *motus* qui gyros efficit, crebro conversu turbat et umoribus capitis -it spiramentum, quod animam cerebro ... ministrat.

2 *incorporea: fere i. q. confundere, perturbare sim.*: a *varia*: SEN. epist. 114, 4 (*de Maecenate*) videbis ... eloquentiam ebrii hominis -tam et errantem *eqs.* PLIN. nat. 2, 25 quae *superstitiones* ... improvidam mortalitatem -unt. 2, 62 haec est luminum occultationumque ratio, perplexior motu multisque -ta miraculis. SIDON. epist. 1, 7, 6 ut adversarium incautum ... professione responsi praecipitis -rent. *al.* b *in sermone (refl. et med.-pass.) fere i. q. dicendo, disserendo se perturbare, impedire sim.* (*syn. v. l. 65*): PLIN. epist. 1, 5, 7 nec me laqueis tam insidiosae interrogationis -eram (*in imag.* FIRM. err. 60, 8. *cf.* RVFIN. apol. adv. Hier. 1, 24 p. 562C *disserendo* tantis te -is nodis, ut evolvere te *non* ... possis). HIER. epist. 58, 10, 2 p. 539, 19 Hilarius Gallicano coturno adtollitur et ... longis interdum periodis -itur *eqs.* 121, 10, 2 p. 41, 20 *Paulus* se ipsum interpretari cupiens -itur. AVG. anim. 1, 8, 8 p. 308, 11 quaestionem frustra se putans ... posse dissolvere adhuc sese -it et dicit *eqs.* (*cf. antea*: se ipse implicuerat). GRILL. rhet. p. 85, 16 M. obscuritas ... fit ... ab oratore, si aut minus dicat, aut multa dicendo se -at. *al.*

G *fere i. q. implicare (syn. p. 267, 3. 29. 36. v. et p. 267, 45), illigare, illaqueare sim. et inde fere i. q. complecti, occupare, comprehendere*: 1 *generatim*: a *aliquem (alqd.) aliqua re (acced. praep.* in *p. 267, 27 sqq.) illigare, impedire sim. (syn. v. p. 267, 7. 18. in imag. v. p. 267, 14 sqq.)*: α *rebus malis*: AMBR. in psalm. 118 serm. 18, 5, 1 p. 398, 21 aerumnis. SIL. 3, 212 atro -es bello Italiam (HEGES. 2, 10, 3 p. 159, 18). AMBR. fid. 5, 1, 23 p. 553C crimine (AVG. civ. 21, 27 p. 549, 12 D. *al.* COD. Theod. 3, 16, 2. *al.* EPIST. pontif. Arel. 33 p. 47, 30 si ... pontificatus immemores criminibus se ... -erint. CASSIOD. in Rom. p. 427D *populus electus* se nunc ... sacrilegio et crimine impietatis -it). PS. RVFIN. (= IVLIAN.) in Am. 3, 15 p. 1070B culpis. *al.* CYPR. epist. 67, 5 p. 740, 6 delictis gravibus -tus episcopatum tenere non debeat. MAXIM. eleg. 5, 6 me ... -vit patriis Graia puella dolis. GAVDENT. serm. 18, 28 G. erroribus. *al.* AMBR. Abr. 1, 6, 52 p. 537, 11 quid peccaverant pueri, ut ... excidio Sodomae -rentur? (HEGES. 5, 14, 5 p. 318, 16 suadere ... coepit, ne se captae urbis excidiis -rent). AMBR. in psalm. 118 serm. 7, 32, 1 p. 146, 4 flagitiis (CASSIOD. in Rom. p. 439D post baptismum flagitiis et sce-

[*I. Kapp*]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

leribus se -unt. *al*). TAC. ann. 16, 32, 3 dedit exemplum praecavendi ... fraudibus -tos (CYPR. epist. 59, 14 p. 683, 2). AMBR. fid. 2, 9, 67 p. 622, 22 vita humana ... iniquitatibus saeculi ... -ta (*syn.* implicata. *al.* AVG. c. Parm. 3, 2, 10 p. 111, 18. *al.*). SYMM. epist. 3, 33 viri optimi ... invidia ... -ti. RVFIN. Orig. in Rom. 3, 2 p. 932^{C} malis (AVG. soliloq. 1, 12, 20 p. $880^{\text{p. med.}}$ *al*). AVG. serm. 278, 1, 1 p. $1269^{\text{in.}}$ peccatis, *syn.* irretitus (CAEL. AVR. acut. 1, 14, 105. *al.*). HEGES. 2, 15, 8 p. 177, 22 periculis. *al.* HEGES. 5, 16, 1 p. 332, 4 ne pios ... poena -ret. LVCAN. 7, 89 -at populos unā fortuna ruina (FLOR. epit. 1, 18, 1 bellum Tarentinum ... Italiam et ... Pyrrhum ... una veluti ruina pariter -vit. *al.*). CLAVD. DON. Aen. 1, 350 p. 76, 24 sceleribus (*al.* COD. Theod. 9, 42, 24. *al.*). SEN. nat. 1 praef. 6 effugisti vitia animi, non est tibi ... cor -tum (*sc. vitiis*. FIRM. math. 3, 11, 11 p. 178, 22. *al. cf.* COD. Theod. 1, 5, 9 vitiorum labe). *al.* *in imag.: laqueis, nodis sim.*: CYPR. domin. orat. 20 p. 282, 13 qui expeditus nullis laqueis rei familiaris -itur (RVFIN. hist. 4, 16, 3 p. 357, 9 laqueis erroris). AVG. epist. 118, 1 p. 665, 8 nodi ... tanta ... perplexitate -ti (*syn.* constricti; *seq.* attererent ungues meos). AVG. adv. Don. 28, 48 p. 149, 23 nullo nexu consensionis -imur. serm. 255, 7, 7 p. $1189^{\text{fin.}}$ anima ... cupiditatibus implicata, visco malarum cupiditatum -tas pennas habens. *al.* *tenebris, caligine sim.*: CYPR. zel. 10 p. 426, 6 quid te nubilo livoris -is? PRISCILL. tract. 5, 84 p. 64, 4 ignorantiae tenebris (AVG. pecc. mer. 1, 36, 67 p. 68, 18. *al.* CAES. AREL. serm. 1, 16 p. 15, 23 errorum). AVG. civ. 1, 22 p. 36, 23 D. iudicium ... caligine erroris (pecc. mer. 1, 36, 67 p. 68, 8 ignorantiae. EPIST. pontif. 349 Migne 20, 757^{B} Manichaeorum). *al.* *acced. abl. c.* in (*v. et l. 33*): VVLG. num. 16, 26 nolite tangere quae ad *impios* ... pertinent, ne -amini in peccatis eorum. RVFIN. Adamant. 5, 22 p. 221, 7 qui ... in carnalibus actibus -untur (*gr.* πράξεσι σαρκικαῖς κεχρημένους). CANON. Turner II 1 p. 132 diaconus ... in eodem ... culpae genere ... -tus. PS. PROSP. prov. 840 in magnae turbine cladis -i.

β negotiis, artibus, meritis, functionibus sim.: negotiis: HERM. vulg. mand. 10, 1 hi ... sunt -ti in negotiis et divitiis ... et aliis multis rebus huius seculi (*ἐμπεφυρμένοι δὲ πραγματείαις καὶ πλούτῳ*, Pal. mand. 10, 1, 4 qui ... -untur rerum varietatibus ..., et plurimis actibus huius seculi impliciti sunt). FIRM. math. 8, 24, 8 qui se negotiorum generibus -ant. MACR. Sat. 1, 2, 6 *hominem* nullo -tum negotio atque a cura liberum. VITAE patr. 3, 67 (= 7, 2, 1) *iuvenem in mundum* revocabant ... cogitationes -entes eum variis negotiis (*gr. Nau 1907 p. 178 n. 51 συμπλέκοντες αὐτὸν πράγμασιν*). *artibus, rationibus sim.*: PRVD. c. Symm. 2, 894 dux daemon ... *mortales* -it mathesi, magicas impellit in artes (*cf.* CASSIOD. var. 4, 23, 2 magicis artibus -tos). AVG. in psalm. 4, 8 p. $81^{\text{med.}}$ -ti meritis suis. COD. Theod. 9, 45, 3 publicis privatisve rationibus -tus. 12, 1, 180 functionibus -tus et nexibus municipalis ordinis innodatus ([*syn.*]. 12, 1, 183 obnoxius curae et publicis functionibus -tus).

b *aliqua res -it, complectit alqd., alqm.* (*opp. v. l. 56*): AMBR. Abr. 1, 6, 55 p. 539, 2 te ... pericula (*al.*). HEGES. 1, 12, 4 p. 19, 7 quos societas sceleris -erat. 3, 9, 5 p. 202, 16 horror ... sollicitius intuent⟨e⟩m. VVLG. Iob 18, 11 formidines ... -ent pedes eius (*cf. l. 14 sqq.*). RVFIN. Clement. 1, 40 omnes ... impius error (hist. 6, 37 p. 593, 8 [*gr. p. 592, 12*]. Orig. in num. 19, 3 p. 182, 15 haereticus error. MACR. somn. 2, 8, 1 *Vergilium* nullius ... disciplinae error. PS. QVINT. decl. exc. Paris. 18/19 p. 428, 16 cavete, ... ne pietatis error vos -at). SVLP. SEV. chron. 2, 49, 7 labes (*i. haeresis*). BACHIAR. repar. laps. 6 p. 1042^{C} quos ... peccati crimen -erat (*opp.* liberaret). OROS. hist. 1, 17, 2 *in bello* nationes ... idem turbo. BOETH. cons. 2 carm. 7, 13 mors ... -it humile pariter et celsum caput. CASSIOD. var. 3, 8, 1 cunctos ... contemptus -at. *al.*

2 *speciatim: in re iuridiciali*: **a** *reatu alqm. implicare*: AMBR. in psalm. 118 serm. 8, 19, 2 p. 162, 7 dummodo publico non sit -tus reatu nec sit aliquod eius crimen expressum. RVFIN. hist. mon. 11 p. 430^{D} *crocodilum* tot homicidiorum -i reatu. AVG. c. Parm. 3, 2, 10 p. 260, 20 EPIST. pontif. 388 Conc.^{S} I 2 p. 94, 17 CASSIOD. var. 9, 17, 3. *al.* **b** *reatus, causa, sententia, multa, crimen sim. alqm. complectit, occupat*: SYMM. rel. 23, 12 p. 298, 22 nihil (*criminationis fere*) ... repertum fuerat, quod praefecturam (*tamquam sceleris inventorem*) posset -ere. AVG. c. Cresc. 4, 58, 69 p. 568, 13 unde ... ad nos ... reatus transire potuit, qui nec *Priminiani sectatores* ... -vit (COD. Theod. 11, 2, 4 et accipientem et dantem inlicitae transactionis reatus -et. NOVELL. Valent. 3, 45. LEO M. epist. 10, 8 p. 635^{B} poenae subdendus est, quem reatus -it. 135, 2 Conc.^{S} II 4 p. 89, 14 quos par reatus -erat. CASSIOD. var. 4, 43, 4). SVLP. SEV. chron. 2, 50, 1 quos causa (*i. lis*) -erat. PS. RVFIN. (= IVLIAN.) in Os. 4, 5 p. 983^{C} *populum et sacerdotes* utrosque sententia nunc inmissa -et. COD. Theod. 7, 18, 6 si dominum *desertoris* ... conscientia talis -erit, ... gravioris exitii dominum quoque casus -at. 9, 27, 5 parem capitis ac vitae, quae peculatūs reos consuevit -ere, cogetur subire iacturam. 11, 36, 26 (= Iust. 7, 65, 6) multa et litigatorem ... et iudicem ... -at. EPIST. pontif. 611 Schwartz p. 38, 3 quos par crimen -it. 636 Thiel (Gelas. 14, 24) p. 375 dantem pariter et accipientem damnatio Simonis (*cf. Vulg. act. 8, 20*) ... -it. *al.*

notabiliora grammat. et stilist.: *refl. (med.-pass.) v. p. 262, 71 sq. 264, 48. 266, 22. 41. 56. al.* *pendet: casus: abl. passim* (*hic illic acced. praep. q. e.* in, *v. p. 267, 26 sqq. al.*). *dat. raro, v. e. g. p. 262, 30.* *praep.*: circa *p. 263, 57. 265, 75.* circum *p. 265, 74.* de *p. 263, 63. 81. 264, 29. 265, 69.* ex *p. 265, 69.* in *c. acc. p. 263, 67. 265, 74.* in *c. abl. v. l. 1.* inter *p. 266, 37.* usque ad *p. 263, 80.* *adv.*: circum *p. 263, 65.* super *p. 262, 27. 38.* *enunt. per* ut *p. 266, 29.* *nota*: *fig. etym. p. 264, 65. ludum verbor. p. 268, 46 sq.*

p. p. p. **involūtus**, -a, -um *pro adi.* (*cf. p. 265, 39*). *superl. v. l. 34. 36.* SYNON. Cic. p. 416, 10 B. absconsum ... caecum. -um. opertum. obtectum. SERV. auct. Aen. 10, 256 'revoluta' id est aperta, sicut contra -um dicimus esse quod clausum est. GLOSS. abstrusum. ⌊*e coni.* SYNON. Cic. p. 430, 22 B. inductio. infestatio. -a oratio (*Hiltbrunner, cf. l. 27*, involstatio *trad.*), petelae (?), artificium ... inlecebrae, civiles orationes.⌋

1 *fere i. q. tectus (syn. l. 20), velatus (v. l. 44), opertus (v. l. 30. cf. l. 26.* occultus *v. l. 21,* obscurus *v. l. 27. 28. 29,* perplexus *v. l. 29. 35. opp. v. l. 22. 32. 44): spectat ad*: **a** *sermonem easque res quae alqd. ante latens incognitumve voce fere ac verbis exprimunt* (*sim. de homine l. 25*): CIC. orat. 102 res -as definiendo explicavimus (116 -a rei notitia ... aperienda est). top. 9 definitio ... quasi -um evolvit id, de quo quaeritur (Tusc. 4, 53 aperit notionem ... tectam atque -am. MART. CAP. 4, 349. *cf. l. 57*). fin. 1, 30 *argumento conclusioneque* occulta quaedam et quasi -ta aperire (*opp. animadversione* prompta et aperta indicari). SERV. Aen. 4, 196 satis ... sunt -a responsa *Iovis Ammonis*. VEG. mil. 1 praef. p. 5, 4 quae apud ... armorum disciplinam docentes dispersa et -a celantur, ... proferantur. HIER. adv. Pelag. 2, 4 p. 539^{C} tam ... -us dictor (*v. l. 17*) est et nimio verborum squalore coopertus, ut *eqs.* GENNAD. vir. ill. 26 scripsit ... librum obscurissimae disputationis et -i sermonis (RVFIN. Orig. in num. 18, 4 p. 175, 22 -o satis et obscuro sermone). RVFIN. Orig. in cant. 1 p. 91, 22 obscura cernere, enodare perplexa, -a dissolvere (*v. l. 42 sqq.*). AVG. in psalm. 126, 11 p. $1675^{\text{fin.}}$ prophetia -a (*syn.* operta). quant. anim. 32, 69 p. $1073^{\text{p. med.}}$ tam -am quaestionem ... a me ... expediri. BOETH. categ. 2 p. 222^{C} clara haec est ... et non -a sententia.

b *varia*: *α incorporea*: SEN. nat. 6, 5, 3 *de causa terrae motus*: in ... re omnium maxima et -issima. LACT. inst. 3, 25, 13 *principia rerum* perplexa et -a. AVG. ord. 2, 5, 15 p. 157, 14 ab his horrendis et -issimis malis liberet *deus*. *β corporea*: *de argento in laminas ducto, malleis tenuato, quod convolvi potest* (*cf. p. 263, 55 et gr. ἀργύριον προσβλητόν*): VVLG. Ier. 10, 9 argentum -um de Tharsis affertur. *fere i. q. velatus, clausus sim.* (*cf. et l. 10*): PS. RVFIN. Ios. bell. Iud. 6, 6 p. $783^{\text{med.}}$ *intima templi pars* inaccessa ... et -a et invisibilis omnibus habebatur (*gr. 5, 219 ἄχραντον*).

pro subst. n. involūtum, -ī (*cf. et l. 29. p. 260, 12*): *fere i. q. obscurum, velatum* (*i. q. aliqua re continetur l. 47*): RVFIN. apol. adv. Hier. 2, 2 p. 585^{B} tenebrosa et -a et ... velata (*opp.* clara, lucentia). AVG. c. Petil. 3, 52, 64 p. 218, 19 multa -a de Christo ... invidiose ... dixisti. serm. 160, 4 p. $875^{\text{med.}}$ non contemnendo vile involucrum (*i. crucem Christi*) pervenit ad pretiosum -um (*i. sapientiam dei sim.*; *cf. l. 6. p. 261, 12 sqq.*).

adv. **involūtē**. *compar.* -ius: *l. 54.* *fere i. q. obscure, abscondite, implicite, perplexe*: FEST. p. 321, 34 *Valerius Messala* in eo libro qu⟨em de dictis in⟩volute inscribi⟨t⟩ *eqs.* SPART. Carac. 2, 10 questus (*v. app. cr.*) est de fratris insidiis -e (*P corr., R*) et incondite. VINCENT. LER. 7, 1 *haeretici* captant ... veteris cuiusdam viri scripta paulo -ius edita quae pro ipsa sui obscuritate dogmati suo quasi congruant. IOH. MAXENT. Conc.^{S} IV 2 p. 24, 34 quod ... a te, licet -e, tamen rationaliter disseri videbatur. BOETH. Cic. top. 1 p. 287, 34 definitio ... id, quod nomine -e designatur, evolvit et explicat (p. 291, 1. *cf. l. 19*).

deriv.: involucre, 1. involucrum, 2. involucrum, involumen, involumentum, involvolus, involus, involvus, involutio, involuto, involutorium.

compos.: circuminvolvo (ORIBAS. syn. 7, 22, 15 Aa p. $158^{\text{med.}}$).

involvolus, -ī *m.* *ab* involvere. *scribitur* -olus *in codd., non* -ulus. *i. q. eruca bestiola* (*cf. l. 68,* involvus *et* convolvolus): PLAVT. Cist. 729 -um *bestiam*, quae in pampini folio intorta implicat se. CATO agr. capp. 104 -us in vinea ne sit.

involus, -ī *m.* *i.* involvus *cf. l. 64. p. 269, 11.* POL. SILV. p. 543, 38 uruca. -us.

involūtāria *v. p. 259, 81.* **involūtē** *v. l. 49.*

involūtio, -ōnis *f.* *ab* involvere. **1** *de corporeis: fere i. q. aut res quae involvendo facta est (v. l. 74), congeries (syn. l. 76) sim. aut fere i. q. actio cum convolvendi (cf. l. 77. 78), tum circumvolvendi (l. 80. 81)*: VITR. 10, 6, 3 supra ... figuntur tabulae, quae pertegant eam -em (*i. fere* [*v. 10, 6, 2*]: involutos ... canales ... *qui facti sunt ad* iustam cocleae ... imitationem). ADNOT. Lucan. 4, 74 ipsam *nubium* congeriem et -em 'congestum' dixit. CAEL. AVR. acut. 3, 11, 103 corporis spirae similis sive canina -o (*i. convolutio*). CASS. FEL. 51 p. 134, 23 si forte nimia intestinorum verticula sive -e acceptum clysterem retinuerint aegrotantes (*ibid. iterum*). 65 p. 159, 3 lanarum mundarum ... -em adhibebis. GREG. M. moral. 19, 49 p. 129^{B} palma ... inferius corticum suarum -bus angustatur.

2 *de incorp.*: *fere i. q. implicatio, nodus (difficultas)*: DON. de com. 7, 4 πρότασις est primus actus fabulae, quo pars argumenti explicatur, pars reticetur ..., ἐπίτασις -o argumenti cuius ele-

[*I. Kapp*]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

gantia conectitur. AVG. c. acad. 2, 5, 13 p. 33, 6 ut ei (*i. Licentio*) ... quidquid huius -is esset, expediretur.

involūto, -āre. *ab* involvere. [*It. mer.* milutare. *R.*] *fere i. q. involvere* (*v. p. 262, 32*): AVG. in psalm. 57, 7 p. 679fin. illa *aspis* ... amando tenebras suas quibus se -ans occultat *eqs.*

involūtōrium, -ī *n.* *ab* involvere, involutus. *fere i. q. involucrum*: GEST. Pilat. 1, 2 *cursor* fasciale -um, quod ferebat in manu sua, expandit in terra (*pars codd., cf. vol. VI 1, 44, 1 sq.*). *v. et Du Cange.*

involūtus, -a, -um *v. p. 268, 7.* **involvulus** *v. p. 268, 64.*

involvus, -ī *m.* PAVL. FEST. p. 112 -us vermiculi genus, qui se involvit pampino (*cf. p. 268, 65. 67 et p. 266, 22*). *I. Kapp.*

inurbānē, inurbāniter *v. l. 30. 37.*

inurbānus, -a, -um. *ab* in *et* urbanus. *legitur inde ab* RHET. Her., CIC., *saepe in figura q. d. litotes.* [*variat in codd. c.* urbanus *v. l. 18; cf. l. 31. 35.*]

fere i. q. asper, illepidus, insulsus: **1** *de hominibus*: RHET. Her. 4, 51, 64 servolus non -us (urbanos *H*) satis strenue ... conparat *res.* CIC. de orat. 2, 40 nobis oratorem descripseras inopem quendam humanitatis atque -um. 2, 217 ab homine non -o. 2, 365 non essem tam -us et paene inhumanus, ut in eo gravarer, quod vos cupere sentirem. Brut. 180 omnium oratorum sive rabularum, qui et plane indocti et -i aut rustici etiam fuerunt, ... solutissimum in dicendo. **2** *de oratione, verbis, gestu oratorio*: CIC. Brut. 227 expedita ... erat ... oratio et erat eius quidam tamquam habitus non -us. HOR. ars 273 scimus -um lepido seponere dicto. QVINT. inst. 6, 3, 26 est ... et adspectus et habitus oris et gestus non -us, cum iis modus contingit. PORPH. Hor. sat. 1, 1, 88 hoc ... proverbiale esse, quia infacetum atque -um erit, si putemus illud ad praesens a poeta fictum esse.

adv. **inurbānē.** [*variat in codd. c.* urbane: CIC. ad Q. fr. 2, 1, 3 *Clodium* a Racilio ... contumaciter urbaneque (-eque *OF, cf. Tyrrell-Purser² ad l.*) vexatum. *v. et l. 35.*]

fere i. q. illepide (*c. verbis dicendi praeter l. 31*): CIC. nat. deor. 3, 50 non -e Stratonicus ... inquit *eqs.* (*sic litotes*: SEN. contr. 10 praef. 10 [urbane *l. v.*]. PLIN. epist. 2, 14, 5). PORPH. Hor. ars 273 discernere, quid -e dictum sit, quid lepide.

adv. **inurbāniter.** *fere i. q. inepte*: FAVST. Aug. c. Faust. 12, 1 p. 330, 5 consulente me *de prophetis* ... non inprovide nec -r, silentio eorum mandatis operibus, in sola transiluisti praesagia.

inurg(u)eo, -ēre. *ab* in *et* urguere. [*e coni. v. l. 45.*]

1 *absolute, fere i. q. impellere*: LVCR. 5, 1035 *vitulus cornibus* iratus petit atque infestus -et. **2** *c. obi.* (*subi. in struct. pass.*): **a** *fere i. q. premere, vexare*: ZENO 2, 38 *in convivio* obrutum pectus saepe crudis atque acidis vomitibus -etur. **b** *fere i. q. sollicitando ingerere*: APVL. met. 5, 6, 9 *Psyche* et imprimens oscula suasoria et -ens (*Traube fortasse recte*, ingerens *trad., edd.*) verba mulcentia et ingerens (ins- *edd.*) membra cohibentia. 8, 10, 1 Thrasyllus ... identidem pergit lingua[e] satia⟨n⟩ti susurros improbos -guere.

[inurīlia *falso trad. pro* imbr-: CAEL. AVR. *v. vol. VII 1, 427, 6.*]

inūrīnor, -ārī. *ab* in *et* urinor. *fere i. q. immergendo se urinari*: COLVM. 8, 14, 2 lacus piscinaque ... fiunt, ut sint, quibus -ari (innare *dett.*) possint aves.

***inūro,** -ussī, -ustum, -ūrere. *ab* in *et* urere. GLOSS.L V Abba IN 340 -et incendit. GLOSS. V 304, 33 inusit inflammavit (*sic* -s- *pro* -ss-: AMM. 22, 12, 1. 29, 6, 8). II 283, 39 ἐγκαίω -o. *ibid.* l. 50 ἐγκεκαυμένος infectus -stus. 52 ἐγκέκαυται -sta est. *v. et l. 72.* *p. p. p. pro subst. p. 271, 30.* *legitur inde a* CIC., CATVLLO, LVCR., VARRONE.

[*in codd. saepissime scriptura errante confunditur c.* iniur-, iniust- (*cf. vol. VII 1, 1687, 33. e coni. restit. e. g.* CIC. Pis. 30 Phil. 14, 7 CHIRON 282 GREG. M. epist. 4, 30 p. 264, 25), iur-, iust- (*e coni. restit.* CIC. Pis. 43 PLIN. nat. 22, 37), iuss- (*cf.* AMM. 14, 5, 6 nota -sserat [notare iusserat *trad.*]), in ist-. *variat et c. verbo simpl. et c.*: adurere: PLIN. nat. 3, 122. immittere: SEN. Herc. O. 556. *al.* incutere: SEN. nat. 1, 5, 12. inferre: CASSIAN. conl. 7, 17. ingerere: PLIN. nat. 35, 49. *al.* iniungere: LIV. 8, 32, 15. 9, 3, 13. *al.* invehere: LIV. 9, 3, 13. *al.* inultus: STAT. Theb. 8, 708. inunguere: VEG. mulom. 4, 8, 2. *al.* irruere: CELS. 1, 3, 16. *al.* *e coni.* (*v. et l. 59. 60. 61. p. 270, 1*): CATVLL. 25, 11 -sta (insula *trad.*).]

I *praep. exhibet vim inferendi, ingerendi*: **A** *igni, calore sim. (aliter p. 270, 10) admotis aliquid infigitur*: **1** *c. respectu notae, qua aut animantes aut res candente ferro sim. impresso signantur* (GLOSS.L III Abol. IN 220 -ere inprimere. IV Plac. I 16 -ere: infigere notas vel insignia vel maculas, ut solent equos variis signis ferro candenti designare vel alia animalia): **a** *proprie*: **α** *-ere notam sim.* (*alicui l. 78. 80. 82*): VERG. georg. 3, 158 cura in vitulos traducitur ... continuoque notas et nomina gentis -unt et quos ... malint summittere *eqs.* (CVRT. 5, 5, 6 -stis ... barbararum litterarum notis ... *captivos* reservaverant. IVST. 44, 4, 9 notis corporis, quae -stae parvulo fuerant, nepos agnitus. AVSON. 287, 12 p. 146 P.). SOL. 45, 8 equus Bucephalus dictus ... ab insigni, quod taurinum caput armo -stum habebat. PRVD. perist. 10, 134 *martyrem* signent -sta ferri et ignis vulnera. 10, 1090 tormenta -i ... infelicibus (*syn.* perustum, *cf. 1079 sq.* quamcumque partem corporis fervens nota stigmarit). CLAVD. carm. 5, 504 maculae. CYPR. GALL. gen. 169 *Cain* signo fit notus -sto. EVSTATH. Basil. hex. 8, 3, 2 tamquam per -sta (inusitata *trad., corr. Stiewe in schedis*) sigilla novae ... nuncupationis (διὰ καυτήρων τινῶν). *sim. de signis, quae ictu fulminis imprimuntur*: LVCR. 6, 220 ⟨quali⟩ natura praedita constent fulmina, declarant ictu⟨s⟩ et -sta vaporis signa. **β** *-ere aliquem (aliquid) nota sim.*: VAL. MAX. 6, 8, 7 servus ab eo (*i. domino*) ... inexpiabili ... litterarum nota per summam oris contumeliam -stus. COD. Theod. 3, 30, 6 pr. aurum argentumque et quidquid vetustate ... non mutatur ... iudicum ... -stum signaculis in ... custodia conlocetur.

b *abusive* (*cf. et p. 271, 48*) *de eis notis, quae flagellis imponuntur*: CATVLL. 25, 11 ne laneum latusculum ... -sta (*v. p. 269, 68*) turpiter tibi flagella conscribillent.

c *translate*: **α** *vigente imagine notae indelebilis imprimendae*: ① *de stigmate infamiae sim.*: Ⓐ *-ere notam sim. alicui* (*dat. saepe non additur; omisso obi. [i. usu absoluto] l. 40*): CIC. Catil. 1, 13 quae nota domesticae turpitudinis non -sta vitae tuae est? (Sull. 88. Pis. 43 -sta senatūs. Phil. 1, 32 ad ignominiam sempiternam [LACT. mort. pers. 3, 3]. 14, 7. VELL. 2, 64, 3 Tullius ... actionibus aeternas Antonii memoriae -ssit notas. *saepe*). Mur. 8 dignitas hominis ... summam mihi superbiae crudelitatisque famam (infamiam *Guilelmius*) -isset, si ... causam ... repudiassem. prov. 16 ignominiam, quoniam uni praeter se -sta sit, putet esse leviorem (LIV. 8, 32, 15 [*v. p. 269, 65*]). LIV. 3, 58, 2 ne Claudiae genti eam -stam maculam vellent (PS. CIC. in Sall. 16 FRONTO p. 158, 17 v.d.H. [= p. 166 N.]. *saepe*). 9, 3, 13 vivet semper in pectoribus *Romanorum* ..., quidquid istuc praesens necessitas -sserit. SEN. contr. 10 praef. 10 contumelias. VAL. MAX. 6, 9, 12. SEN. dial. 3, 16, 2 tibi fortius aliquid et quod sentias -endum est: in exilium ... mitteris. MART. 6, 64, 24 si quid nostrae tibi bilis -sserit ardor, vivet et haerebit. QVINT. decl. 258 p. 54, 1 laetissimo ... domus nostrae proventu gravissimum funus et crimen -batur (AVG. civ. 16, 25 p. 165, 7 D. de ... concubina. CASSIAN. conl. 8, 16, 4. *al.*). PANEG. 2, 28, 4 alteri ... -sta femineae mortis infamia (*al.*). LVCIF. moriend. 8 p. 300, 7 scelerum tuorum memoria ..., quam tibi in civitate Alexandrinorum -isti. AMM. 22, 12, 1 -isse orienti caedum et direptionum monumenta (29, 5, 42). PRVD. c. Symm. 2, 671 *Nero* proprium facinus mihi (*i. urbi Romae*) saevus -ssit. AVG. in psalm. 56, 12 p. 668 malam conscientiam Iudaeis volentibus excusare se. COD. Theod. 5, 1, 4, 2 (= Iust. 6, 55, 9, 1) ad elogia -enda impiis nepotibus. OROS. hist. 1, 3, 2 sententiam ... dei ... toleramus obstinatisque mentibus testis sibi infirmitas sua -it, quibus fideliter scriptura non suaserit (*v. l. 15*). 5, 22, 10 *pugna* pro -endo ultionis exemplo. *et saepius.*

Ⓑ *-ere aliquem (alqd.) nota sim.*: ① *expresso abl.*: CIC. Cluent. 129 is censoriae severitatis nota non -etur? (Phil. 13, 40 quem ego -stum verissimis maledictorum notis tradam hominum memoriae sempiternae. COD. Theod. 3, 8, 1 [= Iust. 5, 9, 2]). fam. 1, 9, 15 monumentum ... hostili nomine et cruentis -stum litteris esse passi sunt. VAL. MAX. 3, 7 ext. 6 Trasimennum lacum dira -stum memoria. ITALA I Tim. 4, 2 (Tert. ieiun. 2, 5) doctrinis mendaciloquorum -stam habentes conscientiam (κεκαυστηριασμένων, *Vulg.* cauteriatam). LACT. inst. 4, 26, 12 dedecorum maculis -stos (RVFIN. Orig. in psalm. 36 hom. 2, 1 p. 1330B. *al.*). HEGES. 5, 4, 4 ne deserti Caesaris ignominia -rentur *milites* (*al.*). HIER. epist. 15, 3, 2 cauterio unionis -imur. COD. Theod. 2, 9, 3 pr. (= Iust. 2, 4, 41 pr.) -atur infamia (*al.* SALV. gub. 7, 83. *cf.* CASSIOD. var. 10, 28, 4 poena ... -endus infamiae). CASSIAN. inst. 10, 7, 8 probris. RVSTIC. Conc.S I 4 p. 185, 35 stigmatibus criminum. *et saepe.* ② *omisso abl., fere i. q. notare, vituperare, sc. aut homines aut vitia*: TERT. anim. 20, 3 Sallustius vanos Mauros ... pulsat, mendaces Cretas etiam apostolus -it. ARNOB. nat. 4, 32 p. 167, 26 illud ... acerbissime vulnerat, quod -it innoxios et quod decus ... existimationis infamat (*syn.* falsis quemquam notare atque insignire criminibus). PACIAN. epist. 1, 5 p. 18 *spiritus sanctus loquens* Laodicenorum divitias -it (*ex Tert. paenit. 8, 1* Laodicenos fidentes divitiis obiurgat). PS. ORIG. tract. 6 p. 66, 8 non ... ipsos ... arguit et -it. 17 p. 182, 6 utrum ... apostolus ... sub vocabulo carnis vitia carnis denotet et -at. PETR. CHRYS. serm. 51 p. 343B dominus ... in filiis patrum perfidiam sic -it (*syn.* percellit). *pro subi. est ipsa infamia, nota*: CARM. ad senat. 8 *Matris magnae* cultores infamia turpis -it. CASSIOD. var. 9, 15, 9 nota infamiae nihilominus superstites -ente.

Ⓘ *de notis honestis*: CIC. Planc. 29 haec signa probitatis non fucata ..., sed domesticis -sta notis veritatis. TERT. apol. 39, 7 dilectionis operatio notam nobis -it penes quosdam: 'vide', inquiunt, 'ut invicem se diligant'. GILD. Brit. 1 chron. III p. 27, 15 libertatis aureae decenti nota -i.

β *imagine notae debilitata viget tamen plus minus imago urendi, fere i. q. penitus infigere, ita imponere, ut aboleri non possit* (*saepe accedit dat.; altera structura c. abl. locum non habet*): ① *res malas vel ignominiosas*: CIC. Verr. II 1, 113 cur tantam iniuriam ... mortuo fecisti, cur hunc dolorem cineri eius atque ossibus -isti? (2, 163 sociorum ... animis. Catil. 2, 20 tantus ... illorum temporum dolor -stus est civitati. Mil. 99 Phil. 11, 38 Tusc. 3, 19 Att. 1, 16, 7 LACT. ira 17, 14. 18, 8). dom. 92 tantum homines impios ex vetere illa coniuratione -stum nefariis mentibus bonorum odium tenebat (har. resp. 55 insitum penitus et -stum animis). Sest. 17 scelera vulneraque

[Hi.]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

-sta rei publicae (AMM. 30, 5, 3). Pis. 30 lex ... -sta (*v. p. 269, 59*) per servos, incisa per vim, imposita per latrocinium (Mil. 33). Phil. 2, 117 *mala*, quae ab illo (*i. Caesare*) rei publicae sunt -sta. SEN. Herc. O. 556 si quas decor Ioles -ssit pectori Herculeo faces (*sim. de vi malae cupidinis quasi urente*: AVSON. 71, 5 p. 341 P. *obscenam venerem* quam Nolanis capitalis luxus -ssit). AMM. 29, 6, 8 magnas -isset rei publicae clades. AMBR. Nab. 14, 62 arcus, quibus diabolus ignita dirigens iacula graves pectoribus hominum solet -ere passiones (CASSIAN. conl. 7, 17). AVELL. p. 55, 2 quod Vrsini -ssit amentia. ⓑ *res varias*: CIC. de orat. 2, 189 *non movebitur auditor*, nisi omnes illi motus ... in ipso oratore impressi esse atque -sti videbuntur. PROP. 4, 11, 74 tibi commendo ... natos: haec cura et cineri spirat -sta meo (*cf. p. 270, 79*).

2 *technice c. respectu picturae encausticae q. d.* (*sim. de minio in pariete -endo l. 17*): SEN. nat. 1, 5, 12 non dicitur tibi colorem illum -stum esse velut duro corpori ac stabili ac manenti. PLIN. nat. 33, 122 *minii male adhaerentis* remedium, ut pariete siccato cera Punica ... inducatur iterumque admotis gallae carbonibus -atur ad sudorem usque. 35, 27 *Augustus* tabulas inpressit parieti: Nemean ... Nicias scripsit se -isse; tali enim usus est verbo. 35, 49 cerae tinguntur ... his coloribus ad eas picturas, quae -untur. 35, 122 ceris pingere ac picturam -ere quis primus excogitaverit. APVL. apol. 14 *simulacrum* quod ... cera -stum ... est. ITALA II Macc. 2, 29 (rec. B) qui ... -it et pingit (τῷ ... ἐγκαίειν καὶ ζωγραφεῖν ἐπιχειροῦντι, *Vulg. aliter*). AVSON. 26, 9 p. 329 P. ceris -ens ianuarum limina et atriorum pegmata.

B *adurendo aliquid tractatur*: 1 *in universum*: a *de vi ignis, caloris sim.* (*c. obi. effectus l. 27. cf. l. 52. 62. absolute l. 29. 39*): LVCR. 6, 1166 ulceribus quasi -stis omne rubere corpus. SEN. contr. 10, 5, 1 -itur *senex tortus*. COLVM. 3, 12, 1 nimium calidum solum *non* posse tolerare vitem, quia -at. PLIN. nat. 18, 297 milii culmum fere -unt *messores*. 22, 37 ea *urtica* ... medetur ... contusis incussisque, -stis (*v. p. 269, 61*) et strumis. APVL. met. 5, 23, 6 sic -stus (*sc. oleo ferventi laesus*) exiluit deus. FIRM. math. 1, 10, 7 ut *zonae adustae incolas* homines ad imitationem -starum rerum atri semper forma coloris infuscet. CAEL. AVR. chron. 4, 3, 57 *cochleae* -stae primo, quo sint igne pellucidae, ... vasculo immittendae *eqs.* (*syn.* exustae. *de re cf. Diosc. gr. 2, 70, 2 διαπύροις κόχλαξιν*). EVSEB. EMES. serm. 15, 18 p. 356, 13 cuius oculi ad pudicitiam, non ad libidinem -sti carbones? GREG. M. epist. 4, 30 p. 264, 25 -stum (*v. p. 269, 60*) corpus *sancti Laurentii*. *-it sol*: CELS. 1, 3, 16 -ens sol. LVCAN. 9, 852 zona rubens atque axis -stus solis equis. PLIN. nat. 17, 229 si sol acrior ... -ssit ipsum vitium (*syn. 230* adurunt). 18, 275 rorem -stum sole acri (*syn. 272* exustae). APVL. mund. 3. CLAVD. rapt. Pros. 1, 260 -stus limes. HIPPOCR. aer. 12 p. 29, 17 *regiones non* calido -untur nimis (ἐκκέκαυται). *al.* *-it febris sim.*: MACR. Sat. 1, 17, 11 -stos morbo Ἀπολλωνοβλήτους καὶ ἡλιοβλήτους appellant. CAEL. AVR. acut. 1, 16, 156 altiora febribus -untur. *-it mulier, sc. ardore venerio*: SERM. RevBén. 59, 1949, 201, 67 *mulieris* facies ... emisit scandala -endo multitudinem virorum.

b *abusive de eis, quae effectum ignis similem habent*: α *de frigore*: COLVM. 4, 24, 2 frigoribus, quibus cicatrices *in vitibus* -untur. 4, 29, 4 frigus ..., quod possit aut surculum insitum aut fissurae plagam -ere. 11, 3, 13 solum ... pruinis -endum. PRVD. c. Symm. 2, 978 culpam ... glacies aquilonis -it ambustumque caput culmi fuligine tinguit. β *de attritu exulcerante*: COLVM. 4, 29, 16 antiqua terebra ... scobem faciebat perurebatque eam partem, quam perforaverat, deusta vero raro revirescebant ...; *terebra Gallica* sic excavat truncum, ne foramen -at. STAT. Theb. 8, 708 -sta temporibus nuda aera *cassidis* sedent. TERT. pall. 4, 3 ne *Omphales* cervicem enervem -ret sciria leonina. MAX. TAVR. serm. 113 p. 756[B] iugum Christi non -it colla, sed ornat. γ *de admixtione coloris nigri, qua aliquid infuscatur*: GELL. 2, 26, 14 'rubidus' ... est rufus atrior et nigrore multo -stus, 'luteus' contra rufus color est dilutior. δ *de medicaminibus rodentibus* (*c. obi. effectūs l. 63, cf. supra l. 26*): TERT. cult. fem. 2, 6, 2 detrimentum crinibus medicaminum vis -it. SORAN. p. 69, 12 ne *sanguis* coagulando ibi partes ipsas -at (*gr. 3, 41, 6 ἐξάπτῃ ... φλεγμονάς*). p. 100, 2 matrix ... acredine medicaminum -itur. PS. DIOSC. herb. fem. 38 (37) l. 8 ne vis herbae fauces -at (*Diosc. gr. 4, 152, 1 καίειν, syn. Diosc. lat. 4, 147 p. 69, 6* exasperat). CAEL. AVR. acut. 1, 15, 128 intestina. 1, 15, 145. 2, 9, 42. chron. 5, 1, 18 altiora -sta putrescunt. CASS. FEL. 35 p. 76, 18 *anagargarisma* loca fervore incensa -it.

2 *peculiariter*: a *capilli calamistris crispantur*: CIC. Brut. 262 (*in imag.*) *Caesar commentarios sine ornatu orationis scribens* ineptis gratum fortasse fecit, qui volent illa calamistris -ere, sanos quidem homines a scribendo deterruit. QVINT. inst. 2, 5, 12 -stas comas acu comentibus. b *fere i. q. cautere exurere*: VARRO rust. 3, 9, 3 gallos castrant ... candenti ferro -entes ad infima crura, usque dum rumpantur (COLVM. 6, 15, 1 ungulam ... supra vulnus [*syn. Veg. mulom. 4, 16, 1* ure]. 8, 2, 3 calcaribus -stis [*syn. Plin. nat. 10, 50* adustis]). COLVM. 6, 11 vitiosam partem. 6, 15, 1 ita -itur *ungula*. 6, 17, 6 ignea lamina conlectionem resecare et quicquid vitiosi est -ere ([*gr. Hippiatr. I p. 316, 12* ἐπικαύσεις]. PELAGON. 254 lamina candente -is bis in die [*gr. Hippiatr. I p. 363, 12* ἐπικαίων, *syn. Veg. mulom. 2, 55, 7* ures; -es *l. v.*]. PRVD. perist. 10, 486 -sta lamminis ... cutis). 6, 38, 3 flemina secari et interdum -i solent. PLIN. nat. 23, 148 putamine nucis iuglandis dens cavus -itur. TERT. adv. Marc. 2, 16 p. 356, 8 *ferramenta medici* accuses, quod secent et -ant et amputent (*sim. iuxta posita ibid.* l. 10 *medicum* temere -entem. scorp. 5 p. 154, 18. LVCIF. moriend. 13 p. 313, 5 [*syn.* cauterio urat]). IVST. 2, 4, 11 -stis ... dexterioribus mammis *Amazonum* (*inde* OROS. hist. 1, 15, 3). PELAGON. 38 necesse est eum *equum* -i et usta curari (*gr. Hippiatr. I p. 12, 4 καυτηριασθῆναι. inde* VEG. mulom. 1, 34, 3 loca cauterio -enda sunt). 44 -as (*gr. Hippiatr. I p. 134, 4 καυτῆρα πρόσαγε*). 256 (*gr. Hippiatr. I p. 378, 21 καίειν, syn. Chiron 616* ad usti⟨onem⟩ perveniunt). *al.* CHIRON 38. 39 hunc -imus per totos lumbos (*gr. Hippiatr. I p. 326, 16 καύσομεν, syn.* uri, adures). 507 (*syn.* cauteriza). *al.* HIER. hom. Orig. in Ier. 9 p. 653[B] si ... *medicus* -sserit plagam, curat eum, qui secatur et uritur. CAEL. AVR. chron. 5, 1, 19. 5, 1, 21 manum ... involutis -unt cauteribus. *et saepius.* *in imag.*: AVG. ord. 1, 1, 3 p. 123, 3 qui plagas quasdam opinionum ... aut solitudine -unt aut liberalibus medicant disciplinis. c *i. q. fervefacere, sc. liquorem testis candentibus immissis*: COLVM. 7, 5, 9 urina testis candentibus -sta (*opp.* subiectis ignibus).

II *praep. respicit ad indicationem loci, ubi aliquis (aliquid) uritur*: OV. met. 12, 275 arserunt crines et vulnere sanguis -stus terribilem stridore sonum dedit. LVCAN. 8, 787 semusta rapit resolutaque nondum ossa satis nervis et -stis plena medullis ... restinguit aqua. PLIN. nat. 12, 82 hominum in morte luxuria *tus, murram et similia* ... -entium defunctis (*sc. in rogo*). CIL IX 405 in hoc monimento ali -i licet nulli. VIR. ill. 77, 12 (*add. codd. dett.*) *Pompei* truncus ... a Servio Codro rogo -stus humatusque est. ZENO 1, 6, 5 *Isaac* lignum, quo -atur, sibi praeportat. HIPPOCR. aer. 9 p. 21, 3 *vesica* urinam non dimittit, sed in se decoquit et -it (συγκαίει). CAEL. AVR. chron. 2, 13, 168.

III *vi praep. prorsus evanida, i. q. comburere*: CAEL. AVR. chron. 5, 1, 18 *salicis* corticem -entes atque ex eius cinere pulvisculum facientes ... siccari sinimus.

deriv.: inustio, ? inustura.

1. īnus *vel* īnum (*abl.* -ō) *v. vol. VII 1, 806, 8.*

[**2. inus** *vel* inum (*abl.* -ō). *falso*: PS. APVL. herb. app. 124 sucum ... cum -o siriatico ... teres (*lege* cumino, *cf. vol. IV 1379, 27 sq.*).] *Hi.*

***inūsitātus**, -a, -um. *ab* in *et* usitatus. *compar.* (*v. et l. 53*): CAES. *p. 273, 74.* AVG. loc. hept. 5, 58 p. 610, 9 quaest. hept. 4, 16 p. 326, 15. *al.* *superl.*: AVG. civ. 10, 12 p. 422, 21 D. quaest. hept. 4, 57 p. 363, 13. *v. et l. 69.* NOT. Tir. 24, 89 -um. GLOSS.[L] III Abstr. IN 175 (*al.*) inpopularis -a. GLOSS. II 222, 32 ἀκατάχρηστος -us. *gr. resp. e. g.*: ἄπειρος: CAPREOL. epist. 1, 2 p. 845[D] (*gr. Conc.[S] I 1, 2 p. 53, 17*). ἀσυνήθης: *p. 273, 5.* *legitur inde a* LVCIL. [*confund. in codd. praecipue c.* invis-. *dub.*: PLIN. paneg. 5, 2 *deorum* favor ... -o enotuit (-o ⟨omine⟩ *Keil, sim. alii*; -e notuit *Münscher*).]

1 *in universum: i. q. vel contra consuetudinem vel omnino non usurpatus, adhibitus*: *-a sunt*: a *dicta, scripta sim. sive obsoleta sive novata sive plane abhorrentia ab usu* (*cf. definitiones*: CIC. de orat. 3, 153 -a sunt prisca fere ac vetustate ab usu ... intermissa. PRISC. gramm. II 371, 18 -a sunt, quibus non inveniuntur usi auctores): LVCIL. 650 siquod ver⟨b⟩um -um aut zetematium offenderam (CIC. de orat. 3, 152 aut -um verbum aut novatum aut tralatum. Brut. 259 quominus -is verbis uteretur [*opp.* sermonis usitati]. fin. 3, 5. GELL. 15, 13, 2 ex altera parte. *al.*). RHET. Her. 4, 7, 10 quod commodi esset in hoc libro, ... quod asperius et -um (-ius *l. v.*). CIC. Arch. 3 uti prope novo quodam et -o genere dicendi (de orat. 3, 66 orationis ... genus). orat. 80 aut translatum ..., aut factum ab ipso *oratore* et novum, aut priscum et -um *sc. verbum* (usitatum *l. v.*). *ibid.* -a (us- *l. v.*) ac prisca. part. 22 cum aliquid aut -um (*cod. Viteb.*, tuum *P*, invisum tuum *dett.*) aut inauditum aut novum dicas. ad Q. fr. 1, 2, 8 tolle omnes ... iniquas, ... -as, ... contrarias *litteras* (*cf. p. 274, 4*). QVINT. inst. 8, 4, 16 nec inproprium nec -um nomen est. DIOM. gramm. I 374, 2 'aio' verbum -am habet declinationem. AMBR. hex. 5, 12, 38 p. 171, 16 avius ... et -us in tali genere scriptionis sermo. COD. Iust. de emend. cod. 3 nulla ... nec simili nec diversa nec -a *constitutione* relicta. *al.* *c. dat.*: CIC. de orat. 2, 98 -um nostris quidem oratoribus leporem quendam et salem. VAL. MAX. 8, 3, 2 *mulier* -is foro latratibus ... tribunalia *exercuit*. APVL. apol. 38 cum res cognitu raras, tum nomina etiam Romanis -a (PORPH. Hor. carm. 3, 25, 12 carmen). AVG. quaest. hept. 3, 81 p. 302, 6 ea ... scripturarum est usitata locutio, quae nobis -issima est. *al.* *c. praep.*: AVG. de serm. dom. 1, 9, 23 *verbum* in Graeca *lingua* -um. b *varia* (*v. p. 273, 36. pro subst. l. 82*, -um est *c. inf. p. 273, 3*): VARRO ling. 9, 21 -is formis vasorum recentibus e Graecia adlatis. CIC. Caecin. 36 sic nemo umquam interdixit; novum est, non dico -um (invis- *Halm*), verum omnino inauditum. Mil. 23 *non* omnis confessio facti est -a. orat. 11 quod -as vias indagemus, tritas relinquamus (*in imag.; sim.*: COD. Iust. 3, 1, 14, 1 viam non -am). Att. 3, 24, 2 *causa* non modo necessaria non fuit, sed etiam -a ac nova. CELS. 3, 22, 2 -os aut inutiles cibos aliquis adsumpsit. PLIN. epist. 4, 9, 17 Caepio ... veniam dedit facto vetito quidem, non tamen -o. VLP. dig. 7, 1, 17, 1 (*ex Aristone*) contrariis ... ministeriis aut -is artificium eius *servi* corrumpere. TERT. nat. 1, 4, 12 compertā causā novae sedulitatis et -ae captivitatis *uxoris* (*i. conversione ad deum*). SYMM. or. 4, 2 nova sunt, quae adgredimur, sed vestra humanitas auctor est -a faciendi. *al.* *c. dat. indicante, quis non usurpet aliquid* (*cf. p. 273, 72*): CIC. Rab. Post. 44 quam *Caesaris* ... in novo genere bonitatem -am

[Stiewe]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

claris . . . viris. VAL. MAX. 9, 11 ext. 3 quid hoc *factum sceleratum* quasi -um illis gentibus miremur? FLOR. epit. 3, 2, 6 cum hic mos *tropaea statuendi* -us fuerit nostris. CONC.S I 5 p. 119, 38 quod . . . non sit -um nec insolitum sanctis patribus dicere carnaliter . . . natum *Christum* (*gr. I 1, 7 p. 37, 18 οὐκ ἀσύνηθες*).

2 *significantius c. colore mirandi: transit in notionem q. e. eximius, singularis, mirus sim. (fere i. q. incognitus l. 30. 72). hic illic proxime accedit ad usum vocis q. e.* invisitatus, *quae saepius occurrit in l. v. (cf. p. 222, 40 sqq.) vel per coni. restituitur; cum autem -us ubique fere defenderetur a Löfstedt, Coniectanea I p. 89 sqq., in vocibus secernendis nonnisi formas in codd. servatas secuti sumus, monentes tamen scripturam -us in aet. inferiore praevaluisse, ita ut fort. in exemplis antiquioribus nonnumquam, praecipue sub tit. a, per scribarum licentiam irrepserit.* *-a sunt:* **a** *animantia eorumque (mortui l. 20. deorum l. 32) species exterior (ubique fere coni.* invis- *viri docti. c. dat. l. 26. 27. 34)*: ACC. trag. 340 (NON. p. 226, 1) speciem humanam -am egregiam ([invis- *Ribbeck*, invisito tam *Bothe*, invisita tam *L. Mueller*]. HYG. fab. 138, 2 *Chironis* [invis- *Staveren, cui favet locus pendens p. 225, 22*]). CIC. Phil. 11, 2 ecce tibi geminum in scelere par, -um (invis- *unus cod.*) inauditum ferum barbarum. off. 3, 38 *Gyges* corpus hominis mortui vidit magnitudine -a ([invis- *B¹ V H¹*]. CVRT. 4, 4, 3 *de belua*. PLIN. nat. 8, 149 [invis- *DFd¹*]. PS. QVINT. decl. 3, 13 p. 52, 11. GELL. 3, 9, 3 [invis- *l. v.*]. AMM. 28, 4, 13 antehac). LIV. perioch. 13 p. 19, 3 elephantorum maxime -a facie territis militibus (*cf. p. 225, 19*). SEN. dial. 5, 17, 3 *hominem mutilatum* velut novum aliquod animal et -um (EPIT. Alex. 52). IVST. 18, 1, 6 -a ante elephantorum forma (25, 1, 6 barbaris [invis- *l. v.*]. AVG. civ. 16, 8 p. 135, 30 D. quamlibet nostris -am sensibus gerat *homo* corporis formam seu colorem *eqs. cf. l. 32*). AMM. 31, 3, 8 -um antehac hominum genus (*de Hunis*). SVLP. SEV. dial 1, 15, 7 -ae ferae pellem. *c. mero colore ignorandi: i. q. incognitus (si modo recte trad.)*: APVL. flor. 10 p. 41 mediae deum potestates, quas licet sentire, non datur cernere, ut Amoris ceterorumque id genus, quorum forma -a (invisitata *Itali, ita ut pertineret ad p. 222, 68*), vis cognita. AMM. 30, 4, 17 si . . . advena . . . -um sibi antea Marcianum . . . quaesierit oratorem.

b *varia (exempla ab usu sub 1 allato hic illic vix disiungenda)*: *α nude positum (pendet acc. c. inf. l. 51. 64 [cf. l. 40. 44], coni.* ut *l. 45)*: RHET. Her. 1, 4, 7 nos de rebus magnis, novis, -is verba facturos (4, 48, 61 VARRO rust. 3, 9, 17 CIC. fin. 3, 15 ac. 1, 24. SEN. contr. 10 praef. 5 res nova et -a [invis-, instituta, insueta *vv. ll.*] *est* supplicium de studiis sumi. *al.*). 2, 30, 49 singulare esse maleficium, spurcum, nefarium, -um. 3, 22, 35 si quid videmus aut audimus egregie turpe, inhonestum, -um (inauditum *l. v.*), magnum, incredibile. CIC. Cluent. 173 illud quam non probabile, . . . -um, . . . novum, in pane datum venenum! Manil. 62 quid tam -um, quam ut . . . eques Romanus ad bellum maximum . . . mitteretur? Rab. perd. 13 suppliciis (invis- *Halm*; *seq.* inaudita). Cael. 57 -ae (inlustria, lustra *vv. ll.*) libidines, luxuries, omnia denique inaudita vitia. har. resp. 63 terrae motu quodam novo contremescunt et -o (inviss- *P¹*) aliquid sono incredibilique praedicunt. Marcell. 1 tam -am (invis- *Eberhard*) inauditamque clementiam. Deiot. 1 est ita -um regem reum capitis esse. div. 1, 93 multa -a (invis- *l. v.*) partim e caelo alia ex terra oriebantur. 2, 138 quae est . . . forma tam -a (invis- *l. v.*) tam nulla, quam non sibi ipse fingere animus possit? (*seq.* quae numquam vidimus). Att. 8, 8, 1 tanti, tam -i consilii. CAES. Gall. 2, 31, 1 *oppidani* nova atque -a specie commoti ([*i. turri appropinquante moenibus*]. PLIN. epist. 6, 16, 4 nubem -a [invis- *a*] et magnitudine et specie). 4, 25, 2 -o genere tormentorum permoti barbari (BELL. Afr. 19, 2 proelii. VAL. MAX. 9, 12, 2 casūs. *al.*). civ. 3, 47, 1 nova et -a belli ratio (VAL. MAX. 5, 9, 4. *al.*). CARM. pop. Gell. 15, 4, 3 portentum -um (invis- *Broukhusius*) conflatum est recens. SEN. contr. 9 praef. 5 velut ex umbroso . . . prodeuntes loco . . . lucis fulgor obcaecat, sic istos . . . omnia tamquam nova et -a (invis- *Gertz*) perturbant. VAL. MAX. 1, 7 ext. 4 malo (invis- *Halm*). 1, 8, 2 spectaculo. 5, 4, 7 quid . . . tam -um (invis- *Halm*), . . . inauditum quam matrem uberibus natae alitam *esse*? *al.* SEN. Phoen. 265 facinus ignotum efferum -um. epist. 91, 8 illis -is (invis- *Q*) velut novis obstupefieri. PLIN. paneg. 3, 3 gloria. SVET. Aug. 43, 4 si quando quid -um (invis- *MRT*) dignumque cognitu advectum esset. EPIST. Alex. l. 8 H. ne quid -um haberes. *et saepe.* *pro subst.*: PS. QVINT. decl. 17, 6 p. 306, 7 *pater* -a commentus est. PLIN. epist. 2, 11, 10 studium magna et -a noscendi. GREG. M. dial. 1, 2 p. 22, 20 M. ne -a (*i. miracula*) praesumeret *Libertinus.* *β c. dat. indicante, cui mirum, incognitum sit aliquid (paulo aliter p. 272, 83)*: CAES. Gall. 4, 25, 1 *navium longarum* species erat barbaris -ior. VITR. 5 praef. 5 -as et obscuras multis res esse mihi scribendas. FLOR. epit. 4, 2, 81 illud -um (invis- *Graevius*) Caesaris oculis nefas: . . . *militum* manus gradum retro dedit. PANEG. 11, 9, 1 hieme saevissima et his quoque regionibus -a. IVL. VAL. 3, 23 p. 131, 25 ut, si quid esset, quod -um (invis- *Mai*) aliis foret atque auditu mirabile haberetur, id sane resciscerem videremque. AVG. gen. ad litt. 5, 4 p. 144, 3 dies ille -us atque incognitus nobis, quem primum deus fecit. GREG. M. moral. 19, 4 p. 98A notitiam dei humanis sensibus -am, quam scire non potest nisi qui accipit. *al.*

adv. ***inūsitātē**. *compar.: p. 274, 3. 6. 8. superl.*: MACR. Sat. 1, 4, 19 (-e *l. v.*). GLOSS. II 226, 18 ἄνευ χρήσεως -e. *i. q. non usitato, insolito modo: c. verbis:* 1 *ad orationem, scripta pertinentibus*: CIC. Brut. 260 *Sisenna* recte loqui putabat esse -e loqui. orat. 155 *Ennius* -ius contraxerat . . . 'factum' . . . pro . . . 'factorum'. ad Q. fr. 1, 2, 9 epistularum . . . absurde et -e scriptarum. GELL. 7, 16tit. verbum . . . -e quidem, sed apte positum et proprie. 11, 15, 1 verbo -ius ficto. 17, 2, 16 -e 'diurnare' dixit (20, 6, 10 -e quidem, sed recte. AVG. quaest. hept. 3, 41 p. 276, 23. *al.*). AVG. in euang. Ioh. 61, 4 p. 1800med. -ius . . . Paulus . . . in epistola hoc fecit (*i. de se tamquam de alio locutus est*). *al.* 2 *aliis (v. et p. 272, 43)*: AVG. epist. 153, 24 p. 424, 2 magis . . . reprehendimus, qui talia *dona* -e repetiverunt, quam qui ea de more (eadem -e *l. v.*) sumpserunt. PS. AVG. serm. ed. Mai 60, 3 p. 123in. *magi* -e refulgentem stellam sequentes.

adv.? **inūsitātō** *v. p. 272, 42.* *Stiewe.*

inūsque *v. s.* in *vol. VII 1, 739, 43. 745, 16. 750, 78. 753, 31. 763, 29.*

inustio, -ōnis *f.* *ab* inurere. *fere i. q. nota inusta, macula igne impressa*: IVL. VAL. 1, 9 p. 16, 23 -o . . . fortuita quaedam eius (*i. Bucephalae equi*) coxae veluti taurini capitis imitamen insederat (*Ps.Call. 1, 15, 2 ἔγκαυμα*). 3, 37 p. 145, 5 cui (*i. saxo*) cum sint igneae quaedam maculae vel -es. FVLG. aet. mund. p. 159, 7 libidinis cauterium genuina feculentiae -e signatum. RVFIN. Orig. in Ios. 5, 6 p. 320, 14 est et illud 'opprobrium Aegypti', quod . . . vetustae consuetudinis -e suggeritur. 10, 1 p. 358, 7 *ei* qui salvandi sunt, ita tamen, ut non absque alicuius notae -e salventur.

? **inustūra**, -ae *f.* *ab* inurere, *cf.* ustura; *sed fortasse legendum est* in ust-. *fere i. q. ustura, locus igne laesus*: ORIBAS. syn. 3 add. 1 La p. 893 *medicamine* utere . . . in podagras . . ., in inguinis et fimasin, inhusturis *eqs.* (*gr. p. 63, 11 εν φύμασιν . . ., ἐν κατακαύμασιν, syn. 3, 5 Aa p. 850, 26* usturas).

1. inustus, -a, -um *v. s.* inuro.

2. inustus, -a, -um. *ab* in (*negat.*) *et* ustus. *cf. Du Cange.* *i. q. non ustus*: GREG. TVR. Franc. 2, 1 p. 38, 6 *reus* prunas ardentes in byrrum suum posuit et . . . usque ad sepulcrum beati Martini . . . accedit proiectasque ante sepulcrum prunas vestimentum -um apparuit (*syn.* ab his ignibus . . . inlesum). 2, 6 p. 47, 9 *non* remansit in ea *urbe* locus -us praeter oraturium beati Stefani. *Hi.*

[PS. AVG. serm. ed. Caillau 2 app. 78, 1 magis . . . **inūsuālis** (usualis *recte serm. ed. Mai 151, 1*) circuli insuetum lumen ostendit nativitatem *Christi.*] *Stiewe.*

***inūtilis**, -e. *ab* in *et* utilis. *comparat.* -ior: CIC. off. 3, 84 OV. met. 13, 38. *al.* *superl.* -issimus: CELS. 4, 12, 7. *al. cf. et* -is admodum *p. 277, 48*, maxime -em *p. 277, 25*, valde -e *p. 278, 44*, vehementer -is *p. 275, 81*, summe -ia *p. 278, 66*. NOT. Tir. 24, 95 -is. *de notione*: HIER. in Am. 1, 4 p. 995B Aquila *transtulit ἀνωφελοῦς*, id est -em, ut ostenderet vana idolorum auxilia. GLOSS. ignavum -em. -es imbecillae. -is incommodus. *v. et l. 73. ἀνωφελής. ἀσύμφορος. ἀχρήσιμος. ἄχρηστος. cf. et gr.: ἄκαρπος p. 276, 22. ἀκρατής p. 277, 34. ἀνάπηρος p. 277, 39. ἀνόητος p. 276, 27. ἀνωφελής p. 275, 78. 82. 278, 22. 24. 57. ἄχρηστος p. 275, 81. 277, 57. 278, 10. cf. p. 277, 54. δύσχρηστος p. 277, 54. θολερός p. 279, 42. μάταιος p. 278, 56. οὐ χρηστός p. 276, 2. στρεβλός l. 82. φαῦλος p. 279, 43. v. et p. 275, 27. 55. 279, 27. 39.* *notabiliora de usu et structuris: finis indicatur: per* ad (*inde a* TER., *p. 275, 43.* RHET. Her. *p. 275, 66.* CIC. *ter*): CAES. Gall. 7, 27, 1 *et l. 70. p. 277, 65. 66.* civ. *p. 277, 69* (LIV. *p. 277, 66.* VAL. MAX. *p. 277, 75. al.*). *per dat.*: CAES. Gall. 7, 78, 1 *p. 277, 67* bello (OV. epist. 1, 105 *p. 277, 72.* LIV. 4, 31, 2 *p. 278, 74 et p. 277, 67.* VAL. MAX. 6, 9, 1. *al.*). *accedit inf.: v. p. 278, 10. supin.: v. p. 276, 16. 17. 278, 83.* -e est, ut: *v. p. 278, 41 sq.; c. inf. p. 278, 25 sqq.* *in figura q. d. litotes passim.* *legitur inde a* PLAVTO, TER., LVCIL., RHET. Her., CIC., VARRONE (rust.) *per totam latinitatem.*

[*e coni.*: LAVD. [Turiae] CIL VI 1527 II 11 ⟨reddito iam non -i⟩ cive beneficio . . . apsentis Caesaris Augusti (*suppl. Mommsen*). VELL. 2, 47, 4 exemplo -i (*Ursinus*, inutiliter *AP*).]

I ***qui usui non est, utilitate caret*:** **A** *de rebus*: 1 *corporeis*: **a** *i. q. usui non aptus, utilitatem non praebens*: *α de variis rebus ab hominibus vel factis (v. et p. 275, 31) vel paratis (v. l. 77 sq.) sim.*: PLAVT. Asin. 763 si qua -is pictura sit, eam vendat. VARRO rust. 3, 4, 3 *aviarium coniunctum* -e invenerunt. CAES. Gall. 4, 29, 3 *naves* armamentis amissis ad navigandum -es (CVRT. 9, 10, 4. *al.*). VERG. Aen. 2, 510 -e ferrum cingitur *Priamus* (SERV. *ad l.* ipse -is [*v. p. 277, 17 sq.*]; ferrum . . . de his est, quae a coniunctis sumunt epitheta [GLOSS. IV 448, 32 -e ferro quo uti non posse vel ipse ⟨in⟩utilis]. SIL. 10, 316 STAT. Theb. 8, 140. *al.*). LIV. 39, 25, 8 quae (*oppida sim.*) reddiderit coactus Thessalis, -ia ut redderet curasse. 44, 35, 12 missilia in tenebris . . . -ia esse. PAVL. FEST. p. 88 *in cellis* reponi erant solita ea, quae in templo vetustate erant facta -ia. SEN. dial. 7, 23, 4 *de divitiis*: -es estis (PORPH. Hor. epist. 1, 7, 14 supervacuae . . . et -es divitiae). PLIN. nat. 13, 76 emporitica *charta* -is scribendo. VAL. FL. 1, 634 spectat . . . -e robur (*i. clavam*) Amphitryoniades. HIER. psalt. sec. Hebr. 78, 57 ut patres eorum incurvati sunt quasi arcus -is (*cf. gr. εἰς τόξον στρεβλόν, Vulg.* in arcum pravum). VVLG. Ier. 48, 38 sicut vas -e (Bar. 6, 15). AVG. civ. 6 praef. p. 242, 9 D. deos . . . falsos . . . esse -ia simulacra. BOETH. cons. 1, 3, 13 W. illi . . . circa deripiendas -es sarci-

[I. Kapp]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

nulas occupantur. Cod. Iust. 1, 17, 2, 22 sciat -is se esse codicis dominum. *al.* β *de iis rebus, quae existunt in rerum natura (per comparationem l. 5. fere c. respectu rei amatoriae l. 29)*: Verg. georg. 1, 88 exsudat -is umor *e terra*. Hor. carm. 3, 17, 10 algā litus -i . . . tempestas . . . sternet (*cf.* Ov. Pont. 2, 1, 15 *de poeta*: nos quoque . . . sentimus, -is herba, numen). epod. 2, 13 -es . . . ramos amputans (*cf.* Pallad. 3, 13, 2 ramulis. *al. sim.*: Colvm. 3, 10, 21 pampinarium et sagittam velut -es. 5, 5, 16 -ia sarmenta decidunt). Liv. 22, 28, 5 ager . . . -is insidiatori (Pallad. 1, 6, 13 silvis -bus tectus. Clavd. Don. Aen. 11, 315 p. 460, 30. *cf. infra l. 35*). Phaedr. 1, 2, 23 *ranae* alium rogantes regem misĕre ad Iovem, -is quoniam esset qui fuerat datus (*sc. tigillus*). Colvm. 2, 10, 35 cicera . . . hominibus non -is. 11, 3, 57 nec arida *cepa* -is ad pulmentaria condenda. *al.* Plin. nat. 16, 105 cornus . . . ligno . . . fungosa et -is (*sc. ad usum, fabricam. cf.* 36, 166 tofus aedificiis -is est . . . mollitiā. Pallad. 12, 15, 2 alnus fabricae -is). 20, 20 radix ad omnia -is. 23, 73 nigra oliva stomacho -ior, ventri facilior (26, 86. 31, 98 *sal* stomacho tantum -is praeterquam ad excitandam aviditatem. *saepe* [*v. et p. 279, 34*]. *cf.* Mart. 3, 47, 9 pigro . . . ventri non -es betas). 37, 120 sappiri . . . -es scalpturis. *al.* Mart. 13, 22, 1 -is uva Lyaeo (*i. vino*). Ps. Qvint. decl. 13, 19 flores tuos *veneno* -es fecisti. Iren. 5, 10, 2 oleaster, si non percipiat insertionem, perseverat -is suo domino. Ps. Orig. tract. 15 p. 164, 22 nullum . . . aliud remedium -ium aquarum, nisi *eqs.* (Hil. myst. 1, 34 p. 25, 21. *al. cf. Vulg. exod. 15, 25*). Pallad. 11, 11, 2 vetus semen -e est vel sationi vel usui. *al.* Clavd. Don. Aen. 1, 540 p. 108, 30 terra . . . -is et deserta (*cf.* Mvtian. Chrysost. hom. 20, 3 p. 363p. med. educet nos de Aegypto infructuosa et -i [*gr. p. 146a. med.* ἀνονήτου καὶ ματαιοπόνου]). Ps. Orig. hom. in Matth. 4, 4 p. 266, 21 multae . . . arbores . . . ferunt . . . malum et -em fructum. *al.* *nota* (*v. l. 3. cf. p. 274, 67*): Hor. sat. 1, 8, 1 olim truncus eram . . . -e lignum, cum faber . . . maluit esse deum *Priapum eqs.* (Priap. 73, 3. *cf. de tabellis, epistulis ab amica spretis*: Ov. am. 1, 12, 13). Ov. am. 3, 7, 15 truncus iners iacui, . . . et -e pondus (*cf. p. 277, 31*).

b *sensu speciali ap. ICtos (v. p. 276, 47): qui fructum, reditum non praebet possessori*: Cod. Theod. 10, 3, 4 ager . . . -ior (*ibid. iterum. cf.* Tab. Albertini 23, 5 [*a. 495*] -elem agri f[i]rustellum. *ad rem v. Rostovtzew, Röm. Kolonat, p. 394, 1 fundi -iores. p. 395, 1*). 11, 1, 4 (= Iust. 11, 59, 2) *emptor* earum possessionum onera subiturus est, quae penes distractores -es permanebunt. Cod. Iust. 3, 34, 14, 1 *v. p. 280, 31.* 6, 61, 8, 4c *res* immobiles, steriles quidem, non tamen -es. Inst. Iust. 2, 4, 1 *ne omnino* -es essent proprietates semper abscedente usufructu.

2 *incorporeis: afferuntur*: a *varia et generalia*: Ter. Andr. 287 nec clam te est, quam illi *puellae forma et aetas* . . . -es . . . ad pudicitiam . . . tutandam sient. Cic. inv. 1, 12 quaeritur . . . iustum an iniustum, utile an -e *factum sit* (*al.*). 2, 77 de facto turpi (*opp.*) . . . aut -i aut utroque. Att. Cic. Att. 9, 10, 6 praecipitem profectionem . . . tibi . . . -em et periculosam puto. Hor. carm. 1, 14, 13 *navi* et genus *Ponticae pinūs* et nomen -e. Ov. epist. 13, 27 officium . . . pium, sed -e nobis (*cf.* Sen. Oed. 853 -e isti [*pastori seni*] munus infantis dedi. benef. 4, 15, 4 beneficia). Sen. epist. 82, 24 nihil est acutius arista; quaedam -ia et inefficacia ipsa suptilitas reddit. Gell. 15, 2tit. Plato . . . invitatiunculas vini non -es esse existimabat (*cf.* Vita Melan. 29in. [BHL 5885] sobrietatem ita dilexit, ut . . . iuvenes et adulescentulas . . . de -i conversatione huius saeculi converteret [*gr. BHG 1241* ὡς . . . πείθειν ἀφίστασθαι τῆς ἀκολασίας καὶ ἀσέμνου πολιτείας]). Iren. 3, 12, 6 superfluus . . . et -is adventus domini parebit. Hil. in psalm. 118 thet 7 p. 437, 22 lac . . . -i sapore amaroque corrumpitur. *al.*

b *specialia, quae spectant ad*: α *doctrinam, argumentationes cogitationesque, disciplinas, artes, opuscula sim. (saepius subest doctrina philos., rhet. sc. boni divisio in* utile *et* honestum, *mali vel rei usu carentis in* -e *et* inhonestum *sim., cf. et l. 44 sq. p. 276, 35. 278, 60. 83)*: Lvcil. 1330 virtus, scire, homini rectum, utile quid sit, honestum, quae bona, quae mala item, quid -e, turpe, inhonestum. Rhet. Her. 2, 12, 17 ratio refelletur . . . aut falsa . . . aut -is aut turpis aut iniuriosa (Apvl. apol. 8 rationem . . . neque -em neque iniucundam. *cf.* Rhet. Her. 3, 10, 18 argumentationes . . . neque -es ad dicendum. *aliter l. 70*). Cic. de orat. 2, 67 de rebus . . . honestis aut turpibus, utilibus aut -bus . . . dicendum. fin. 1, 12 *de disputatione ad iuris controversiam pertinente* quod et acutum genus est et ad usus civium non -e. Vitr. 10, 9, 1 transfertur . . . cogitatio scripturae ad rationem (*sc. agendi*) non -em. Qvint. inst. 9, 4, 58 verba . . . dure inter se commissa potiora sunt -bus. 11, 3, 57 vitium *oratoris* . . . cantandi, quod -ius sit an foedius nescio. Fronto p. 48, 4 v.d.H. (p. 52 N.) sine istis artibus omnem orationem absurdam et agrestem . . ., inertem atque -em puto. Lact. epist. 31, 5 p. 707, 10 *quae Epicurus docet*, delira et -ia. Hil. in Matth. 5, 8 p. 947A ineptiam -issimae quaestionis deus arguens (Serm. Arrian. frg. I 6 p. 608C quaestiones vanissimas et -issimas. Vvlg. Tit. 3, 9 -es et vanae [ἀνωφελεῖς]). 12, 19 p. 991A otiosi, id est inepti et -is dicti. Avson. 338, 1 p. 156 P. technopaegnion . . . -e opusculum (*cf.* Cassiod. hist. 5, 42, 16 *nefandae epistulae* abiciantur, eo quod vehementer -es sint [*Theodoret. 2, 28, 2* διὰ τὸ ἄχρηστον καὶ ἀνωφελές]). Ps. Soran. quaest. med. 50 p. 253, 36 cetera . . . omnia -ia *ad empiricam medicinam* et superflua sunt. Conc.S I 3 Rustic. p. 44, 24 neque contemnas causam sciente diabolo . . . multas -es causas ad culmen evehere . . ., ita ut eas inemendabiles faciat (*gr. I 1, 1 p. 93, 37* οὐ χρηστῶν πραγμάτων). Cael. Avr. acut. 3, 19, 191 quorum (*malorum sim.*) . . . intellectus aptus rationi est ob causarum scientiam, -is vero ac ⟨non⟩ (*add. Bendz*) necessarius curationi.

β *eruditionem, studium sim.*: Cic. inv. 1, 27 quod . . . non -i cum exercitatione dicitur (*cf.* Qvint. inst. 2, 4, 26 neque -i et nobis etiam iucundo genere exercitationis). de orat. 3, 61 discidium . . . quasi linguae atque cordis (*i. mentis*) absurdum . . . et -e et reprehendendum, ut alii nos sapere alii dicere docerent. fam. 1, 9, 23 libros . . . 'de oratore' . . . arbitror Lentulo tuo fore non -es (Qvint. inst. 1 prooem. 6 erudiendo *puero* . . . non -es fore libri). Ov. trist. 4, 10, 21 studium (*i. poesin*) quid -e temptas (*opp. rhetoris. cf.* Sen. dial. 10, 13, 1 qui litterarum -ium studiis detinentur). Vell. 1, 14, 1 non -i rerum notitia. Sen. epist. 94, 39 philosophia . . . nec . . . -is et formandis animis inefficax est (Ps. Varro sent. 80 philosophiam -em mentientes. *cf.* Sen. epist. 108, 36). Gell. 2, 29tit. apologus Aesopi . . . memoratu non -is (*c. supin.*: Ambr. fid. 5, 18, 220 p. 694B cognitu -ia. *v. et p. 278, 83*). Inst. Iust. de inst. promulg. 3 tam aures quam animae vestrae nihil -e nihilque perperam positum . . . accipiant. *al.*

γ *animi motus et affectus, indolem sim.*: Liv. 3, 33, 8 consensus *iudicum* privatis interdum -is est (*cf.* Conc.S I 5 p. 370, 38 ut mutua eorum conspiratio non habeatur -is [*gr. I 1, 7 p. 73, 11* ἄκαρπος . . . σύμφραξις]). 3, 71, 8 -i pudore. 25, 37, 10 in muliebres et -es se proiecissent fletus (*cf.* 37, 7, 4 Aetolos . . . complorantes -i lamentatione fortunam gentis. *cf. et p. 277, 26*). 31, 32, 2 paenitentiam seram atque -em. Vvlg. I Tim. 6, 9 qui volunt divites fieri, incidunt . . . in laqueum diaboli et desideria multa -ia et nociva (ἀνοήτους καὶ βλαβεράς). Svlp. Sev. dial. 1, 22, 5 ne quem . . . incerta mobilitas -i levitate compellat semel coepta deserere. *al.*

δ *rem publicam: de iis*: (I) *quae bello vel pace aguntur (cf. p. 277, 62 sqq., v. e. g. p. 275, 9 et similia exempla suis locis allata necnon p. 278, 64 sqq.)*: Rhet. Her. 2, 14, 22 accusator utetur loco communi in eum, qui -e utili praeposuerit. Cic. Flacc. 16 bella -ia suscipiebant (*al.*). Manil. 71 simultates . . . mihi non necessarias, vobis non -es. Phil. 5, 50 potentiam. 11, 21 dicam, cur -e rei publicae, sed prius, quam turpe consulibus sit, videte. div. 2, 11 quaeritur, . . . quae leges, qui mores aut utiles aut -es *sint* (Liv. 34, 6, 5 nullam *legem* abrogari debere . . ., nisi quam . . . status . . . rei publicae -em fecit. *cf. p. 278, 67*). Att. 1, 20, 2 ratio mihi . . . non -is, sed . . . rei publicae multo . . . utilior quam mihi. Liv. 6, 40, 9 rogationes . . . seu utiles, seu -es. 31, 29, 3 experta -i societate Romana *Aetoli* pacem cum Philippo *fecerant. al.* Sen. contr. 2, 1, 20 adoptionem -em esse (*ibid. saepius*). Sen. dial. 9, 46 numquam -is est opera civis boni. Stat. Theb. 6, 552 *cursus* nec -e bellis subsidium, si dextra negęt. Tac. hist. 3, 40, 2 -i cunctatione agendi tempora consultando consumpsit. Clavd. Don. Aen. 12, 235 p. 583, 6 -is foederis murmur. Svlp. Sev. dial. 1, 22, 2 -em militiam cum vano honore contemnere. *al.* (II) *quae ad ius pertinent (v. et p. 275, 34. 279, 79. 84)*: (A) *quae utilitatem non habent, sc. sensu generali*: Ivlian. dig. 45, 1, 56, 1 -e pactum . . . coheredibus . . . erit. 46, 8, 22, 8 domino . . . propter exceptionem actio -is esset. Cod. Theod. 1, 11, 2 ad hanc . . . -em praecepti novitatem. Cod. Iust. 7, 25, 1 -es legis antiquae dispositiones. 7, 31, 1, 5 -bus ambiguitatibus et differentiis sublatis. 8, 15, 1 (*a. 194*) non -is erit exceptio *eqs.* (B) *notione speciali inde (v. e. g. l. 56) derivata, quae fere est i. q. irritus, vanus, abolitus, nihil valens*: Gaivs dig. 28, 2, 30 filio . . . praeterito -e est testamentum (inst. 2, 147 non . . . per omnia -ia sunt ea testamenta, quae *eqs.* 2, 248 alioquin -e est testamentum. Inst. Iust. 2, 12 pr. *al.*). Papin. dig. 20, 6, 1, 1 donationem . . . -em esse (*ibid.* Cod. Iust. 8, 53, 35, 5b. 8, 56, 4 neque *donatio* propter hoc . . . inefficax esse atque -is videatur. *al.*). Vlp. dig. 37, 11, 6 nec ad bonorum possessionem -is institutio proficit (Cod. Iust. 6, 38, 4 pr. Inst. Iust. 2, 14, 12 ignorantia . . . testantis -em institutionem non facit. *al.*). 45, 1, 1, 5 *stipulatio* una utilis, alia -is, neque vitiatur utilis per hanc -em (Gaivs inst. 3, 103 pro altera . . . parte -em esse. Cod. Iust. 5, 13, 1, 1a [*opp.* valida]. Inst. Iust. 3, 19tit. *al.*). *al.* Gaivs inst. 2, 196 legatum (2, 198 iure civili. Cod. Iust. 3, 33, 14, 1 quidam -e legatum esse existimabant. Inst. Iust. 2, 20, 10. *al.*). 3, 158 mandatum. *al.* Cod. Iust. 1, 14, 5, 1 (*a. 439*) ea quae lege fieri prohibentur, si fuerint facta, non solum -ia, sed pro infectis etiam habeantur (*affert* Greg. M. epist. 9, 197 p. 186, 31). 5, 5tit. de . . . -bus nuptiis. 6, 27, 5, 3 sive utilis esset talis substitutio . . . sive -is *eqs. al.* Inst. Iust. 3, 19, 12 verborum obligatio inter absentes concepta -is est.

B *de animantibus: fere i. q. ad usum non sufficiens, nihil efficiens, debilis, invalidus sim.*: 1 *de hominibus (de deis p. 277, 13)*: *cum respectu*: a *muneris, officii, negotii (de militibus sim. v. p. 277, 62 sqq.)*: Plavt. Pseud. 794 coquom . . . duco . . . multiloquom, gloriosum, insulsum, -em. Lvcil. 579 servus neque infidus domino neque -is quaquam (Pavl. dig. 11, 3, 14, 9. Cod. Iust. 2, 18, 10 [*a. 222*] non -em domino. Pelag. in Eph. 6, 5 p. 381, 1 providet . . . apostolus, ne doctrina dei . . . blasphemetur, si credentes servi suis dominis -es fiant). Cic. Att. 2, 22, 7 neglegentis hominis et non boni poetae, sed tamen non -is. Colvm. 3, 10, 6 -issimus quisque . . ., qui nullum alium laborem ferre queat, huic officio applicatur. Apvl. met. 9, 11, 5 rebar (*i. Lucius ut asinus scilicet*), ut minus aptum et huius

[I. Kapp]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

modi ministerio satis -em me ad alium ... laborem legatum iri. IREN. 5, 26, 1 alii *reges* ... pigri et -es erunt (*opp.* fortes et agiles). PETRON. BONON. serm. 2, 58 (RevBén. 14, 1892, 5) nescio, fratres ..., qua ratione me -em rebus arduis *episcopum ordinavistis*. COD. Theod. 16, 2, 11 clerici, qui ... patrimonio -es sunt, ad munera curialia minime devocentur. COD. Iust. 1, 26, 3 (*a. 389*) si quos iudices vel propter adversam ... corporis valetudinem (*v. l. 30*) vel propter neglegentiam aut ... simile aliquod vitium sublimitas tua -es esse reppererit *eqs.* PS. ORIG. hom. in Matth. 4, 4 p. 266, 17 operarios ... malos et infideles, ... iniquos atque -es. CAES. AREL. serm. 1, 1 p. 3, 13 velut -is negotiator margaritas dominicas ... offerre praesumpsi. VITA Caes. Arel. 2, 22 p. 493, 1 in quo ministerio (*sc. baculi portandi*) -is ego serviebam. *al.*
de deis: IREN. 5, 4, 1 qui alterum affingunt patrem praeter demiurgum ... infirmum et -em et neglegentem inferentes eum *eqs.* AVG. civ. 3, 17 p. 123, 22 D. diis -bus populus ... *pestilentia* fatigatus ... lectisternia *exhibuit.*

b *corporis nec non aut partium eius aut functionum sim.* (*cf.* GLOSS. *p. 274, 73 et ea, quae l. 62 sqq. inserta huc pertinent*): CIC. nat. deor. 2, 145 umorem *nares* ... habent ad pulverem multaque alia depellenda non -em. OV. epist. 4, 7 ter -is haesit lingua. met. 12, 344 corpus (SEN. epist. 58, 34 -e ministeriis. 101, 12 corpore fracto et -i). SEN. contr. 7, 4, 5 *filios* aegros, -es. 10, 4, 16 multos patres exponere solitos -es partus (*cf.* CVRT. 9, 1, 25 aliqua parte membrorum -es ... necari iubent). 10, 5, 17 senem -em, expiraturum (10, 5, 18 elegisse vilissimum et maxime -em). CELS. 7, 2, 6 *cutem* -em futuram. 8, 10, 2[D] ne ... -e brachium efficiant. SEN. dial. 12, 5, 4 lacrimis. PLIN. nat. 21, 158 sanguinem. 28, 97 *pilos* palpebris -es tolli (32, 70. 75. *al. cf. p. 278, 43*). MART. 2, 90, 3 vivere quod propero pauper nec -is annis (*cf.* 7, 64, 5 qua ... arte graves tolerabis -is annos?). MOD. dig. 48, 19, 22 in metallum damnati si valetudine ... -es operi faciundo deprehendantur *eqs.* (COD. Iust. 1, 26, 3 *v. l. 7*). IVVENC. 2, 585 iuvenem ... cui pondus -e (*cf. p. 275, 33 et Verg. Aen. 10, 341*) palmae pendebat. FIRM. math. 5, 3, 51 p. 46, 12 uxores ... erunt -es et tales quae *eqs.* HIPPOCR. aer. 10 p. 23, 24 *feminae* -es infantes generant (ἀκρατέα). PS. SORAN. quaest. med. 190 initium aegritudinis, cum -is efficitur homo gravatus passione. MARCELL. med. 33, 48 -es mares. CAEL. AVR. acut. 3, 8, 87 *vinum dulce* inflat ... etiam sanos et indigestos atque -es ... facit. ORIBAS. syn. 7, 22, 21 La p. 159[med.] incisum nervum periculus nullus sequitur, locus autem -is (insensibilis *Aa*; *gr. p. 227, 25* ἀνάπηρον). COD. Iust. 11, 48, 22, 3 -is *pater* ... et ruri non idoneus. ACT. Petr. 12 p. 60, 5 vocem ... infirmem et -em emittere contra ... apostolum. VITA Maxent. 9 (BHL 5973) *mulieris die dominico laborantis* manus ... sunt -es factae. *al.*

c *eruditionis, indolis* (*salutis l. 45*): CIC. off. 3, 31 ut ab homine inerti atque -i ad sapientem ... transferantur res *eqs.* OV. met. 13, 38 *Palamedes* sibi -ior ... commenta *Vlixis* retexit. SEN. benef. 4, 16, 2 hominem sibi ipsum (ipsi *l. v.*) -em. QVINT. inst. 12, 3, 5 *oratorem* nec -em ... neque ... imperitum velim. VLP. dig. 47, 10, 17, 17 is ... segnitior (*sic*) vel -is admodum, qui non sufficiat ... ad actionem. HIL. in Matth. 13, 1 p. 993[C] hi, qui extra (*ecclesiae fere navem*) sunt et arenae modo steriles atque -es adiacent. PRISCILL. tract. 1, 15 p. 14, 10 sapientia saeculari ... adhuc -es. PASS. Macc. 6, 17 non ita -es et imbecilli Hebraeorum filii sumus, ut *eqs.* (*μὴ οὕτως κακῶς φρονήσαιμεν*). VVLG. psalm. 13, 3 (= 52, 4) omnes declinaverunt, simul -es facti sunt (ἠχρεώθησαν). sap. 2, 12 *iustus* -is est nobis (δύσχρηστος). *al.* PS. ORIG. in Iob 2 p. 488[B] ex insipientibus *mulieribus* ... -bus, stultis, imperitis. CONC.[S] I 3 vers. Tur. p. 140, 17 facti ... sumus neque his qui hic sunt -es (*gr. I 1, 3 p. 43, 10* ἄχρηστοι). ORIG. in Matth. ser. 69 p. 163, 7 iste ... non solum quasi malus et piger arguitur, sed quasi -is *punitur.* PS. ORIG. hom. in Matth. 4, 7 p. 269, 9 audite desides, ... neglegentes, ... -es. CAES. AREL. serm. 61, 2 p. 257, 1 quis hodie invenitur ita -is vel ignavus, qui non omni die domum suam scopis mundari faciat? *al.*

d *belli rerumque civilium* (*cf. p. 276, 30*): CIC. inv. 1, 1 si quis omissis ... honestissimis studiis *in dicendo tantum se exercet* ..., is -is sibi, perniciosus patriae civis alitur (*cf.* 1, 91 malus atque -is. *al.*). CAES. Gall. 2, 16, 5 qui ... per aetatem ad pugnam -es viderentur (*cf.* 7, 77, 12 ad bellum [LIV. 23, 34, 12 ad belli munia sustinenda]. 7, 78, 1 valetudine ... -es ... bello [LIV. 5, 40, 9. INSCR. Rev. Arch. V 36, 1932, p. 204 n. 27 (const. veteran. a. 70) qui bello -es facti. SIL. 7, 105]. *al.*). civ. 3, 43, 3 *ut Pompei* equitatum ... ad rem gerendam -em efficeret. VERG. Aen. 2, 647 *Anchises* -is annos demoror. 10, 794 *Mezentius* -is ([SERV. auct. *ad l.* -is pro 'vulnere debilitatus']. *de sauciis*: LIV. 21, 53, 9. 43, 19, 10. *al.*). OV. epist. 1, 105 Laertes ... -is armis. LIV. 10, 24, 12 quin alter consul pro supervacaneo atque -i habeatur. 22, 51, 9 manibus ad capiendum telum -bus (SEN. contr. 1, 6, 2 obtritas catenis et -es. VAL. MAX. 3, 2, 11 ad retinenda arma). 29, 1, 6 segnes atque -es milites (PLIN. nat. 6, 138. *cf.* QVINT. decl. 225 p. 45, 27 *transfugae* -e ... militum genus). 31, 39, 12 una cohors non -is erat. 39, 26, 12 levium et -ium sociorum. 40, 15, 7 legatus pro patre non -is fui. *al.* VELL. 2, 80, 2 *Lepidus* -is ... *Caesaris* victoriae comes. SIL. 5, 31 -e Marti lixarum vulgus (IVV. 15, 126 imbelle et -e vulgus). SPART. Ael. 5, 2 *fuit Aelius* in re publica ... non -is. EPIST. Alex. l. 180 H. *bestia multos Macedones* calcatos -es fecit (l. 420). LACT. inst. 5, 20, 6 p. 469, 7 ut eos *qui sacrificare nolunt* ... aut perdant aut -es (*i. fere mutilos*) faciant. RVFIN. Clement. 9, 38 p. 220[ex.] multos ... -es reddidit, alios ... peremit. SVLP. SEV. chron. 1, 53, 4 turba -is servitio. COD. Theod. 7, 22, 1 si ad militiam -es resectis digitis indicentur *eqs.* 7, 22, 5, 2 veterani filius -is sacramento *non* cingatur. *al.*

2 *de bestiis* (*de hostia l. 21 sqq.*): VARRO rust. 2, 5, 17 *vituli* qui ... *sero* castrantur, duri et -es fiunt. 2, 7, 7 (*de equis*) quae post tempus nascuntur, fere vitiosa atque -ia existunt (PORPH. Hor. sat. 1, 2, 86 reges ... capti pulchritudine -es equos mercentur. IVST. 12, 1, 2 equorum maior pars ... amissa, -es etiam, qui superfuerant, facti. PELAGON. 269 etsi evaserit ..., -is viribus erit [*gr. Hippiatr. I p. 190, 13* ἄχρηστος]. CHIRON 747 *gemini* erunt ... ambulare -es). 3, 16, 18 -es (*an i. noxii? cf p. 279, 44*) ... fiunt *plures apium reges* propter seditiones. SEN. epist. 121, 24 quae *animalia* aliis -ia sunt, sibi ipsa non deesse. CVRT. 9, 7, 16 saginati corporis ... -em beluam (*per iocum de Dioxippo pugile*). COLVM. 6, 7, 2 vires carpit operique *bovem* -em reddit. PLIN. nat. 11, 238 quae *animalia* plures quaternis mammas habent caseo -ia. MART. 11, 69, 7 non me (*canem*) longa dies nec -is abstulit aetas. POMPON. dig. 7, 1, 69 (⌊ ⌋ *Vlp. dig. 7, 1, 68, 2*) ⌊debebit ex adgnatis gregem supplere, id est in locum capitum *animalium* defunctorum⌋ vel -ium alia summittere. CHIRON 285 (*de iumento insano*) si -is fuerit aut senes aut novellus, *medicamento* exiguo uteris. *al.* *nota* (*v. l. 4*): MVTIAN. Chrysost. hom. 18, 1 p. 351[ex.] ostendit -es esse hostias ad integram mundationem ([*gr. p. 133[ex.]* ἀνωφελεῖς]. *ibid.* p. 353[in.] quod non eas acceptabiles habeat deus veluti infructuosas et -es [*gr. p. 135[in.]* ἀνονήτους καὶ ἀνωφελεῖς]).

C -e est (*sim.*: arbitror *l. 36*, existimo *l. 38*) *c. inf., acc. c. inf.; c.* ut (*l. 41*): RHET. Her. 2, 15, 22 non -e fuisse rem in iudicium venire. 4, 5, 8 -e est ei ... putare *eqs.* CIC. inv. 1, 25 (*seq.* non incommodum est). 2, 90 hoc *reo* ... utile fuisse facere, -e autem non facere. 2, 135 aut -e aut turpe aut nefas esse ... non ... legi optemperare. off. 1, 32 *v. l. 80.* 3, 57. *al.* LIV. 45, 14, 4 *Masinissam* Africa excedere praeterquam quod ill -e esset, non esse e re publica. VAL. MAX. 7, 2 ext. 7 stultum et -e sit eas obtrectare vires. CELS. 4, 6, 5 COLVM. 2, 18, 1. 8, 14, 8. *al.* PLIN. nat. 23, 45 misceri plura *vini* genera omnibus -e (*an ad II?*). QVINT. inst. 1, 8, 15. 2, 3, 11. *al.* FRONTO p. 42, 4 v.d.H. (p. 46 N.) non -e erit eadem nos ... retractare. p. 109, 22 (p. 105 N.) tua ... tempora meis ... orationibus legendis occupare non -e tibi arbitraris nec infructuosum. PLIN. epist. 10, 31, 3 damnatos ... a re publica pasci otiosos -e, non pasci ... periculosum existimabam. VLP. dig. 16, 3, 1, 4. LACT. inst. 6, 18, 33 naturae repugnare impossibile est et -e. EPIST. Orcist. (CIL III 7000) 1, 37 ⟨es⟩t indignum ..., ut tam o⟨pp⟩ortunus locus civitatis nomen amittat, et -e commanentibus, ut *eqs.* (LEO M. epist. 12, 10 p. 655[A] -e est, ut sacerdotalis dignitas ... minuatur). ORIBAS. eup. 4, 20, 1 Aa p. 542[fin.] ebellere pilos de oculos -e est (*gr. aliter*). NICET. vigil. 9 p. 66, 5 valde -e est oculis vigilare animo dormiente. ORIG. in Matth. 16, 19 p. 111, 29 -e ... est ... *Iesum* praedicare, crucem ... tacere. *al.*

D *n. pro subst.* (*gr. v. l. 55. 57. 60 sq. aliter v. p. 279, 53*): RHET. Her. 2, 14, 22 qui -e utili praeposuerit. CIC. Tusc. 5, 114 utilia -ia (*in serie oppositorum*). SEN. dial. 3, 15, 2 *de fetibus monstrosis sim.*: ratio est a sanis -ia secernere. epist. 59, 13 multa -ia ..., nocitura optem (COD. Iust. 1, 17, 2, 16 multis -bus permixtum. *ibid.*). PLIN. nat. 37, 172 *lapis* politur ..., ut -ia exterantur. QVINT. inst. 3, 8, 33 nec tantum -bus comparantur utilia. PAVL. dig. 18, 1, 1 pr. olim ... *non nummis sim. emendo vendendoque*, sed unusquisque ... utilibus -ia permutabat. ITALA Is. 44, 9 (Iren. 3, 6, 3) sculpunt -ia (οἱ πλάσσοντες ... πάντες μάταιοι, *Vulg.* plastae idoli omnes nihil sunt). Ier. 2, 8 (Lucif. non conv. 8 p. 16, 17) post -ia abierunt (ὀπίσω ἀνωφελοῦς ἐπορεύθησαν, *Vulg.* idola secuti sunt). COD. Theod. 16, 2, 42 pr. inter cetera ... legationis -ia hoc etiam ... scribtum est. EVGRAPH. Ter. Andr. 306 p. 31, 14 ille dissuadet ab inhonesto et ab -i. PSALT. Cas. 55, 8 super -ia (ὑπὲρ τοῦ μηθενός, *Vulg.* pro nihilo). *al.*

II *fere i. q.* ***noxius*** (*cf. p. 279, 22*), ***perniciosus*** (*syn. e. g. p. 279, 20, aucta vi notionis l. 71*), *damnosus, malus sim.*: **A** *de rebus*: **1** *incorp.* (*cf. et p. 279, 13*): **a** *c. respectu rerum forensium, negotiorum civilium et publicorum, belli* (*v. et p. 279, 44 sq. 47*): CIC. inv. 2, 134 quodsi haec cum summe -ia tum multo turpissima sint, legem ... in praesentia conservari ..., post ... corrigi (*cf.* 2, 138 nullam ... legem, quae aliquam rem -em aut iniquam fieri velit [part. 135 iniqua lex aut -is futura]. Brut. 136 agrum publicum vitiosa et -i lege vectigali levavit. or. frg. A VII 21 [= 20 M.] legem Liciniam ... non modo -em, sed perniciosam rei publicae fuisse). off. 3, 101 potest ..., quod -e rei publicae sit, id cuiquam civi utile esse? NEP. Them. 7, 4 Athenienses ... neque ... quod -e esset Graeciae fecisse *eqs.* LIV. 4, 31, 2 plurium imperium bello -e. 5, 5, 11 videte, quot res quam -es sequantur illam viam consilii. 42, 14, 9 orationem ... invisam senatui -emque sibi. VELL. 2, 47, 4 Clodius ... exemplo ⌊-i, sed⌋ (*Ursinus*, -ter *AP*) facto salutari rei publicae ... iugulatus est. AMPEL. 20, 8 Regulus ... tormenta ... maluit pati quam ⟨ut⟩ -is pax ... fieret.

b *usu vario*: CIC. off. 1, 32 potest ... accidere ..., ut *promissum* ... effici sit -e vel ei ..., vel ei *eqs.* ([*ibid.* promissa ... -ia, ... si plus tibi ... noceant, quam illi prosint]. *cf. acc. c. inf. l. 25. p. 279, 18*). 1, 88 ne ... in morositatem -em et odiosam incidamus. HOR. sat. 1, 4, 124 an hoc (*quod pater vetuit*) inhonestum et -e factu (*cf. p. 276, 16 sq.*) necne sit, addubites (VAL. MAX. 3, 3 ext. 1 inhonesto atque -i affectu).

[I. Kapp]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

Ov. Pont. 2, 8, 59 quod ... nobis invidit -e fatum. Liv. perioch. 48 p. 57, 6 theatrum ... tamquam -e et nociturum publicis moribus ex s. c. destructum est. Val. Max. 3, 6 pr. me ... revocabo, ne ... aliqua -i relatione implicer. Qvint. inst. 9, 2, 79 faciebant illis *figuris* locum ..., ubi -es ac nefariae essent. *al.* Apvl. Plat. 1, 18 nihil adpetunt ... quod -e duxerit ratio. Pavl. dig. 49, 14, 47, 1 hoc (*sc. plus exigi*) iniquum et -e fisco videbatur. Primas. in apoc. 8, 9 p. 858^{A} noxia traditione et -is imitatione doctrinae (Theod. Mops. in psalm. 2, 4 p. 10, 25 non solum inrita, quae egerunt, sed et -ia illis et noxia comprobantur). Caes. Arel. serm. 1, 19 p. 18, 17 gubernatores navium, si nimia somnolentia -i securitate torpescant ..., cito naufragium patiuntur.

2 *corporeis*: **a** *usu vario* (*corporea afficiuntur l. 15. 16. 18. 19*): Hor. carm. 3, 24, 48 aurum ... -e, summi materiem mali. Manil. 4, 473 *pars* quinta in Chelis ... -is aestu (*cf.* Lact. inst. 7, 16, 6 p. 630, 1 aër ... vitiabitur ... modo importunis imbribus modo -i siccitate). Sen. nat. 6, 27, 3 aquae ... -es pestilentesque in abdito latent. Plin. nat. 17, 24 quibusdam ... propius admoveri salis halitum -e (*syn.* noxii). 17, 257 omnium annorum trucidatio -issima *est arboribus.* 18, 185 evolsis -bus herbis. Hil. in Matth. 33, 3 p. 1073^{B} ex rebus perniciosis atque -bus (*i. spinis, sc. peccatis gentium capiti Christi circumdatis*).

b *spectat ad rem medicam et valetudinem* (*nota transitum, quamvis facillimum, notionis prioris in alteram hac articuli parte fortasse cum medicorum Graecorum doctrina arte cohaerere*): Sen. contr. exc. 3, 9 -es cibos *aegroto* desideranti negavit (Cels. 3, 22, 2 inusitatos et -es. *al.* Oribas. syn. 9, 56, 7 Aa p. 390, 15 qui nimium sunt edaces et -es utuntur cibos [*gr. p. 310, 26 κακῶς διαιτωμένους*]). Cels. 1, 2, 8 numquam utilis est nimia satietas, saepe -is nimia abstinentia. 1, 3, 6 frigida potio ... itinere fatigatis -is. 1, 5, 2 -is ... post cibum aut contentio aut agitatio. 2, 16, 1 quod (*i. iuxta inediam protinus satietatem esse*) si sanis quoque corporibus -e est, ... quanto -ius est ... in corpore aegro? 2, 17, 6 -e est eo die balineum (2, 17, 7. 4, 12, 7 *stomachi vitio* -issimum balineum est). 5, 27, 12^{C} fungos. *al.* Plin. nat. 20, 42 *cepas* -es esse ... concoctioni. 20, 119 ocimum ... -e stomacho (22, 112 *vinum* -issimum nervisque contrarium. 27, 79. *saepe. v. et p. 275, 16*). Qvint. inst. 5, 10, 82 nec, si capitis dolorem facit, -is hominibus sol est. Philvm. 2 p. 120, 23 M. caseus omnino -is est febrientibus (*cf.* 2 p. 126, 4 carnes ... desintericis). Diosc. 2, 87 p. 213, 14 *medicinae* sunt renibus -es (*gr. 2, 104, 2 βλάπτουσι ... νεφρούς*). 2, 164 p. 244, 8. 3, 119 p. 427, 10 fomentum vulneribus adhibitum -is est et dolorem commovet (*om. gr.*). 4, 146 p. 68, 2 de elaterio: ... viridis et colori -i (*cf. p. 275, 2 sqq.*) ... -is est (*gr. 4, 150, 5 τὸ ... θολερὸν τῇ ὄψει ... ἐστὶ ... φαῦλον*). *al.*

B *de hominibus* (*de bestia cf. p. 278, 11*): Cic. off. 2, 49 seditiosum et -em civem. 3, 84 nihil ... -ius ei, qui id (*sc. regnandi potestatem*) iniuste consecutus sit, invenio. Bell. Afr. 54, 4 mihi (*Caesari*) reique publicae -is fuisti. Qvint. decl. 315 p. 241, 1 lex occidi ... desertorem voluit tamquam -issimum, ... inimicissimum. 328 p. 288, 25 *non* est quisquam tam perditus, tam -is sibi, ut *eqs.* (Bened. reg. $48^{a. fin.}$ frater ... non ... intentus lectioni ... non solum sibi -is est, sed etiam alios distollit. *v. et p. 277, 46*). Amm. 14, 6, 15 homines ... eruditos ... ut infaustos et -es vitant. Vvlg. Iob 15, 16 abominabilis et -is homo.

C *n. pro subst.* (*cf. p. 278, 47*): Psalt. Cas. 54, 4 quoniam derivata sunt super me -ia (*ἀνομίαν, Vulg.* iniquitates). 124, 5 perversos abducat dominus cum operantibus -ia (*ἀνομίαν, Vulg.* iniquitatem).

adv. ***inūtiliter.** *compar.* -ius: *p. 280, 15. 18.* *saepe in figura litot.* Gloss. ἀνωφελῶς. ἀσυμφόρως. *v. et gr. l. 78.* [Vell. 2, 47, 4 *v. p. 278, 76.*]

I *fere i. q. sine utilitate vel commodo, frustra, ad usum non apte, non sufficienter sim.*: **A** *usu generali*: Cic. top. 30 εἴδη ... nostri ... species appellant, non pessime ... sed -r ad *eqs.* ad Brut. 2, 1, 2 *non* minus ... reprehendendum, si -r aliquid senatui suaserim quam si infideliter. Liv. 3, 51, 1 responsum ..., quamquam non -r, fortuito tamen ... consensu ... esse. Sen. suas. 5, 6. Cels. 6, 6, 38 medicamentis non -r uti. Sen. benef. 2, 10, 1 homo -r (*i. fere praeter commodum suum*) verecundus. Colvm. 4, 33, 6 haec ... non -r et abunde disserui (12 praef. 7). Qvint. inst. 1, 7, 26 nec -r Claudius Aeolicam ... litteram adiecerat. 11, 1, 12 Africanus ... -r sibi videtur consuluisse. Hil. in psalm. 57, 4 p. 178, 17 *peccatores* sine ... spe ... manendi -r defluentes *sicut aqua.* Avg. civ. 6, 11 p. 270, 12 D. *Seneca* reprehendit ... Iudaeorum ... sabbata, -r eos facere (*cf. l. 83. p. 280, 10*) adfirmans, quod *hoc modo* ... septimam fere partem aetatis suae perdant (Boeth. arithm. 2, 32 p. 125, 25 non ... -r neque improvide ... hanc ... divisionem fecerunt. c. Eut. 5, 83 stulte fieri puto, quod -r factum est. *al.*). c. Cresc. 1, 29, 34 p. 353, 27 *deum* praeter ecclesiam ignoranter atque -r colebant. epist. 164, 13 p. 534, 1 apud inferos -r atque infructuose credunt, qui ... hic credere noluerunt. *al.* Rvstic. Conc.^{S} I 4 p. 48, 23 ne hic forsitan -r conteramur (*gr. I 1, 5 p. 131, 29 εἰς οὐδὲν δέον*). Verec. in cant. 3, 19 p. 48^{a} non -r ... dici. *al.* *ap. ICT^{os}* (*cf. l. 84 sqq. p. 276, 47 sqq.*): Cod. Iust. 2, 3, 2 (*a. 202*) exceptione taciti pacti non -r defenderis. 3, 1, 2 (*a. 210*) non -r replicatione doli mali uteris. 3, 28, 26 (*a. 304*) non -r a patre fieri substitutionem. 8, 12, 1, 1 (*a. 485/6?*) -r facto opere (*i. aedificio*). *al.*

B *usu speciali apud ICT^{os}* (*cf. l. 79 et v. p. 276, 47 sqq.*), *fere i. q. inefficaciter, frustra, irrite sim.*: Iavol. dig. 31, 37 *servus* testamento -r manumissus (*opp.* utiliter). Ivlian. dig. 30, 18 quamvis ... -r ei legatum fuisset (Gaivs inst. 2, 229 -r legatur. *al.* Inst. Iust. 2, 20, 26. *saepius*). Venvl. dig. 7, 9, 4 ipso iure -r agi. Papin. dig. 50, 15, 5 pr. Vlp. dig. 37, 11, 6 -r heres ... institutus. Gaivs inst. 2, 118 alioquin -r iure civili testabitur (2, 123 Inst. Iust. 2, 13 pr. *al.*). 2, 261 (= Inst. Iust. 2, 24, 1) -r relinquitur (*al.* Cod. Iust. 6, 42, 2 [*a. 215*] -r fideicommissum relictum). 3, 181 -r intendo. Cod. Iust. 4, 36, 1 pr. (*a. 293*) qui mandat, ut a se res compararetur, -r mandat. 5, 13, 1, 1^{a} si -r facta (*cf. p. 279, 71*) est stipulatio (8, 25, 5 [*a. 241*]). 5, 28, 7 (*a. 294*) curatorem ... -r in testamento dari non ambigitur (5, 29, 3 [*a. 228*] si ... pater -r testamento tutores dedit [Inst. Iust. 1, 14, 1 *bis*]). *al.* Inst. Iust. 3, 26, 8 -r te acturum. *saepius; cf. V. i. R.*

II *fere i. q. male, nocenter, perniciose sim.*: Varro rust. 3, 5, 2 aqua ... inquinatur facilius et bibitur -ius. Bell. Alex. 65, 1 multa Romae male et -r administrari. Val. Max. 7, 2 ext. 18 -r (*i. ut damno sit*) ... aliquid concupiscere *eqs.* Avg. c. Cresc. 2, 1, 1 p. 360, 20 illa sancta ... ab eis (*i. malis*) -ius poenaliusque tractantur. epist. 151, 8 p. 388, 32 quod -r nesciebat (*opp.* salubriter sciebat). in psalm. 140, 2 p. $1816^{med.}$ si ... male te diligis et -r. *al.*

deriv.: inutilitas.

inūtilitās, -ātis *f.* *ab* inutilis. [*del.*: Cic. inv. 2, 77. *dub.*: Arnob. nat. 2, 61 p. 97, 15.]

1 *i. q. qualitas ea qua indicatur alqd. usui non aptum esse* (*fere i. q. infirmitas [syn. l. 30], infecunditas, sterilitas l. 32*): Lvcr. 5, 1274 fuit in pretio magis aes, aurumque iacebat propter -em hebeti mucrone retusum. Plin. nat. 24, 106 oculorum et vulnerum -bus maxime conveniunt *cummium genera* (*cf.* Ps. Apvl. herb. 97 l. 7 ad aurium -em et qui minus audiunt. *item*: 99 l. 20). Vvlg. Hebr. 7, 18 reprobatio quidem fit ... mandati propter infirmitatem eius et -em (τὸ ... ἀνωφελές). Cod. Iust. 3, 34, 14, 1 nemini licere sic aedificare ..., ut ... inutilem domino aream et fructuum -em faciat. Act. Archel. 20 (18), 8 ita in hac parte -em hominis designas.

2 *fere i. q. utilitatis defectus, vitium sim., quo quid damno detrimentove afficitur*: Cic. inv. 2, 158 ex his ... conficitur, ut petendarum rerum partes sint honestas et utilitas, vitandarum turpitudo et -s. Mar. Victorin. rhet. 2, 24 p. 282, 21 loci communes ab accusatore erunt duo, ... et alter ipsius -is et turpitudinis expressio cum indignatione. Hil. in psalm. 51, 16 p. 108, 22 *incredulus vel fructibus carens* eradicabitur, aut ob infidelitatem aut ob -em fructuum negatorum. Lex Visig. 8, 4, 28 si ... aliquid damni fuerit per hanc neglegentie sue -em perpessus.

inūtiliter *v. p. 279, 56.* **inuu** *v. p. 185, 63.* *I. Kapp.*

invulgo (-volg-), -āvī, -ātum, -āre. *ab* in *et* vulgare. Gloss.^{L} II Philox. in 47 -ans διαθρυλῶν. [*var. lect. v. l. 52 (bis). e coni. falsa*: Cic. Att. 2, 1, 3 (*cf. Schmalz, Antibarb.*^{7} *s. v.*).]

fere i. q. divulgare: Gell. praef. 14 ut *lectores* ..., quae pridem scierint, non aspernentur quasi nota -olgataque (Schol. Cic. Bob. p. 135, 33 Clodii infamiam et dedecora ... plurimae orationes Ciceronis iam nota et -ta fecerunt). 4, 9, 9 '*religiosa*' *sunt* templa ... ac delubra ..., quae non volgo ac temere ... adeundum et reverenda et reformidanda sunt magis quam -olganda (divolg- *R*). 11, 7, 1 verba ... -olgata (vulg- *l. v.*) et sordentia (*syn.* obsoletis exculcatisque, *opp.* nova incognita). 18, 2, 6 decreti cuiuspiam ex philosophia perperam -ti purgatio. 20, 5, 7 quod *Aristoteles* disciplinas acroaticas, quibus *Alexander* ... eruditus foret, libris foras editis -olgasset.

***invulnerābilis** (-vol-), -e. *ab* in *et* vulnerare, *cf.* vulnerabilis. -vol- *trad.*: Sen. benef. 5, 5, 1 dial. 11, 13, 2. *qui vulnerari non potest, inviolabilis* (*necnon i. q. invulneratus, e. g. l. 65. 74. acced.* adversum *l. 73.* ab *l. 74, eodem sensu abl. [vix dat.] l. 83. aliter c. abl. respectus l. 69. 72. 75*): Sen. benef. 5, 5, 1 cum -i me hoste committis. dial. 2, 3, 3 -e est non quod non feritur, sed quod non laeditur. 11, 13, 2 animum (epist. 9, 2 aut -em a. dicere aut a. extra omnem patientiam positum). Itala II Macc. 10, 30 (cod. P) *viri* Macchabeum ... protegentes ... suis armis -em conservabant (ἄτρωτον, *Vulg.* incolumem. *cf. p. 281, 4*). Paneg. 4, 24, 5 qui -es habebantur. Serv. Aen. 3, 242 *Harpyias* fuisse -es, quia de Styge erant natae (*sim. in mythologiis*: 6, 448 *Caeneus.* 7, 691 *Messapus.* Schol. Stat. Ach. 1, 134 *Achilles* toto corpore -is fuit. *al. v. et l. 77. 80*). Vvlg. II Macc. 8, 36 Iudaeos ... ob ipsum -es esse, eo quod sequerentur leges (ἀτρώτους). Orig. in I reg. 16 p. 24, 6 cum ... per *scutum fidei sim.* ... homo dei -is manserit (in Matth. ser. 35 p. 65, 19 -is animo. Rvfin. Basil. hom. 5, 11 p. 1774^{A} adversum nequitiae tela. Orig. in psalm. 37 hom. 1, 1 p. 1370^{B} ab omnibus telis ... diaboli ... -e [*v. l. 59*] permanere *corpus*). Pavl. Nol. epist. 13, 21 p. 102, 26 *Iob* -is corde nec labiis peccat. Avg. civ. 8, 5 p. 329, 16 D. caro (epist. 166, 3 p. 550, 5 non Achillea tantum ..., sed omnis). c. Secundin. 9 p. 918, 4 sqq. hoc modo ... cunctorum ... animantium corpora -ia dicerentur, si abesset ictus et casus, quibus eis vulnus posset infligi, sed ... propterea solius Achillis corpus ... -e dictum est, quod etiam tela cum ingruerent non penetrabatur *eqs. ibid.* (Isid. ord. creat. 10, 9 immortale et -e et illaedibile. *v. et l. 74*). Ivlian. Aug. c. Iulian. op. imperf. 2, 223 p. 1240 nos esse -es peccatis ... et vitiis adnitamur. Oros. hist. 4, 8, 14 *serpens* tot iaculis -is obstitit. *al.*

[Hi.]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

invulnerātus, -a, -um. *ab* in *et* vulneratus. *fere i. q. sine vulnere, inviolatus* (*syn.*): Cic. Sest. 140 ceteri *Gracchorum adversarii* ... omnino -i (-vol- *P*) inviolatique vixerunt. Itala II Macc. 10, 30 (codd. BM) *viri* Machabeum ... protegebant armis suis et -um conservabant (*cf. p. 280, 65*). Ivl. Val. 3, 60 *Alexander* nullo proelio -us. Arnob. nat. 5, 31 vos ..., qui vindices *deorum esse* ... contenditis ..., unum ex his quempiam praeteristis ... vestris maledictionibus -um? Avg. in psalm. 33 serm. 2, 3 p. 309 quando ... salus ... -a et incorrupta persistit. Conc.[S] II 2, 1 p. 23, 6 *fides et decreta* patrum ut per omnia et in omnibus tempestatibus rerum inlibata et -a serventur (*gr. II 1, 1 p. 38, 17* ἄτρωτα, *syn. II 3, 1 p. 9, 17* inviolata).

invultuo, (-ātum), -āre. *ab* in *et* vultus. *i. q. facere, ut aliquid vultum, figuram accipiat*: Mar. Victorin. gen. div. verb. 7 p. 20, 1 W. excitatus ... in anima ὁ νοῦς intellectualem potentiam animae inlustrat et inluminat et -at ac figurat (*syn. 8 p. 20, 17* figuratum et vultuatum [-tum *l. v.*]. *cf. Du Cange*).

? **inuxōrus,** -a, -um. *ab* in *et* uxor. *i. q. caelebs*: Tert. castit. 9 l. 36 immaculatae (*A*, iunxere etiam *NFR*[1] *unde edd. primi* -ae etiam [inuxorie etiam *Rhenanus*[3]]) virginitatis.

1. ***iō** *exclamatio invocantis, gaudentis,* ἐνθέον. *e gr.* ἰώ, *v. Walde-Hofmann s. v.* *duas esse syllabas explicat* Ter. Mavr. 532. -o *non eliditur, hiatum admittit l. 38. breviatur apud scaenicos per correptionem iamb. q. d. l. 33. 66; in versu hexametro post penthemimeren pro pyrrhichio* Mart. 11, 2, 5 (*an longum monosyllabum ?*). *vox geminata l. 33. 38. 68. 74. 76. p. 282, 1. 5.* *legitur inde a* Plavto. [*variat in codd. saepius c.* o *vel* oh, *e. g.* Plavt. Truc. 118 (oh *A recte*, io *P*). io *falso trad. pro* o *e. g.* Catvll. 61, 125 *v. l. 82.* o *falso trad. pro* io *e. g.* Varro ling. 6, 68 Petron. 58, 2. *loco dubio*: Stat. Theb. 11, 607 vincis, io (*PN*[2], me *cett.*), miserum, vincis, natura, parentem (io *dolori vix congruit*).]

A *generatim*: 1 *vox eius, qui magna voce aliquem quaerit, hortatur, in auxilium advocat*: Plavt. Pseud. 702 sq. magnufice hominem compellabo: ... io io, te te, turanne, te te ego ... quaero (*cf. 707* ut paratragoedat). Hor. ars 460 succurrite ..., clamet, io cives. Tib. 2, 4, 6 uror, io remove, saeva puella, faces. Ov. ars 3, 742 labor, io cara lumina conde manu. met. 3, 442 ad circumstantes tendens sua bracchia silvas 'ecquis, io silvae, crudelius' inquit 'amavit?' 5, 625 *Alpheus* bis 'io Arethusa, io Arethusa' vocavit. fast. 4, 447 *Proserpina rapta* clamabat: 'io carissima mater, auferor' (Clavd. rapt. Pros. 2, 267). Bvc. Eins. 1, 19 pergite, io pueri, promissum reddere carmen. Val. Fl. 6, 29 hostis, io, ... agite ite, propinquat (*sim. ad milites*: Sil. 5, 634 quid ... restat, io, profugis ?). Mart. 12, 3, 2 ibis, io, Romam nunc, ... liber. Avr. Fronto p. 62, 4 v.d.H. (= p. 68 N.) io, inquis puero tuo, vade quantum potes *eqs.* Qverol. p. 49, 19 R. io Querole. 2 *invocatio deorum variorum* (*v. etiam l. 59 sqq.*): Tib. 1, 1, 24 agna cadet *Laribus* ..., quam circum rustica pubes clamet: io messes et bona vina date. Lavs Pis. 93 qualis, io superi, qualis nitor oris amoenis vocibus (Stat. silv. 1, 4, 1 estis, io superi [*gratulatur poeta de valetudine amici restituta, cf. infra l. 55*]). 3 *vox furentis vel vaticinantis*: Ov. epist. 5, 118 *Cassandra*: Graia iuvenca venit, ... io prohibe; Graia iuvenca venit (*sim. clamant vates*: Val. Fl. 1, 221 quantus, io, ... ignis. Stat. Theb. 3, 211 io, quanti ... rubebitis amnes). met. 4, 513 *Athamas* furibundus ... clamat: io comites, his retia tendite silvis. *cf. infra l. 59 sqq.* 4 *vox eius, qui alicuius salutem vel optat vel cum gratulatione accipit*: CIL IV 9158 hospes, salve, salv(u)s sis, quisquis es, io, valis (*i.* valeas. *fortasse pertinet ad vota Saturnalicia p. 282, 6*). Mart. 5, 25, 3 sq. ecquis, io, revocat ..., ecquis, io, largas pandit amicus opes? 11, 36, 2 Gaius ... io, votis redditus ecce meis. *cf. l. 48.*

B *speciatim*: 1 *vox bacchantium et ipsius Bacchi* (*cf. et l. 71*): Verg. Aen. 7, 400 *Amata* clamat: io matres, audite, ... Latinae ..., capite orgia mecum. Hor. sat. 1, 3, 7 io Bacchae. Ov. met. 3, 713. 3, 728 Agaue ... clamat: io comites *eqs.* (Stat. Theb. 4, 678 [*verba Bacchi*]). Sil. 4, 779 *Imilce* Edonis ut ... suspirat pectore Bacchum; ergo ... clamat: io coniux ..., huc signa refer. Stat. Theb. 10, 889 gemit ... Liber ...: fulmen, io ubi fulmen? *nota per lusum*: Apriss. Varro ling. 6, 68 io bucco. : : quis me iubilat? : : vicinus tuus antiquus (*alludit sc. ad verba sollemnia* 'ἰὼ Βάκχε'). Plin. epist. 3, 9, 13 (*verba Caecilii Classici*) io io, Liber ad te venio (*ambigue, sc. liber ab aere alieno*).

2 *vox triumphantium* (*nota triumphum a Varrone aliisque coniungi cum Baccho* [*v. Goetz-Schoell ad Varronem l. 72*]): a *verba sollemnia* 'io triumphe': Varro ling. 6, 68 Hor. epod. 9, 21. 23 carm. 4, 2, 49. 50. Tib. 2, 5, 118 miles 'io' magna voce 'triumphe' canet (*versum imitatur* Ov. am. 1, 2, 34. trist. 4, 2, 51 sq. ioque miles io *eqs.*). Liv. 24, 10, 10. Inscr. numm. Cohen VIII[2] p. 268 n. 1 (*tessera Domitiani*) io io triump. *huc pertinere videtur* Inscr. christ. Diehl 2388 B b io tonfian. b *non addito casu vocativo*: Ov. am. 1, 7, 38 i nunc, ... molire triumphos ... quaeque tuos currus ... turba sequetur clamet: io, forti victa puella virost. Mart. 7, 6, 7. 8, 4, 1. *dub. trad.*: Stat. Theb. 11, 391 (*verba Eteoclis praemature triumphantis*) io (o *l. v.*) patria, ... nunc certe victoris eris.

3 *in carmine nuptiali*: Catvll. 61, 124 [i]o Hymen Hymenaee, io, [i]o Hymen Hymenaee (io *add. G*). *sic in eodem carmine saepius. cf. Lucian Mueller, De re metr.*[2] *p. 369.*

4 *in formula gr. q. e.* ἰὼ Παιάν: Ov. ars 2, 1 dicite 'io Paean' et 'io' bis dicite 'Paean!' (Clavd. 2, 11).

5 *vox Saturnalicia*: Petron. 58, 2 ⟨i⟩o Saturnalia! (CIL IV 2005a Mart. 11, 2, 5 Inscr. Rostovtzew, Tesserarum syll. 504. *al.*). Inscr. Rostovtzew, Tesserarum syll. 502 Satur(nalia) io. 506 io Sat(urnalia) io (507). 511 io (512).

2. **io** *v. s.* eo *vol. V 2, 626, 55.*

iōbēlaeus, iōbēlēus *v. s.* iubeleus.

iocābundus, -a, -um. *ab* iocari, *cf.* ludibundus. *fere i. q. iocos, ludos faciens*: Val. Max. 1, 8 ext. 8 *sophista* cum -us quasi delusa ... fide *oraculi Delphici* reverteretur. 2, 4, 4 iuventus rudi ... motu corporum -a. 3, 2 ext. 6 *Theramenes* veneni potionem ... hausit quodque ex ea superfuerat -us inlisum humo ... edere sonum coegit renidensque ... 'Critiae' inquit 'propino'. Lact. inst. 2, 7, 11 cum ... unus ex militibus ... *simulacrum Iunonis Veiens* -us ac ludens interrogaret, utrumne Romam migrare vellet. Avg. gen. ad litt. 12, 22 p. 413, 19 *adulescens* inter saltandum ... -us et ridente multitudine circumseptus. Mart. Cap. 6, 576 Satura -a ... inquit.

iocālis, -e. *ab* iocus. [*hisp. dial.* chocallas (*iocalia, *i. crotalia, ornamenta mulierum*). *R.*] *fere i. q. iocularis, ridiculus*: Ps. Hier. epist. 32, 6 p. 241[D] an putamus ..., quod iocando praedicent prophetae, ridendo loquantur apostoli ? ... timeo, ne fides nostra magis -is sit quam fides et verba illorum. Mart. Brac. form. vit. 4 p. 243, 32 B. (*add. cod. B*) -is urbanitates (*glossa inter verba* urbanitas *et* sales). *cf. Du Cange.*

adv. **iocāliter.** *e coni.* *i. q. ioculariter*: Porph. Hor. sat. 1, 7, 28 *vindemiatores* salse -rque (salsi loco aliterque *trad.*) viatores insectantur. Amm. 15, 12, 3 nec ... quisquam ... munus Martium pertimescens pollicem sibi praecidit, quos -r (localiter *trad., cf. Heraeus, ALL 12, 1902, 272 adn.*) murcos appellant. *v. et p. 286, 4.*

[**iocāmentum,** -ī *n.* *e coni.*: Avg. c. Faust. 13, 6 p. 383, 26 (*ed. pr., recte* avocamentum).]

iocātio, -ōnis *f.* *ab* iocari. *fere i. q. oratio iocosa*: Rhet. Her. 3, 13, 23 sermo dividitur in partes quattuor: dignitatem, demonstrationem, narrationem, -em. *ibid.* -o est oratio, quae ex aliqua re risum pudentem et liberalem potest conparare. 3, 14, 25 sin erit sermo in -e (locat-, locut- *vv. ll.*), ... cum parva significatione risus ... leniter oportebit ab sermone serio torquere ⟨verba⟩ ad liberalem iocum (3, 15, 26 vultu quandam debebimus hilaritatem significare [invocatione *l. v.*]). Cic. Att. 2, 8, 1 sin nihil *in epistula fuit* praeter -em, redde id ipsum. fam. 9, 16, 7 venio ad -es tuas. Catvll. 61, 127 ne diu taceat procax fescennina -o (*Heinsius*, loc- *trad.*). Pomer. 3, 6, 4 p. 482[B] *mens recordando* audit sine voce, quidquid cantilenae suavis ac -is obscenae per ... aurium meatus influxit.

iocātor commatulus (σκωμματικός *Goetz*) Gloss. V 495, 18. *ab* iocari. *cf. Du Cange.*

1. **iocātus,** -a, -um *v. s.* iocor.

2. **iocātus,** (-ūs) *m.* (*an* iocātum, [-ī] *n. ?*). *ab* iocari. *e coni.* *i. q. iocose dictum*: Vopisc. Aurelian. 23, 3 -um (*Salmasius*, voc-, vot- *trad.*) principis ... totus exercitus *laetus* ... accepit.

iociner *v. s.* iecur *vol. VII 1, 244, 46.*

iocinerōsus, (-or-), -a, -um. *ab* iocur. *scrib.* -or- *ap.* Marcell. (*cod. L*) *l. 57. 58.* [*dub. trad.*: Scrib. Larg. 105 lienosis ... et -is (iocineris *Marcell.*) duritiam habentibus ... convenit *medicamentum.*] *i. q. iecorosus* (*masc. pro subst.*): Marcell. med. 20, 128 -is qui iecur graviter dolebunt ... dabis *remedium.* 22, 2 sanguis ... cibatui datus ieiuno -o mederi traditur. 22, 3 viverra ... cibo data ieiuno mire -o succurrit. 22, 9 (*syn.* epatico). 22, 10.

iocinus, -eris (-oris) *n. v. s.* iecur *vol. VII 1, 244, 46.*

iocista qui verbis iocatur Gloss.[L] Corp. I 477. *cf. Du Cange.*

1. ***iocor,** -ātus sum, -ārī *et* ioco, -āvī, -āre. *ab* iocus. *ap. gramm. enumeratur inter*: verba activa quae passiva voce primi ordinis efferuntur: Char. gramm. p. 465, 7 B. *al.* verba quae media appellantur: Char. gramm. p. 479, 18 B. verba deponentia: Ps. Asper gramm. suppl. 51, 2. *formae act.* (*falso* Plavt. Cas. 846 -bo *P*, luca bos *A recte*): Epist. Austras. 2 p. 113, 29 -a. Isid. reg. monach. 17, 1 qui -verit (17, 3). *? p. p. p. sensu pass. (n. pro subst.) v. l. 48.* *de notione*: Non. p. 92, 18 cavillantur ut -antur. Dosith. gramm. VII 431, 14 -or εὐτραπελίζομαι. Gloss.[L] II Philox. io 7 -atur παίζει. Gloss. III 132, 5 sq. geliazo -or, geliazis -aris. *p. praes. m. pro subst. v. p. 283, 26.* *legitur inde a* Plavto, Ter. [*val.* juca, *it.* giocare, *prov.* jogar, *hisp.* jugar, *port.* jogar, *sard.* giogare. *R.*]

[*variat in codd. c.*: iudicare: Cic. ac. 2, 137 Vopisc. Aurelian. 2, 1. laetari: Prvd. perist. 2, 567 Clavd. 12, 38. locare: Plavt. Men. 317. 825 Poen. 163 Pompon. Atell. 17 Cic. Att. 10, 11, 5 fam. 5, 20, 9. 9, 14, 4 Lvcr. 4, 582. *saepe. cf. l. 79.* loqui: Cic. de orat. 1, 27 fam. 9, 14, 4 Ov. trist. 2, 497. 5, 1, 20 Plin. epist. 2, 18, 2. *al. cf. l. 80 sq.* vocare: Sen. contr. 9, 4, 21 Svet. Nero 37, 2. *al.* *e coni. pro*: loca-: Fest. p. 286 (Gloss.[L] IV p. 388). Mela 2, 13 Amm. 27, 3, 7. locuti: Phaedr. 4, 1, 9 (*Heinsius*). loqueretur: Arnob. nat. 6, 21 p. 232, 26 (*Ursinus*).]

i. q. iocos facere: **A** *strictius: verbis sim., fere i. q. ridendi, irridendi causa sermonem facere*: 1 *intransitive*: a *nude vel c. adv.*: Plavt. Men. 825 ludit te hic ... : : iam vero, Menaechme,

[*Hi.*]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

satis -tu's. Most. 1081 ludis me . . ., scio, -aris tu nunc ⌞tu⌟ (*desunt ACD*, ⌞⌟istuc *Schoell* [*ad l. 74*]). Poen. 163 -are (*i.* -aris). Ter. Eun. 378 -bar equidem. Varro ling. 6, 72 non spondet ille, statim qui dixit 'spondeo', si -andi causa dixit (Cic. div. 2, 40 deos . . . -andi causa induxit Epicurus perlucidos. *al.*). Cic. inv. 1, 25 si rei dignitas adimet -andi facultatem. S. Rosc. 60 animadverti *accusatorem* . . . -ari atque alias res agere. Scaur. 6 ne quem inridendi nobis daret et -andi locum (*al. v. et l. 47 sq.*). de orat. 1, 27 ea . . . iucunditas et tantus in -ando lepos. 2, 10. 2, 231 explicare . . . genus hoc -andi quale sit et unde ducatur (2, 233 [*syn.* facetiis]. off. 1, 103 non profusum nec immodestum, sed ingenuum et facetum. 1, 104 duplex . . ., unum inliberale petulans flagitiosum obscenum, alterum elegans urbanum ingeniosum facetum. *al.*). 2, 234. 2, 238. 2, 239 est . . . deformitatis et corporis vitiorum satis bella materies ad -andum. 2, 248 eisdem verbis et laudare frugi servum possimus et, si est nequam, -ari. 2, 290. Brut. 293 bella ironia, si -remur; sin adseveramus *eqs.* orat. 27. ac. 2, 63 -ansne an ita sentiens. nat. deor. 2, 46 hic quam volet Epicurus -etur, homo non aptissimus ad -andum. Att. 7, 5, 5. 7, 17, 1. 14, 18, 1. fam. 7, 11, 2 per litteras. 7, 13, 2 alias -bimur (9, 25, 2 coram [*syn.* ludimus]). *al.* Catvll. 21, 5 -aris una. Lvcr. 4, 582 *faunorum* noctivago strepitu ludoque -anti . . . silentia rumpi. Ov. trist. 3, 2, 6 nec mihi, quod lusi vero sine crimine, prodest, quodque magis vita Musa -ta mea est (5, 1, 20 [*v. p. 282, 77*]. *sic de carminibus levioris generis*: Phaedr. 1 prol. 7 fictis -ari . . . fabulis. Mart. 2, 26, 2 in charta. Plin. epist. 4, 14, 3 his *hendecasyllabis* -amur, ludimus, amamus. *al. v. etiam l. 72*). Sen. benef. 3, 26, 1 excipiebatur ebriorum sermo, simplicitas -antium (*sic pro subst.*: Mela 2, 13 inter -antis [*v. p. 282, 79*]. Petron. 26, 2. 52, 7 excipimus urbanitatem -antis. *al.*). Petron. 27, 1. 80, 1. 117, 2. Mart. 6, 44, 1 festive. 10, 101, 3. Qvint. inst. 6, 3, 31 nec patronum in *causa* miserabili -antem feret quisquam. 6, 3, 102 de usu . . . et modo -andi (*syn.* salse dicendi). 9, 2, 78. Apvl. met. 4, 8, 5 *latrones* clamore ludunt . . ., conviciis -antur. Vopisc. Car. 14, 3 Diocletiane, -ari noli (*antea*: ioco, non serio . . . respondisse). *al.* Amm. 27, 3, 7 *Traianum nomen suum passim aedificiis inscribentem* herbam parietinam -ando cognominarunt (*v. p. 282, 79*). Serv. Aen. 1, 78 latenter paene -atur poeta. Avg. gen. c. Manich. 2, 15, 23 salsi dicuntur, qui -ari amant. lib. arb. 1, 63 *quaedam* cadere in feras non videntur nec tamen in homine ipso summa sunt, ut -ari et ridere. in psalm. 5, 7 p. 86 *mendacium* in -ando . . . non est perniciosissimum, quia non fallit (*cf.* soliloq. 2, 9, 16, 4 omnes fere, qui -antur, mentiuntur). *al.* Macr. Sat. 2, 1, 15 Cato . . . argute -ari solitus est (*syn.* cavillaremur). Mvtian. Chrysost. hom. 17, 4 p. 349$^{p. med.}$ -aris magis (*gr. p. 132*$^{med.}$ παίζεις). CE 85, 3 -eris ludas hortor, hic summa est severitas (*sic pro epitaphio*: CIL II 2262 lude -ari [*i.* -are] veni. XIII 2216 lude -are veni). *et saepe.* *nota interrogatione aut negatione uti eos, qui serio loqui se aliumve affirmant*: Ter. Haut. 729 tu hanc -ari credis? faciet (*cf.* Cic. Att. 16, 5, 3 -ari me putas? moriar, si *eqs.*). Cic. div. 2, 25 in rebus tam severis non est -andi locus (Att. 5, 5, 1 Sen. epist. 48, 8). Sen. suas. 2, 17 credatis mihi velim non -anti. Petron. 62, 6 nolite me -ari putare (*v. et l. 77*). *al.*

b *accedunt praepp.*: cum: Plavt. Men. 317 solet -ari saepe mecum illoc modo; quamvis ridiculus est (Apvl. met. 6, 30, 6). Rhet. Her. 2, 24, 37 *amicos* quibuscum -ari possis (Cic. Att. 1, 18, 1 neminem . . . quocum aut -ari libere aut suspirare familiariter possimus. *al.*). Cic. fin. 4, 74 non ego tecum iam ita -bor ut isdem his de rebus, cum *eqs.* (fam. 1, 10 coram. 2, 4, 1 per litteras. 7, 11, 3 de re severissima. Pollio Cic. fam. 10, 31, 6). Att. 2, 1, 5 iam familiariter cum ipso cavillor ac -or. 10, 11, 5 cum eo (*al.*). Cass. Cic. fam. 15, 19, 1 videor . . . cum praesente loqui et -ari. Cic. fil. Cic. fam. 16, 21, 3 *Cratippus* sublata . . . severitate . . . humanissime nobiscum -atur (Avg. c. acad. 2, 9, 22 p. 39, 5). Qvint. inst. 11, 3, 131 cum sodalibus. *saepe.* de (*v. et l. 54. 55. 80*): Tert. apol. 50, 6 o philosophi magnanimitatem, qui de tali exitu suo etiam -batur. Porph. Hor. sat. 1, 6, 22 Plautus cum de anu ebria -retur. Clavd. Don. Aen. 9, 740 p. 279, 27 de nominibus. *al.* in *c. acc.* (*v. etiam l. 79*): Liv. 32, 34, 3 Philippus . . . -tus in valetudinem oculorum Phaeneae. Sen. contr. 7, 3, 9 Cicero in utramque rem. 7, 6, 12 inter . . . fescenninos in crucem generi nostri -bantur. Sen. benef. 7, 21, 1 in Pythagoricum. dial. 2, 16, 4 quid est illud quod contumelia dicitur? in capitis mei levitatem -tus est *eqs.* 5, 22, 4 epist. 29, 5. Porph. Hor. sat. 1, 7, 33 in nomen Regis. *al.* in *c. abl.*: Sen. contr. 9, 4, 21 ne in declamationibus -retur, qui -batur in miseriis ac periculis suis, in quibus -ari eum . . . potuisse quis credit? Avson. 18, 3 p. 327 P. falso . . . in amore (*sc. carmine*). *al.* inter: Pomer. 3, 1, 4 p. 475^{B} ridet ac -atur inter quos vult.

2 *transitive*: **a** *c. obi. interno q. d.* (*sc. neutr. pron.* [*v. et supra l. 2*] *aut adi.*): Cic. Att. 14, 17^{A}, 4 (= fam. 9, 14, 4) haec . . . -tus sum (fam. 5, 20, 9 haec [hoc *l. v.*] -tum me putato, ut ego te existimo. 7, 14, 2. 9, 15, 4 hoc nolim me -ari putes). Catvll. 2, 6 cum desiderio meo . . . carum nescio quid libet -ari. Hor. sat. 1, 5, 62 *Messius* Campanum in morbum, in faciem permulta -tus (*cf.* Sen. suas. 1, 5 multum -atur *Cassius* de stultitia Cn. Pompei. Colvm. 1, 8, 15 ut *servos* familiarius adloquerer et . . . nonnumquam etiam -rer et plus ipsis -ari permitterem). Ov. trist. 2, 497 si scripsissem mimos obscena -antes. Sen. contr. 2, 4, 11 ut aliquid -emur. Qvint. inst. 6, 3, 57 qualia (*Spalding*, qua iam *P²*) veteres illi -bantur.

b *pendet acc. c. inf.*: Qvint. inst. 5, 13, 46 *respondentes* cum modo 'se vero nihil dixisse neque tam stulte dicturos', modo 'bene admonitos ab adversario et agere gratias . . .' -antur. Svet. Nero 33, 1 *Nero* '*Claudium* morari . . . desisse inter homines' producta prima syllaba -batur. Ivst. 24, 6 4 *Brennus* scurriliter -tus locupletes deos largiri hominibus oportere.

B *laxius: factis, fere i. q. ludere* (*acced. dat. eth. l. 15*): Sen. contr. 9, 2, 9 vestri fasces, vestrae secures in quantum . . . dedecus reciderunt! istis obscenae puellae -antur. Ivv. 3, 40 quales ex humili magna ad fastigia rerum extollit, quotiens voluit Fortuna -ari (Clavd. 18, 24 quaenam ista -andi saevitia? *cf.* Ennod. carm. 2, 10, 11 fors . . . sine lege -atur). Avson. Mos. 217 innocuos ratium pulsus pugnasque -antes naumachiae. Vvlg. gen. 26, 8 rex . . . vidit eum -antem cum Rebecca uxore sua (*cf. p. 289, 37*). Greg. M. dial. 3, 33 p. 210, 13 M. diabolus sibi cum illis sororibus -batur, at vero ubi ad servos dei ventum est, . . . accedere non praesumpsit. Gloss. II 595, 12 tesserator, tesseris -ans. *dub. an huc pertineat* Pompon. Atell. 17 metuo illum: -ari (loc- *l. v.*) nescit, ludit nimium insaniter.

deriv.: iocabundus, iocatio, iocator, 2. iocatus (-ūs). *compos.*: adiocor.

2. iocor *v. s.* iecur *vol. VII 1, 244, 37.*

iocōsē *v. l. 82.*

iocōsitās, (-ātis) *f.* *ab* iocosus. *fere i. q. status iocosus*: Philo quaest. in gen. 4, 188 p. 225 R. -s, cuius elongantur malivoli mores tristem vitam petentes et anxiam (*ad gen. 26, 8 v. l. 13*). *cf. Du Cange.*

***iocōsus,** -a, -um. *ab* iocus. Not. Tir. 75, 31. *de notione*: Isid. orig. 10, 125 iocundus eo, quod sit semper iocis aptus et hilaritati . . .; -us iocis usus. Gloss.^{L} II Abav. co 341 cornices: aves lascivae, ⟨id est⟩ -ae. Gloss. -us iocare desiderans. γελοιώδης. ἐύστομος. εὐτράπελος. ἡδύστομος. σκώπτης. *pro subst.*: *masc. v. l. 39. neutr. v. l. 69.* *legitur inde a* Cic., Catvllo, Varrone, *adv. a* Cic., Catvllo, Nep. [*in codd. saepe confunditur c.* loc-. *e coni. v. l. 79.*]

1 *de animantibus* (*fere hominibus* [*sim. urbe l. 41*], *deis l. 41. 43 sqq. v. etiam l. 59; bestiis l. 29*): *qui amat iocos*: Varro rust. 2, 5, 1 Lucienus senator, homo quamvis humanus ac -us. Hor. epod. 3, 20 -e Maecenas (Porph. *ad l.* oportune -um appellat, cui videlicet iocos suos commendatos esse vult). epist. 1, 18, 89 oderunt hilarem tristes tristemque -i. Tib. 2, 1, 85 turba -a. Priap. 83 (Tib. 2), 24 puella nec -a *penem* . . . manu fovebit. Mart. 1 praef. vs. 1 -ae . . . sacrum Florae festosque lusus et licentiam vulgi. 1, 61, 9 -ae . . . Gades. CE 29, 13 (*s. II*) Vrsum . . . senem hilarem -um pilicrepum scholasticum. *al.* *metonymice ponuntur dei*: Hor. carm. 3, 21, 15 arcanum -o consilium retegis Lyaeo (*cf.* 4, 15, 26 -i munera Liberi. *v. etiam l. 72*). Priap. 83 (Tib. 2), 45 Venus -a. Ov. trist. 1, 2, 80 ut . . . delicias videam, Nile -e, tuas. *v. etiam l. 59.*

2 *de rebus*: **a** *verbis sim.*: *fere i. q. iocorum plenus*: Cic. fam. 2, 4, 1 epistolarum genera duo . . ., unum familiare et -um, alterum severum et grave. 7, 10, 4 una . . . nostra vel severa vel -a congressio (*i. colloquium*) pluris erit quam . . . fratres nostri Haedui. Hor. sat. 1, 10, 11 sermone opus est modo tristi, saepe -o. carm. 1, 12, 3 cuius recinet -a nomen imago ([*i.* ἠχώ, *aliter l. 79*]. 1, 20, 6). Ov. fast. 6, 692 verba (Sidon. epist. 5, 17, 5 dulcia -a fatigatoria). Liv. 40, 7, 3 -a dicta in adversarios . . . iactabantur (Val. Max. 1, 1 ext. 3. Qvint. inst. 6, 3, 106 alia seria, alia -a, alia media *eqs. ibid.*). Pavl. Fest. p. 45 cavillatio est -a calumniatio. Sen. contr. 2, 2, 7 ius iurandum -um fuisse (*i. non serio dictum*). Mar. Victorin. in Eph. 5, 4 p. 1283^{C} scurrilitas *est* -a oratio et alterum laedens ioci causa ac propterea contumeliosa. *al.* *peculiariter de carminibus* (Musa [*metonymice*] *l. 61*): Hor. carm. 3, 3, 69 non hoc -ae conveniet lyrae. Priap. 41, 2 versus mihi dedicet -os. Ov. trist. 2, 354 vita verecunda est, Musa -a (iocata *l. v.*, *cf. p. 283, 22*) mea (Mart. 2, 22, 2). 2, 422 Romanus habet multa -a liber. Fest. p. 363 Tapulam legem . . . conscripsit -o carmine Valerius Valentinus (Sen. contr. 7, 4, 7 Mart. 1, 35, 10).

b *variis, quae vel ioci causa aguntur vel ridendi, ludendi materiam praebent*: Cic. off. 1, 134 videat . . . quibus de rebus loquatur; si seriis, severitatem adhibeat, si -is, leporem (Catvll. 56, 1 o rem ridiculam . . . et -am [56, 4 nimis]. *al.*). Catvll. 8, 6 ibi illa multa cum -a fiebant, quae tu volebas nec puella nolebat (*sic n. pro subst.*: Porph. Hor. carm. 3, 3, 69 lyrico carmine, cui -a conveniant, severiora). Hor. carm. 1, 10, 7 *Mercurius callidus*, quidquid placuit, -o condere furto. Lygd. 6, 20 qui *Liberum* . . . quique una vina -a colunt (*cf. supra l. 44*). Ov. rem. 387 mea materiae respondet Musa -ae. met. 3, 332 de lite -a ([*cf. 318 sqq.* Iovem . . . agitasse . . . cum Iunone iocos]. Ib. 263 Mart. epigr. 20, 3. *cf.* Hyg. fab. 75, 2 -a altercatio). fast. 5, 183 *Flora* ludis celebranda -is (*cf.* CE 1935 unctor . . . ti⟨bi⟩ carus lusuque -o adsuetus). Plin. nat. 35, 114 *Antiphilus* -is *tabellis* nomine Gryllum deridiculi habitus pinxit. 36, 12 Hipponacti notabilis foeditas voltus erat: quam ob rem imaginem eius lascivia -am (*O. Jahn*, iocorum *vel* locorum *trad.*) hi *sculptores* proposuere ridentium circulis. *v. et p. 286, 20.*

adv. ***iocōsē.** *compar. v. l. 84. p. 285, 4.* *i. q. per iocum, ioci causa*: Cic. de orat. 2, 289 is qui -e volet dicere. fam. 9, 24, 4 cave . . . existimes me, quod -ius scribam, abiecisse curam. ad Q. fr. 2, 10

[*Hi.*]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

(11 Sj.), 2 eum . . . lusi -e (*syn.* sum . . . magno hominum risu cavillatus). Catvll. 36, 10 hoc . . . . -e lepide vovere divis. Nep. Alc. 2, 3 in . . . amore . . . multa delicate -eque fecit. Hor. sat. 1, 4, 104 liberius si dixero quid, si forte -ius. Porph. Hor. carm. 3, 19, 1 sodalem adloquitur -e eum corripiens. *al.*

deriv.: iocositas.

ioculāns *v. p. 286, 35.* **ioculanter** *v. p. 286, 38.*

***ioculāris,** -e. *ab* ioculo (*adv., v. Leumann, Adj. auf -lis 36*). Gloss.[L] I Ansil. hi 256 histriones, mimi, id est -es (II Abav. sc 14 scenici). io 26 -e⟨s⟩ per o: -ium rerum mimi. III Abstr. pe 17 pegaso, homo -is. sa 39 saetigeri, cilicio vestiti -es. Gloss. II 584, 38 -is, hilaris, ridens. Gloss.[L] II Philox. io 8 -is γελοιώδης. Gloss. II 262, 5 γελοῖος -is. *legitur inde a* Ter., Cic., Hor., *adv. a* Plin. nat., Svet. [*francog. vet.* jogler, *prov.* joglar, *hisp.* juglar, *it.* giullare. *R. cf. Gröber, ALL 3, 1886, 269. Bréal, MSL 16, 1909, 65.*] [*variat in codd. c.* ioculatorius *e. g.* Diom. gramm. I 488, 24 (= Svet. frg. p. 9, 10) -latria *AB*, -latoria *recc.* Don. Ter. Eun. praef. 1, 6. *e coni.*: Treb. Gall. 17, 9 -ia saepe dicebat (*Hohl*, iocari se d. *trad.*).]

1 *de rebus: qui sive per iocum sive ioci causa fit* (*saepe accedit notio vilitatis, fere i. q. deridiculus, mimicus, indignus homine gravi*):

a *cum subst.*: Ter. Phorm. 134 -em audaciam (Evgraph. *ad l.*: quae ex ioco veniat in periculum). Cic. fat. 15 o licentiam -em. Sen. dial. 2, 11, 3 quanta . . . dementia est . . . rem ab amico dictam maledictum vocare, a servulo -e convicium. Plin. nat. 26, 2 -i . . . lascivia *morbum 'mentagram' appellaverunt.* Qvint. inst. 8, 6, 73 in quodam -i libello. Svet. Nero 42, 2 *Nero* -ia in defectionis duces carmina lasciveque modulata . . . etiam gesticulatus est (Avson. 398, 10 p. 227 P. meis -i carmine nugis). Fronto p. 195, 2 v.d.H. (= p. 205 N.) castrensi cognomine ⟨et io⟩culari (*cf.* Avson. 164, 3 p. 32 P. nomen huic -e datum). Avr. Fronto p. 1, 20 v.d.H. (= p. 4 N.) me . . . -bus istis tuis ac lepidissimis verbis a cura amovere (Greg. Tvr. virt. Mart. 4, 7 p. 651, 15 *mimus* per verba -ia laetitiam solitus erat excitare. Caes. Arel. serm. 127, 1 p. 501, 20 infantum). Diom. gramm. I 490, 2 (= Svet. frg. p. 14, 13) Atellanae argumentis dictisque -bus similes satyricis fabulis Graecis (Lact. inst. 2, 4, 16 [*syn. Val. Max. 1, 1 ext. 3* iocosis]). Gell. 12, 12, 1 ut *crimen turpe* . . . responsione -i eludas et rem facias risu magis dignam quam crimine. Treb. trig. tyr. 10, 7 -is astutia. Arnob. nat. 2, 8 p. 53, 15 ridere nostram fidem . . . atque . . . credulitatem facetiis -bus lancinare (2, 65 p. 100, 20. 6, 21 p. 232, 15. Cael. Avr. chron. 1, 1, 21 animi laxatio *fit* . . . aut ludicris rebus aut -i facetia). 4, 36 p. 170, 23 cavillationibus. Lact. inst. 4, 14, 20 in opere (*i. libro*) non -i. Firm. math. 6, 31, 37 decretum -e (*sc. genitura Thersitae*). Ivl. Vict. rhet. 27 p. 448, 16 epistola, si superiori scribas, ne -is sit. Don. Ter. Eun. 235, 2 hoc -i vultu dicitur. Symm. epist. 5, 37 animus . . . -bus ineptiis absolutus ad negotia seria conferatur. Hier. epist. 31, 2, 1 -is sermo (Sidon. epist. 2, 9, 9 salsis -busque. *al.*). in Gal. 2, 11 p. 340[B] ut *causidici* . . . -i se invicem dente morderent. Mart. Cap. 8, 806 -is laetitiae alacritate. *al.*

b *n. pro subst. vel c. n. pron. aut adi. positum: sg.*: Cic. leg. 1, 53 -e istuc quidem . . . et a multis saepe derisum. Phaedr. 4, 2, 1 -e tibi videtur, et sane levi . . . calamo ludimus, sed . . . intuere has nenias (*v. Krischan, WSt. 67, 1954, 90sqq.*). Plin. epist. 4, 17, 5 nihil . . ., non -e non serium, non triste non laetum. Spart. Hadr. 21, 3 illud . . . prope -e de servis. *pl.*: Hor. sat. 1, 1, 23 ut qui -ia ridens percurram (*opp. 27* seria). Liv. 7, 2, 5 *iuvenes* inconditis inter se -ia fundentes versibus. Plin. epist. 4, 25, 1 in . . . tabellis multa -ia atque etiam foeda dictu . . . inventa sunt (*al.*). Svet. Nero 27, 1 *Nero* -ia et latebras omisit *et* . . . ad maiora palam erupit. Fronto p. 202, 26 v.d.H. (= p. 213 N.) -ia austere, fortia h⟨ilari⟩ter dicenda. Avr. Fronto p. 61, 15 v.d.H. (= p. 67 N.) pro istis -bus. Paneg. 12, 19, 1. Don. Ter. Eun. 864, 1 'haec' scilicet -ia et futilia. Ps. Avr. Vict. epit. 9, 3 *Vespasianus* contumeliis *amicorum* . . ., ut erat facetissimus, -bus respondens. Sidon. epist. 1, 9, 8 tetrica sunt amoenanda -bus. *al.*

2 *de hominibus: qui iocos facit* (*v. et l. 9sqq.*): Canon. Caes. Arel. ed. Morin II p. 94, 37 clericum scurrilem et verbis turpibus -em ab officio retrahendum (*cf. p. 286, 30*). *m. pro subst.*: Ps. Avr. Vict. epit. 2, 2 *Claudius Tiberius Nero* eleganter a -bus Caldius Biberius Mero ob vinolentiam nominatus est.

adv. ***iocularīter.** *fere i. q. per iocum, ioci causa*: Plin. nat. 22, 80 Aristophanes Euripidi poetae obicit -r. Svet. Iul. 49, 2 carmina, qualia *milites in triumpho* . . . -r canunt. Aug. 75 sollemnes dies . . . tantum -r celebrabat. Porph. Hor. carm. 1, 22, 1 utrum -r dicantur an vere (4, 12, 16. Mar. Victorin. gramm. VI 56, 4 in comoediis. Avr. Vict. Caes. 33, 11 Nectar. Aug. epist. 103, 2. Vitae patr. 3, 27 p. 756[A] [*gr. Cot. p. 506[B]* χαριεντιζόμενος]. *saepe*). 3, 21, 1 -r ad amphoram . . . loquitur (Don. Ter. Andr. 955, 2). epist. 2, 1, 147 -r (*Meyer*, iocularium *trad.*) lusit (Avson. 396 p. 249 P. *cf.* Avg. conf. 11, 12, 14 -r eludens *quaestionem*). *al.* Spart. Hadr. 12, 4 Hispanis . . . vocatis dilectumque -r . . . retractantibus 'Italicis' (*sc. incolis 'Italicae' municipii*). Don. Ter. Ad. 26, 1 -r nomen imponit. Phorm. 86, 2. Philarg. Verg. ecl. 6, 32 -r ei (*i. Sileno*) ferula adtributa. Ps. Ascon. div. in Caec. p. 197, 4 -r irrisit. Avg. anim. 4, 16, 24 p. 403, 21 in re tanta -r atque irridenter, non serio graviterque agere (bapt. 7, 53, 102 p. 374, 15 *in baptizando* ludicre et mimice et -r [ioculanter *l. v.*]). civ. 6, 1 p. 244, 6 D. ne absurditate . . ., qualis -r in mimo fieri solet, peteretur a Libero aqua. Sidon. epist. 7, 7, 1 -r plura garrirem. Greg. Tvr. Franc. 3, 15 p. 114, 12 hoc quasi ioco . . . dixit; similiter et ille -r respondens *eqs.* (iocabiliter, iocaliter *vv. ll.*). *et saepius.*

deriv.: iocularitas, iocularius.

iocularitās, -ātis *f.* *ab* iocularis. *i. q. iocularis facetia*: Hier. in Eph. 5, 4 p. 520[A] scurrilitas . . ., quam nos -em alio verbo possumus appellare. Schol. Hor. epist. 2, 2, 60 ⟨sale nigro:⟩ amara -e. Gloss.[L] I Ansil. sa 187 sales, urbanitas, honesta -s. *cf. Du Cange.*

iocularīter *v. p. 285, 69.*

iocularius, -a, -um. *ab* iocularis. *de notione*: Porph. Hor. epist. 2, 2, 60 an . . . intellegemus 'salsum' . . . facetum et -um? Gloss.[L] I Ansil. sa 521 sa⟨e⟩tigeri: cilicio vestiti, -us (*cf. p. 285, 11*). II Abav. co 339 c⟨h⟩oraula, -us. III Abol. ca 66 calabrum: genus versuum malorum quasi colobon vel -um. Gloss. thimelici: -i, mimici, vel qui in spectaculo ludunt. *v. et l. 21.* [*vix recte trad. p. 285, 77.*]

quod iocis materiam praebet (*aliter l. 20*): Ter. Andr. 782 -um in malum insciens paene incidi (ioculare *Eugraph. Ter. Phorm. 134. cf. ad l.*: Don. -um . . . e contrario pro gravi et molesto ac nimio; iocosum e⟨r⟩go κατὰ ἀντίφρασιν. Gloss. V 535, 48 -um ἀντὶ τοῦ magnum).

ioculātor, -ōris *m.* *ab* ioculare. *de notione*: Schol. Hor. gloss. *Γ* sat. 2, 7, 15 scurra: -r. Gloss. II 565, 52 alipilarius, -r pilae (*de errore cf. Loewe, Gloss. Nom. p. VI*). V 622, 24 planipes est -r. 623, 38 sp⟨ha⟩eristae erant -es, qui . . . omnigenos dabant ludos. [*it.* giocolatore, *francog. vet.* jogleour, *prov.* joglador, *francog.* jongleur. *R.*] *i. q. homo iocularis*: Cic. Att. 4, 16, 3 huic *technologiae* -em (ioculatori(a)e *l. v.*) senem illum (*i. Scaevolam*) . . . interesse nolui (*cf. antea:* Cephalum . . . festivum senem). Canon. Caes. Arel. ed. Morin II p. 59, 21 clericum scurrilem et verbis turpibus -em (*cf. p. 285, 65*). *cf. Du Cange.*

inde ? **ioculātōrius,** -a, -um *v. l. 28. p. 285, 16 sq.*

1. ioculo, -āre (*et* ioculor*?*). *ab* ioculus, *cf.* 1. iocor. Gloss.[L] II Philox. io 9 -are εὐτραπελίσαι, προπηλακίσαι. [*it.* giocolare, *prov.* joglar. *R.*] *p. praes.* -ans, *fere i. q. iocans* (*transit.*): Liv. 7, 10, 13 inter . . . incondita quaedam militariter -antes Torquati cognomen auditum (*cf. p. 288, 68*).

adv. ? **ioculanter.** *in variis lect. variat c.* iocularīter: Avg. bapt. 7, 53, 102 *v. p. 285, 84.* Sidon. epist. 1, 2, 7 *lusor* tesseras . . . mittit instanter, -r compellat, patienter exspectat (-r *commendatur per homoeoteleuton*).

deriv.: ioculator.

2. ioculō *adv. v. l. 47.*

ioculus, (-ī) *m.* *ab* iocus. *ap.* Plavt. [*e coni.*: Plavt. *l. 48; cf. l. 82.* Vitr. 4, 1, 9 -is (*Salmasius*, poculis *trad.*, pupulis *Krohn*).] *fere i. q. iocus levis*: Plavt. Truc. 104 *fures* obludiant, qui custodem oblectent per -um et ludum. *peculiariter: abl.* -o *pro adv.*: Plavt. Merc. 993 si . . . adeo -o (lo- *Pal.*, *deest A*) dixisset mihi se illam amare. Most. 923 egone te -o modo ausim dicto aut facto fallere? Rud. 729 occipito modo illis adferre vim -o pausillulum. Stich. 23 -o istaec dicit neque *faciet.*

deriv.: iocularis, 1. ioculo(r).

iōcund- *v. s.* iucund-. **iocur** *v. s.* iecur.

1. *iocus, -ī *m.* (*pl.* -ī *m. et* -a *n.*; *sg.* -um *n. l. 67*). *cf. c. osc.* iúkleí, *umbr.* iuku, iuka; *v. Walde-Hofmann s. v.* *scribitur c. apice* -ís: CE 996, 2. 1064, 2. -g-: *l. 71.* *de formis: n. et acc. pl.* -a *inde a* Laevio, Cic. *saepius, cf. Neue-Wagener[3] I 808 sq. 812 sq.* Non. p. 209, 23 -us genere masculino: Cicero . . .; neutro Laevius (*v. p. 287, 11*). Don. gramm. IV 375, 31 sunt . . . nomina in singulari numero alterius generis et alterius in plurali, ut . . . locus, -us. Char. gramm. p. 41, 21 B. sunt quaedam, quae . . . in plurali mutant genera velut anomala . . .: hic -us et pluraliter haec -a et hi -i (Diom. gramm. I 327, 2 sqq.). Serv. Aen. 1, 306 -us . . . et -a facit et -i. gramm. IV 432, 2 sqq. in numero plurali e masculino et neutro genere declinantur . . ., in numero autem singulari tantum masculino (Dvb. Nom. gramm. V 581, 17 -us generis masculini). Pomp. gramm. V 163, 1 Consent. gramm. V 345, 14. *et saepe. ex pl.* -a *per retrogradam q. d. derivationem fingitur sg.* -um (*falso*: Nigid. Gell. 19, 4, 6 i *vocalis non est* in his: . . . [-um] iocundum [*ex dittographia*]. Non. p. 64, 3 [locum *falso trad.*]): Exc. Bob. gramm. I 551, 28 hoc -um, pluraliter hi -i et haec -a (*cf. l. 61 sq.*). Tract. Priscill. 3, 38 (RevBén. 24, 1907, 325) *in inferno non est* letitia nec iocunditas nec iogum. Virg. gramm. epit. 5 p. 41, 19 et neutrali genere 'locum' est . . ., item '-um', et facit '-a' (*cf. Beda gramm. VII 276, 9*). Not. Tir. 75, 30 -us. *de notione*: Qvint. inst. 6, 3, 21 -um . . . id accipimus, quod est contrarium serio; nam et fingere et terrere et promittere interim -us est. Synon. Cic. p. 426, 21 B. lusus. gestus. -us. risus. lascivia *eqs.* Gloss.[L] II Abav. ca 11 cacinnus: -us, ridiculum, lusus, nimius risus. io 1 -us: lascivia, lusus, cachinnus. Philox. io 6 -us παίγνιον. Gloss. γελοῖον. eutrapelia. *al.* *de usu: pro nom. proprio: dei v. p. 289, 65. hominum v. Onom.* *legitur inde a* Plavto, Ennio, Catone, Ter. *per totam latinitatem.* [*val.* joc, *it.* giuoco, *hisp.* juego, *port.* jogo, *prov.* joc, *francog.* jeu. *R.*] [*variat in codd. passim c.* loc- (*etiam in inscr.* CE 996 [*s. I*] l- *et* i- *non internoscitur; saepe* ioc- *e coni. restituitur*). *nota* Hor. carm. 4, 12, 28 -o (*Porph.*, loco *codd. Hor.*

[Hi.]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

recte). c. logus *e. g.* Plavt. Bacch. 519 logos (*A*, iocum *Pal.*). *v. et s.* logus.]

A *in universum* (*passim opp.* 'res seria' *sim., praecipue n. pl. pro subst.* '*seria*'): **1** *sensu artiore: i. q. iocose dictum, vox sententiae, quae non serio, sed ridendi causa profertur* (*obscena dicta fabulaeque e. g. l. 12. 38. 40. 48. 49. 75. cf. p. 289, 29. ubicumque -us in aliquem [alqd.] dicitur, accedit notio derisionis, fere i. q. convicium, probrum ridiculum*): **a** *exempla varii usus selecta*: Enn. ann. 239 *amicum*, cui res audacter magnas parvasque -umque eloqueretur. Cato or. frg. 40, 5 cantat . . ., Graecos versus agit, -os dicit, voces demutat. Laev. carm. frg. 14 cachinnos -a dicta risitantīs (*sic syn.* Ov. fast. 3, 695 -i veteres obscenaque dicta canuntur [*syn. 676* probra]. Macr. Sat. 2, 1, 14 -os . . . veteres nostri 'dicta' dicebant; testis . . . Cicero [*epist. frg. 2, 1 Sj.*] . . .; Novius vero Pomponiusque -os non raro 'dicteria' nominant. *al. cf.* Lavs Pis. 115 superborum . . . dicta -orum. *v. et l. 49. 80. p. 288, 72*). Rhet. Her. 3, 14, 25 *v. p. 282, 38.* Cic. Phil. 2, 7 quam multa -a solent esse in epistulis, quae . . . inepta videantur, quam multa seria. 2, 39 -is . . . quibus me in castris usum esse dixisti. 2, 40 idem maestitiam meam reprehendit, idem -um. de orat. 2, 216 suavis . . . est et . . . saepe utilis -us et facetiae (*sic syn.* 2, 229 ne quid -us de gravitate decerperet. 2, 262. 3, 30. *cf.* Att. 14, 14, 1 -a tua plena facetiarum de haeresi Vestoriana . . . risisse. *al.*). 2, 221 defensio tota redundavit hilaritate quadam et -o. 2, 236 odiosas . . . res saepe . . . -o risuque dissolvit (*sic iuxta positum* fin. 2, 65. Hor. sat. 1, 5, 98 Gnatia . . . dedit risusque -osque. *al.* Lygd. 6, 34 difficile est tristi fingere mente -um nec bene mendaci risus componitur ore. Liv. 7, 2, 11 Qvint. inst. 6, 3, 10 Plin. epist. 6, 15, 2. Pallad. hist. mon. I 22 p. 303A cum risu . . . et -is dixit [*cf. gr. p. 104, 8 B.* χαριεντιζόμενος]. *saepe. cf. et p. 288, 35*). 2, 239 ne aut scurrilis -us sit aut mimicus (Gell. 4, 20, 6 Apvl. met. 8, 25, 3. *al.*). 2, 248 gravitas honestis in rebus severisque, -us in turpiculis et quasi deformibus ponitur. off. 1, 103 *non* ita generati . . . sumus, ut ad ludum et -um facti esse videamur . . .; ludo autem et -o uti . . . licet . . . tum, cum gravibus seriisque rebus satis fecerimus (*al. cf.* Mart. 2, 4, 6 lusum creditis hoc -umque? *v. et p. 288, 30. 76. p. 289, 13*). *ibid.* in ipso -o aliquod probi ingenii lumen eluceat. 1, 104 distinctio ingenui et inliberalis -i: alter est, si tempore fit . . ., ⟨severissimo⟩ homine dignus, alter ne libero quidem, si rerum turpitudo adhibetur et verborum obscenitas. Att. 10, 5, 3 rescripsi ei stomachosius, cum -o tamen familiari. fam. 9, 26, 4 non multi cibi hospitem accipies, multi -i (Ov. fast. 6, 320 fabula [*v. l. 5*]). *al.* Lvcr. 5, 1397 tum -a, tum sermo, tum dulces esse cachinni consuerant. Sall. Catil. 25, 5 ingenium *Semproniae* . . . haud absurdum: posse versus facere, -um movere, sermone uti vel modesto . . . vel procaci *eqs.* Verg. catal. 13, 17 quid palluisti . . .? an -i dolent? Hor. carm. 2, 12, 18 certare -o. 3, 21, 2 seu tu (*i. amphora*) querellas sive geris -os seu rixam et . . . amores. epist. 1, 19, 20 ut mihi saepe bilem, saepe -um . . . movere tumultus *imitatorum*. 2, 1, 149 in rabiem coepit verti -us *Fescenninorum*. Ov. met. 3, 320 Iovem . . . agitasse remissos cum Iunone -os. fast. 2, 304 antiqui fabula plena -i. trist. 2, 444 turpes (Pavl. Nol. carm. 4, 10 obscenaque dicta [*cf. l. 12*]. Pomer. 3, 17, 2 p. 500C). 2, 566 a salibus suffusis felle refugi, nulla venenato littera mixta -o est (*sic syn.* Sen. dial. 7, 27, 2. Ivv. 9, 10 -o mordente facetus et salibus vehemens. Apvl. flor. 16 p. 63 multos sales . . ., -a non infra soccum, seria non usque ad cothurnum. *al.*). 3, 1, 6. *al.* Liv. 36, 14, 4 *Philippus rex Philippum Megalopolitanum* 'fratrem' haud sane decoro maiestati suae -o appellavit. *al.* Sen. contr. 3 praef. 17 cum quantum volebam -orum ⟨con⟩viciorumque effudissem. 4 praef. 10 res in -os abiit (*cf.* Qvint. inst. 1, 5, 71 *verba nova* repudiata . . . in -os exeunt). *al.* Sen. nat. 4 praef. 12 quasi ille aliquid -orum aut doli suspicatus sit *in verbis blandis*. *al.* Plin. nat. 28, 260 frivolo. Stat. silv. 4, 6, 13 hilares. Mart. 4, 14, 12 lascivis (*v. et l. 75*). 10, 48, 21 sine felle -i. *al.* Qvint. inst. 2, 5, 8 in -is urbanitas. 6, 3, 33 adversus miseros . . . inhumanus est -us. 9, 3, 69 quod etiam in -is frigidum (*cf.* Svet. Claud. 21, 5 frigidis et arcessitis -is). *al.* Tac. Germ. 22, 3 licentiā -i. Plin. paneg. 49, 8 liberales (Apvl. met. 2, 19, 4. *al.*). Svet. Aug. 56, 1 invidiosis aut petulantibus. 98, 4 cachinnum sustulit atque in -os effusus est (Macr. Sat. 2, 4, 12). Cal. 9 castrensi. 27, 4 ambigui. Nero 28, 1 non inscitus. Dom. 10, 2 innoxios. *al.* Pomp. gramm. V 153, 16 comico. Apvl. met. 1, 17, 7 adficto ex tempore absurdo -o. 8, 23, 5 ridiculos. *al.* Spart. Hadr. 17, 6 balnearis. 20, 8 -a . . . plurima exstant. Sept. Sev. 22, 4 *scurra* celebratorum semper -orum. Lampr. Alex. 38, 1 poeticus. *al.* Capitol. Aur. 15, 1 popularibus. *al.* Treb. trig. tyr. 10, 3 capitali. *al.* Ivst. 39, 2, 5 facetis. Ps. Avr. Vict. epit. 9, 17 *Vespasianus* seriis -a . . . admiscens (Clavd. 22, 165 seria . . . -is. *cf. et p. 290, 10. 12*). 25, 2 militari. *al.* Ambr. off. 1, 23, 102 licet . . . honesta -a ac suavia sint (Macr. Sat. 2, 6, 1 a lascivis -is ad honestos revertar). 1, 23, 103 profusos. Avg. de mend. 2, 2 exceptis . . . -is, quae numquam sunt putata mendacia. *al.* Macr. Sat. 2, 4, 19 asper. *al. et saepe.* *in titulis librorum*: Svet. gramm. 21, 2 *Melissus* libellos 'ineptiarum', qui nunc '-orum' inscribuntur, *composuit*. Schol. Cic. Bob. p. 140, 17 hoc . . . dictum . . . Tiro . . . inter '-os Ciceronis' adnumerat (*cf.* Macr. Sat. 2, 1, 12 libros, quos is de -is patroni composuit). *structurae notabiles: pendent*: de: Cic. ad Q. fr. 2, 10 (11 Sj.), 5 -um . . . illius de sua egestate ne sis aspernatus. *v. et l. 22.* *acc. c. inf.*: Lampr. Alex. 37, 11 unde etiam -us extitit non secundam mensam Alexandrum habere, sed fecundam. Vopisc. quatt. tyr. 15, 2 -us extitit amphoram pendere, non hominem. Ps. Avr. Vict. epit. 35, 7 aspergens hominem eleganti -o *eqs.*

b *certi usus locutionesque*: **α** *abl.* -o *pro adv.* (*aliter e. g. p. 287, 23. 24. 44. 52*): Plavt. Amph. 916 equidem -o illa dixeram dudum tibi, ridiculi causa. 964 an id -o dixisti? equidem serio ac vero ratus. Poen. 572 hau vostrumst iracundos esse, quod dixi -o. Ter. Haut. 541 -one an serio ill⟨e h⟩aec dicat nescio. Eun. 179 quam -o rem voluisti a me . . ., quin perfeceris? Nep. Epam. 3, 1 ut ne -o quidem mentiretur. Svet. Aug. 53, 2 ut quendam -o corripuerit. Spart. Carac. 5, 6 *imperator* vel -o vel serio . . . adserens, si Lucanos vicisset Lucanicum se appellandum. 10, 6 Geta 3, 3. 3, 4. 4, 5 cum . . . diceret qua[si] -o qua[si] serio *eqs.* Vopisc. Car. 14, 2 -o, non serio . . . respondisse. *al. v. et p. 289, 10.*

β *c. praepp.* (*v. e. g. et p. 287, 27. 32. 38*): -i causa (gratia): Cic. Phil. 2, 42 adhibes -i causa magistrum suffragio tuo (Spart. Sept. Sev. 22, 5 Avg. in psalm. 5, 7 p. 86. *al.*). Val. Max. 7, 5, 2 -i gratia interrogavit eum *eqs.* in *c. acc.* (*c. abl. v. e. g. p. 287, 35. 61. 62*): Lygd. 4, 68 non est in vanum fabula ficta -um. *v. e. g. et p. 287, 57. 65. 289, 1.* inter: Svet. Iul. 4, 2 *supplicium* saepe illis minatus inter -um fuerat. Cal. 33 inter varios -os. vita Hor. p. 46, 1 saepe eum inter alios -os purissimum penem . . . appellat. *aliter v. e. g. p. 287, 80.* per: *fere pro adv.* (*alternat c.* -o *ap.* Plavt.): Plavt. Amph. 920 si quid dictum est per -um, non aequum est id te serio praevortier. 963 scis haec . . . me dixisse per -um. frg. 7 Poen. 541. 542. 573. 1169 quod ego dixi per -um, id eventurum esse et severum et serium. 1320 si quid per -um dixi, nolito in serium convertere. Pseud. 1224 promisi. Gracch. or. frg. Gell. 10, 3, 5 bubulcus . . . per -um . . . rogavit, num mortuum ferrent. Cic. fam. 4, 4, 1. ad Q. fr. 1, 2, 6 litterae abs te per -um missae. Priap. 44, 2 nolite omnia . . . putare per lusum mihi per -umque dici (*cf.* Plin. epist. 5, 13, 10 per ludum ac -um dictitant. *al.*). Liv. 24, 6, 4 Val. Max. 1, 8, 3. 9, 9, 3 Qvint. inst. 6, 3, 79 Svet. Iul. 20, 2 Aug. 86, 2 Nero 6, 2. *al.* Pavl. dig. 44, 7, 3, 2. *al. v. et p. 289, 13.* *vi praep. magis vigente*: Cic. leg. agr. 2, 96 *Campani suam* copiam cum hac per risum ac -um contendent. nat. deor. 2, 7 *Clodius* etiam per -um deos inridens. Catvll. 50, 6 scribens versiculos uterque . . . ludebat . . . reddens mutua per -um atque vinum (Anth. 412, 15 [totum *trad.*, -um *Scaliger*]). *al.*

γ *significatur transitio a verbis ridiculis ad seria*: Cic. fam. 7, 2, 2 sed de -o satis est. 7, 11, 3 de re severissima . . . iocor; remoto -o tibi hoc . . . praecipio, ut *eqs.* (Sen. contr. 2, 3, 19 Apvl. met. 1, 21, 4. *cf.* Pallad. hist. mon. I 22 p. 303B remove, inquit, -os; nam episcopus es futurus [*gr. p. 104, 16 B.* τὰ παίγνια]). 7, 16, 2 sed mercules, extra -um: homo bellus est (7, 32, 3. 9, 24, 3). Plin. epist. 1, 21, 2 omissis -is credo decentes esse servos. Vervs Fronto p. 111, 6 v.d.H. (= p. 116 N.) sed quod sine -o dicatur, iube *eqs. al.*

c *certa -orum genera*: **α** *de carminibus levioribus, comoediis, mimis sim.*: Cvlex 6 quisquis erit culpare -os Musamque paratus. Hor. carm. 2, 1, 37 ne relictis, Musa procax, -is Ceae retractes munera neniae. ars 222 Satyros nudavit et . . . incolumi gravitate -um temptavit. Ov. ars 2, 600. trist. 2, 238 *Augustum* numquam nostros evoluisse -os. 2, 494 non tristia carmina feci, sed tristis nostros poena secuta -os. *al.* Val. Max. 8, 1 absol. 8 Valentini . . . carmen, quo . . . virginem a se corruptam poetico -o significaverat. Phaedr. 3 prol. 37 (*syn.* fabellas). 4, 7, 2. Sen. Med. 114 fundat convicia Fescenninus, solvat turba -os. Pers. 6, 5 iuvenes agitare -os (*i. carmen de amore iuvenum componere*). Mart. 1, 35, 13 parcas lusibus et -is rogamus nec castrare velis meos libellos ([*syn.* carminibus . . . iocosis]. 4, 49, 2 *epigrammata* lusus . . . -osque vocat. *al.*). 4, 8, 11. 4, 10, 8. 5, 15, 1 quintus nostrorum liber . . . -orum. 6, 85, 10. 7, 8, 9 audire -os levioraque carmina. 7, 12, 2. 7, 28, 8. 7, 80, 4. 10, 18 (17), 3. *al.* Avson. 335 p. 198, 38 P. qui hunc -um nostrum . . . condemnet. 360 p. 219, 25 in nostro -o (*i. centone nuptiali*). *al.* Sidon. epist. 9, 16, 3 vs. 33 praeter heroos -a multa . . . texui. carm. 9, 212 -os Menandri. 23, 302 mimos . . . -os . . . coram te trepidanter explicare. *saepe.*

β *de -is, qui in triumpho decantari solent* (*sim. post victoriam l. 70*): Liv. 3, 29, 5 cum carmine triumphali et sollemnibus -is . . . currum secuti sunt. 5, 49, 7 inter . . . -os militares, quos inconditos iaciunt (7, 17, 5. 7, 38, 3. 28, 9, 18 Vell. 2, 67, 4 Plin. nat. 19, 144). 24, 16, 14 milites . . . per lasciviam ac -um ita ludibundi Beneventum rediere. Mart. 1, 4, 3 consuevere -os . . . ferre triumphi, materiam dictis (*syn.*) nec pudet esse ducem. Paneg. 12, 18, 3 -i triumphales. Clavd. 28, 60 alternos cum plebe -os dilectaque passus iurgia *princeps*. *al.*

γ *fere i. q. nugae, res nullius momenti*: Ter. Eun. 300 *hic* si occeperit, ludum -umque dicet fuisse illum (Lvcil. 111 haec ludus ibi susque omnia deque fuerunt, . . . omnia ludus -usque; illud opus durum. Liv. 28, 42, 2 tibi . . . cum . . . Africam conspexeris, ludus et -us fuisse Hispaniae tuae videbuntur. *cf.* Val. Max. 5, 1 ext. 3 lusus ac -us. *v. et p. 289, 3*). Cic. Flacc. 12 *Graecis* ius iurandum -us est, testimonium ludus. Ov. trist. 1, 9, 62 (*de carmine*) istos, ut non laudandos, sic tamen esse -os. Sen. dial. 2, 12, 3 horum contumelias sapiens ut -os accipit. Avson. 339, 16 p. 157 P. -us et nihili res. Conc.S I 2 p. 87, 38 refutatis . . . illorum -is (*i. accusationibus falsis. gr. I 1, 3 p. 8, 33* παίγνια, *syn.*

[Hi.]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

I 3 p. 172, 23 lusum). *al.* *in locutione q. e.* in -um vertere (convertere, mutare), *fere i. q. elevare, infirmare*: Sen. dial. 5, 11, 2 pleraque in lusum -umque vertantur (Plin. nat. 21, 178 Svet. Aug. 67, 1. Vit. 10, 2 rapinas ... in -um vertens. *al.*). Avg. serm. 9, 9, 12 p. 84fin. convertuntur vulnera in -a (Pomer. 2, 5, 2 p. 450A seria verba corripientium in -os exitiabiles impudenti urbanitate. *al.*). Romvl. fab. 31, 7 rec. gall. (*pars codd.*) timor est in -um mutatus (*syn.* in nihilum).

2 *sensu laxiore, fere i. q. lusus, sc. qui cum fit dicendo, tum maxime agendo*: a *generatim*: Plavt. Bacch. 75 simulato me amare. : : utrum ego istuc -on adsimulem an serio? Capt. 770 offers ... laudem lucrum ludum -um festivitatem ferias *eqs.* Stich. 658 quot ego voluptates fero, quot risiones, quot -os, quot savia *eqs.* Cic. Verr. II 1, 155 homines ... adrogantes ... Opimium per ludum et -um fortunis omnibus evertisse (Sen. epist. 95, 33 homo ... iam per lusum ac -um occiditur. Svet. Nero 16, 2 fallere ac furari per -um ius erat. Vlp. dig. 47, 10, 3, 4 si quis per -um percutiat ..., iniuriarum non tenetur. *al.*). Catvll. 12, 2 in -o atque vino tollis lintea neglegentiorum (*cf. p. 288, 37*). Hor. carm. 1, 33, 12 *Veneri* placet impares ... animos sub iuga aenea saevo mittere cum -o (*aliter infra l. 69*). 2, 19, 25 *Bacchus* choreis aptior et -is ludoque dictus. Ov. ars 3, 367 mille facesse -os, turpe est nescire puellam ludere. 3, 381 hos ... -os tribuit natura puellis (*i. aleam*). *al.* Sen. contr. 1 praef. 14 in omnes lusus, in omnes -os se resolvebat. 9, 2, 10 convivales. 9, 5, 7 inter pueriles -os petulantius lascivientem (*sim. de puerorum lusu*: Sen. dial. 4, 10, 1 ineptos aequalium -os. Capitol. Alb. 5, 8 *aves* quasi ad -um circa cunas pueri constitutae. CE 1439, 5 cum parva -um praeter nil quaereret aetas). Sen. benef. 5, 12, 2 quaedam in oblectamentum ac -um sic inligantur, ut eorum solutio imperito difficilis sit. dial. 9, 17, 4. *al.* Plin. nat. 35, 72 *Parrhasius* pinxit et ... libidines eo genere petulantis -i se reficiens (*cf.* Ven. Fort. carm. 1, 13, 16 quos pictura solet, ligna *sculpta* dedere -os). Stat. silv. 4 praef.fin. exercere ... -o non licet? ... sed et sphaeromachias spectamus *eqs.* 4, 9, 1 Plin. epist. 8, 8, 4 Amm. 30, 8, 5. Clavd. 19, 6 Fortuna ... insano iam satiata -o. Cod. Theod. 16, 8, 18 (= Iust. 1, 9, 11) ne *Iudaei crucem exurentes* -is suis fidei nostrae signum inmisceant. Sidon. carm. 2, 42 ludunt iaculis, hos suggerit illis *Thracia patria* ... -os. *saepius.*

b *speciatim*: α *de lusu amoris*: Hor. epist. 1, 6, 65sq. si, Mimnermus uti censet, sine amore -isque nil est iucundum, vivas in amore -isque (*Mimn. frg. 1, 1* ἄτερ χρυσῆς Ἀφροδίτης). 2, 2, 56 *anni* eripuere -os, Venerem, convivia, ludum. Ov. ars 1, 354 *ancilla* tacitis conscia fida -is. 2, 724 dulces gemitus aptaque verba -o (Epist. Sapph. 48). 3, 580 laetis. 3, 640 furtivos. 3, 787 mille -i (*R*, modi *vulg.*) Veneris (*sc.* σχήματα). 3, 796 fast. 4, 868. Plin. nat. 8, 144 *uxore a cane* lacerata propter lasciviorem cum marito -um. Anth. 22, 2 Cupidineos discite ferre -os. Ivst. 7, 3, 4. *al.* β *in diebus festis, Saturnalibus (v. et infra l. 74), ludis publicis, circensibus sim.*: Ov. fast. 1, 396 quicumque *deus* -is (*i. festis Bacchi*) non alienus erat. 4, 946 scaena -i morem liberioris habet (*sim. ludis Floralibus*: 5, 332. Val. Max. 2, 10, 8 populus ... priscum morem -orum in scaenam revocarunt. Sen. epist. 97, 8 Florales -os nudandarum meretricum. Colvm. 10, 280). Stat. silv. 1, 6, 93 quis spectacula, quis -os licentes ... canat? Mart. 1, 14, 1 delicias ... lususque -osque leonum vidimus. 10, 87, 7 gelidi -os Decembris. Clavd. 20, 357 ad solitos ... -os et iurgia circi tendere. Avg. serm. 196, 4, 4 p. 1021 non fiant ... per lusum iniquitas, per -um improbitas. serm. coll. Morin p. 231, 8 *natali Iohannis baptistae* cessent reliquiae sacrilegiorum (*i. dies Fortis Fortunae*), cessent studia atque -a vanitatum. Rvt. Nam. 1, 374 sacris ... -is (*sc. Osiridis*).

B *specialiter notanda*: 1 *de eis, qui -is obnoxii deridentur (fere hominibus; rebus l. 63), i. q. -orum materia*: a -um esse: Catvll. 42, 3 -um me putat esse moecha turpis. Hor. sat. 2, 5, 37 ne quid tu perdas neu sis -us. Prop. 2, 24, 16 me fallaci dominae iam pudet esse -um (*sic c. dat.*: Phaedr. 1, 21, 2 ignavis. Petron. 57, 5 nemini). b *aliquid* -um facere: Petron. 17, 9 ne nocturnas religiones -um risumque faciatis.

2 *per* προσωποποιίαν (*fere -us quasi deus introducitur; aliter l. 72*): Plavt. Bacch. 116 *istic habitant* Amor Voluptas Venus Venustas Gaudium -us Ludus Sermo Suavisaviatio (*sic comes Veneris*: Hor. carm. 1, 2, 34 quam -us circumvolat et Cupido. Porph. Hor. carm. 1, 33, 10 non dicit 'inpares formas cum -o sub iuga mittit' [*v. l. 18*], sed ordo est 'sic visum Veneri cum saevo -o', id est Veneri et Amori sic placuit, quem Amorem 'saevum -um' ... dicit. Mart. Cap. 6, 707). Merc. 846 sex sodales repperi: vitam amicitiam civitatem laetitiam ludum -um. Epitaph. Plaut. Gell. 1, 24, 3 Risus Ludus -usque ... conlacrimarunt. Stat. silv. 1, 6, 6 Saturnus mihi ... et ridens -us et Sales protervi adsint. Prvd. psych. 433 -us et Petulantia primi *fugiunt.*

3 *extrema opposita (fere per figuram bimembrem) unum significant et totum*: a *adverbialiter*: -o — serio *sim., i. quocumque modo*: Plavt. Amph. 906 cum *impudica* ... tu sermonem nec -o nec serio tibi habeas. Liv. 7, 41, 3 ne quis eam rem -o seriove cuiquam exprobraret. Sen. contr. 3 praef. 17 nec hoc ut faceret vel -o vel serio effici potuit (Svet. Aug. 53, 1 Fronto p. 216, 13 v.d.H. [= p. 227 N.]. *al.*). Svet. Nero 25, 3 ut ... neque quicquam serio -ove egerit, nisi *eqs.* Fronto p. 20, 7 v.d.H. (= p. 24 N.) me ... omnimodo ames qua -o qua serio. b *usu vario (praecipue spectantur amici omnia inter se communia habentes)*: -a — seria *sim.*: Cic. fin. 2, 85 quicum -a seria, ut dicitur? ... cum mediocri amico. Sall. Iug. 96, 2 *Sulla* -a atque seria cum humillumis agere. Ov. Pont. 2, 4, 10 seria multa mihi tecum conlata recordor nec data iucundis tempora pauca -is. 4, 3, 14 ego qui primus tua seria nosse solebam et tibi iucundis primus adesse -is. Liv. 1, 4, 9 cum his ... seria ac -os celebrare (Qvint. decl. 307 p. 208, 4). Sen. epist. 18, 15 *ira nascitur* non minus inter seria quam inter lusus et -os. Qvint. inst. 6, 3, 110 de Pollione Asinio seriis -isque pariter accommodato dictum est esse eum 'omnium horarum' (*cf. eodem sensu, ut vid.* Avson. 166, 11 p. 34 P. *fratres* -a seria mixti). Tac. ann. 2, 13, 1 *milites laudant ducis* per seria per -os eundem animum. Plin. epist. 2, 13, 5 cum hoc seria, cum hoc -os miscui (Sidon. epist. 4, 4, 1). Fronto p. 165, 5 v.d.H. (= p. 174 N.) -um seriumque participavimus. Paneg. 11, 12, 3 -a seriaque communicata. Ivst. 9, 8, 8 *Philippus* in seria et -os artifex. Avson. 205, 5 p. 63 P. tam seriorum quam -orum particeps. 401, 22 p. 233. Prvd. cath. 3, 18 seria ludicra verba -os, denique quod sumus aut agimus trina superne regat pietas. tristia — -i: Qvint. decl. 321 p. 260, 7 consuetudo actae pariter infantiae ..., lusus trist[it]ia -i.

deriv.: iocalis, iocista, ioco(r), iocosus, ioculus.

[2. iocus *scrib. pro* iocur: *v. Neue-Wagener*³ *I 837.***]**

3 *locutiones adverbiales*: **a** -um quod (*cf. Madvig ad Cic. fin. 2, 93 p. 299; Löfstedt, Synt. I² p. 265; ubi -um non vice subi., obi. fungitur [e. g. l. 55. 60], cf. Schmalz-Hofmann⁵ p. 380 sq. 719^med. de vocibus* id *et* id quod. *nota anacoluthon v. l. 54*): CIC. Att. 11, 9, 1 quid . . . me iuvat, quod ante initum tribunatum veni, si -um, quod veni, nihil iuvat? fam. 4, 13, 2 ut -um, quod maneam in vita, peccare me existimem (*cf. Madvig [l. 42]; Schmalz-Hofmann⁵ 721*). SEN. Herc. O. 359 amat *Hercules* vel -um (-am *ψ*), quod caret *Iole* patrio lare *eqs.* dial. 6, 12, 2 -um quod habuisti (*sc. mortuum*), quod amasti, fructus est. CVRT. 5, 3, 14 Alexandrum . . . deprecata est *regina*, ut -um excusaret, quod deprecaretur. LVCAN. 8, 77 -um, quod sum victus, ama. TERT. apol. 15, 3 -um, quod (*PM*, quid quod *l. v.*) imago dei vestri ignominiosum caput . . . vestit . . ., nonne (*sc. fere omisso* 'eo') violatur . . . divinitas *eqs.*? (*aliter Waltz ad l.*). anim. 32, 9 -um (-ud *A*) . . . quod hominem similem bestiae iudicas, confiteris *eqs.* (*cf. Waszink, 1947 ad l. p. 392 sq.*). adv. Prax. 9 p. 240, 10 -um (-ud *PM*), quod pater et filius dicuntur, nonne aliud (alius *Kroymann*) ab alio est? adv. Marc. 2, 9 p. 347, 8 -um quod anima vocitatus est flatus, vide, ne *eqs.* 5, 4 p. 582, 2 -um, quod ait: '. . .', nonne eum constituit manumissorem, qui *eqs. al.* **b** in -um, quoniam: ITALA act. 17, 31 (Iren. 3, 12, 9) praecepit hominibus . . . ubique poeniteri in -um, quoniam constituit diem *eqs.* (καθότι, *Vulg.* eo, quod). **c** in -o, usque quo: ITALA Iac. 5, 7 (cod. 66) agricola exspectat . . . fructum terrae patiens in -o usque quo accipiat . . . fructum (ἐπ' αὐτῷ ἕως, *Vulg.* donec accipiat). **d** (ab) -o, quod (quo *l. 68. 69, cf. Schmalz-Hofmann⁵ 722*): MAR. VICTORIN. adv. Arrium 1, 13 l. 39 (= p. 23, 10 W.) primum est vivere (*de Christo*) et ab -o, quod est vivere, et intellegere (*i. spiritus*). 1, 33 l. 32 (*de Christo*) -o, quo est esse, λόγος est. 1, 44 l. 19 -o, quo universalis λόγος est.

II *vi demonstrativa attenuata*: **A** *notio identitatis, aequalitatis sim. remanet (quae constat in comparatione [sc. interdum non plane expressa] duorum vel complurium, quae omnino ut aequalia, eadem sim. significantur; sic abit* '-e' *ad vim, notionem fere adiectivi pronominalis*): *fere i. q.* **idem** (*aut* 'unus idemque' *aut* 'par, aequalis' *sim.; fere i. q. immutatus e. g. l. 82. p. 308, 6. 25; iuxta posita, syn.*: idem *passim*, unus *p. 308, 23. 53*, immutabilis *p. 308, 24*, immotus *p. 308, 25*; *opp.*: alius, alter *e. g. p. 308, 4. 32. 38. 48*, similis *p. 308, 1. 21. 49; in lusu verborum p. 308, 3. 17*):

1 *generatim*: **a** *pro adi.* (*cf. p. 308, 27. saepius praedicative*): APVL. met. 1, 17, 1 in -o momento (VLP. [*ex Sab.*] frg. Vat. 75, 5 COD. Iust. 6, 61, 8, 7). MIN. FEL. 11, 7 sciscitari, utrumne cum corporibus . . . et corporibus quibus, -isne an innovatis resurgatur. sine corpore? . . . -o corpore? . . . alio corpore? TERT. anim. 14, 5 *anima*, quae in totum corpus diffusa et ubique -a *est.* 32, 9 confiteris animam non eandem: similem dicendo, non -am. bapt. 4 p. 204, 6 non . . . -i⟨s⟩ (*Gel.*, -i *B*) *aquis tingimur*. orat. 6 p. 185, 16 -a nocte (ea -a n. *Evans*). pall. 3, 1 pavo (*dat.*) pluma *est* vestis . . . numquam -a, etsi semper -a quando alia (*v. infra l. 17*). resurr. 52 p. 108, 10 eandem *carnem* fructificaturam . . ., -am . . ., non aliam. 57 p. 118, 7 manebit . . . caro . . . eatenus passibilis, qua -a, qua eadem *erit*. 63 p. 123, 30 resurget . . . caro et . . . omnis et . . . -a et . . . integra. *al.* ITALA psalm. 101, 28 (Ambr. hex. 1, 6, 24 p. 22, 11) tu vero -e es (σὺ δὲ ὁ αὐτὸς εἶ, VVLG. idem -e es). Phil. 2, 2 (Pelag. in Phil. 2, 2 p. 396, 6) ut -am (idem *codd. potiores*) sapiatis, omnes eandem caritatem habentes (τὸ αὐτό, *Vulg.* idem). VLP. dig. 3, 2, 8 -a die et sumere . . . lugubria et deponere (MARCIAN. dig. 49, 1, 5, 4 PEREGR. Aeth. 5, 10. PELAGON. 44 p. 45, 5 -o die et postero die [*Hippiatr. gr. I p. 133, 10* αὐτῇ τῇ ἡμέρᾳ]. COD. Iust. 8, 47, 10 pr.). FIRMIL. Cypr. epist. 75, 11 p. 818, 17 apud quos . . . idem error est, daemonum fallacia -a est. SER. SAMM. 852 aut tu cervina . . . in pelle quiesces, aut genere ex -o dentem gestabis. LACT. Phoen. 169 (*de ave ipsa*) -a . . ., sed non ⟨eadem est,⟩ eademque nec -a est (*v. supra l. 3*). PEREGR. Aeth. 20, 3 in eo loco, ubi fuit domus . . . Abrahae, id est in -is fundamentis et de -o lapide. 25, 12 per . . . octo dies . . . is ornatus est et -a laetitia celebratur. MAR. VICTORIN. adv. Arrium 1, 23 l. 9 substantia . . . eadem . . . est in *patre et filio* . . . et non est similis, sed -a. OPTAT. 1, 27 p. 29, 3 in -a causa . . . duorum videbantur laborare personae. 5, 1 p. 121, 17 una est ecclesiastica conversatio . . . eadem fides, -a . . . sacramenta. 5, 4 p. 126, 23 *trinitas et fides* permanent . . . immutabiles et immotae; trinitas . . . -a est, fides in singulis *credentibus* una est. PELAGON. 258. 268 p. 87, 22 λιβανωτοῦ ὁλκὰς tres, sales -ius ponderis (*Hippiatr. gr. I p. 178, 14* ἁλὸς τὸ ἴσον). CHIRON 70. 692. VEG. mulom. 2, 105, 2 *equo* -ae (eaedem *P*) potiones dantur. VVLG. Hebr. 13, 8 Iesus Christus heri et hodie -e et in saecula (ὁ αὐτός). Iac. 3, 10 ex -o ore procedit benedictio et maledictio (ἐκ τοῦ αὐτοῦ στόματος). POMP. gramm. V 118, 8. 9 liquida . . . iuvat . . . in -a parte orationis, in alia non iuvat; . . . quotiens in -a parte orationis *eqs.* V 127, 33 eadem . . . ratio in illis . . ., quae in tribus syllabis, -a in sex syllabis, -a etiam in octo. GAIVS epit. 2, 9, 1 *quae mutuo damus*, damus, ut . . . ad nos . . . non -ae res, sed aliae eius naturae . . . atque -ius ponderis . . . reddantur (*cf. inst. 3, 90* non eaedem, sed aliae). 2, 9, 17 in -o consensu socii perseverant (*cf. inst. 3, 151 in* eodem ⟨con⟩sensu). ALC. AVIT. carm. 4, 86 tempore . . . sub -o. ENNOD. carm. 94, 6 alter te dominus, sed manet -e labor. GREG. TVR. Iul. 2 p. 565, 3 aliam basilicam in -a mensura construxit. COD. Iust. 4, 1, 12, 1. HIST. Apoll. rec. A 8 p. 13, 1 visus est a . . . cive . . ., qui supervenerat -a hora (*aliter p. 310, 79*). *huc fortasse*: VARRO ling. 9, 85 in -is vocabulis (vocalibus *F*) ubi additur certus numerus in miliariis aliter atque in reliquis dicitur.

b *pro subst.*: *α masc.*: TERT. idol. 21 p. 55, 15 per -um (*sc. Iovem, deum*) remaledicis (*praeced.* per eundem retorsisset maledictum). adv. Prax. 11 p. 243, 3 sqq. ut -e sit, qui et eructavit et quod eructavit, et -e qui protulerit et qui prolatus sit, si -e est et sermo et deus. ARNOB. nat. 6, 19 et -e et . . . alter *eqs.* AVSON. 17, 8. 9 p. 326 P. idem . . . vultu, crine non idem Myron orabat *eqs.* sed *Lais* . . . similem . . ., non -um rata, fortasse et -um *eqs.* *β neutr.* (*nota*: in -um *l. 51*): ITALA Phil. 3, 16 (cod. d) in -um sapiamus (*gr. aliter, Vulg.* ut idem sapiamus. *v. et l. 53*). NOVATIAN. trin. 27 p. 98, 20. 23 (*de fidelibus*) quando duorum una sententia est, . . . unum sunt . . .; -um sunt, dum -um sapiunt (*v. et l. 51*) *eqs.* dum idem sentiunt, -um (-i *edd. vett.*) sunt. MAR. VICTORIN. gen. div. verb. 30 l. 29 (= p. 37, 14 W.) *filius est* -um, et simul et eiusdem substantiae est, quo modo et deus et λόγος est pater et filius. HIER. c. Lucif. 3 p. 157^B non est -um lacrimas fundere . . . et corpus attrectare domini. non est -um ad fratrum genua provolvi et *eqs.* COMM. apol. 481.

2 *speciatim: coniungitur c.* idem (*v. vol. VII 1, 191, 16 sqq.*), unus (*l. 62*): TERT. anim. 35, 6 Helias . . . venturus est . . ., idem et -e et sui nominis et sui hominis. adv. Marc. 2, 29 p. 376, 14 -a et una erat substantia divinitatis (IREN. 3, 13, 1 unum et -um deum [SERM. Arrian. frg. I 4 p. 602^B. *ibid.* p. 603^A. CONC.^S I 2 p. 57, 4 duos filios et non unum et -um; *gr. I 1, 2 p. 43, 25* ἕνα καὶ τὸν αὐτόν]. NOVATIAN. trin. 29 p. 106, 17 nec alter est *spiritus sanctus*, . . . sed unus atque -e est. *cf. et* CYPR. idol. 9 p. 26, 18). adv. Prax. 2, 3 p. 229, 25 si -um eundemque et patrem et filium et spiritum dicat (resurr. 57 p. 116, 9 si . . . -a eademque substantia revocatur cum sua forma. FAVST. REI. grat. 1, 10 p. 33, 3. LEX Burg. lib. const. 43, 1 ex -o eodemque titulo *legis* [74, 1]. *v. vol. VII 1, 191, 16*). FIRMIL. Cypr. epist. 75, 1 p. 810, 7 in -a (una *cod. Goulartii*) atque in eadem domo simul inhabitantes (FAVST. REI. grat. 1, 11 p. 38, 3). NOVATIAN. trin. 24 p. 87, 1 eundem . . . atque -um (*i. filium hominis*) . . . etiam filium dei volunt videri (27 p. 98, 11. 29 p. 108, 16 LEO M. epist. 102, 3 [Conc.^S II 4 p. 54, 10]).

B *ponitur* **vice articuli:** *ab anaphora proficiscitur consuetudo pron.* '-e' *vice articuli adhibendi, quae porro non ad anaphoram solam pertinet* (*cf. Wackernagel, Synt. II 129 sqq., v. et p. 306, 33 sq.; sim. pron.* ille. *de frequenti et fere vulgari apud Chironem usu, quem fugit Vegetius, cf. Grevander, Unters., 1926, 25 sq., 27 sq. de pron.* -e *vice articuli posito in iunctura q. e.* -e idem [ὁ αὐτός] *v. Salonius, Vitae patr. p. 236; cf. p. 356, 58 et vol. VII 1, 203, 26 sq* *nota graecismum*: TERT. adv. Marc. 2, 21 p. 364, 12 opus . . . rarum et sacrosanctum et ex -o tunc dei praecepto . . . divinum [*i. fere* ἐκ τῆς τότε . . . ἐντολῆς]. -e *saepe postponitur*):

[Tietze]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

1 *usus anaphoricus* (*cf. usum p. 301, 66sqq. explicatum*): **a** *strictim*: CELS. 8, 6, 2 aperienda ... cutis et -a cartilago (*sc. ante memorata*) ... excidenda est. GROM. p. 312, 20sq. de latus se aquam ... habens, sub se collem et per -um collem via venit ... et descendit -a via et venit ad -am casam. GAIVS inst. 4, 16 qui *rem* vindicabat ..., -am rem adprehendebat. VLP. dig. 23, 1, 10 si *filia* emancipata est ...: -a enim filia *eqs.* TERT. bapt. 9 p. 208, 9 (*antea*: vim regis) -um regem cum totis copiis aqua extinxit. adv. Marc. 4, 1 p. 423, 8 adv. Prax. 7 p. 235, 14. ITALA gen. 11, 3 (Chron. Alex. chron. I p. 94, 22) faciamus ... lateres *eqs.* et facta est eis -a latera quasi lapis (ἡ πλίνθος, *Vulg.* lateres). lev. 4, 19 (Monac.). Zach. 3, 3 (Cypr. testim. 2, 13 p. 78, 20) ante faciem angeli ...; ante faciem -ius angeli (τοῦ ἀγγέλου, *Vulg.* faciem angeli). 3, 9 (Firm. err. 20, 2) quoniam lapis, quem ...: super lapidem -um unum (ἐπὶ τὸν λίθον τὸν ἕνα, *Vulg.* super lapidem unum). I Macc. 11, 60 (rec. B) de -a civitate (ἐκ τῆς πόλεως, *Vulg.* de civitate). II Macc. 7, 25 (rec. P). Matth. 12, 29 (Iren. 3, 8, 2) non ... aliquem posse diripere vasa fortis, si non prius -um alliget fortem (τὸν ἰσχυρόν, *Vulg.* fortem). Ioh. 20, 4 (codd. b ff²) currebant ... -i duo simul ([οἱ δύο, *Vulg.* duo]. *sic accedit ad numerum*: AVG. civ. 4, 10 p. 157, 25 D. 20, 23 p. 463, 23 cum ... quattuor regna vidisset -umque quartum *eqs.* SACR. Gelas. 1, 34[in.]. HERM. vulg. sim. 9, 2 p. 116, 11 in medio ... campo ... petram ostendit, quae de -o campo surrexerat (*gr.* ἐκ τοῦ πεδίου). Pal. sim. 9, 2, 2. 3 petra ... portam excisam habens *eqs.* porta autem -a *eqs.* circa portam ... -am (*gr.* ἡ δὲ πύλη, τῆς πύλης, *Vulg.* porta illa, eam portam). *al.* PEREGR. Aeth. 3, 4 (*praeced.* summitas montis; ecclesia) cum ... persubissemus in -a summitate et pervenissemus ad hostium -ius ecclesiae, ecce et occurrit presbyter ..., qui -i ecclesi⟨a⟩e deputabatur. 12, 4. 18, 1. 19, 16sq. (*cf. Löfstedt ad l. p. 64*). PELAGON. 366 p. 106, 1 decoques in vino ... radices, colas -um vinum *eqs.* (*Hippiatr. gr. I p. 395, 12* διαθήσας τὸν οἶνον). CHIRON 81 AVG. civ. 8, 8 p. 333, 29 D. SORAN. 59, 2. CASSIOD. Ios. antiq. 9 p. 265[ex.] in agro ...; in -o illius agro (*gr. 9, 119* ἐν τῷ ἐκείνου χωρίῳ). ANTHIM. 34 iuscello facto *eqs.*; et sic vapore -ius iuscelli coquatur *cibus*. LEX Burg. lib. const. 92, 1. 92, 5.

b *nexu laxiore* (*sermone progrediente mentio fit rei vel hominis ad propositum pertinentis, animo obversantis*): CELS. 8, 9, 1H levius -o osse adfecto. QVINT. decl. 313 p. 231, 1 auctoritate -ius accusatoris. POMP. gramm. V 133, 28 'Tityre maxime' duo sunt dactyli ..., sed -i pedes finiunt -am elocutionem, quae appellatur colon (*cf. Wölfflin, ALL 12, 1902, 475*). APVL. met. 6, 29, 8 nos ... deprehendunt -i latrones. TERT. bapt. 8 p. 207, 22 etiam corporaliter -o felle careat columba. adv. Marc. 2, 5 p. 340, 20 monog. 11, 10. IVVENC. 1, 647 fruticum ... virentia laeta -e deus vestit (*cf. Matth. 6, 30* ὁ θεός, *Vulg.* deus). PALLAD. 2, 15, 15 *nuces ita* ponemus ..., ut latus, id est carina -a figatur in terra. cacumen -um ... in aquilonis partem dirigemus (*sim.* SERV. auct. Aen. 10, 653 p. 456, 30 crepidines viarum, id est -ae eminentiae dextrae sinistraeque). 12, 10 *urinam* circa truncum ... suffundi, ut ad radices instillatio -a descendat. AVG. civ. 7, 25 p. 306, 31 D. COMM. apol. 870 CONC.S II 3, 2 p. 291, 4. COD. Iust. 1, 54, 5 (*a. 384*). INST. Iust. 2, 1, 4 onus ... in *ripis* ... reponere cuilibet liberum est, sicuti per -um flumen navigare. BENED. reg. 55, 8 abbas ... provideat, ut non sint curta -a vestimenta. 58, 32. CIL VIII 12021, 7 cum ordo ... statua⟨m⟩ de publico ponendam de⟨c⟩revisset, -ā pecuniā rei ⟨p⟩ublicae remissā ... de suo p(osuit).

2 *c. ea vi, quae subst. designat in quibusdam vocibus* (*sc. per se natura substantivi carentibus. saepius adhibetur more articuli gr. velut* τό, *cf. δ p. 300, 51*): **a** *accedit ad inf.*: VARRO ling. 6, 79 acquirere est 'ad' et 'qu⟨a⟩erere'; -um 'qu⟨a⟩erere' ab eo, quod quae res ut reciperetur datur opera. CIC. de orat. 1, 112 quid est ineptius quam de dicendo dicere, quom -um dicere nunquam sit non ineptum, nisi *eqs.* (PELAG. in Rom. 9, 20 p. 77, 19). Brut. 140 nam -um Latine loqui est illud ... in magna laude ponendum. fin. 3, 44 neque tamen, si utrumque (*sc. sapere et valere*) sit aestimatione dignum, pluris sit coniunctum quam sapere -um separatim. Att. 13, 28, 2 cum vivere -um turpe sit nobis (AVG. civ. 14, 25 p. 52, 16 D. 19, 4 p. 356, 13). fam. 15, 15, 2 ut -um vinci contemnerent. SEN. Oed. 992 multis -um metuisse nocet. nat. 6, 32, 5 -um perire non magnum est. PLIN. nat. 7, 187 -um cremare apud Romanos non fuit veteris instituti. Ps. APVL. Ascl. 26 nascitur ... -um velle e voluntate (AVG. civ. 5, 10 p. 208, 18 D. conf. 8, 8, 20). TERT. resurr. 7 p. 36, 16. 35 p. 77, 21. MAR. VICTORIN. adv. Arrium 1, 4 l. 11sq. (= p. 15, 13 W.) *sic* id ..., quod est operari, et -um esse habet, magis autem non habet: -um enim operari esse est (CANDID. gen. div. 2 l. 19sqq. [= p. 4, 22. 24 W.]. PAVL. NOL. epist. 40, 5 p. 345, 1 cum -o esse [*i. Christo*] permanebimus. AVG. civ. 11, 27 p. 498, 29 D. BOETH. trin. 2, 19). AVG. civ. 14, 13 p. 33, 13 D. -um ... extolli iam deici est. 21, 14 p. 517, 6 -um ... discere. EVGRAPH. Ter. Andr. 552 (rec. β) -um posse negat Chremes. *huc fortasse*: CIC. part. 139 nam et partiri -um (*sc. fere* ἀπὸ κοινοῦ *positum*) et definire *eqs.*

b *cetera exempla*: VLP. dig. 18, 4, 11 -um ... incertum rei (*antea*: spes hereditatis). TERT. carn. 6, 11 possunt nihil -um convertere in carnem qui ... *se* potuerunt convertere in carnem. 20, 1 qualis est ... tortuositas vestra, ut -am 'ex' syllabam ... auferre quaeratis et aliā magis uti. adv. Hermog. 26, 2 'autem' -um. adv. Marc. 4, 35 p. 542, 29 -um verbum 'reprobrari' inde decerpsit. SERV. auct. Aen. 8, 374. 11, 590. HIER. epist. 57, 8, 2 -ud (-um *l. v.*) 'habebit et accipiet'. AVG. conf. 13, 8, 9 in euang. Ioh. 58, 2 l. 7. serm. coll. Morin p. 559, 33 sic debemus accipere -um diu. BOETH. herm. pr. 1, 3 p. 62, 16. p. 65, 28.

3 *pron.* -e *auget vim generalem q. d. vocis* (*respicitur proprium omnibus, qui eiusdem generis sunt*): PLIN. epist. 2, 10, 4 cetera fragilia ... non minus quam -i homines occidunt. TERT. fug. 6, 7 Paulus et apostoli -i. PORPH. Hor. sat. 2, 2, 12 studium -um effice⟨re⟩, ne labor sentiatur. epist. 2, 1, 132 poetae (*dat.*) ..., qui carmina -a componit. DON. Ter. Phorm. 120, 3 cum sint quattuor *res*, quae in -is sponsis quaeruntur. SERV. Aen. 4, 193 in quantum longa est -a hiems.

4 *accedit ad nomina (vocabulum l. 24) hebr. apud eccl., sc. ut in indeclinabilibus appareat casus* (*usus frequens in Itala evitatur in partibus Vulg. ab Hier. translatis*): TERT. cult. fem. 1, 3, 1 pronepotem -ius Enoch. adv. Marc. 3, 20 p. 411, 11 quis iste venter est? -ius David? (ITALA psalm. 6, 1 [Veron.] psalmus -i David [τῷ Δ., *Vulg.* David]. 7, 1 [Veron.]. VVLG. psalm. 31, 1 [τῷ Δ.]. 36, 1 -i David [τοῦ Δ.]). ITALA gen. 21, 17 (Novatian. trin. 18 p. 67, 2) vocavit angelus ... -am Agar (τὴν Ἀ., *Vulg.* Agar). 36, 12 (Rufin. Orig. in num. 19, 1 p. 177, 16) -i Eliphas (τῷ Ἐ., *Vulg.* peperit ei). num. 23, 16 (Rufin. Orig. in num. 16, 1 p. 138, 9) occurrit deus -i Balaam (τῷ Β., *Vulg.* cui [*i. Balaam*]). psalm. 80, 5 (Veron.). 104, 9. 10 (Veron.). II Macc. 10, 38 (rec. P) -um Israhel (τὸν Ἰ., *Vulg. aliter*). HIER. epist. 29, 2, 2 (*spectat ad verba* 'cinctus ephod bad') post -um ephod, qua re adiungitur ei bad? VVLG. Sirach 46, 11 -i Caleb (τῷ Χαλεβ). AVG. civ. 16, 3 p. 127, 9 D. ordo verborum est: et Sem natus est Heber ..., id est: -i Sem natus est Heber. c. Faust. 32, 13 p. 772, 2. in psalm. 77, 3 l. 16. 17 nec '-ius Asaph' dictum est, sed '-i Asaph', quod graeco articulo apparet. 104, 6 l. 30 ab -o Adam. 104, 7 l. 27 'statuit *deus* illud Iacob', id est -i Iacob, 'in praeceptum'. 142, 3 l. 11. *inde c. nominibus declinatis*: ITALA III reg. 11, 14 (Cypr. testim. 3, 80 p. 173, 7) -i Salomoni (τῷ Σ., *Vulg.* Salomoni). II Macc. 15, 7 (rec. χ) -e ... Maccabeus (ὁ δὲ Μ., *Vulg.* Machabeus).

III *appendix rerum notabilium ad I et II A*: **A** *usu significantiore*: 1 *in annectendis vocibus, membris, quae ad idem, de quo sermo est, simul, itidem spectant et iam dictis aliquo modo respondent* (*cf. de simili usu pron.* idem *vol. VII 1, 191, 27sqq.*; -e *postponitur l. 42. 68*): **a** *varia*: CIC. de orat. 1, 229 neque ... hoc solum dixit, sed -e et sensit et fecit. div. 2, 37 an quod *taurus* aspexerit ... excordem Caesarem, -e corde privatus est? LVCR. 3, 324 haec ... natura tenetur corpore ab omni -aque corporis est custos. 4, 748 tenuis ... mens est et mire mobilis -a (*sic* VERG. Aen. 3, 571 portus ... immotus et ingens -e. COMM. apol. 92). SALL. Iug. 11, 1 regem ficta locutum intellegebat et -e longe aliter animo agitabat. MANIL. 4, 155 labor est etiam -e (*P. Thomas*, -a *Ω*) voluptas (*sim. cf. l. 52*). SEN. dial. 5, 37, 2 iratum vidisti amicum ... et -e ... iratus ... fuisti. QVINT. inst. 7, 2, 32 dignitas et tuetur reum et ... -a in argumentum facti convertitur. MIN. FEL. 1, 4 (*de amico*) solus *erat* in amoribus conscius, -e socius in erroribus. CYPR. testim. 2, 1 tit. Christum primogenitum esse et -um esse sapientiam dei. CANDID. gen. div. 3 l. 16 (= p. 5, 19 W.) esse (*i.* τὸ ὄν) -um est (*v. app. cr.*) et vivere et intellegere. SERV. georg. 1, 33 p. 140, 15 nam Erigone -a est Virgo ([*i. stella*]. *sic* 3, 7 p. 273, 20 Ceres -a est terra. 3, 11 p. 274, 1 Heliconia -a est Boeotia. 4, 125 p. 329, 8 Oebalia -a est Laconica. AMBROSIAST. in Rom. 3, 16 actus modesti -i sunt pacifici. 7, 6 p. 108B lex ... spiritus -a est lex fidei. 8, 1 p. 116C EVCHER. instr. 2 p. 151, 15. *sim. cf. l. 44sq.*). ITIN. Anton. Plac. rec. A 7 p. 163, 13 civitatem, quae vocatur Gadera, quae -a est Gabaon (*cf. rec. B 7 p. 198, 4* quae et Gabaon dicitur).

b *per repetitionem* (*cf. et vol. VII 1, 192, 62. 194, 6*): CYPR. epist. 63, 6 p. 705, 5sq. *Christus* quod ... -e sit leo de tribu Iuda ... et sit -e spes gentium. PANEG. 2, 5, 4 (*de duce Romano*) cum -e Saxonicus, -e Sarmaticus, -e Alamannicus diceretur. SCHOL. Hor. carm. 3, 22, 3 trina Dianae putabatur potestas; -a ... vena[n]tibus praeesse dicebatur; -a Lucifera in honorem Lucinae ...; -a [et] Proserpina (*sim.* 3, 28, 12 CASSIOD. var. 5, 42, 3). CLAVD. DON. Aen. 5, 460 p. 476, 5sqq. necessario verbo usus est dicens 'eripuit' ... -o usus est hic, -o ex persona Sinonis *eqs.* AVG. civ. 10, 20 p. 433, 23 D. per hoc et sacerdos est, -e offerens, -e et oblatio. EVCHER. instr. 2 p. 152, 9 Lod -a est Lydda, -a est Diopolis. MEROB. Christ. 9.

2 *usu comparativo* (*cf. et vol. VII 1, 194, 67*): IREN. 3, 13, 1 -ius ... dei Petrus erat apostolus, cuius et Paulus. PEREGR. Aeth. 39, 1 -e ornatus est et -a compositio ..., quae et per epiphania (49, 3). SERV. ecl. 7, 21 secundum Varronem -ae sunt nymphae, quae et Musae. georg. 1, 39 Proserpina -a est, quae et Luna. HIER. epist. 54, 4, 3 quem habebis heredem? -um, quem et dominum. 106, 2, 4 editio *communis* -a est, quae et Septuaginta. 106, 63, 1 δῶμα in orientalibus provinciis -um dicitur, quod apud nos tectum. OROS. hist. 1, 21, 12 -am esse Spartam quam et Lacedaemonam civitatem.

B *notione significantiore, in iunctura adverbiali*: -a hora *fere i. q. statim sim.* (*cf. Grevander, Unters. Chiron. 29. v. et p. 356, 61. aliter p. 308, 41*): CHIRON 236 (= VEG. mulom. 1, 52, 2) *vermes*] vix ... evelluntur et -a hora tibi in manu ... cohaerentur (*Veg.* cohaerent). 308 -a hora perunges cito ... tergus (*Veg. 2, 92, 3* statim dorsum ... perunges).

[Tietze]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

CAPVT SECVNDVM

pronomen intensivum, determinativum:

pars prior: ipse intensivum: *pron.* -e *certae actionis vel rationis demonstrandi defectum compensat augendo, efferendo sim.; sic maiora a levioribus distincta in aspectum profert, disponit orationem, verba, in ordinem redigit personas, digerit res, actiones vel c. narratione vel inter se quadam ratione coniunctas (cf. Brugmann, Demonstrativa, AbhLeipz. 1904, 9sqq. 121sqq.; ubique exempla significantiora selecta)*:

I *accedit ad subst., adi. (part. p. 316, 20), pron. (perspicuum facit ordinem enuntiati, sermonis.* -e *interdum c. vocabulis q. s.* 'γε, *quidem*' *aliqua ex parte comparari potest)*: A *pertinet ad dispositionem verborum, membrorum respondentium sim.*: -e *vocem, ad quam accedit, ita auget, ut praevaleat, potior (vel non inferior, e. g. l. 32) sit reliquis una positis aut oppositis (velut totum partibus, dominus familia sim.)*: 1 *generatim*: a *homines (vel res) magis comparando, enumerando, componendo distinguuntur*: α *praecedit membrum, ad quod* -e *accedit (hic illic fere in processu a minore ad maius)*: PLAVT. Mil. 1081 quot hic -e annos vivet, cuius filii tam diu vivont (*iuxta aliquem ponuntur ii, qui proximi, affines sim. sunt, item*: TER. Ad. 89 -um dominum atque omnem familiam. CIC. Verr. II 2, 161 statuae Verris -ius et patris eius et filii. Balb. 57. fam. 1, 2, 3 non invito rege -o consiliariisque eius. 6, 10, 2 neque ... -e Caesar ... et omnes fere familiarissimi eius *eqs.* TAC. hist. 2, 59, 1). TER. Ad. 314 seni animam ... exstinguerem -i ...; tum Syrum ... lacerarem. CATO agr. 70, 2 bos ... -us et qui dabit *medicamentum* ([71]. VLP. dig. 1, 16, 6, 3 -e proconsul vel qui in alio officio erit. EPIST. imp. Sev. et Carac. ad Tyr. [CIL III 781] 16). CIC. Quinct. 65 nisi quid inter -um Alfenum et Naevium conveniret. div. in Caec. 49 et -e Alienus ... et Caecilius *eqs.* Sull. 54 aut -e Cornelius aut vos (*respondet pron. pers. item*: Att. 10, 8, 1 et res -a monebat et tu ostenderas et ego videbam *eqs.* [*v. l. 15*]). de orat. 2, 191 oratorem -um magis ... quam quemquam eorum qui audiunt. fin. 3, 23 -am sapientiam nobis cariorem fieri quam illa sint, a quibus ad hanc venerimus (Tusc. 5, 115). ac. 2, 7 est et in -is rebus obscuritas et in iudiciis nostris infirmitas. fam. 4, 3, 2 et Caesar -e ... et omnes cives. 16, 11, 2. PLANC. Cic. fam. 10, 11, 2 unam *spem* Lepidi -ius, alteram exercitus. 10, 18, 3 magnum periculum -e Lepidus, magnum ea pars exercitus adiret, quae *eqs.* (CLEM. dig. 34, 3, 21, 2). LVCR. 3, 459 corpus ut -um suscipere ... morbos ... sic animum curas. NEP. Dion 2, 3. LIV. 1, 40, 4 dolor in Tarquinium -um magis quam in Servium eos stimulabat. 2, 45, 3 qua consules -os, qua exercitum increpando. 44, 32, 4 regem -um cum parente, coniuge ac liberis ac fratre aliisque principibus Illyriorum (HYG. astr. 4, 10 p. 107, 8 IORD. Get. 114). 45, 1, 5 cum victoria -a, tum augurio animorum suorum laetabantur. LVCAN. 4, 748 obstipuit dux -e simul perituraque turba (TAC. ann. 4, 27, 2). VLP. dig. 37, 4, 3 pr. non tantum ... -i emancipati ..., verum etiam hi ..., qui *eqs.* (COD. Iust. 5, 57, 1 [*a. 224*]). CYPR. epist. 16, 4 p. 520, 15 apud confessores -os et apud plebem universam. 63, 11 p. 709, 20 neque -e apostolus neque angelus.

β *seq. membrum, ad quod* -e *accedit*: PLAVT. Asin. 502 mercator ... talentum argenti ... mihi credidit *eqs.* atque etiam tu quoque -e ... crederes ..., quod fers. TER. Hec. 151 neque honestum mihi neque utile -i virginist (CIC. fam. 11, 27, 2 mihi utile ... nec inutile -i Caesari. *cf.* Caecin. 102 quod vos ...; deinde, quod Sulla -e. Tusc. 3, 53 fam. 2, 6, 5). CIC. Verr. II 2, 12 non tam ... Siciliam ... quam Verrem -um. 3, 62 ridere convivae, cachinnare -e Apronius. ac. 2, 121. 2, 142 iudicium veritatis veritatemque -am (*sic* PLIN. nat. 30, 81 sanguis ... murinus ... vel -e mus). div. 1, 105 neque ... in pastoribus illis ... nec in -o Romulo (QVINT. inst. 11, 3, 122 plus illo [*i. corpore*] agi quam manibus -is). fam. 4, 7, 5 neque is, qui *eqs.*, ... neque -a res p. (ASCON. Scaur. 28, 27 is ... non minus ... quam Scaurus -e). HOR. sat. 1, 5, 57 prior Sarmentus '...', ridemus et -e Messius '*eqs.*' OV. Pont. 1, 1, 76 qui ... dolet, citius quam dolor -e cadet. LIV. 2, 6, 6 filius regis, rex -e. 28, 6, 10 et venti ... et fretum -um Euripi. 45, 3, 5 bellum ... incommodum Graeciae ..., sumptuosum ... -is Romanis. VITR. 3, 5, 7 axes volutarum ... volutaeque -ae. CELS. 5, 26, 31[E] PETRON. 27, 2 QVINT. inst. 4, 2, 23. 11, 3, 30 non alia est ... ratio pronuntiationis quam -ius orationis. IVV. 14, 139 crescit amor nummi, quantum -a pecunia crescit. TAC. hist. 2, 1, 1 *imperium* laetum rei publicae ..., -is principibus prosperum.

b *homines (vel res) magis opponendo distinguuntur*: α *seq. membrum, ad quod* -e *accedit (hic illic fere in processu a minore ad maius)*: PLAVT. Amph. 170 miser est divitis servus ..., -e dominus dives *eqs.* CIC. Quinct. 85 (Iul. Sev. rhet. 16 p. 363) domus erat ... Romae ..., in -a Gallia ... praedia. Verr. I 19 ei ... gratulatur; -i Hortensio ... verbum nullum facit. II 5, 75 cur ... civibus Romanis ... securi ... percussis -is piratis lucis usuram ... dedisti? fin. 2, 110 in bestiis erunt ... simulacra virtutum, in -is hominibus virtus ... nulla erit? Att. 2, 21, 3 bonos inimicos habet, improbos -os non amicos. *al.* CATVLL. 44, 20 tussim non mi, sed -i Sestio ferat frigus (*pron. pers. respondet item*: SEN. epist. 50, 3 non ego sumptuosus sum, sed urbs -a magnas impensas exigit). LIV. 6, 16, 3 aut tribuni plebis aut -a plebs. 7, 19, 5 etsi ... levata usura erat, sorte -a obruebantur inopes.

VITR. 2, 8, 13 ita ut nemo possit, quid ... geratur, ... scire, at rex -e ... sine ullo sciente ... imperaret. SEN. epist. 65, 7 homines quidem pereunt, -a autem humanitas ... permanet. PLIN. nat. 14, 6 voluptas vivere coepit, vita -a desiit. TAC. Germ. 10, 1. VLP. dig. 13, 5, 5, 10 domino ... vel -i servo (PAVL. dig. 39, 6, 44). HIER. epist. 116, 22, 2.

β *praeced. membrum, ad quod* -e *accedit*: CIC. Verr. II 3, 158 -um Metellum ..., cohortem autem Metelli (*sim.* TAC. Agr. 2, 1 neque in -os modo auctores, sed in libros quoque eorum). Caecin. 92 cum hoc -um concessit, vincit tamen sponsionem (*similiter sensu concessivo*: Manil. 47 *felicitatem* praestare de se -o [-e *H*] nemo potest, ... commemorare de altero possumus. CATVLL. 16, 6 castum esse decet ... poetam -um, versiculos nihil necessest. CVRT. 8, 2, 28 TERT. adv. Hermog. 8, 1). nat. deor. 1, 28 Xenophanes ... de -a mente item reprehendetur ut ceteri, de infinitate autem vehementius. PLIN. nat. 34, 61 naturam -am imitandam esse, non artificem.

γ *ordo verborum deinceps variat*: SEN. benef. 6, 2, 1 aliud est munus, aliud -a donatio *eqs.* aliud est beneficium -um, aliud quod *eqs.*

2 *speciatim*: -e *accedit ad duo membra enuntiati (cf. p. 313, 21)*: CIC. div. 1, 80 -a actio potest esse ... copiosa, nisi est animus -e commotior? Att. 12, 3, 2 praeter -am turpitudinem hoc -um (*i. fere emptionem ab hasta*) puto esse perdere (*i. fere damnum*). PLIN. nat. 12, 15 (*de malo Assyria*) pomum -um ... non manditur *eqs.*; arbor -a ... pomifera est *eqs.* TERT. adv. Marc. 4, 29, 1 p. 519, 22sq. et substantiam -ius animae ... et materiam -ius corporis.

B *pertinet magis ad contextum orationis, cursum et amplificationem narrationis, sermonis*: -e *exsistit quasi vinculum, quod partes quasdam c. enuntiato, sermone iungit, cum augendo id in promptu ponit, quod adhuc adiciendum, additamento, definitione describendum vel narratione porro explanandum est*:

1 *convertit animum ad id, quod insuper accedit: eodem vel simili modo aliquid etiam ad aliam vel rem vel personam spectare declaratur; augetur vox, quae significat id, quod pro sua parte item accedit, adhuc adnectitur*: a *ponitur solum, sine additamentis*: α *quod ut par, simile additur*: ① *accedit ad membrum seriei (series continetur singulis enuntiatis [per se positis vel inter se coniunctis], e. g. l. 42. 51. 56. 77. p. 313, 10. respondet* item *p. 313, 6. 18,* postremo *p. 313, 19. iuxta ponitur* denique *l. 45. p. 313, 29,* postremo *l. 56,* etiam *l. 59,* quoque *l. 77,* deinde *l. 84. cf. similem usum vocis q. e.* etiam, *vol. V 2, 935, 76sqq. aliter p. 316, 71)*: Ⓐ *ad ultimum membrum (bipertitum, e. g. l. 51. 60. 69. p. 313, 4. 8. in enumeratione fere incondita l. 44. in gradatione quadam, e. g. l. 42. 69. 71. 72)*: PLAVT. Rud. 1278 complectar eius patrem? ... quid matrem? ... quid eampse illam? TER. Andr. 905 una harum quaevis causa me ... monet: vel tu vel quod verumst vel quod -i cupio Glycerio (*cf. l. 40*). LVCIL. 543 Alcmenam atque alias, ⟨H⟩elenam -am denique *eqs.* (*cf. Marx ad l. sic*: CIC. Cluent. 15 Balb. 21. de orat. 165 de naturis ..., de moribus, de rationibus ..., de ..., de ..., de ..., denique de nostro -o iure civili. *al.* SALL. Iug. 76, 1 LIV. 26, 32, 3 VAL. MAX. 4, 1, 6 QVINT. inst. 2, 16, 5. 12, 8, 11 TAC. dial. 34, 3 PLIN. epist. 8, 12, 1 TERT. apol. 6, 9). RHET. Her. 1, 9, 16 aut temporis parum fuisse aut causam nullam aut locum idoneum non fuisse aut homines -os facere aut pati non potuisse. CIC. inv. 2, 16 ex causa, ex persona, ex facto -o coniectura capienda est. S. Rosc. 63 cum etiam feras inter sese partus atque educatio et natura -a conciliet. Verr. II 1, 109 leges Atinias, Furias, Fusias, -am ... Voconiam. 2, 100 nuntiatur ... agitatam rem esse in senatu; etiam ... tribunum plebis de causa Stheni ... esse questum; postremo me -um ... egisse causam Stheni (Scaur. 38 TERT. anim. 13, 2 HIER. epist. 57, 5, 7). 3, 156 non Sacerdote, non Peducaeo, non hoc -o Metello. Brut. 82 aut Laeli ⟨aut⟩ Scipionis aut etiam -ius Catonis (fin. 2, 57. *al.* QVINT. inst. 7, 4, 9 in aliqua utilitate aut rei publicae aut hominum ... aut etiam -ius adversarii, nonnumquam et nostra. APVL. apol. 32). rep. 2, 69 ut ... in fidibus aut tibiis atque ut in cantu -o ac vocibus concentus est. CATVLL. 64, 21 tum ... Peleus ..., tum Thetis ..., tum ... pater -e (*i. Iuppiter*). LVCR. 5, 498 inde mare, inde aër, inde aether ignifer -e (*v. Bailey ad l.*). SALL. Iug. 66, 3 VERG. georg. 4, 543 Aen. 2, 264. 12, 460. 12, 701 quantus Athos aut quantus Eryx aut -e ... quantus ... pater Appenninus (*sic distant* -e *et subst., nom.*: VAL. MAX. 3, 2, 7 PHAEDR. app. 6, 5. SEN. Med. 664 -e, qui ..., Pelias. Oed. 940 clem. 1, 1, 3. PLIN. nat. 4, 66 Myconus ..., Siphnus ..., Seriphus ... -aque ... clarissima ... ac ... celebrata Delos. *cf. et p. 316, 79sq.*). HOR. epist. 1, 19, 7 (*1* si credis ... Cratino) arguitur ... vinosus Homerus, Ennius -e pater ... potus *eqs.* OV. epist. 11, 52 timor et nutrix et pudor -e vetant. met. 1, 353 quam (*i. coniugem*) ... mihi genus et ... origo, deinde (*cf. l. 77*) torus iunxit, nunc -a pericula iungunt. LIV. 1, 13, 6 SEN. contr. 9, 4, 12. 10 praef. 2 genus dicendi ..., verborum ... gravitas, -e vultus habitusque corporis *eqs.* SEN. dial. 5, 39, 3 *remedium irae* primum, ut ..., efficit; deinde (*v. l. 73*) custodit, ne ...; -um quoque impetum *irae* ... fallet (TERT. apol. 2, 14 CYPR. zel. 13 p. 427, 22 epist. 9, 2 p. 489, 14 HIL. in psalm. 51, 6 p. 101, 16. *cf. et p. 315, 7*). epist. 11, 10 et vita et oratio et -e ... vultus (*cf. l. 75*). 94, 49 MELA 1, 40. 2, 77. PLIN. nat. 3, 27 Secontia et Vxama ..., praeterea Segovia et Nova Augusta, Termes -aque Clunia. STAT. Theb. 7, 217 silv. 4, 1, 24 QVINT. inst. 1, 12, 1. IVV. 8, 110 iuga ... boum, grex ... equarum et pater armenti ... eripietur ..., -i (-e *PA*) deinde Lares. TAC. dial. 15, 2. 3 Afer aut Africanus aut vos

[*Tietze*]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

-i. Agr. 31, 1 bona fortunaeque ..., ager et annus ..., corpora -a ac manus. Germ. 40, 4 PLIN. epist. 5, 7, 6. 7, 18, 3. IAVOL. dig. 40, 7, 39 pr. Mucius, Gallus et -e Labeo. VLP. dig. 47, 10, 7, 8 GELL. 1, 3, 28 APVL. met. 5, 1, 6. 11, 15, 1. TERT. apol. 37, 4 Mauri et Marcomanni -ique Parthi vel quantaecumque ... gentes. 48, 11. CYPR. epist. 42 p. 590, 7 abstinuimus ... Felicissimum et ... et *eqs.* item abstinuimus Sophronium et -um ... Soliassum. 63, 19 p. 716, 25 religioni ... congruit et timori et -i loco adque officio. 73, 21 p. 795, 9. AVIEN. Arat. 1854 (*de signis procellae instantis*) dat capra ... signa *eqs.* docet ... eadem sus *eqs.* Martius -e lupus ... praemonet (*gr. Arat. 1124* καὶ λύκος).

Ⓑ *media in serie*: CIC. nat. deor. 2, 18 et umorem et ... et terrenam -am ... soliditatem, animum denique (*v. l. 29*) illum. Att. 11, 16, 1 cum ea plaga in Asia sit accepta, in Illyrico, in Cassiano negotio, in -a Alexandria, in urbe, ⟨in⟩ Italia. LVCR. 3, 631 neque sorsum oculi neque nares nec manus -a esse potest animae neque sorsum lingua neque aures. OV. met. 9, 788 et vires augentur et acrior -e est vultus et ... brevior mensura capillis. VITR. 9, 1, 5 luna, stella Mercurii, Veneris, -e sol itemque Martis et Iovis et Saturni (*sim.* PLIN. epist. 5, 20, 3 memoria, vox, gestus, tempus -um, postremo vel amor vel odium rei). APVL. met. 5, 29, 5 AVSON. 360 p. 219, 1 P.

Ⓒ *accedit ad duo vel complura membra* (*saepius ultimum [secundum] membrum bipertitum, e. g. l. 24. 31. in gradatione l. 29*): STAT. Theb. 5, 334 regem ... peremptum -e ager, -i amnes et muta armenta queruntur. 7, 572 -i colles, -a has (*i. tigres*) ... amabant armenta atque ausae circum mugire iuvencae. 8, 203sq. TERT. nat. 1, 4, 15 quid ... insigne praeferimus, nisi ... sapientiam ..., abstinentiam ..., pudicitiam ..., misericordiam ..., -am veritatem ..., -am libertatem? 1, 10, 5. apol. 19, 2 omnes ... materias ..., gentes etiam ... et urbes ..., -as denique (*v. p. 312, 45*) effigies ..., indices ... rerum et ... -os, inquam, deos ..., -a templa et oracula et sacra. coron. 13 l. 55sq. spect. 25 p. 25, 5sq. -a consensio, -a in favoribus aut conspiratio aut dissensio *eqs.*

Ⓓ *accedit ad subst., pron., nom. per se positum vel alteri oppositum sim.* (*sic pars adiungitur ad totum, e. g. l. 50. 56 sq. [totum ad partem p. 314, 9], additur exemplum ut l. 52. 75. hic illic spectat et ad verbum fin., e. g. l. 47. 78. 83. attingit fere adi. p. 314, 3. additur ubique membro, quod sequitur, nisi l. 48. respondet* quoque *l. 68, item p. 314, 8. accedit ad membrum correlationis infra l. 52. 80*): RHET. Her. 4, 5, 7 *discipulus* in paucis se exercebit ... nec mirum, cum -e praeceptor artis omnia ... reperire non potuerit. VARRO Men. 362 *musica* quod sit ἔμφυτος (*sc. animantibus*) ut -a vox, basis eius. CIC. Verr. II 1, 157 qua invidia C. Iunius conflagravit, eā ... tibi -i ... pereundum fuisset. 2, 87 erant signa ... complura, in his ... -a Himera in muliebrem figuram ... formata. Mur. 50 miserorum ... defensorem negasset inveniri posse nisi eum, qui -e miser esset (*iuxta pron. rel. item*: Brut. 29 quibus temporibus quod dicendi genus viguerit, ex Thucydidis scriptis, qui -e tum fuit, intellegi ... potest. Lael. 22. Att. 9, 6, 3 Pompeius mare transiit *eqs.*; Clodia ..., quae -a transiit. PLIN. epist. 5, 6, 45 placida omnia ..., quod -um salubritati regionis ut purius caelum ... accedit [*v. l. 35 sq.*]). har. resp. 13 sacra ..., quorum eadem est antiquitas, quae -ius urbis. fin. 3, 23 cum ... officia a principiis naturae proficiscantur, ab isdem necesse est proficisci -am sapientiam. 5, 49 verti ut quaedam Homeri sic istum -um locum. Tusc. 2, 11 haec ... apud eos -os valere ..., a quibus *eqs.* (off. 2, 29. Att. 2, 6, 2 id -um [2, 8, 1. 11, 24, 5 QVINT. inst. 7, 2, 40]. CAES. Gall. 4, 20, 3 LIV. 10, 32, 7. *al.* PLIN. nat. 17, 123). fat. 24 sine causa animum dicimus moveri *eqs.*; de -a atomo dici potest ... sine causa moveri. LVCR. 4, 651 omnibus in membris et in ore -oque palato. 4, 1276 id ... consuerunt scorta moveri, ne ... gravidae ... iacerent et simul -a viris Venus ut concinnior esset. 6, 1008 ubi inanitur spatium ..., primordia ferri in vacuum prolapsa cadunt ..., fit utque anulus (*sc. ferreus*) -e sequatur (1014). CAES. civ. 3, 101, 7 ut -is Pompeianis fides (*sc. quae omnibus*) fieret. NEP. Epam. 9, 1 magna caede multisque occisis ... -um Epaminondam pugnantem ... concidere viderunt (*sim.* LIV. 31, 2, 9 CVRT. 7, 6, 22). VERG. Aen. 2, 394 hoc Ripheus, hoc -e Dymas ... facit. 9, 332. 12, 240 incensa est iuvenum sententia dictis ..., -i Laurentes mutati -ique Latini (*sic repetitur*: PLIN. epist. 1, 22, 4). PROP. 2, 28^a, 32 et deus et durus vertitur -e dies. OV. met. 1, 694 (*de Syringe*) Ortygiam studiis -aque colebat virginitate deam; ritu quoque cincta Dianae falleret *eqs.* 10, 186. LIV. 1, 15, 4 urbe valida muris ac situ -o munita. 8, 7, 5 aderunt *consules* ... et cum illis aderit Iuppiter -e. MANIL. 2, 56 undam ... neque ... gustarint ... volucres, -e nec aetherio Phoebus libaverit igni (*aliter p. 315, 73*). 2, 264 mundus ... exemplo ... docet patienter damna subire, ... cum ... -a ... debilibus formentur sidera membris. SEN. contr. 1 praef. 12 alterum nomen ... multo recentius est sicut -a 'declamatio' apud nullum ... auctorem ante Ciceronem ... inveniri potest. VELL. 2, 76, 4 proximus a Cn. Pompeio -oque Caesare. VAL. MAX. 7, 4, 5 tam suis omnibus quam -is hostibus ignota erat causa. CELS. 3, 10, 1 si acetum offendit ...; si rosa -a laedit. SEN. benef. 5, 16, 5 ingratus Cn. Pompeius *eqs.*; ingratus -e Pompei ... victor. dial. 3, 3, 7 ut vox ..., ut lingua ..., ita -um principale. epist. 58, 21 habet aliquam faciem statua ... habet aliquam faciem exemplar -um. ASCON. Scaur. p. 23, 12. Mil. p. 36, 16 Marcellus et -e Milo *eqs.* LVCAN. 5, 368 tremuit ... vulgus iners *eqs.*; -e pavet ... Caesar. PLIN. nat. 2, 227 id ... etiam in iugis Alpium -oque in mari. 7, 53 STAT. Theb. 2, 13 nemus adstupet -aque tellus miratur ... nec *invidia* ... defuit. 12, 274 QVINT. inst. 8, 3, 20. 9, 4, 8 quo certior manus, hoc est habitus -e formosior. 11, 1, 79 luxuriantem patrem luxuriosus -e iuvenis accusat. TAC. hist. 3, 43, 1 PLIN. epist. 3, 20, 8. paneg. 50, 4 magnum hoc tuum non erga homines modo, sed erga tecta -a meritum. APVL. met. 2, 28, 3 huius ... manus deosculatus et -a genua contingens. TERT. idol. 5 p. 34, 26 credo et fures ... manibus suis vivere et -os latrones manibus agere quo vivant, item falsarios ... manibus operari malas litteras. CYPR. Demetr. 4 p. 354, 6 singula in mundo deficere coepisse, cum -e iam mundus totus in defectione sit.

β *quod per analogiam, conclusionem additur* (*transfertur ratio, quae inter quosdam animantes vel res intercedit, pariter ad alios sc. sic ut ab aliquo verbo ad litteras vel ad sensum iterato analogia proficiscatur; subest saepe figura q. d.* ἐπιπλοκή, *catena; in ratiocinationibus v. e. g. l. 20. 26. repetitur l. 48 sq. fere respondet* rursus *l. 43, similiter infra l. 47; iuxta ponitur* quoque *infra l. 35. 49*): RHET. Her. 3, 13, 24 mollitudo vocis in tres partes divisa est et eae partes -ae sunt in octo partes alias distributae. CIC. de orat. 3, 221 in ore sunt omnia. in eo autem -o dominatus est omnis oculorum (off. 3, 27 quod si ita est, una continemur ... lege naturae idque -um si ita est *eqs. al.* CELS. 1, 1, 2. 2, 18, 4 COLVM. 2, 18, 2). Brut. 59 ut ... hominis decus ingenium, sic ingeni -ius lumen est eloquentia. 270 primum ex omni numero ... non multi ausi sint dicere, deinde ex iis -is ... pauci fuerint laude digni. leg. 1, 24 ex tot generibus nullum est animal praeter hominem ... -isque in hominibus nulla gens est. ac. 1, 36. nat. deor. 2, 83 quod si ea, quae a terra stirpibus continentur, arte naturae vivunt ..., profecto -a terra eadem vi continetur. LVCR. 6, 777 multa meant inimica per auris, multa per -as insinuant naris infesta. CAES. or. frg. Suet. Iul. 6, 1. VARRO ling. 10, 4 dissimilis homo equo *eqs.*; in -is hominibus ... vir viro similior quam vir mulieri. rust. 3, 1, 8 factum, ut dicerentur alii agricolae, alii pastores. quae -a pars duplex est ..., quod altera est ..., altera *eqs.* 3, 5, 14 lapis a falere pedem et dodrantem alta: -um falere ad duo pedes altum a stagno. VERG. ecl. 2, 63 leaena lupum sequitur, lupus -e capellam. AETNA 240 HOR. carm. 3, 1, 6. OV. fast. 2, 39 Actoriden Peleus, -um quoque Pelea ... caede ... solvit Acastus. 2, 421 *lupa* loco nomen fecit, locus -e (ille *C ω*) Lupercis. LIV. 23, 12, 2 VITR. 10, 3, 3. SEN. epist. 73, 5 animosius a mercatore quam a vectore solvitur votum et ex -is mercatoribus effusius gratus est, qui *eqs.* 95, 64 PLIN. nat. 6, 50. 10, 46 *galli* diem ... venientem nuntiant cantu, -um vero cantum plausu laterum. 18, 49 sunt ... duo ... *frugum* genera: frumenta ... et legumina *eqs.*; frumenti -ius totidem genera *eqs.* QVINT. inst. 1, 10, 41 linea, si efficiet orbem ..., amplius spatium complectetur, quam si quadratum ... efficiat, rursus quadrata triangulis, triangula -a *eqs.* 3, 9, 2 partitio ... dispositionis est species, -a dispositio pars rhetorices. APVL. met. 9, 34, 3. FIRM. err. 17, 3 frugum substantiam volunt Proserpinam dicere *eqs.*; terram -am Cererem nominant *eqs.*: Mavors *eqs.*; Minerva similiter bellicum nomen est. BOETH. trin. 2, 23 statua ... non secundum aes ... effigies ... dicitur; -umque aes non secundum terram *eqs.*; terra quoque -a *eqs.*

b *coniungitur c. adv.* (*quarum iuncturarum verba saepe in unum confusa accipiuntur ita, ut abundantia sermonis vixdum sentiatur. cf. similia ut* item quoque, quoque etiam. *v. et Meusel ad* CAES. Gall. 7, 32, 4 *de iuncturis* atque -e, et -e *apud Caes.*):

α etiam (*afferuntur loci, ubi* etiam *et* -e *artius cohaerere videntur, ut alterum alterius sensum fere compleat. paulo aliter cf. p. 312, 37. 320, 68*): Ⓘ etiam *elativum* (*cf. et vol. V 2, 947, 63. aliter ibid. p. 950, 41 sqq. adiungitur aliquid fere inopinatum, quod ad memorata, explanata item pertinet*): Ⓐ *praeced.* etiam (*disiunctum l. 61. 64. 65*): PLAVT. Bacch. 397 hunc ([*i. ingratum, parcum*]. hoc *trad.*) e. -i culpabunt mali (*sc. praeter ceteros*). CIC. S. Rosc. 88 qui propter fori ... insolentiam non modo subsellia, verum e. urbem -am reformidet (*cf. l. 74*). Verr. II 5, 35 iucunda (*n. plur.*) ... non modo ... extraordinariis cupiditatibus, sed e. -i naturae ac necessitati *denegare* (Att. 2, 9, 2 non modo eos, qui ..., sed e. illum -um *eqs.* fam. 4, 13, 2 *non* audio solum, quod ..., sed e. id -um video, quo *eqs.* (TERT. spect. 8 p. 10, 11). VAL. MAX. 5, 1, 10 *caput Pompei* e. -i victori miserabile. TERT. apol. 47, 3 e. -is Iudaeis. PORPH. Hor. carm. 3, 24, 36—37 non tantum leges inrumpuntur, verum e. -a natura expugnatur. PS. APVL. herm. p. 271 propositionum conversio, quae non tantum ordinem, sed e. -as particulas in contrarium perducit. Ⓑ *seq.* etiam: OV. met. 13, 475 populus lacrimas ... non tenet. -e e. flens ... sacerdos *eqs.* VAL. FL. 4, 323 mole iacentis (*i. Amyci*) -e e. expleri victor nequit. QVINT. inst. 3, 7, 2 -is e. reis dare laudatores. 10, 1, 55 non forum modo, verum -am e. urbem reformidat (*cf. l. 61*). APVL. met. 2, 22, 2. 9, 35, 4 *vicinum* tota frugalitate spoliatum -is e. glebulis exterminare. TERT. apol. 7, 3 -i e. domestici nostri. spect. 17 p. 19, 2 COD. Theod. 10, 10, 33. 16, 5, 6, 3.

ⒾⒾ etiam *adiunctivum* (*cf. vol. V 2, 932, 25. adnectit additamentum l. 84*): Ⓐ *praeced.* etiam: CIC. Cato 2 hoc ... onere ... et te et me e. (*om. PV*) -um levari volo. Att. 15, 11, 1 nihil esse ... reliqui, quod ageremus, nisi ut salvus esset *Brutus*; in eo e. -i rei publicae esse praesidium. PLIN. nat. 2, 12 sol ... *non* temporum modo ..., sed siderum e. -orum ... rector. QVINT. inst. 8, 3, 5 si vis ... *fulminum* tantum, non e. -e fulgor timeretur. AMM. 28, 1, 12 Leonem notarium ..., e. -um ... humani sanguinis avidissimum. Ⓑ *seq.* etiam:

[Tietze]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

MANIL. 5, 469 forsitan -e e. Cepheus referetur in actus. PLIN. nat. 18, 14 -a e. (*v. app. cr.*) verba priscae significationis. QVINT. inst. 4, 1, 75 in -is e. probationibus multa funguntur prooemii vice. 5, 13, 39 non haec (*n. plur.*) solum, sed -am e. praetextam. TAC. Agr. 6, 3 VLP. dig. 36, 4, 5, 30 APVL. met. 11, 1, 2. TERT. nat. 2, 6, 3 -e e. sol (*antea*: astra ... luna). adv. Marc. 3, 20 p. 412, 16 -o e. exitu rerum probante.

β quoque (-e *postponitur l. 18. respondet item l. 31. in descriptione peculiari, cum aliquid per se aptum sermoni additur praeter exspectationem, e. g. l. 22 sq. exempla affero sel., quibus duae huius iuncturae voces demonstrantur certa ratione inter se vel c. subst. cohaerere. peculiaria ad vocem q. e. quoque pertinentia velut collocationem sim. praetermitto. cf. et p. 312, 38. 314, 16. 323, 28. 72. 324, 18*): CIC. S. Rosc. 33 hominem ..., quod inter omnes constat, nisi inter eos, qui -i qu. insaniunt, insanissimum (fam. 5, 12, 6 qui non -e qu. ... propriam ingenii gloriam consequatur. CELS. 5, 19, 10 quorum [*i. medicaminum*] -orum qu. pondera paria miscentur. ASCON. Pis. p. 17, 26). Caecin. 15 id quod -i qu. mulieri veniebat in mentem. de orat. 2, 51 Graeci qu. -i sic ... scriptitarunt *eqs.* (*sic postponitur* '-e': LVCR. 4, 507 non modo ... ratio ruat omnis, vita qu. -a concidat. FEST. p. 213 peculatus ... a pecore ut pecunia qu. -a. SEN. Herc. O. 327. *al.*). LVCR. 4, 74. 4, 612 -a qu. haec ... vox optunditur. OV. ars 3, 23 -a qu. ... *est* femina Virtus. met. 2, 268 -um qu. Nerea ... latuisse sub antris. 6, 306 -a qu. ... lingua ... congelat. LIV. 26, 37, 8 -ae (-a *π*) qu. Hispaniae ... eo plus ... indignationis praebebant. SEN. contr. 7, 6, 3 VAL. MAX. 3, 3, 1. CELS. 1 prooem. 11 Themison ... -e qu. quaedam ... deflexit. 3, 6, 10 *mel* si stomachum offendit, supervacuum est sicut -a qu. sorbitio. SEN. nat. 3, 21, 1 si remissior fuit ... pestis, -a qu. temperatior noxa ... temptat nervos (*sic adnectitur additamentum*: ASCON. Corn. p. 53, 13 P. Clodius adulescens -e qu. perditus. TERT. praescr. 7 l. 31. AMM. 14, 1, 10 Thalassius ... -e qu. adrogantis ingenii). COLVM. 9, 13, 11. ASCON. Mil. p. 32, 6 quo igne et -a qu. curia flagravit et item Porcia basilica. VAL. FL. 2, 400 -a qu. Hypsipyle ... ingemit. MART. 2, 69, 3 IVV. 10, 146 TAC. dial. 19, 4. 21, 2. VLP. dig. 3, 3, 8 pr. -e qu. filius procurator dari potest. TERT. adv. Marc. 2, 29 p. 375, 28. CYPR. epist. 15, 3 p. 515, 12 inspiciatis ... merita singulorum, -orum qu. delictorum ... qualitates cogitetis. 74, 11 p. 809, 4 item Petrus -e quoque ... monuit. CHIRON 115 -um qu. suspiramentum similiter fervens est (*Hippiatr. gr. I p. 1, 21* ἤ τε ἀναπνεή). HIER. epist. 22, 7, 3. COD. Iust. 1, 7, 6 (*a. 455*). 1, 27, 1, 3.

γ et (nec *sim. l. 73 sqq. iunctura* et -e *saepius postponitur. repetitur l. 66 sqq. c. gradatione quadam l. 64. 70 sq. iuxta ponitur* quoque *l. 53. cf. infra p. 320, 29. 322, 9. 323, 18. 62. 324, 3. 35 et Weissenborn-M. ad Liv. 1, 30, 6; vol. V 2, 909, 21 sq. quae affero, addas*): VERG. Aen. 6, 90 Achilles, natus et -e dea ([*v. l. 49*]. *sic accedit ad additamentum* [*appos., attrib., praedicat. sim., cf. p. 316, 19*]: PROP. 4, 9, 4 *Hercules* statuit fessos fessus et -e boves. LIV. 1, 12, 3. 1, 46, 5. 27, 27, 7 adulescente saucio et -o. VAL. MAX. 8, 13 ext. 4. 9, 14 ext. 1 et -e regiae stirpis. SEN. nat. 7, 3, 3 CVRT. 3, 3, 24. 3, 9, 9 PLIN. nat. 3, 62. 148. VAL. FL. 6, 49 Colaxes, sanguis et -e deum [*sim.* SIL. 5, 80. *cf. et l. 44*]. MIN. FEL. 27, 3 TERT. apol. 21, 24. *cf. etiam l. 28*). TIB. 1, 10, 55 flet teneras subtusa genas, sed victor et -e flet *eqs.* (*cf.* PROP. 2, 16, 54 deceptus ... flevit et -e deus). LIV. 3, 21, 3 tribuni ... refecti sunt. patres quoque, ne quid cederent plebi, et -i L. Quinctium consulem reficiebant (SEN. epist. 98, 13 nos quoque aliquid et -i faciamus animose. CYPR. epist. 44, 1 p. 598, 5 collegae ..., qui [*v. l. 56*] et -i quoque ... testimonia protulerunt). 6, 2, 14. 29, 6, 1 urbem ..., quae sub defectionem Italiae desciverat et -a ad Poenos (MANIL. 3, 63. SEN. apocol. 4, 2 Lachesis, quae et -a homini ... faveret. COLVM. 1, 1, 8 QVINT. inst. 2, 5, 23 PLIN. epist. 3, 9, 20 SVET. Aug. 43, 2 POMPON. dig. 1, 2, 2, 40. *v. et l. 55*). MANIL. 1, 36 veneranda non species tantum, sed et -a potentia rerum. SEN. contr. 1, 1, 25. COLVM. 3, 10, 15 quamquam et hos -os (*om. A; sc. malleolos*) sciam non ... sterilitate affectos (*sic disiunctum*: TERT. apol. 47, 8 et de -o mundo). LVCAN. 2, 598 PETRON. 12, 2. MART. 12, 52, 4 Rufus, cuius et -e tui flagrat amore cinis (*cf. l. 41*). QVINT. decl. 336 p. 325, 14. 15 non tantum sanguinis nos iura coniungunt: aliquid et -a necessitas, aliquid et -a societas (*sic repetitur*: TERT. anim. 16, 7 diabolus ..., dominus et -e dictus ..., pater et -e cognominatus [*v. l. 44*]). GAIVS dig. 50, 16, 196 pr. familiae appellatione et -e princeps familiae continetur. NOVATIAN. cib. Iud. 6 p. 238, 16 acturos deo ... gratias non diebus tantum, sed et -is noctibus (*cf. l. 41*). PEREGR. Aeth. 3, 3 ecclesia non grandis, quoniam et -e locus ... non satis grandis est. *negative*: nec, neque -e (*cf.* TER. Haut. 894 neque -e gnatus? *aliter p. 313, 71. 324, 44. nota*: nec non -e *l. 82.* nec et -e *l. 84*): LIV. 23, 18, 4 Maharbal ... nec -e eruptionem cohortium sustinuit. 34, 32, 9 crimina ... nec -a mediocria (*sic accedit ad additamentum*: PLIN. nat. 18, 137 vicia ... nec -a agricolis operosa). 37, 20, 8 hostes ..., ut nihil moveri viderunt, nec -i (*M, om. Bς*) quicquam ... mutarunt. SEN. contr. exc. 10, 2 cogitavi Decium, qui nec -e patri cessit (APVL. met. 5, 3, 5 cithara ..., quae videbatur nec -a. CYPR. epist. 27, 1 p. 540, 13). PLIN. nat. 12, 1 restat, ut neque -a animā carentia ... terrā edita (*i. fere arbores*) ... dicantur. STAT. Theb. 5, 463 (*verba Hypsipyles*) nec non -a ... enitor geminos. SCAEV. dig. 31, 88, 13 nec -um legatarium legatum petere posse. TERT. adv. Marc. 4, 24, 10 p. 502, 18 nec et -ae bestiae nocere poterunt, ubi fides fuerit. spect. 10 p. 13, 5 scimus nihil esse nomina mortuorum sicut nec -a simulacra eorum.

2 *convertit animum ad unum aliquid notabile*: **a** *obiter inseritur id, quod loquenti aliquid esse videtur* (*sc. dictum, sententia, adnotatiuncula sim.; specimina selectissima*): CIC. S. Rosc. 120 cum occiditur Sex. Roscius, ibidem fuerunt *servi*. servos -os, quod ad me attinet, neque arguo neque purgo; quod a vobis oppugnari video, ne in quaestionem dentur, suspiciosum est. fam. 2, 6, 4 hoc a te peto, ut subvenias ... huic meae laudi *eqs.* de -o T. Annio ... tibi polliceor *eqs.* VAL. MAX. 4, 8, 1 dono autem -i gratiam ... magnitudo conciliat (HIL. myst. 2, 7, 1). MELA 2, 9 Essedones funera parentum laeti ... celebrant. corpora -a laniata ... epulando consumunt. PLIN. nat. 6, 18 inde ad Bospori ... introitum *eqs.*; sed -ius paeninsulae (*i. Chersonesi Tauricae*) ... longitudo *eqs.*; ora -a Bospori *eqs.*; oppida in aditu Bospori *eqs.* QVINT. inst. 4, 3, 8. PLIN. epist. 3, 6, 3 aes -um ... vetus et antiquum *est.* VEG. mil. 2, 13 p. 47, 4 cum ... milites sequerentur ... centurionem ...; rursus -ae centuriae *eqs.*

b *inseruntur partes enuntiati: ad subst., pron. (v. l. 20), quibus annititur, -e strictius refert, adiungit appositiones, praedicativa (e. g. l. 62), participia sim.* ([*abl. modi, qual. v. l. 48*], *sc. et ad pron. pers. verbo fin. expressum, e. g. l. 42. 63 sq. compositionem membrorum concessivam vel adversativam e. g. l. 27. 35. 57. -e ponitur inter attrib. et subst. l. 48. 50. 51. 52, sim. v. p. 350, 64. 352, 4. cf. et p. 317, 24*): CIC. Verr. II 1, 77 cum in te homo -e nocens acerrimum testimonium dixit. de orat. 3, 139 imperatoris filium, summum -um imperatorem hominemque doctissimum (*sim.* Brut. 207 Cottam. ... summum -um oratorem *eqs.*). fin. 2, 17 eum, qui alteri misceat mulsum -e non sitiens (EPIST. Alex. l. 83 H. *cf. ibid.* l. 90). fam. 6, 10, 5 illud tibi ... ne -e quidem rudis ... spondeo *eqs.* LVCR. 5, 336 hanc (*i. fere rationem, doctrinam*) primus cum primis -e repertus ... ego sum in patrias qui possim vertere voces. CAES. Gall. 7, 32, 4 Cotum, antiquissima familia natum atque -um hominem summae potentiae (*cf. Meusel ad l.*). SALL. Catil. 39, 2 (*de nobilibus*) ii magistratus ... tenere (*inf. hist.*), -i innoxii ... sine metu aetatem agere (*inf. hist.*) *eqs.* Iug. 14, 23. 85, 37 *factis maiorum* nobilitas freta, -a dissimilis moribus, nos ... contemnit. VERG. Aen. 9, 462 Turnus in arma viros, armis circumdatus -e, suscitat. HOR. sat. 2, 1, 85 si quis opprobriis dignum latraverit, integer -e? ars 305 sq. fungar vice cotis, acutum reddere quae ferrum valet, exsors -a secandi: munus ..., nil scribens -e, docebo. TIB. 1, 10, 51 rusticus ..., male sobrius -e (*v. app. cr.*). LIV. 3, 61, 2 Valerio ..., liberatore -o. 25, 6, 21 clamorem pugnantium ... exaudimus resides -i ac segnes, tamquam ... arma *non* habeamus. 34, 32, 16 Messenen ... socius -e sociam nobis urbem vi ... cepisti. VELL. 2, 17, 1. VAL. MAX. 7, 8, 9 *anulos* heredibus illius exheres -e reddidit. SEN. dial. 2, 18, 1 C. Caesar ..., -e materia risus benignissima. 4 11, 3 nec quisquam metuitur -e securus. PLIN. nat. 3, 93 Lipara ..., -a circuitu paulo minor v̄. SIL. 8, 557 (*de Scipione*) saepe ... -e pedes praevertit equum. 11, 47 STAT. silv. 5, 1, 262. MART. 1, 78, 3 siccis -e genis flentes hortatus amicos decrevit Stygios Festus adire lacus (*c. abl. item*: TAC. hist. 4, 81, 3 Vespasianus ... laeto -e vultu ... iussa exsequitur. ann. 3, 55, 4 Vespasianus ..., antiquo -e cultu victuque). TAC. ann. 14, 55, 2 Augustus Agrippae ... otium ... concessit, sed in ea -e (-a *trad.*) aetate, cuius auctoritas *eqs.* PLIN. epist. 3, 7, 12 neminem se videre in senatu, quem consul -e sententiam rogavisset. paneg. 14, 5 SVET. Iul. 35, 1. VLP. dig. 42, 8, 6, 12 si servus ... ignorante domino -e sciens rem acceperit (*cf.* CYPR. zel. 3 p. 421, 3 nescius -e). PAVL. dig. 41, 2, 30, 5 heres meus nisi -e nactus possessionem *eqs.* APVL. met. 6, 32, 2 mortuae bestiae -a vivens ventrem habitabit *virgo.* 7, 12, 3. TERT. pudic. 22 p. 272, 5 (*de Christo*) -e (-o *B*) a delicto purus et omnia sanctus (*cf.* FIRMIL. Cypr. epist. 75, 23 p. 824, 22 de caeno illorum bibis et -e ... purgatus alienarum sordium [*i. haereseos*] contactibus inquinaris). IVST. 12, 11, 8 *Alexander* in contionem armatam inermis -e desiluit. 24, 5, 13 nobilibus ... ignobilis -e praeponitur. AVSON. 403, 16 p. 235 P. nec celeres mulas, -e Metiscus, agas (*spectat ad Verg. Aen. 12, 469 sq.*). AMM. 16, 10, 18 HIER. epist. 52, 14, 1. 108, 2, 2 *Paula* suos pauperes pauperior -a dimisit. 108, 15, 6.

3 *sermone, narratione progrediente -e convertit animum ad id (animans, rem), de quo porro loqui propositum est (-e vim vocis augens, ad quam spectat, distinctionem sermonis significat in transitu ad eum [id], de quo nunc dicendum est. saepius in initio enuntiati, versus; c. emphasi quadam l. 79. 80 sq. 83 sq.; accedit ad primum membrum seriei l. 84*): CIC. Verr. II 4, 136 ut ceteros omittamus (*v. l. 75*), de -is Syracusanis cognoscite (*post verba praeteritionis, omissionis sim. item*: Cluent. 135 de ... hominis ... inconstantia plura non dicam; hoc testamentum -um *eqs.* prov. 6 nec haec ... omitto, quod *eqs.*; -am vero urbem *eqs.* [SEN. epist. 95, 4. *v. l. 72*]. AVG. civ. 7, 27 p. 309, 12 D. *cf. et* DIONYS. EXIG. Greg. Nyss. creat. 27 p. 395^{C} notissimum silentio paene transieram, -um dico ... *hominum* formationis exordium [*gr. p. 228^{D}* αὐτὴν ... τὴν ... ἀφορμήν]). p. red. ad Quir. 4 iam vero honos, dignitas ... ordo *eqs.*; -a autem patria, di immortales *eqs.* ([*cf. p. 317, 5. sim.* Att. 1, 14, 4 ego autem -e, di boni *eqs.*]. Cael. 58 -ius autem veneni quae ratio fingitur? VITR. 5, 6, 8 COLVM. 2, 20, 4 CYPR. patient. 7 p. 402, 8 PALLAD. 1, 8, 2. *cf* QVINT. inst. 11, 3, 75 sed in -o vultu *eqs.*). nat. deor. 2, 147 iam vero animum -um mentemque hominis, rationem, consilium ..., qui non

[*Tietze*]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

divina cura perfecta esse perspicit *eqs.* (TERT. spect. 23 p. 23, 23. *cf.* SEN. nat. 7, 20, 1 iam -a fulmina *eqs.* [APVL. Plat. 1, 11]). LIV. 7, 15, 4. 22, 2, 10 -e Hannibal aeger oculis *eqs.* CELS. 7, 25, 1^A ad ea transeundum est, quae in cole -o fiunt. in quo si *eqs.* SEN. clem. 1, 10, 1 iam Domitios, Messalas *eqs.*, -um Lepidum quam diu mori passus est (*cf. p. 316, 80*). COLVM. 9, 4, 7 quoniam situm pastionum . . . exposui, nunc de -is receptaculis . . . examinum loquar. PLIN. nat. 2, 188 Anaximenes . . . horologium . . . ostendit. -um diem alii aliter observavere *eqs.* (IVV. 1, 127). APVL. apol. 25 aggredior . . . ad -um crimen magiae. CYPR. patient. 19 p. 410, 24 exordia -a *impatientiae* denique (*v. app. cr.*) videamus. HIER. epist. 58, 11, 1 ad te -um veniam *eqs.* (= 61, 2, 4). AVG. civ. 18, 34 p. 306, 4 D. in -a porro Babyloniae captivitate . . . prophetaverunt Daniel *eqs.*

II *accedit ad verb. (fin., inf.; cf. quae de usu pron.* αὐτός *vice pron. pers. non refl. docet Schwyzer, Gr. Gramm. II 211. ubique fere exempla significantiora sel.)*: A *-e perspicuum facit ordinem enuntiati, sermonis (cf. p. 311, 11sq.): verba fin. (inf. cf. l. 80) ad unum idemque subi. pertinentia componuntur, opponuntur:*

si duo vel complura verba c. eodem subi. cohaerent, pron. -e alterum (vel unum) efferendo indicat hanc actionem prae ceteris coniunctam esse c. subi. omnibus communi (ad rem v. et Meusel ad Caes. Gall. 7, 43, 5). ubique non tam vice subi. (i. pron. pers.) ponitur quam annitens ad subi. (verbo fin. vel nominatim expressum) spectat ad actionem verbi fin. (inf. l. 16). in sermone sic composito subauditur, si definias, nihil nisi fere i. q. 'pro alicuius parte', 'quod pertinet ad' sim. (*interdum fere* ἀπὸ κοινοῦ *ponitur in initio complurium verb. fin., quae omnia artius ad idem subi. spectant, e. g. l. 46. p. 318, 46. procul spectans ad subst. -e significantius ad verb. fin. accedit, e. g. l. 50 sq. p. 318, 3*):

1 *generatim: verba fin. componuntur, opponuntur:* a *in structura verborum disiuncta (i.* ἀσυνδέτως *formata):* α *verb. fin. c. pron. -e coniunctum sequitur (sc. aut in uno eodemque enuntiato aut in initio enuntiati subsequentis, cf. Meusel, Krit. Anh. ad Caes. Gall. 7, 64, 1. hic illic sermonis fere militaris mos renuntiandi subesse videtur, e. g. l. 41. 52. 59. v. et Meusel, Krit. Anh. ad Hirt. Gall. 8, 46, 5)*: PLAVT. Poen. 71 facit illum heredem . . ., -e abit ad Acheruntem. Rud. 62 *leno* ad prandium vocavit adulescentem huc. -e . . . conscendit navem *eqs.* Truc. 513 ubi . . . est, quae me hic reliquit, eapse (*cf. app. cr.*) abiit? TITIVS or. frg. Macr. Sat. 3, 16, 16 iudex testes poscit, -us it minctum. CIC. S. Rosc. 23 iste T. Roscius . . . hunc . . . eicit domo . . ., -e amplissimae pecuniae fit dominus. 149 causam mihi tradidit . . ., -e . . . perfecit, ut *eqs.* Verr. II 1, 87 milites . . . pedibus reverti iubet, -e myoparonem . . . vendidit (CAES. Gall. 4, 36, 3 civ. 1, 41, 2. *al.* SALL. Catil. 55, 2 NEP. Dat. 4, 5 CVRT. 3, 8, 22. 5, 1, 23 IVVENC. 4, 482. *cf.* SALL. Iug. 46, 5 iubet. deinde -e *eqs.* LVCAN. 4, 734 Curio . . . erumpere cogit . . . equitem . . .; -e . . . excedere . . . signa iubet castris). II 2, 79 qui cum reo transigat, . . . honestos homines . . . dimittat, -e solus reum . . . condemnet pecuniamque non reddat (*v. l. 25 sqq.*). Cluent. 179 Strato . . . duos conservos . . . occidit . . .; -e armarii fundum exsecuit. dom. 24 cum senatum a gubernaculis deiecisses, populum e navi exturbasses, -e archipirata . . . navigares. Phil. 4, 14 vester hostis vestram rem publicam oppugnat, -e habet nullam; senatum . . . delere gestit, -e *eqs.* de orat. 2, 360 PLANC. Cic. epist. 10, 8, 6. 10, 9, 3 equites . . . praemisi. -e . . . celeritate satis faciam *eqs.* (CAES. civ. 2, 24, 1). 10, 11, 2 equitatum revocavi; -e in Allobrogibus constiti (*cf. l. 74 sq.*). 10, 18, 4. CATVLL. 65, 4 nec potis est . . . Musarum expromere fetus mens animi, — tantis fluctuat -a malis. 71, 6. PVBLIL. N 23 necessitas dat legem, non -a accipit. CAES. Gall. 1, 10, 3 munitioni . . . T. Labienum . . . praefecit; -e in Italiam . . . contendit *eqs.* (1, 52, 2. *al.* CVRT. 4, 3, 1). 1, 24, 2 Caesar . . . equitatum . . . misit. -e . . . aciem instruxit (6, 33, 3 SALL. Catil. 44, 4). SALL. Catil. 59, 5 Iug. 49, 1. VERG. georg. 4, 424 iuvenem in latebris . . . nympha collocat, -a procul . . . resistit. Aen. 2, 749 patrem . . . curva valle recondo. -e urbem repeto. 9, 662 Ascanium prohibent, -i in certamina . . . succedunt. OV. ars 3, 712 LIV. 1, 3, 3 CVRT. 5, 13, 19. PLIN. nat. 7, 110 Platoni . . . Dionysius . . . navem misit obviam, -e . . . egredientem in litore excepit. SIL. 1, 298 *Hannibal* quatit agmine campos. -e . . . circumlustravit . . . muros *eqs.* 8, 585 STAT. Theb. 10, 258. QVINT. inst. 2, 17, 19 illum fefellit, -e quid verum esset non ignoravit. 7, 1, 30 TAC. ann. 11, 2, 2 APVL. met. 1, 19, 12.

β *verb. fin. c. pron. -e coniunctum praecedit*: PLAVT. Curc. 161 eapse (*i. anus*) merum condidicit bibere, foribus dat aquam. CIC. ac. 1, 16 *Socrates* ita disputat, ut nihil affirmet -e, refellat alios. CAES. civ. 1, 70, 2 ut . . . -i periculum vitarent, impedimenta . . . servare non possent (*cf. p. 318, 56 sq.*). 1, 76, 3 princeps in haec verba iurat -e; idem iusiurandum adigit Afranium. LIV. 9, 40, 7 dextro -e cornu constitit (*v. l. 54*), sinistro praefecit magistrum equitum. VAL. MAX. 8, 2, 2. SVET. Aug. 47 provincias validiores . . . -e suscepit, ceteras proconsulibus . . . permisit. GELL. 1, 3, 6 -e tacitus ad condemnandum *amicum* sententiam tuli, iis, qui simul iudicabant, ut absolverent, persuasi.

b *in structura verborum, cuius partes variis modis et rationibus inter se coniunguntur (attinet strictius ad inf. p. 318, 7, additur ad inf. hist. p. 318, 35. v. etiam in repetitione p. 318, 29):* α *verb. fin. c. pron. -e coniunctum sequitur*: PLAVT. Bacch. 448 potest inhibere imperium magister, si -us primus vapulet? Cas. 777 illae . . . senem cupiunt extrudere incenatum . . ., ut -ae solae ventris distendant suos.

Men. 62 ei . . . uxorem . . . dedit eumque heredem fecit quom -e obiit diem ([= Poen. 77]. *sim.* CIC. de orat. 1, 175 cum . . . pater . . . testamentum mutasset et, quem ei visum esset, fecisset heredem essetque -e mortuus). Poen. 69 quoniam periisse sibi videt gnatum . . ., conicitur -e in morbum *eqs.* ENN. scaen. 179 qui cupiant dare arma Achilli, ut -i (-e *codd.*) cunctent (*sc. sumere*). CAEL. hist. 25 si vis mihi equitatum dare et -e cum cetero exercitu me sequi (*sic attinet ad inf.*: CIC. inv. 1, 8 *Hermagoras* videtur . . . diligenter electas res conlocasse et nonnihil -e . . . novi protulisse). VARRO Men. 513 quod si Actaeon occupasset (*i. fere praevenisset*) et -e prius suos canes comedisset *eqs.* rust. 2 praef. 2 utrumque sunt consecuti, ut et . . . agros fecundissimos haberent et -i valetudine firmiores essent. CIC. Verr. II 2, 182 magistrorum . . . consuetudinem esse, ut, cum tabulas novo magistro traderent, exempla litterarum -i habere non nollent. Cluent. 192 cum . . . accusatorem filio suo Romam misisset (*Sassia mater*), -a . . . Larini est commorata. Phil. 1, 15 non quid efficere posset . . . cogitavit, sed quid facere -e deberet. parad. 43 si testamenta amicorum . . . ne expectas quidem atque -e supponis. LVCR. 4, 815 animus . . . cetera (*sc. fere simulacra*) perdit praeter quam quibus est in rebus deditus -e. CAES. Gall. 1, 1, 4 (*de Helvetiis*) aut suis finibus eos (*i. Germanos*) prohibent aut -i in eorum finibus bellum gerunt. civ. 3, 75, 5 tantum profecerunt, ut . . . complures . . . interficerent -ique incolumes se . . . reciperent. TIB. 1, 6, 27 mero somnum peperi tibi, at -e bibebam sobria . . . pocula. OV. fast. 2, 233 aper . . . dissipat . . . canes, mox tamen -e perit. LIV. 1, 20, 1 sacerdotibus creandis animum adiecit, quamquam -e plurima sacra obibat. 2, 31, 9 quod ad me attinet, neque frustrabor ultra cives . . . neque -e frustra dictator ero. 40, 11, 5 quem . . . suo loco moveo, ut -e in eius locum succedam? VELL. 2, 113, 3. SEN. benef. 2, 15, 1 dabo egenti, sed ut -e non egeam, succurram perituro, sed ut -e non peream. epist. 74, 9 (*de raptoribus*) illi spectent bona ista pendentia et -i magis pendeant. 113, 29 COLVM. 11, 1, 4 PLIN. nat. 9, 15 STAT. Theb. 8, 682 MART. 1, 100, 1. 3, 24, 14 dum iugulas hircum, factus es -e caper. QVINT. inst. 3, 2, 3 homines . . . utilia . . . notarunt . . . ad imitandum . . . et quaedam . . . adiecerunt -i quoque (*cf. p. 315, 7*). TAC. Agr. 36, 1 Britanni . . . missilia nostrorum vitare vel excutere atque -i magnam vim telorum superfundere (*ter inf. hist.*). PLIN. epist. 1, 3, 3. 4, 9, 9. SVET. Vit. 9 copias, quas adversus Othonem praemitteret quasque -e perduceret. VLP. dig. 4, 4, 3 pr. *imperatores* huiusmodi . . . decreta quasi ambitiosa esse interpretati sunt, -i autem perraro . . . *talia* indulserunt. TERT. patient. 9 p. 15, 8 CYPR. laps. 8 p. 243, 4 epist. 70, 1 p. 768, 1. 5. 70, 2 p. 769, 5. 6 quis . . . potest dare, quod -e non habeat, aut quomodo potest spiritalia gerere, qui -e amiserit spiritum sanctum? AMM. 27, 2, 7 ita . . . ut hostium . . . sex . . . interficeret milia, -e vero non amplius ducentis amitteret. HIER. epist. 54, 8, 3 (*de apostolo*) ne, quod aliis praecipit, -e non servet. 65, 14, 5 (*de sponsa Christi*) cum . . . *Christo* texueris vestimenta, efficieris -a templum domini et laetificabis eum (*cf. et l. 84*). CE 1007, 4 erupuit servos mihi vitam et -e praecipitem sesse deiecit in amnem.

β *verb. fin. c. pron. -e coniunctum praecedit*: TER. Hec. 344 (*de amatore stulto*) laborem inanem -us capit et illi (*sc. cui odio est*) molestiam adfert. Ad. 64 nimium -e (*om.* $L\ p\ V^1$) durust . . . et errat longe mea . . . sententia *eqs.* LVCIL. 154 in os prius accipiam -e quam gladium in . . . pulmonibus *inimici* sisto. 897 cum -i in lutum descendant, cum alios detrahant. CIC. S. Rosc. 29 quem -i . . . non potuerunt occidere, eum iugulandum vobis tradiderunt. 144 vestitum, quo -e tectus erat . . ., tibi tradidit. div. in Caec. 47 -e nihil est, nihil potest, at venit paratus cum subscriptoribus exercitatis (*membrum, ad quod -e accedit, opponitur sequentibus sensu concessivo item [v. et p. 317, 72]*): PVBLIL. B 36 brevis -a vita est, sed malis fit longior. CELS. 2, 8, 30 etiamsi -a [*i. mulier gravida*] convaluit, partum tamen perdit. CYPR. epist. 2, 2 p. 468, 7). Verr. II 2, 57 qui non modo -e fur non est, sed ne alium quidem passus est esse. Arch. 17 quodsi -i haec *studia* neque attingere neque . . . gustare possemus, tamen ea mirari deberemus *eqs.* Deiot. 29 et -e ardebat (*v. l. 72*) . . . et . . . arbitrabatur *eqs. al.* CAES. Gall. 6, 15, 1. civ. 2, 27, 2 quae sentimus -i, reliquos sentire speramus. LIV. 3, 53, 7. 36, 40, 10 senatus non -e modo ad decernendum triumphum consensit, sed etiam tribunum . . . compulit ad remittendam intercessionem. VAL. MAX. 5, 2, 4 et -e cum patrem appellavit et ab legionibus . . . patronum salutari voluit. 5, 6, 7. CELS. 5, 27, 3^C quisquis . . . vulnus exsuxerit, et -e tutus erit et tutum hominem praestabit. PLIN. nat. praef. 16 id . . . et in aliis operibus -e feci et profiteor mirari T. Livium *eqs.* QVINT. inst. 2, 17, 20 non . . . falsam habet -e opinionem, sed fallit alium. IVV. 6, 209 ardeat -a licet (*sc. mulier*), tormentis gaudet amantis (AMM. 29, 2, 5). PLIN. epist. 2, 20, 6. IAVOL. dig. 41, 2, 21 pr. interdum eius rei possessionem, cuius -i non habemus, alii tradere possumus. GELL. 2, 29, 6 (*de cassita*) dum . . . -a iret cibum pullis quaesitum, monet eos, ut *eqs.* APVL. met. 3, 12, 4 hospes . . . nec -e discedit nec me digredi patitur. CYPR. epist. 72, 2 p. 777, 14 *perfidi sacerdotes* etsi -i . . . ad ecclesiam redeunt, restituere . . . eos . . . non possunt, qui *eqs.* SPART. Hadr. 6, 3 *Hadrianus* triumphum . . . recusavit -e atque imaginem Traiani curru triumphali vexit. HIER. epist. 18^A, 12, 4. 52, 14, 1 cave . . ., ne aut -e aliis detrahas aut alios audias detrahentes. AVG. civ. 10, 9 p. 416, 20 D. potestates . . ., quae vel -ae invideant purgationi animae vel artibus serviant invidorum.

2 *speciatim: verba fin. ita componuntur, ut act. et pass. (sive*

[*Tietze*]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

stricte sive ad sensum, e. g. l. 16. 53) quadam vicissitudine *inter se coniuncta sint (structuram ἀσυνδέτως formatam v. l. 21. 25; saepius figura rhet. traductionis [πολυπτώτον], sc. fere verbalis subesse videtur, interdum c. variatione coniuncta, v. e. g. l. 39; aliter p. 317, 82. in conduplicatione l. 20)*: **a** *verb. fin. c. pron. -e* coniunctum sequitur: PLAVT. Rud. 1262 dum praedam habere se censeret, interim praeda -us esset, praeda praedam duceret. CIC. S. Rosc. 115 non hanc ei rem Sex. Roscius mandavit, sed ... -e Sex. Roscius ... ⟨T.⟩ Roscio mandatus est. dom. 141 magistro, qui cogeretur docere ante quam -e didicisset. rep. 1, 52 qui imperat ali⟨i⟩s, servit -e nulli cupiditati, cum quas ad res civis instituit ..., eas ... complexus est -e nec leges imponit populo, quibus -e non pareat. Tusc. 1, 53 quod ... motum adfert alicui quodque -um agitatur aliunde. Lael. 52 quis est ... qui velit ut neque diligat quemquam nec -e ab ullo diligatur (Att. 10, 11, 5). Att. 9, 13, 4 si vincere non possit, quo modo tamen vinci -e possit, non videam (*cf.* AVG. civ. 14, 23 p. 48, 21 D.). CATVLL. 64, 248 Theseus, qualem ... *Ariadnae* luctum obtulerat ..., talem -e recepit. CAES. civ. 3, 15, 1 sicuti mari ... Caesarem prohibebat, ita -e omni terra ... prohibebatur. SALL. Iug. 2, 3 animus ... habet cuncta neque -e habetur. OV. am. 2, 14, 38. 39 suos (*i. liberos sim.*) utero quae necat, -a perit. -a perit *eqs.* met. 3, 119 de fratribus unum comminus ense ferit; iaculo cadit eminus -e. fast. 6, 466 Crassus ... natum ... perdidit et leto est ultimus -e datus. LIV. 2, 20, 9 ut et ... occiderit Mamilium et -e ... veruto percussus ... exspiraverit. 10, 47, 5 comitia consularia L. Papirius habuit; creavit consules *eqs.* -e Papirius praetor factus. VAL. MAX. 3, 3 ext. 4 cum a tyranno ... torqueretur nec ... inhiberi posset, quo minus eum ... invicem -e *maledictis* torqueret. SEN. epist. 52, 11 quid lactaris, quod ab hominibus ... laudatus es, quos non potes -e laudare? PLIN. nat. 16, 8 dedit hanc ... coronam Agrippae, sed civicam ... accepit -e (MART. 10, 69, 1. *sim.* VAL. FL. 3, 13 galeam ... *muneribus* addidit, -e ... pateras ... contra ... capit. TAC. Germ. 18, 2). 17, 255. SVET. Iul. 68, 2 non cum obsiderentur modo, sed et si -i alios obsiderent. VLP. dig. 5, 4, 1, 4 habebo bessem *hereditatis*: ... sed -e tenebor ad restitutionem sextantis. 26, 7, 2 pr. IVST. 22, 5, 3 ut hostibus faciant, quae -i patiantur (*sim.* BOETH. cons. 2, 6, 9).

b *verb. fin. c. pron. -e* coniunctum praecedit *(c. emphasi repetitur l. 45 sqq.)*: PLAVT. Persa 650 et -us prorsus (*v. app. cr.*) perditust et benevolentis perdidit (*sim.* CYPR. hab. virg. 9 p. 194, 13). CIC. S. Rosc. 147 *Caecilia* perfecit, ut quanto honore -a ex illorum (*i. cognatorum*) dignitate adficeretur, non minora illis ornamenta ... redderet. Tull. 20 aut -e Tullium deduceret aut ab eo deduceretur. Verr. II 1, 17 homines ... illustres qui ut -i noti sunt sic nostrum unum quemque ... norunt. Catil. 2, 8 alios -e amabat turpissime, aliorum amori flagitiosissime serviebat. Sull. 32 rem publicam ..., quae domesticos hostis, ne ab iis -a necaretur, necavit. leg. 3, 32 vitiosi principes ... non solum vitia concipiunt -i, sed ea infundunt in civitatem neque solum obsunt, quod -i corrumpuntur, sed etiam quod corrumpunt. Tusc. 1, 54 principium extinctum nec -um ab alio renascetur nec ex se aliud creabit. SEN. Phoen. 494 patiare potius -e quam facias scelus. DECRET. decur. Forosempron. (CIL XI 6123, 2) 6 adfectus, quos civibus nostris nunc -e praestas, nunc ab eis percipis. AVSON. 171, 6 p. 37 P. *puella* docta bonos mores -a suosque (*i. fere proximos*) docens. HIER. epist. 43, 2, 1 frequentia salutandi, qua aut -i ... ad alios pergimus aut ad nos venientes ... expectamus. 55, 4, 5.

B *usus* peculiariter definiens: *-e exhibet* vim designandi personas *(cf.* GRAMM. *suppl. 148, 4 sqq.)*:

1 *expressis verbis ab altera persona (re) vel* compluribus distinguitur *is, quem pron. -e significat:*

ex usu atque ratione opponendi, componendi (similiter ut p. 311, 17 sq. 72) efficitur, ut -e vicem pron. pers. teneat. *quia effert personam verbo fin. expressam, inde etiam in obliquis cas. vice pron. pers. fungitur ([cf. e. g. p. 322, 66. 77]. de -e pron. pers. [sec. gr.] v.* SERV. *Aen. 6, 76, cf. Brugmann, AbhLeipz. 1904, 124 adn. 1; v. et Nipperdey ad Nep. Eum. 7, 1): fere i. q.* aliquis *sc.* pro sua parte *(plerumque:* is, *saepius fere et vice 1., 2. pers., v. p. 320, 8. 26. 321, 24. 29. 43. 49. 61 sq. 65. 68. 81. 322, 5. 17 sqq., quibus in exemplis ubique nom. occurrit praeter p. 320, 8 acc.; nota audaciora p. 320, 8. 28. 321, 33)*:

a *usu* ampliore: **α** *varia (distinguuntur homines, di sim. a bestiis, p. 320, 8. 23. 56, res e. g. p. 320, 20. 21. cas. obl. passim)*: CIL I² 834, 4 C. Poplicio L. f. Bibulo ... locus monumento, quo -e posterei que eius inferrentur, publice datus est (QVADRIG. hist. 10^b p. 210, 4 -e posterique eius Torquati sunt cognominati [*sim.* SVET. Aug. 43, 2 Claud. 1, 3]. LIV. 2, 31, 3 locus in circo -i posterisque ... datus. CONST. veteran. [CIL XVI] 1 int. I 10 [*a. 52*] -is, liberis posterisque eorum civitatem dedit [14 ext. I 8. *saepe. v. et p. 320, 49*]. CIL VI 15646. *al. cf. p. 305, 17*). PLAVT. Persa 327 mulier ut sit libera atque -e ultro det argentum. Poen. 30 nutrices pueros ... ut procurent ..., ne et -ae sitiant et pueri pereant fame (*cf.* COLVM. 5, 12, 2). Trin. 109 postquam ... eius rem confregit filius videtque -e ad paupertatem protractum esse se *eqs.* (*cf.* CIC. Verr. II 2, 145 -i ... et patri ... et filio. TIB. 1, 10, 41 -e suas sectatur oves, at filius agnos. VAL. MAX. 1, 7, 4 ORAT. imp. Claud. [CIL XIII 1668] 1, 25 QVINT. decl. 269 p. 97, 22 TAC. hist. 1, 75, 2. *al.*). Truc. 50 (*de amatore*) -e gaudet, res perit. TER. Phorm. 358 ignoratur parens, neglegitur -a ([*sc. puella*]. LEX repetund. [CIL I² 583] 3. 60 ⟨qui iudici ... satisfecerit, nomine suo⟩ parentisve ..., quoive -e parensve suos heres siet). CIL I² Add. n. 2662, 5 (*a. ante Chr. 102*) classis ... missa ... per pelagus. -e (*i. dux*) iter eire profectus Sidam (*sim.* CIC. Verr. II 5, 146 -os ... abduci imperabat, naves eorum atque onera ... adservanda curabat. IVST. 4, 5, 9). VARRO rust. 3, 6, 6 (*de pavonibus*) ova eorum ..., -i. RHET. Her. 2, 18, 27 et -i (-e H^1) meminisse poterimus ... et auditor ... meminisse poterit ('-e' *fere vice pron. 1. pers. item*: VERG. ecl. 1, 9 meas errare boves ... et -um [*i. pastorem, me, v. p. 319, 67. 344, 33*] ludere, quae vellem, calamo permisit *deus*. OV. ars 2, 98 COLVM. 4, 29, 15. 9, 13, 3. PETRON. 19, 5 ut ... -e cum Quartilla consisterem, Ascyltos cum ancilla, Giton cum virgine. QVINT. inst. 5, 12, 8. PLIN. epist. 7, 3, 1 tu modo in Lucania, modo in Campania? '-e enim' inquis 'Lucanus, uxor Campana'). CIC. inv. 2, 75 oportet accusatorem illud, quod -e arguat, ab eo, quod defensor comparat, separare. Cluent. 161 cum -e, tum eius amici (fin. 2, 44 CVRT. 10, 1, 24. TAC. ann. 3, 13, 2 in ... amicos Germanici saevisse, ... -um ... peremisse). Sull. 72 peto, ut quod potuit (*sc. P. Sulla*), tempori tribuatis, quod fecit, -i. Planc. 32 ut pater, ut avus, ut maiores eius ..., deinde ut -e *eqs.* (Phil. 10, 13. 13, 8 LIV. 9, 5, 9). Phil. 2, 113 et nomen pacis dulce est et -a res salutaris. rep. 6, 27 nam ex principio oriuntur omnia, -um autem nulla ex re alia nasci potest. fin. 5, 2 Platonis ... illi ... hortuli ... non memoriam solum mihi afferunt, sed -um videntur in conspectu meo ponere. nat. deor. 2, 7. div. 1, 77 et -e et equus eius (*sim.* SIL. 7, 641 -e ac sonipes. *cf.* VAL. MAX. 3, 7, 1^c -is iumentisque eorum). fam. 11, 8, 2 quid -e agas, quid noster Hirtius, quid Caesar meus ('-e' *fere vice pron. 2. pers. item*: VERG. Aen. 3, 408 hunc socii morem sacrorum, hunc -e teneto. TIB. 1, 3, 2 ibitis ... sine me, Messalla, per undas, o utinam memores -e cohorsque mei. 1, 9, 39 quid faciam nisi et -e fores in amore puellae [VAL. FL. 7, 414. *v. et p. 323, 62*]). 13, 30, 1 omnia eius tibi commendo in primisque -um, virum optimum. ad Brut. 1, 10, 2 (= 9, 18, 2 Sj.) caesis Antoni copiis, -o expulso (*sim.*: BELL. Afr. 95, 1 LIV. 2, 51, 8 TAC. hist. 2, 73). LVCR. 4, 401 atria versari et circumcursare columnae ... uti pueris videantur, ubi -i desierunt verti. CAES. Gall. 1, 14, 6. civ. 1, 15, 4 Vibullius ... milites ab eo (*i. Lentulo*) accipit, -um dimittit. LEX Iul. munic. (CIL I² 593) 42 -e aut procurator eius sciet *eqs.* (*cf.* GAIVS dig. 4, 4, 25, 1). SALL. Catil. 51, 43 publicandas eorum pecunias, -os in vinculis habendos (*cf.* 52, 14). 56, 1 ex omni copia, quam et -e adduxerat et Manlius habuerat. NEP. Att. 21, 2 et -e et medici. VERG. georg. 4, 433 sternunt se somno ... phocae; -e (*i. Proteus*) ... considit scopulo medius *eqs.* Aen. 1, 40 exurere classem Argivom atque -os ... submergere ponto. 11, 484 frange ... telum Phrygii praedonis et -um pronum sterne solo. HOR. epist. 1, 1, 72. OV. am. 3, 8, 31 durus pater (*i. Acrisius*), -a (*i. Danae*) severa (LIV. 1, 26, 12. PLIN. nat. 16, 13 vacatio munerum -i patrique et avo paterno [TAC. ann. 4, 44, 2]. PLIN. epist. 6, 26, 1 pater ..., mater [*v. cf. et l. 72*] ..., -e. PAVL. dig. 42, 4, 11. CIL IX 3181 ob merita patris et -ius. *v. et l. 18. p. 319, 80*). met. 6, 462. LIV. 1, 4, 3 aut -am (*i. Vestalem*) aut stirpem. 3, 34, 2 quod bonum ... rei publicae, -is liberisque eorum esset (26, 34, 3. 40, 5, 1. *v. et p. 319, 74*). 27, 51, 4 -os, ... comites eorum (LVCAN. 6, 657 STAT. Theb. 12, 371). SEN. suas. 7, 10 pro libris Ciceronis ... pro -o. VELL. 1, 11, 2 -um gentemque (*sim.* CAPITOL. Maximin. 27, 1 de huius genere superius dictum est, -e autem *eqs.*). 2, 12, 5. MELA 1, 43 Atlantes solem exsecrantur ... ut -is agrisque pestiferum. PLIN. nat. 11, 53 (*de rege apium*) cum populus in labore est, -e opera intus circumit. SIL. 16, 231 subibant ad iuga solis equi necdum -e ascenderat axem. STAT. Theb. 7, 610 natas -amque repellunt. 10, 634 MART. 5, 74, 1 QVINT. inst. 12, 1, 20. TAC. Agr. 36, 1 et -is (*i. militibus*) ... et hostibus. hist. 1, 48, 1 fratres eius ..., -e. 1, 78, 2. 4, 3, 4 -i (*i. Vespasiano*) consulatus cum Tito ..., praetura Domitiano ... decernuntur. PLIN. epist. 1, 20, 2 cuius (*i. matronae*) marito inimicissimus, -i invisissimus (*v. app. cr.*) fuerat. SVET. Aug. 13, 3. TRYPH. dig. 16, 3, 31 pr. utrumne -i (*i. reo*) haec reddenda an in publicum (*i. aerarium*) deferenda? VLP. dig. 42, 8, 6, 10 pupilli ignorantia ... non debet esse captiosa creditoribus et -i lucrosa. PAVL. dig. 16, 3, 21, 1 in -um (*i. servum*) dandam actionem *esse*, non in dominum. APVL. met. 8, 5, 9 TERT. idol. 15 p. 48, 24. scorp. 4 p. 152, 27 ut ... neget voluntatem dei, si -um negare non poterit. AVG. c. Cresc. 3, 42, 46 p. 453, 6 clericorum ... domos ..., -os etiam. CASSIOD. hist. 1, 8, 4 pugnaverunt inter alterutros -e (*i. Licinius*) et Constantinus (*gr. Sozom. 1, 7, 4* αὐτός τε καὶ Κωνσταντῖνος). PASS. Perp. 19, 3 -e et Revocatus (*gr.* αὐτὸς μετὰ Ῥεουκάτου). VITA Melaniae 23^in. cum ... scribebat -a, una de sororibus ei legebat (*gr. deest*). INSCR. NSc. 1920, 152 n. 47 mat(er) dul(ci) f(i)l(i)u suo fec(it) qu(o)d ips(e) mihi deb(uit) facere (*v. et l. 46*).

β peculiariter: *membra enuntiati ita componuntur, ut -e efferat eum, ad quem res* item *pertinet, qui simili vel pari modo accedit (additur ad primam personam l. 81. 84 [bis]. p. 321, 2. 3, ad secundam p. 321, 12. obl. cas. p. 321, 4. 5. 6. 11. 14. cf. et p. 312, 30 sqq.)*: CIC. Cluent. 141 tres -e ($Vς$, et -e $M\mu$) excitavit recitatores (*cf. 140* duobus recitatoribus constitutis). fam. 5, 20, 6 sicut scribis tibi id esse referendum, idem (item *Lamb.*) -e sentio. VARRO rust. 3, 17, 9 posteaquam ... maritimum flumen inmisisset in piscinas, quī reciproce fluerent -ae *eqs.* (*cf. ad l. Keil, Comm.*). VERG. Aen. 9, 407 si qua ... pater ... dona tulit, si qua -e ... auxi. PROP. 3, 9, 60 quod ferar in partes -e (*sc. ut alii*) fuisse tuas

[Tietze]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

(*i. Maecenatis. Rothstein aliter*). Ov. epist. 10, 5 (*loq. Ariadne*) quam ... lapis sedes, tam lapis -a fui. rem. 716 profuit illud ... multis, in quibus -e fui. met. 8, 50 si ... talis ..., qualis es, -a (*MN*, -e ς) fuit. SEN. epist. 36, 11 solem nox obruit, sed -am statim dies abiget. PLIN. nat. 18, 3 flumina inficimus et ... elementa -umque (*neutr., v. app. cr.*) quo vivitur *eqs.* VAL. FL. 8, 358 puppis ... effundit ... viros -umque *eqs.* STAT. Theb. 6, 297 dic ... regentum (*sc. equos*) nomina, dic -os. QVINT. inst. 11, 1, 85. 11, 2, 1 (*de memoria*) -a excolendo sicut alia omnia augetur. TAC. hist. 2, 65, 1. ann. 15, 23, 1 locus puerperio colonia Antium fuit, ubi -e generatus erat (*i. Nero*). PLIN. epist. 4, 4, 2 obligabis me ..., obligabis -um. 6, 17, 4 nisi laudandus ille, non potes -e laudari. TERT. apol. 30, 3 illius ... est -e (*i. princeps*), cuius et caelum est et omnis creatura. AVG. civ. 17, 9 p. 229, 6 D. ut intellegamus de -o (*i. Christo*) dici ..., quod de eius corpore dicitur. in euang. Ioh. 23, 7 l. 18 si ... non possunt vivere animae, nisi earum vita sit deus, sicut -ae sunt vita corporum.

b *usu strictiore, fere coarctato*: -e *componitur c. quibusdam pronominibus*: α *c. demonstrativis* (*casibus obliquis v. infra l. 21. 25. 35. 41. 59. 70. 72. 75. 79 sq. 82. 84*): (I) *c.* ille: -e ... ille: ENN. scaen. 400 homo, qui erranti ... monstrat viam, quasi lumen de suo lumine accendat facit: nihilo minus -i lucet, cum illi accenderit. CIC. inv. 1, 88 demonstrare oportebit non ex eo, quod -e concesseris, sed ex eo, quod ille (*i. adversarius*) sumpserit, confici complexionem (-e *fere vice pron. 2. pers. item*: Brut. 332 et -e re publica careas, et illa te). Verr. II 1, 41 quae in -um valebant crimina, contulit in illum. fin. 4, 57 nec ... minoris aestimanda ducebat ea, quae -e (*v. app. cr.*) bona negaret esse quam illi, qui ea bona esse dicebant. Att. 15, 1, 5 quid ... illi adferre consili possum, cum -e egeam consilio et cum ille *eqs.* (-e *fere vice pron. 1. pers. item*: NEP. Them. 9, 3 bona feci, postquam in tuto -e et ille in periculo esse coepit [*cf. Thuc. 1, 137, 4* ἐν τῷ ἀσφαλεῖ μὲν ἐμοί, ἐκείνῳ δὲ ἐν ἐπικινδύνῳ *eqs.*]. Ov. epist. 13, 37 sqq. [*loq. Laodamia*] -a geram saturatas murice lanas, bella ... ille gerat? -a ..., ille ...: -a novas vestes, dura vir arma ferat? trist. 1, 11, 44. PLIN. epist. 10, 87, 1 cum -e tribunus essem, ille praefectus). LVCR. 6, 312 confluere ex -o (*i. vento*) possunt elementa vaporis et simul ex illa, quae tum res excipit ictum. VAL. MAX. 3, 3 ext. 3. PLIN. nat. 6, 35 sacros haberi ... nec -os modo, sed illos quoque, qui ad eos profugerint. HOMER. 535 SVET. Tib. 53, 1. MARCELL. dig. 28, 7, 23 non quia -i (*i. fratres*) ... noluerunt, sed quia illa (*i. mulier*) ... noluerit. TERT. anim. 26, 3 HIER. epist. 49, 17, 7. AVG. civ. 4, 3 p. 150, 1 D. neque hoc *regnum* tam -is (*sc. regnantibus*) quam illis utile est *eqs.* ille ... -e: CIC. Phil. 1, 9 neque ... illum (*i. Brutum*) similiter atque -e eram commotum esse vidi (-e *fere vice pron. 1. pers. item*: TIB. 1, 2, 73 [vs. 69] ille licet ... victas agat ante catervas ..., -e boves ... si tecum modo ... possim iungere *eqs.* Ov. Ib. 58. trist. 1, 5, 74 ille [*i. Vlixes*] erat ... saevis agitatus in armis: adsuetus studiis mollibus -e fui. 5, 4, 50 quod ille [*i. poeta*] ... non rogat, -a [-e *l. v.; i. epistula*] rogo). Ov. am. 1, 4, 15 cum premet ille (*i. vir*) torum, vultu comes -a (*i. puella, domina*) modesto ibis (-e *fere vice pron. 2. pers. item*: STAT. Theb. 6, 320 ille *equus* ibit, minus -e voles). epist. 2, 148 (*de Demophonte et Phyllide*) ille necis causam praebuit, -a (illa *E ω*) manum. SEN. epist. 94, 72. PLIN. nat. 35, 65 descendisse hic (*i. Parrhasius*) in certamen cum Zeuxide traditur et cum ille detulisset uvas pictas ..., -e detulisse linteum pictum *eqs.* TAC. dial. 22, 1 illi (*i. aequales Ciceronis*) ... antiquos mirabantur, -e (*i. Cicero*) suorum temporum eloquentiam anteponebat. SVET. Iul. 9, 3 foris ille, -e Romae. GAIVS inst. 2, 30 ut ille usumfructum habeat et -e (*i. dominus*) ... proprietatem ⟨retineat⟩.

(II) *c.* hic: hic ... -e: TER. Andr. 297 hanc (*i. Glycerium*) mihi in manum dat *Chrysis*; mors continuo -am occupat. Hec. 818 gnatum ei (*i. Pamphilo*) restituo, qui paene harunc -iusque opera periit. CIC. de orat. 1, 66. -e ... hic: SEN. Herc. O. 274 -a (*sc. dea*) iam cesses licet, haec (*i. mea*) ira satis est. FLORENT. dig. 28, 5, 50, 1 sive -i (*i. extranei*) heredes instituantur, sive hi, qui in potestate eorum sunt.

(III) *c.* ipse (*cf. Lilliedahl, Florusstud., 1928, 25 sq.*): CIC. rep. 3, 32 nisi et hos velle putarem et -e cuperem te ... partem ... sermonis attingere, praesertim cum heri -e dixeris *eqs.* Ov. met. 9, 247 quamquam -ius (*i. Herculis*) datis hoc (*i. fere favorem, laudem*) ... actis, obligor -e (*i. Iuppiter*). Pont. 3, 1, 71 sqq. quod ... ego praestarem, si te magis -e valerem, id mihi, cum valeas fortius -a (*sc. coniunx*) refer ...: moribus hoc ... exigis -a tuis. SEN. nat. 2, 9, 4 -e (*i. aër*) ... per -um transit, quo (*ET*, quod *rell.*) scinditur. TAC. dial. 8, 3 Vespasianus ... intellegit ... amicos suos iis niti, quae ab -o acceperint quaeque -is (*codd.*, -i *coni. Lips.*) accumulare et in alios congerere promptum est (*cf. Persson, Bem. z. d. kl. Schriften d. Tac., 1927, 23 et adn. 1, p. 32*). FLOR. epit. 4, 2, 51 cum -e (*i. Caesar*) sequeretur ... Pompeium, si eadem -um (*i. Pompeium imperatorem*) quae exercitum eius fortuna traxisset (*v. l. 64*). 4, 4, 2.

(IV) *c.* is: SALL. Iug. 20, 2 -e (*i. Iugurtha*) acer ..., at is (*i. Adherbal*) ... quietus. SEN. nat. 7, 26, 2 (*de sole*) -i alia est forma, alia ei, quod ex -o fluit. QVINT. decl. 312 p. 226, 13. PAVL. dig. 2, 13, 9, 4 non tantum cum -i contraximus, ... sed etiam si is, qui in nostra potestate est, contraxit. Ps. APVL. Ascl. 19 magis ... -os (*v. app. cr.; sc. deos intelligibiles*) sentimus quam eos, quos visibiles nuncupamus. COD. Theod. 8, 12, 1, 1 vel ab -o (*i. donatore*) vel ab eo quem *eqs.*

β *c. pron. pers.* (*opponitur, componitur fere ubique c. pron. 1. et 2. pers.; c. pron. 3. pers. cf. p. 321, 78; casus obl. [cf. p. 319, 66 sq.] nusquam nisi inter exempla l. 32 sqq. allata vice tertiae pers. occurrit. nota: opp. pron. poss. pro pron. personali l. 47. 71*): -e *fere vice pron.*: (I) *primae pers.* (*ubique seq. -e praeter l. 6*): CIC. off. 1, 1 ut -e ad meam utilitatem ... cum Graecis Latina coniunxi ..., idem tibi censeo faciendum *eqs.* (*praeced.* -e *item*: Att. 13, 19, 3 quae erant ... collecta ab Antiocho, Varroni dedi; ad ea -e respondebo, tu es tertius in sermone. PLIN. epist. 5, 10, 2 sum et -e ... haesitator, tu tamen *eqs.* [6, 8, 4. *v. et p. 315, 40*]). fam. 9, 6, 6 ego tibi ea narro, quae tu melius scis quam -e, qui narro. PROP. 1, 13, 3 tu ... nostro laetabere casu *eqs.* at non -e tuas imitabor, perfide, voces. Ov. epist. 14, 78 tu fugis, -a moror. 16, 184. fast. 2, 830 quam ... veniam vos datis, -a (*i. Lucretia*) nego. SEN. epist. 53, 10. SIL. 12, 177 tu ... servabis ...; tu converte ...; est ubi iusso, ... fundite ... *telorum* nimbum. ferar -e *eqs.*

(II) *secundae pers.*: -e *seq.*: CIC. Caecin. 90 si ego sim a tuis aedibus deiectus, restitui non oportere, si -e sis, oportere. Cluent. 6 *postulo*: cum ego una quaque de re dicam ..., ne -i, quae contraria sint, ... cogitationi vestrae subiciatis. Ov. am. 3, 2, 2 non ego nobilium sedeo studiosus equorum; cui tamen -a (*i. puella*) faves, vincat ut ille, precor. MART. 1, 110, 2 scribere me quereris ... epigrammata longa. -e nihil scribis: tu breviora facis. TAC. hist. 4, 74, 1. TRAIAN. Plin. epist. 10, 117 ego ... prudentiam tuam elegi, ut formandis ... provinciae moribus -e moderareris. -e *praeced.*: VERG. ecl. 3, 74 quid prodest, quod me -e animo non spernis ..., si, dum tu sectaris apros, ego retia servo? Aen. 12, 19 quantum -e feroci virtute exsuperas, tanto me impensius aequum est consulere *eqs.* SEN. contr. 1, 1, 13 recens divisio utrum subtilior *sit* ..., -i aestimabitis: ego exponam *eqs.* VAL. MAX. 8, 5, 6 quod ... ad religionem vestram pertineat, -i aestimabitis, ego id supprimendum non putavi. PLIN. epist. 9, 14, 1.

(III) *tertiae pers.* (*casibus obliquis l. 40. 47 sqq. 52. 54. 56. 64. 65. 66. 68. 70. 71. 72. 76. 77. 80. cf. et p. 319, 61*): -e *praeced.*: PLAVT. Bacch. 476 -us neque amat nec tu creduas. Truc. 559 quandoquidem -us perditum se it, secreto ... equidem eum adiutabo. TER. Eun. 449 metuit ..., quem -a (*i. Thais*) nunc capit fructum, nequando iratus tu alio conferas. CIC. Cluent. 133 neque -i secus existimant quam nos existimari (*recc.*, vos existimare *Mμ*) volumus. Catil. 3, 5 eodem ... et -i ... multos fortes viros eduxerant et ego ... adulescentes ... miseram. Flacc. 76 utinam neque -um neque me paeniteret. Sest. 87. Pis. 79 ut, quae -e gesserat, conciderent, si ego restitissem. Rab. Post. 21 sive ille, ut -e dicebat, gloriam sive, ut tu vis, pecuniam quaesivit. Mil. 92 misericordiam ..., quam -e non implorat, ego ... et imploro et exposco. Tusc. 5, 114 (*de Homero*) quae -e non viderit, nos ut videremus, effecerit. Att. 9, 18, 3 -e (*om. M*[1]) in Pedanum, ego Arpinum. 10, 8, 9 valde eo -a (*i. Tullia*) delectata est, ego autem non minus. fam. 13, 18, 1 quod tu et -ius causa et tua sponte feceris (FRONTO p. 170, 5 v.d.H. [p. 180 N.]. *sim.* PLIN. epist. 5, 14, 2 gaudio adfectus et -ius et meo nomine; -ius, quod ...; meo, quod *eqs. cf. et l. 71*). carm. frg. 32, 3 fuit utilius finiri -ique (*sc. filio tuo*) tibique (*cf. Ps. Plut. Cons. ad Apoll. 109*[D] ⟨οὔτε οἷ⟩ οὔτε γονεῦσι). PLANC. Cic. epist. 10, 24, 5. SALL. Catil. 58, 4 ignavia Lentuli quantam -i nobisque cladem attulerit. SEN. dial. 12, 13, 3. PLIN. epist. 8, 1, 3 continens -e, nos solliciti. CE 474, 12 (CIL VI 32808 [*fere s. II*[ex.]]) opta viator ... -o (*dat., sc. mortuo*) terra(m) leve(m), nobis fortuna(m) beata(m). TERT. apol. 30, 5. NOVATIAN. cib. Iud. 2 p. 228, 3 *ut* quod ... ab -is (*i. Iudaeis*) traditur, a nobis tollatur. HIER. epist. 15, 4, 5 cum id (*i. doctrinam*), quod -i exponunt, habere me dicam, hereticus iudicor. VVLG. psalm. 19, 9 -i ... ceciderunt, nos autem surreximus (αὐτοί ... ἡμεῖς). 101, 27 -i (*i. caeli*) peribunt, tu ... permanes (αὐτοί ... σύ). AVG. civ. 7, 17 p. 295, 18 D. 18, 23 p. 287, 18 quae -e (*i. Lactantius*) singillatim posuit, ego arbitratus sum coniuncta esse ponenda. -e *seq.*: PLAVT. Capt. 640 ubi is nunc est? :: ubi ego minime atque -us se volt maxume. TER. Andr. 225 miquidem ... non fit veri simile; atque -is commentum placet. GRACCH. or. frg. Fest. p. 201 nobis (*i. plebeis*) ..., -is (*i. patriciis*). CIC. S. Rosc. 101 non tam perspicue nos istorum maleficia videramus, nisi -os caecos redderet cupiditas. Verr. II 4, 92 hoc nos dicimus? immo ... -e praesens. Mur. 43 ea dicam vobis audientibus ..., quae -i soli ... dixi. Phil. 2, 96 prius quam tu suum (*sc. proprium*) sibi venderes, -e possedit. Att. 5, 18, 4 faciam ... satis tibi ..., cui difficilius est quam -i (*i. Bruto*). fam. 2, 4, 1 si quid esset, quod eos scire aut nostra aut -orum interesset (*sim.* LENT. Cic. fam. 12, 14, 8 et tua et -ius [*i. filii*] et ... mea causa. *v. et l. 47*). Ov. epist. 4, 1. met. 9, 757 quod ... ego, vult genitor, vult -a (*i. sponsa*) socerque futurus. SEN. suas. 6, 24. SEN. nat. 2, 32, 2 nos putamus ...; -i existimant. CVRT. 6, 9, 20 si mihi creditis ... si -i (*i. Philotae*). TAC. dial. 16, 3 et tu ... dixisti et -e (-um *b*[2]) ... manifestus est *eqs.* PLIN. epist. 3, 2, 6 habebis me, habebis -um. IVLIAN. dig. 43, 24, 14. VLP. dig. 13, 6, 10, 1 si is ... ego mandaveram ..., si ... -e ... commisit. MIN. FEL. 3, 1 huius erroris non minorem ad te quam ad -um infamiam redundare.

γ *c. ceteris pron.*: -e *seq.*: CIC. Tusc. 1, 92 quasi ... quisquam ita ... velit vivere, ut *eqs.*; ne sui (*subst.*) quidem id velint, non modo -e. SEN. epist. 70, 10 adulescentis ... maiora sperantis quam illo saeculo quisquam sperare poterat aut -e ullo. -e *praeced.*: PLIN.

[Tietze]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

epist. 3, 19, 7 nec -e ... vinctos (*i. servos*) habeo nec ... quisquam. GAIVS dig. 44, 7, 5, 6 (*de exercitore navis*) si ... -ius nullum est maleficium, sed alicuius eorum, quorum opera *utitur*. CE 240, 3 *sepulcrum* pateat -is (*i. libertis meis*) quique ex is prov⟨e⟩nerint.

2 *non expresse vel significantius distinguitur ab altera persona is, quem pron. -e significat, ponitur tamen sic, ut vim quandam (sive distinguendi sive augendi ['emphaticam']) sententiarum nexu, ordine vel quaeri vel effici appareat:* '-e' *obtinet vicem:* **a** *primae pers.* (*respondet saepius pron.* ego, equidem, *e. g. l. 11. 13. 31. 42. repetitur c. vi, emphasi l. 24 sq. 26. 27. 37 sq. 46 sq. casus obl. desunt*): CIC. Sull. 46 fero ego te, Torquate, ... *et* animum incitatum ... revoco -e. dom. 64 ut mihi non liceret esse in ea re publica, quam -e servassem. Sest. 22 ego ... tantum esse in homine sceleris ..., quantum -e cum re publica sensi, numquam putavi. 58 cum ... Tigrane ... bellum nuper -i ... gessimus. off. 1, 115 -i autem gerere quam personam velimus, a nostra voluntate proficiscitur. VARRO ling. 10, 1 quarum rerum quod nec fundamenta ... posita ab ullo neque ... natura ... explicita, -e eius rei formam exponam. rust. 2 praef. 6 et -e pecuarias habui grandes (Ov. epist. 15, 316 iaceo solus et -e toro. Pont. 1, 5, 29 SEN. Med. 297 Phaedr. 698 CVRT. 7, 2, 8 APVL. met. 1, 18, 7. *cf. et p. 315, 40*). VERG. ecl. 3, 97 -e ... omnis *capellas* in fonte lavabo (*cf. Theocr. 5, 145* αἶγες ..., αὔριον ὔμμε πάσας ἐγὼ λουσῶ). Aen. 2, 708 age, ... pater, cervici imponere nostrae; -e subibo umeris. 11, 162 HOR. epist. 1, 18, 112. TIB. 1, 5, 11. 13 -e ... te circum lustravi sulphure puro ...: -e procuravi, ne *eqs.* Ov. am. 2, 12, 14 me duce ad hanc voti finem, me milite veni, -e eques, -e pedes, signifer -e fui. 3, 11, 18 ego non fixus lateri ... adhaesi, -e tuus custos, -e vir, -e comes? epist. 9, 35. 11, 119 -a (*i. Canace*) quoque ... prosequar umbras (SEN. contr. 1 praef. 20 CELS. 4, 9, 2 SEN. benef. 3, 13, 2 epist. 2, 5 STAT. Theb. 5, 313 VLP. dig. 36, 2, 12, 6. *cf. et p. 315, 7*). LIV. 6, 18, 8 ego ... nulli vestrum deero *eqs.* -e, vindex vester, ubi visum inimicis est, nullus repente fui. SEN. dial. 4, 30, 1 quorundam (*sc. quae nos offendunt*) -i testes sumus. 7, 13, 1 in ea ... -e (-a *A*) sententia sum invitis ... nostris popularibus. LVCAN. 2, 515 nihil ..., si viceris, -e paciscor (*sic distinxit Housman; sed cf. Nutting, ClPh. 27, 1932, 245 sq.*). VAL. FL. 5, 41 aut socios rapit atra dies aut -e relinquo. 7, 346 (*verba Medeae*) cur tibi ... placuit ... iuvenem non perdere ...? -a etiam, fateor, tunc -a volebam. MART. 3, 46, 7 quidlibet ... narraveris, -e tacebo. QVINT. inst. 1, 2, 17 si refutavimus quae contra dicuntur, iam explicemus quid -i sequamur. TAC. Germ. 4 ann. 4, 40, 7. PLIN. epist. 3, 17, 3 ego viaticum, ego ... praemium dabo *tabellario eqs.* -e valeo *eqs.* 7, 18, 2 equidem nihil commodius invenio quam quod -e feci. 9, 32, 1 quid agis ...? -e vitam iucundissimam ... vivo. GELL. 17, 20, 9 velut est, quas nunc facimus -i res: bibere, cantare, disserere (*Plato conv. p. 181A* οἷον ὃ νῦν ἡμεῖς ποιοῦμεν). TERT. adv. Prax. 10, 4 p. 241, 2 sqq. si -e ero quid eorum, ... non habeo quod -e ero: nec patrem, quia -e ero pater, nec filium, quia -e ero filius. spect. 29 p. 28, 11 tales sunt apud nos (*sc. Christianos*) agones, in quibus -i coronamur.

b *secundae pers.* (*respondet saepius pron.* tu, vos *e. g. l. 53. 54. 58. 70*): α *vario usu* (*ubique fere ponitur pro subi.* [*in constructione q. d. acc. c. inf. l. 65*], *nisi l. 70. 82 obliquis casibus*): LVCIL. 1120 tantum habeas, tantum -e sies tantique habearis. CIC. Flacc. 6 vos ... a testibus quaeretis ..., -i coniectura nihil iudicabitis? 9 de quibus vos aliis testes esse debetis, de his (ω, iis *recc.*) -i alios testes audietis? Vatin. 24 L. Lucullum, cuius tu rebus gestis, quod -e ad imperatorias laudes a puero ... spectaras, vehementius invidebas. prov. 23 ardeo ..., id quod vosmet de me existimatis et facitis -i, ... amore patriae. ac. 1, 3. fam. 5, 5, 2 tu quam gratus erga me fueris, -e existimare potes. PVBLIL. I 55 iniuriam -e facias, ubi non vindices. HOR. epist. 1, 3, 20 -e quid audes? PROP. 2, 18a, 20 tu ... iuvenem odisti me ..., cum sis -a anus ... curva futura. 3, 22, 12. Ov. am. 1, 4, 30 tu puerum ... posce, quod -a voles. ars 2, 213 horrebis et -e (MART. 1, 24, 2 APVL. met. 6, 29, 4. TERT. apol. 8, 5 homo es et -e. carn. 2 l. 23. *v. et p. 315, 40*). trist. 3, 4, 65 vos ... pectoribus nostris haeretis ...; sed ... -os in nostro poni carmine nolle puto. LIV. 1, 28, 9 si -e discere posses fidem ... servare *eqs.* nunc ... tu tuo supplicio doce *eqs.* 5, 44, 3. 28, 42, 16 non potes ne -e quidem dissimulare. SEN. Ag. 128 licet -a (*i. Clytemestra*) sileas, totus in vultu est dolor. benef. 2, 11, 3 *alio* narrante et hoc laudabitur, quod -e non narras. VAL. FL. 4, 618. 7, 52 vobis ..., quos, credamus ut -is, rex suus inlisit pelago vetuitque reverti. STAT. Theb. 11, 330 -i etiam post omnia, comminus -i stabitis? VLP. dig. 50, 13, 1, 12 -e quoque profiteris (*v. et p. 315, 7*). APVL. apol. 100 heres, qui te ... voluit excludere e domo, quam -a (*fem.*) donaveras. TERT. mart. 2, 4 lumen estis -i (*spectat ad Matth. 5, 14* vos estis lux mundi [ὑμεῖς ἐστε]). ITALA exod. 20, 22 (Tert. scorp. 2 p. 147, 17) -i vidistis, quod de caelo locutus ad vos sim (ὑμεῖς, *Vulg.* vos). act. 2, 22 (Iren. 3, 12, 2) quemadmodum -i scitis (αὐτοί, *Vulg.* sicut et vos scitis). CYPR. Demetr. 8 p. 356, 15 tu (*i. homo*) ... deo servis *eqs.*; -e de servo tuo exigis servitutem. 14 p. 361, 16 pudeat te eos (*i. deos*) colere, quos -e defendis, pudeat tutelam de iis sperare, quos tu tueris. IVST. 14, 3, 8 solvo vos iure iurando *eqs.* aut si -os pudet ... *mihi* vim adhibere, ferrum ... *mihi* date. CE 675, 1 (*a. 392*) perpetuam sedem, nutritor, possides -e. β *usu peculiari: accedit ad imperat.* (*sc. suppl. p. 324, 9; cf. et p. 329, 60*): CIC. Att. 1, 16, 17 tu ... crebras a nobis litteras exspecta; ast plures etiam -e mittito. 4, 4a, 2 -e ... fac venias (*seq.* tu fac venias). TIB. 3, 9 (= 4, 3), 24 in nostros -e recurre sinus. SEN. Med. 519 cedo ... malis. et -a casus ... time (Oed. 268 et -e ... testis veni. *v. et p. 323, 62*). CALP. ecl. 5, 9 -e tuendos *greges* accipe. STAT. silv. 1, 4, 22. 5, 3, 1 -e ... lamentabile carmen ... mihi ... da, genitor. MART. 5, 52, 6. TRAIAN. Plin. epist. 10, 76 (80) -e dispice et ... insequere. ITALA gen. 42, 19 (Aug. loc. hept. 1, 169 p. 532, 12) -i ... ite (αὐτοί, *Vulg.* vos). COMM. instr. 1, 30, 16 estote communes minimis ...; sicut ulmus amat vitem, sic -i (*sc. fere amate*) pusillos.

c *tertiae pers.* (*plerumque fere de hominibus, de rebus e. g. l. 35. 42. 47. 75*): α *ponitur pro subi.* (*nom. vel acc.* [*c. inf. l. 19. 21. 27. 29. 31. 56. 64*]. *repetitur c. vi, emphasi infra l. 25*): PLAVT. Bacch. 789 has tabellas ferre me iussit tibi *eqs.* nosce signum. :: novi. ubi -e est? (Curc. 437 Trin. 928 TER. Andr. 598). Epid. 241 illarum *mulierum* altera dixit illi quicum -a ibat *eqs.* Mil. 141 TRAG. inc. 212. CATO agr. 156, 4 tantum bilis ... eiciet, ut -e miretur, unde ... sit (*cf. p. 317, 19*). RHET. Her. 2, 23, 35. 4, 5, 7 -e quoque ad omnium nitetur facultatem (BELL. Afr. 85, 8. VARRO rust. 2, 1, 9 -os qu. fuisse pastores. SEN. epist. 85, 35. 88, 42 PLIN. nat. 9, 25 QVINT. inst. 4, 4, 9 APVL. met. 10, 16, 1 CYPR. Fort. 11 p. 341, 17. *v. et p. 315, 7*). CIC. S. Rosc. 107 -os ... scio non negare *eqs.* Verr. II 4, 5 erant aenea ... signa *eqs.* Canephoroe -ae vocabantur. p. red. in sen. 29 (*de Pompeio*) qui cum -e ... domo se teneret ...; qui ... cum -e gereret magistratum ...; qui cum -e *eqs.* (*c. vi, emphasi repetitur item:* SEN. Thy. 691 sqq. LVCAN. 7, 350 APVL. apol. 98 TERT. resurr. 18 p. 50, 7 sq. *al.*). Phil. 5, 19 veni postridie, -e non venit. Att. 5, 11, 6 Xenonem tam diligo quam tu, quod -um sentire certo scio. 5, 20, 10 tua tuosque Thermo ... commendaram ... -umque intellexi esse perstudiosum tui. fam. 13, 29, 6 Caesarem Capito ... dilexit. sed -e huius rei testis est *eqs.* tantum ... sumito pro Capitone apud Caesarem, quantum -um (-e *D*) meminisse senties. LVCR. 4, 1185 (*de feminis*) -ae ... hos vitae poscaenia celant, quos *eqs.* 6, 402 CAES. civ. 3, 112, 8 SALL. Iug. 9, 4 NEP. Eun. 7, 1. VERG. georg. 4, 381 et mater '... Oceano libemus' ait. simul -a precatur *eqs.* 4, 386. Aen. 9, 342 (*de Euryalo*) incensus et -e perfurit (SEN. nat. 7, 8, 1 [*de igni*] alimenta ..., quibus desinentibus et -e subsidit. STAT. silv. 3, 4, 10 APVL. met. 4, 8, 2. TERT. apol. 15, 7 spoliarent ... ea [*i. templa*] et -i, si et -i adorarent [*sic iteratur:* anim. 33, 3]. HIER. epist. 22, 17, 4. *v. et p. 315, 40*). Ov. ars 1, 362 pectora dum gaudent ..., -a patent. met. 7, 671. 7, 697 (*de Procride*) dignior *erat* -a rapi. LIV. 4, 60, 6. 41, 23, 2. VAL. MAX. 3, 8 ext. 2 Phocion ..., cum Athenienses rem aliter atque -e suaserat ... administrassent *eqs.* CELS. 4, 10, 1 illis (*i. faucibus*) restitutis -a (*sc. tussis*) finitur. SEN. dial. 5, 19, 1. epist. 94, 61 nemo illis ... restitit, sed nec -i ... crudelitati ... restiterant (QVINT. inst. 1, 6, 42 quae nec -i iam dicerent. PEREGR. Aeth. 19, 12. *aliter p. 315, 73*). 98, 15 de nostro damno agitur, quibus senex ... eripitur. nam -e vitae plenus est *eqs.* PETRON. 3, 1. PLIN. nat. 2, 77 leges ..., quibus -a (*sc. natura*) serviat. 6, 25. STAT. Theb. 6, 627 ambiguum ... cunctatur Adrasti consilium. tandem -e refert *eqs.* QVINT. inst. 7, 9, 11 adiectio talis est: 'argentum quod elegerit -e', ut heres intellegatur, vel '-a', ut uxor (*sic* -e vel -a: AVG. contin. 12, 26 p. 176, 14 quidam *coniuges* per iniustitiam *se continent* ..., quia -e vel -a ... potest vincere ... corporis adpetitum. COD. Iust. 3, 38, 12 pr. *cf. etiam l. 71*). IVV. 10, 294 vetat optari faciem Lucretia, qualem -a habuit. 13, 56 PLIN. epist. 2, 11, 22. POMPON. dig. 41, 1, 19 si liber homo ... serviens ... hereditatem adisset, heredem (*praedicative*) -um fieri. TERT. patient. 8 p. 14, 10 cum fructum eius everteris non dolendo, -e doleat necesse est. CYPR. hab. virg. 8 p. 194, 3 (*de virgine*) sola -a remaneat in crimine (sent. episc. 23 p. 445, 19. *al.*). PEREGR. Aeth. 8, 4 nam -e nobis dixit nomen. CLAVD. DON. Aen. 6, 175 p. 532, 22 properabant ... aram ... struere arboribus, ut -a esset et sepulchrum (AVG. civ. 4, 11 p. 161, 13 sqq. D. [*de Iove*] -e sit et deus Consus ...; -e dea Iuventas ..., -e sit et Fortuna barbata *eqs.*). HIER. epist. 108, 15, 2 ut, qui eam (*i. Paulam*) vidisset ..., -am esse non crederet. CIL X 237 ips(e) v(ixit) a(nnos) XL. 256. CE 2202 (*a. 548 vel 621*) hoc tegetur tomolo ... diacon(us) Emellio nomine. -e ter denus ... gesserat annus *eqs.*

β *obliquis cas.*: ① *in universum*: PLAVT. Aul. 312 (*de avaro*) -i (-e *Non.*) ... tonsor ungues dempserat: collegit ... praesegmina. Truc. 133 te adducturam ... dixeras eumpse (*Bothe*, eum -um *trad.*), non eampse (*Camerarius*, eam -am *A*): nunc mulier facta est ... ex viro (*similiter componuntur masc. et fem. supra l. 50*). TER. Andr. 816 tum -am despoliare non lubet. Haut. 285 texentem telam studiose -am offendimus. Eun. 774 male mulcabo -am. LVCIL. 179 in caput insilit, -um commanducatur (*cf. Marx ad l.*). CATO agr. 119 concidito -as (*i. oleas*), addito oleum *eqs.* CIC. Verr. II 1, 148 non necesse erat rem ad -um (*i. Verrem*) pervenire; poterat aliquis ad id negotium de populo accedere. 2, 159 Rhodii ... statuam eius (*i. Mithridatis*), quae erat apud -os (istos Co^1) in celeberrimo urbis loco *eqs.* Mur. 20. p. red. ad Quir. 21 -is invitis (*sic abl. abs.*: SALL. Iug. 113, 3 AETNA 633. LIV. 7, 41, 4 -o volente. SIL. 6, 371. TAC. hist. 2, 90, 1 consciis ... -is. ann. 1, 1, 2 florentibus -is. VLP. dig. 26, 7, 1, 2 -is auctoribus. *v. et p. 327, 72*). Tusc. 5, 29 *complexionem bonorum* assequi virtus, si quicquam praeter -am boni est, non potest. nat. deor. 2, 1 Lucilium, si -i commodum est, audiamus. Att. 2, 1, 5. fam. 5, 5, 3 -ius causa ...

[*Tietze*]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

omnia *facere* (7, 24, 2. 9, 13, 2 -orum causa. 13, 55, 1 LIV. 42, 39, 1. *v. et p. 322, 47*). LVCR. 1, 695 CAES. Gall. 1, 32, 2. SALL. Catil. 17, 7 Pompeius invisus -i (*i. Crasso*) magnum exercitum ductabat. NEP. Att. 3, 2 aliquot -i effigies (*Wagner, v. app. cr.*) . . . posuerunt. VERG. Aen. 1, 645. 6, 865. OV. met. 8, 538 oscula dant -i (*sc. corpori*). LIV. 21, 17, 2 quantum -is (*sc. consulibus*) videretur. 21, 30, 1 Hannibal, postquam -i sententia stetit pergere ire *eqs.* FEST. p. 290 columpna cum -ius effigie (*gen. obi. item*: CELS. 2, 14, 8 capitis . . . dolores -ius frictio levat . . . et membrum . . . resolutum -ius frictione confirmatur. PLIN. epist. 9, 38, 1). SEN. suas. 5, 2 extincta tot ante Xersem milia, tot sub -o iacent (VAL. MAX. 3, 7, 1^{d}). VELL. 2, 13, 3. VAL. MAX. 2, 4, 5 Proserpinae aram, a qua potio -is fuerat adlata. 5, 4, 7. SEN. Phaedr. 720 regeramus -i crimen. benef. 2, 32, 2 per -um (*i. lusorem*) mora . . . non fuit (TAC. dial. 21, 9 nec per -um stetit, quo minus *eqs.*). 6, 9, 3 profuit *aliquis*, cum vellet nocere: imitabor -um (illum *cod. Pinc.*, illud *O*). epist. 30, 17. 85, 12 si -is (*i. affectibus*) permisisti incipere, . . . crescent. CVRT. 4, 3, 12 *naves*, quibus rex invectus -as demersit (*cf. Lindgren, Stud. Curt., 1935, 79sq.*). PETRON. 38, 12 -o . . . homo melior non est. PLIN. nat. 4, 65. 102 Albion -i (*i. Britanniae*) nomen fuit. 10, 13 VAL. FL. 5, 269 SIL. 16, 368 STAT. Theb. 12, 316. silv. 1, 2, 161 tunc -am . . . adfata *Venus*. QVINT. inst. 3, 7, 11. 6, 3, 94 quod in alium si absentem diceret⟨ur⟩, urbanum non erat, quoniam -i palam exprobratur, movet risum. TAC. hist. 2, 74, 1 miles -i (*i. Vespasiano*) adeo paratus, ut *eqs.* ann. 3, 68, 2 *Piso* aqua atque igni Silano interdicendum censuit -umque in insulam . . . relegandum. PLIN. epist. 2, 11, 21 quidam ex illis . . . hunc, qui post -os censuerat, sequebantur. VLP. dig. 37, 10, 3, 5 non debet adversus pupillos observari, quod pro -is excogitatum est. TERT. apol. 18, 6 (*de Iudaeis*) ex -is . . . et ad -os semper prophetae peroraverant. adv. Hermog. 19, 4 licebit . . . substantivum aliquid principium esse alii rei, quae ex -o sit futura. PEREGR. Aeth. 11, 1 cum . . . ingressi fuissemus ad eos, facta oratione cum -is. PELAGON. 34 p. 42, 15 signa *morbi* in -o (*sc. equo*) eadem invenies (*gr. deest*). VEG. mulom. 2, 17, 1 noveris non posse curari -am (*i. hypochysin*). *huc fortasse*: CAECIL. com. 105 *id*, quod viva (*i. mater*) -i opposivit (-suit *trad.*) pignori.

Ⓘ *potiora ad gen. poss., subi. (auct.) pertinentia*: Ⓐ *usu adnominali* (*secundum naturam gen. saepius subauditur notio q. e. eius, eorum, sc. proprium, peculiare. respondet* eius *l. 45. 63. 75,* ille *l. 80, cf. etiam l. 62; opp.* suus *l. 62. 66. 67. accedit partic. coniunct. l. 81*): PLAVT. Capt. 287 inditum id nomen . . . est . . . propter avaritiam -ius. TER. Phorm. 725 volo -ius (*i. puellae*) quoque voluntate haec fieri (SVET. Iul. 75, 3). RHET. Her. 3, 6, 11. 4, 37, 49 amici -orum (VAL. MAX. 3, 8 ext. 6). CIC. inv. 2, 89 omnia . . ., quae in -ius fuerint potestate (SEN. benef. 5, 6, 2. *al. cf. infra l. 54*). Quinct. 28 ut -ius dignitas poscit (Catil. 4, 9 -ius dignitas et maiorum eius amplitudo). Tull. 2 quod . . . neque apertius oratione mea fieri *potest* quam -orum confessione factum est (Verr. II 2, 153 Phil. 13, 48). Verr. II 3, 26 ex -ius tabulis . . . recitare (*sim.* 5, 106 ex -ius commentario). 3, 106 ex -orum testimonio *cognoscere*. Catil. 3, 10 erat scriptum -ius (*i. Cethegi*) manu. orat. 9 nec . . . ille artifex cum faceret Iovis formam . . ., contemplabatur aliquem . . ., sed -ius in mente insidebat species pulchritudinis. leg. 2, 42 eam (*i. statuam Minervae*) . . . in -ius patris (*i. Iovis*) domum detulimus (*pendet ex gen. item*: LIV. 37, 32, 13 in omnibus, quae -ius [*i. praetoris*] potestatis fuerunt [42, 34, 14. 43, 3, 7]. VAL. MAX. 3, 4, 3 IREN. 4, 38, 1. *al. aliter v. p. 327, 30*). CATVLL. 64, 67 -ius ante pedes ([APVL. met. 3, 3, 6]. VERG. Aen. 1, 114 -ius ante oculos). CAES. Gall. 7, 15, 6. VARRO ling. 5, 100 *ursum appellaverunt* nostri ab -ius voce. BELL. Afr. 31, 6 VERG. Aen. 11, 747. OV. epist. 15, 310 -ius (*i. viri absentis*) commoditate. Pont. 1, 1, 36. LIV. 2, 43, 4 -ius (-ius eius *in parte codd.*) collegae. 5, 1, 5 artifices, quorum . . . pars -ius servi erant. 7, 2, 10. 22, 52, 2 maturior -ius spe deditio *eqs.* VELL. 2, 123, 2 *Augustus* commendans illi (*i. Tiberio*) sua atque -ius opera. VAL. MAX. 5, 1, 10 *Caesar* patrimonium . . . eius (*i. Catonis*) liberis -ius (*i. Catonis*) incolume servavit. SEN. Herc. f. 480. epist. 79, 17 nulla virtus latet et latuisse non -ius est damnum. 109, 6 proderit sapienti sapiens non . . . suis viribus, sed -ius, quem adiuvat. CVRT. 3, 10, 4 Macedones . . . ad subigendam Asiam . . . non -ius (*i. Alexandri*) magis quam suo ductu profecti *eqs.* PLIN. nat. 17, 125 quae custodienda . . . Cato iudicaverit, -ius verbis . . . praecipiemus (18, 228 TAC. dial. 18, 5. *sed cf. p. 327, 47*). QVINT. inst. 5, 7, 25 quid . . . in quemque testium dicendum sit, sumi nisi ex -orum personis non potest. 6, 4, 11 TAC. hist. 2, 20, 1 ann. 2, 41, 3 PLIN. epist. 5, 5, 2. SVET. Aug. 35, 1 -orum arbitratu. POMPON. dig. 21, 2, 27 si exceptio ei (*i. emptori*) ex facto -ius opposita obstiterit *eqs.* VLP. dig. 4, 4, 9, 5. 48, 24, 1. APVL. met. 10, 33, 3 cum . . . egregii philosophi sectam eius . . . praeoptent et . . . iurent in -ius nomen. ITALA Matth. 4, 21 (cod. b *al.*) Iacobum . . . et Iohannem . . . cum . . . patre -orum (αὐτῶν, *Vulg.* eorum). I Cor. 8, 12 (Pelag. *ad l.* p. 174, 4) conscientiam -orum (αὐτῶν, *Vulg.* eorum). IREN. 1, 31, 4 doctrinam -orum (*C*, eorum *cett.*, *cf. Lundström, Stud. z. lat. Iren. Übers., 1943, 44*). IVVENC. 2, 583. IVST. 39, 2, 10 natus . . . illi (*i. Grypo*) est aemulus regni, frater -ius Cyzicenus. VEG. mulom. 2, 111, 5 aquam capiti -ius languentis (*cf. l. 39*) infundunt. 2, 111, 6 in stercore -orum (*i. equorum, equino*) . . . obruunt *medici* aegrotántem *equum*. AVG. civ. 2, 21 p. 83, 3 D. sive -ius (*i. Ciceronis*) sive eorum, quos loqui fecit, . . . sententiis.

Ⓑ *usu adverbali, accedit ad*: esse (*inf. verbi omisso l. 7*): CIC. inv. 2, 62 quod (in *v. app. cr.*) -ius (*i. filii*) fuit. LIV. 38, 56, 5 orationes . . ., si . . . -orum sunt quae feruntur. MANIL. 4, 336 pars -ius (*i. Virginis*) una (*i. sola*) est, quae *eqs.* (*cf. Housman ad l. et ad vs. 337*). SEN. benef. 7, 4, 1 id . . ., quod *aliquis* illi (*i. sapienti*) donat, -ius est. epist. 41, 7 in homine . . . id laudandum est, quod -ius est. QVINT. inst. 3, 1, 18 (*de Attico*) -ius sola videtur (*v. l. 1*) ars edita ad Matium. TERT. adv. Hermog. 5, 3 (*de deo*) ut solius sit, quicquid -ius est. ita enim -ius erit, si fuerit solius. 15, 3 malum . . . videbitur factum . . . ex materia, ut -ius sit, de cuius substantia erit factum. resurr. 47 p. 96, 27. 53 p. 110, 2 (*de anima*) proponant corruptelam eius . . ., ut -ius sit etiam consurgere in incorruptelam *eqs.* NOVATIAN. trin. 2 p. 7, 15 (*de deo*) de eis, quae sunt -ius et in eo sunt. FILASTR. 89, 1 INST. Iust. 2, 1, 31. 2, 1, 39 si quis in publico loco *thesaurum* . . . invenerit, dimidium -ius esse, dimidium fisci. fieri: POMPON. dig. 41, 1, 21 pr. si liber . . . tibi serviens emerit *rem*, -ius fieri. VLP. dig. 41, 1, 44 *noster* piscis . . ., si ab alio capiatur, -ius fit. PAVL. dig. 17, 2, 74.

3 *appendix rerum notabiliorum*: **a** *potiora quaedam de ratione, quae intercedit c. quibusdam pron. demonstr. eandem personam atque pron. -e significantibus*: **α** *-e alternat c. singulis pron.* (*plerumque sequitur -e, praecedit l. 25. 59*): Ⓘ c. ille (*cf. p. 325, 38*): PLAVT. Epid. 58 perdidit me . . . ille *eqs.* quia cottidie -e ad me . . . epistulas mittebat. Most. 774 si quid erit quod illi placeat, de exemplo meo -e aedificato. Trin. 859 ille me exornavit . . .; -e ornamenta a chorago . . . sumpsit. TER. Andr. 265 peropust . . . aut hunc cum -a aut de illa aliquid me advorsum hunc loqui. CIC. inv. 2, 6 illorum praecepta ex -orum libris *cognoscere*. Att. 12, 24, 1 quaero, quod illi opus erit, Athenis permutari possit an -i ferendum sit. OV. epist. 20, 191 adsidet ille (*i. vir sponsus*) . . ., quantum permittitur, -e sed meminit, nostrum virginis esse torum. met. 9, 473 silet illa . . . repetitque quietis -a suae speciem. SEN. clem. 1, 1, 1 nec ullum virtutum pretium dignum illis extra -as sit. dial. 8, 8, 1 utrum quia res publica illi (*i. sapienti*) deest an quia -e rei publicae. epist. 88, 29 nec umquam ad illas (*i. voluptates*) propter -as venit *temperantia*. PLIN. nat. 35, 81 ille (*i. Protogenes*) Rhodi vivebat *eqs.* aberat -e *eqs.* STAT. Theb. 10, 571 illas (*i. matres*) cogit amor . . .: -ae tela viris, -ae iram animosque ministrant. TAC. hist. 4, 11, 1. 4, 55, 1. SCAEV. dig. 28, 3, 19, 2 neque ego sine illo neque -e sine me adire potuerit *hereditatem*. TERT. anim. 19, 3 (*de arboribus, herbis*) unde . . . illis . . . et folia formantur et germina inflantur . . ., si non in -is omnis paratura generis quiescit? adv. Hermog. 6, 2 deus *fuit* solus, sed cum illa (*i. materia*), et -a prima cum deo, quia et deus primus cum illa, sed et -a (illa *P*) incomparabilis cum deo, quia et deus incomparabilis cum illa. ITALA I Ioh. 4, 15 (Tert. adv. Prax. 31 p. 289, 2) deus in illo manet et -e in deo (ἐν αὐτῷ . . . καὶ αὐτός, VVLG. in eo . . . et -e). COMM. instr. 2, 3, 7 venturi sunt illi . . . et -i toto tempore vivunt. Ⓘⓘ c. hic: PLAVT. Mil. 1061 nisi huic verri adfertur merces, non hic suo seminio quemquam porc[u]lenam impertiturust. :: dabitur quantum -us preti poscet. CIC. Verr. II 3, 2 quis huic ignoscat, si qua in re -e ab religione officii declinarit? Cluent. 119 cuius mores erant . . . reprehensi, hunc . . . eorum, qui in -um animadverterant, moribus praefuisse. leg. agr. 3, 13 hic, ut -e habeat, quod non habet *eqs.* Brut. 228 huius omnis facultas ex historia -ius perspici potest. NEP. Alc. 3, 1. RVT. LVP. 1, 18 ut aut ex hoc (*i. homine*) vitia aut -e ex vitiis ortus videatur. SEN. nat. 2, 37, 2 non est hoc contra fatum, sed -um quoque in fato est. epist. 58, 36. QVINT. inst. 7, 2, 55 neque haec nego esse dicenda et -is utendum pro parte suscepta. NOVATIAN. trin. 2 p. 7, 3 hunc (*i. deum*) . . . omnia continere et ideo nihil extra -um esse. CAPITOL. Maximin. 18, 2 cum pro his pugnarem et -is vincerem.
Ⓘⓘⓘ *c.* is (*-e plerumque sequitur, praecedit l. 61. 74. 75. 81; v. et p. 325, 38*): PLAVT. Poen. 1283 is . . . me ad prandium . . . abduxit ignavissimus, -e abiit foras *eqs.* Trin. 1071 estne -us an non est? is est, certe is est, is est profecto. ALF. dig. 48, 22, 3. LIV. 39, 40, 9 simultates . . . et exercuerunt eum et -e exercuit eas. 40, 24, 2 nihil . . . gravius pronuntiatum de eo est . . ., nec id curā -ius, sed ne poena eius consilia . . . nudaret. VAL. MAX. 4, 1, 14 senatus relationem interponi iubebat, ut . . . ratio eius (*i. Catonis*) haberetur. sed -e id fieri passus non est. CVRT. 6, 11, 20. QVINT. inst. 8 prooem. 14 (*de M. Antonio*) quae virtus si usque ad eum in nullo reperta est ac ne in -o (*v. app. cr.*) quidem. PAPIN. dig. 47, 2, 79 si periculum spectet eum, qui accepit *rem*, -e furti agere potest. PS. APVL. Ascl. 34 omnia . . . ab eo (*i. fere toto, deo*) et in -o et per -um. TERT. adv. Marc. 4, 19 p. 482, 13 mater et fratres . . . eum (*i. Iesum*) videre desiderant vel . . . -i nuntium mandant (*v. vol. VIII 265, 16*). pudic. 19 p. 262, 13 aequalitatem spiritus sancti qui observaverit, ab -o deducetur in sensus eius. adv. Val. 27 p. 203, 15 (*de Christo demiurgi*) delatus in virginem . . . per -am, non ex -a *processit*, non matrem eam, sed viam passus. ITALA gen. 27, 32 (Lugd.) dixit ei . . . pater -ius (αὐτοῦ, *Vulg. aliter*). 27, 37 fratres eius feci -ius domesticos (αὐτοῦ, *Vulg.* illius). psalm. 32, 6 (Tert. adv. Hermog. 45, 1) sermone eius (*sc. dei*) caeli confirmati sunt et spiritu -ius . . . virtutes eorum (αὐτοῦ, *Vulg.* eius). Ioh. 1, 3 (Victorin. Poetov. fabr. mund. 7 p. 7, 9) omnia per -um facta sunt et sine eo factum est nihil (αὐτοῦ . . . αὐτοῦ, VVLG. per -um . . . sine -o). VEG. mil. 3, 20 p. 108, 11.

β *-e alternat c. compluribus pron.*: PLAVT. Mil. 1069 quid illam . . . excrucias, quae *eqs.* :: iube eampse (*v. p. 294, 42*) exire . . . ad nos.

[Tietze]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

dic me ei omnia quae volt facturum. CIC. de orat. 1, 91 quorum (*i. dictorum*) ego illi alterum . . . adsentiebar . . ., in altero . . . me illudi ab eo aut etiam -um errare arbitrabar. SALL. Iug. 103, 3 eos ad Marium . . . legatos ire iubet; agendarum rerum . . . licentiam -is (illis *pars codd.*) permittit. illi . . . ad hiberna Romanorum proficiscuntur. QVEROL. p. 5, 4 R. Querolus . . . totam tenebit fabulam. -e est ingratus ille noster: hic felix erit (*sc. in fabula*). p. 53, 11 fraudulento isti . . . iniciamus calumniam. thesaurum ab hoc ereptum poscamus . . . atque adstruamus (*i. fere fingamus*) ab -o nobis alienum mortuum esse coniectum domi. p. 54, 19 amicum . . . ad te direxi, ut is . . . quod reliqui, . . . ostenderet. huic tu medium . . . dabis, si fides -ius . . . expostulat.

b *usus fere determinatus genetivi* -ius, -orum: *ponitur iuxta vocem, quae possessorem, auctorem sim. significat, i. iuxta pron. poss. vel gen. subst. (aliter p. 325, 52), pron.* (-ius, -orum *ponuntur fere vice appositionis* [*similiter ut* unius, solius, omnium]): *α accedit ad pron. poss.* (*cf. p. 350, 43*): CIC. Verr. II 3, 7 ad tuam -ius amicitiam ceterorumque hominum . . . nobilium. Mur. 9 de tuo -ius studio. Att. 3, 15, 4 tuo -ius beneficio. fam. 9, 11, 1 meo -ius interitu. BITHYN. Cic. fam. 6, 16 nostra -orum amicitia. Ov. met. 15, 214 nostra . . . -orum . . . corpora. LIV. 1, 28, 4 vestrae -orum virtuti. 5, 38, 7 terga caesa suomet -orum certamine. 7, 38, 6 suum -orum exemplum. 28, 19, 10 suus -orum . . . metus. 30, 20, 7 suum -ius caput. 41, 23, 8 nostram -orum libertatem. QVINT. inst. 2, 6, 7 *aves* expertas vires *pullorum* . . . suae . . . -orum fiduciae permittunt. AFRIC. dig. 15, 3, 17, 1 quod vel in tuam -ius rem vel in peculium . . . servi tui versum sit. TRYPH. dig. 16, 3, 31, 1 *ut* non domino sua -ius res . . . servanda detur. APVL. met. 11, 18, 1 apol. 86. IREN. 3, 3, 1 (*de apostolis*) suum -orum locum magisterii tradentes. 4, 6, 3 patrem (*i. deum*) . . . cognoscit suum -ius verbum (*i. filius*). 4, 36, 7 ut sint . . . multi operarii secundum sua -orum tempora (*gr.* κατὰ τὰς ἑαυτῶν γενεάς). *β accedit ad gen. subst., pron.*: RHET. Her. 4, 26, 36 post -ius o r a t o r i s correctionem (de orat. 2, 212 asperitas contentionis oratoris -ius humanitate conditur). CIC. S. Rosc. 108 ex -ius Chrysogoni iudicio Rosciorum factum consideremus. Verr. II 1, 84 cedo mihi -ius Verris t e s t i m o n i u m (fam. 10, 25, 1). 3, 13 -orum Siculorum v o l u n t a t e (CAES. civ. 3, 56 [55], 4). Cluent. 74 -ius Staieni sententia. fin. 3, 5 elaborandum est, ut hoc non in nostris solum artibus, sed etiam in i l l o r u m (*i. Graecorum*) -orum assequamur (CYPR. epist. 59, 13 p. 681, 7. Ps. CYPR. rebapt. 1 p. 70, 32 in errore -orum illorum. *al.*). Cato 3 -ius Catonis sermo explicabit nostram . . . sententiam. 51 me . . . non fructus modo, sed etiam -ius terrae vis ac natura delectat. Att. 4, 16, 7 ea . . . sunt -ius Caesaris . . . litteris confirmata. 15, 15, 2. SALL. Catil. 31, 7 patricio homini, cuius -ius atque maiorum pluruma beneficia *eqs.* Iug. 31, 18. LIV. 1, 56, 4 -ius regis . . . pectus. 2, 48, 4 in -orum Aequorum agrum. 7, 22, 9 -ius viri maiestas. 21, 61, 5 cum eorum -orum iuventute. VITR. 10, 7, 8 ex -ius Ctesibii commentariis. VELL. 2, 79, 4 sub -ius Caesaris oculis. SEN. nat. 2, 41, 1 CVRT. 5, 1, 24. ASCON. Pis. p. 11, 4 ex -ius Ciceronis v e r b i s (PLIN. nat. 9, 93 GELL. 1, 11, 5. 3, 7, 18). PLIN. nat. 2, 177 reliquorum *mirabilium* . . . causa in -ius terrae figura est. 7, 162 VAL. FL. 1, 29 SIL. 4, 717. QVINT. decl. 329 p. 292, 19 legis -ius voluntas. IVV. 6, 530 TAC. hist. 2, 1, 2. ann. 1, 37, 1 contracta ex viatico amicorum -iusque Caesaris pecunia. SVET. Iul. 80, 3. VLP. dig. 12, 4, 3, 8 *servus* quasi -ius heredis nummos daturus, non quasi suos. APVL. apol. 10 Platonis -ius exemplo. met. 7, 12, 1 sponsum puellae -ius. TERT. adv. Hermog. 12, 3 ex -ius . . . sententia Hermogenis. PELAGON. 43 stercus -ius iumenti fluentibus venis admotum (*Hippiatr. gr. I p. 132, 10* ἐκ τοῦ ἀφοδεύματος αὐτοῦ).

***pars altera*: ipse *determinativum*:** *mera vi pron. mutata* -e *transit in additamentum determinativum ita, ut in eis, quae designantur, c e r t i a s p e c t u s eniteant* (*cf. Hofmann, Stolz-Schmalz⁵, 15*):

I *pron.* -e *describit aliquem ut c o r p o r e , v o l u n t a t e , moribus sim. praeditum*: **A** *usu g e n e r a l i : effingit speciem t o t i u s h o m i n i s* (*in universum cogitatur de homine ut animante, qui suo nomine, suis auspiciis rem gerit sim.*): **1** *memoratur aliquis suis viribus, per se, ex sua p e r s o n a aliquid facere, agere vel c o r a m , praesens adesse* (*cf.* GRAMM. suppl. 135, 34sq.) *sim.* (*cohaeret artius c. quibusdam particulis, adverbiis e. g. p. 328, 24. 28. 49. opponitur, iuxta ponitur is, cuius per auxilium aliquid fit, e. g. l. 77. p. 328, 23. 27. 29*): **a** *magis p r a e d i c a t i v e (usu fere a d v e r b a l i , pertinet ad verb. fin. vel partic., annitens ad subi. enuntiati vel ad subst. c. participio coniunctum [cf. abl. abs. p. 328, 56. 66]): fere i. q. c o r a m , ex sua persona sim.* (*syn.* praesens *p. 328, 20. 45, iuxta ponitur fere per abundantiam* coram *p. 328, 28, cf. p. 328, 3,* praesens *p. 328, 30, cf. l. 82,* praesto *p. 328, 71. nota superlat. p. 328, 12*): LEX XII tab. 10, 7 (Plin. nat. 21, 7) qui coronam parit -e pecuniave eius *eqs.* PLAVT. Amph. 71 seu qui -e ambissit seu per internuntium (APVL. met. 11, 23, 1 ea . . . partim -e, partim per meos socios coemenda procuro. *v. p. 328, 29*). 88 -e hanc acturust Iuppiter comoediam (*sim.* 94 fabulam . . . Iuppiter . . . -e aget). Men. 969 ut *servus* absente ero rem eri diligenter tutetur quam si -e a d s i t (Persa 654. TER. Eun. 891 iam frater -e . . . aderit [905]. CAES. Gall. 7, 62, 2 -um Caesarem, cuius ductu . . . hostes superassent, [praesentem] adesse [*v. Meusel, Krit. Anh. ad l.*]. SALL. Iug. 97, 4 VERG. Aen. 1, 575. 10, 443 TIB. 2, 2, 5 OV. met. 10, 277. SCAEV. dig. 49, 1, 28 pr. ad agendam causam -e adfuit [*sc. creditor*]). Merc. 89 talentum argenti -us sua adnumerat m a n u (APVL. met. 3, 9, 5. NOVELL. Theod. 16, 2 [*de testatore*] -e coram testibus sua manu . . . subscripserit. *v. et vol. VIII 348, 60. sim.*: LIV. 5, 11, 16 numquam deos -os admovere nocentibus manus. CVRT. 10, 1, 37). 466 non -e emam *ancillam*, sed Lysimacho . . . mandabo (*sim.* POMPON. dig. 16, 1, 32, 3 si mulier, ne -a intercederet, alii mandaret, ut id faceret). 759 non ego sum qui *eqs.* :: quid est? immo . . . **tu** istic -us (Pseud. 723 amicam amplexabere. :: egone? :: tu istic -us *eqs.*). Pseud. 1208 epistulam -us verus Harpax . . . ad me **a t t u l i t** (TAC. ann. 15, 25, 3). Trin. 433 estne hic Philto qui advenit? is herclest -us (TER. Phorm. 178). 987sq. is (*i. Charmides*) -usne es? . . . -us es? :: -us . . . Charmides sum. :: . . . -usne es? :: -issimus (*ad superlat. v. p. 295, 25. cf. l. 65*). TER. Ad. 472 **v e n i t** -us ultro lacrimans (INSCR. RevA. VI 33, 1949 p. 49 n. 64 [*a. ante Chr. 78*] ⟨mit⟩tere -eive venire vellent. CIC. off. 3, 121 BELL. Afr. 26, 1 TIB. 2, 5, 5. *saepius. cf.* PLIN. epist. 1, 5, 11 -e me Regulus convenit. COD. Iust. 3, 19, 2 pr. [*a. 331*] vel -e . . . perveniens vel procuratorem mittens). LEX Anton. de Term. (CIL I² 589) 1, 32 quod . . . -ei sua voluntate ab se non abalienaverunt. CIC. inv. 1, 104 rem . . . ante oculos . . . ponimus, ut id . . . proinde illi videatur indignum ac si -e **i n t e r f u e r i t** ac praesens viderit (S. Rosc. 111 QVINT. inst. 11, 2, 51). S. Rosc. 149 qui, si iam satis aetatis . . . haberet, -e pro Sex. Roscio **d i c e r e t** (Verr. II 1, 126. NEP. Milt. 7, 5 quoniam -e pro se dicere non posset, verba fecit frater eius. QVINT. inst. 9, 4, 17 scribebat *orationes* aliis, non -e dicebat. *al. sim.*: PROP. 4, 11, 27 -a loquor [*sc. mortua*] pro me. COD. Theod. 4, 8, 9). Verr. II 1, 94 exspectas . . ., dum ab inferis -e Malleolus exsistat *eqs.* 4, 92 -um istum esse pollicitum. Sest. 41 suspicionem alii litteris mittendis, alii nuntiis, alii **c o r a m** -i excitaverunt (BELL. Afr. 31, 4 haec non -e per se coram . . ., sed . . . per speculatores . . . imperabat. *al.*). Phil. 13, 33 *Galba* coram aderit, **p r a e s e n s** tibi . . . -e . . . respondebit (Att. 16, 7, 6 ut praesens me -e defenderem. *cf.* TAB. cer. Dac. 9 [CIL III p. 948] int. 2 [*a. 163*] ⟨co⟩ram -o pra⟨e⟩senti). 14, 26 cum . . . -e . . . in primis (*sc. militibus*) Pansa pugnaret (*sim.* SALL. Iug. 46, 7 -e cum expeditis cohortibus . . . apud primos erat. PRVD. psych. 14sq.). CATVLL. 70, 2 nulli se dicit mulier mea nubere malle quam mihi, non si se Iuppiter -e petat. HIRT. Gall. 8, 46, 1 Caesar cum . . . Aquitaniam numquam -e (*om. BML*) a d i s s e t, sed per . . . Crassum . . . devicisset (*cf.* TAC. hist. 2, 82, 1). LEX Rubr. (?) frg. Atest. (CIL I² 600) 1 ⟨quei . . .⟩ suo nomine quodve -e . . . quid gessisse dicetur (*cf. Mommsen, Jur. Schr. I, 1905, 189*). LEX Iul. munic. (CIL I² 593) 110 quei furtei, quod -e fecit . . ., condemnatus *eqs.* LEX Vrson. (CIL I² 594) tab. IV 3, 21. VARRO rust. 1, 1, 11 ea . . . et quae -e in meis fundis colendo animadverti et quae legi et quae a peritis audii. OV. ars 3, 44 Cytherea . . . ante oculos constitit -a meos. met. 3, 701 nec iam iubet ire, sed -e **v a d i t** (CLAVD. DON. Aen. 1, 50 p. 24, 21 [*de Iunone*] *ut* -a vaderet, curaret praesens, quod desiderabat impleri). fast. 1, 530 fient -o sacra colente deo (*i. Augusto, v. p. 329, 11*). 5, 551. LIV. 21, 54, 1 locum . . . -e **o c u l i s** perlustravit (*cf.* AVG. civ. 22, 29 p. 626, 18 D. propheta vidit absentia [*n. pl.*], ubi cum *oculis corporis* . . . -e non erat). 22, 42, 10 di **p r o p e** -i . . . distulere . . . imminentem pestem Romanis (26, 41, 17. 31, 14, 12). 27, 28, 15. SEN. epist. 31, 10 deus ille maximus . . . -e vehit omnia. CVRT. 5, 4, 14 -um **r e g e m** in castris esse (8, 13, 21). ASCON. Corn. p. 49, 20 cum Cornelius . . . codicem . . . -e **r e c i t a r e t** (AVSON. 321, 1 p. 259 P. *cf.* ACT. lud. saec. Sept. Sev. [RhM. 81, 1932, 392] 55 ⟨Se⟩verus Aug. . . . ⟨sac⟩rificavit hac prec⟨a⟩tion⟨e quam . . . le⟩git -e *eqs.* DECRET. fabr. Sentin. [CIL XI 5748] 6 q⟨uin⟩q⟨uennalibus⟩ . . . referentib⟨us⟩ -is). PETRON. 17, 1. MART. 1, 108, 9 -e salutabo decima te . . . hora. TAC. Agr. 18, 2 SVET. Cal. 60. Claud. 22 ut . . . *obsecrationem* -e iure maximi pontificis . . . populo praeiret. POMPON. dig. 39, 5, 9, 2 quod filius . . . patris . . . voluntate donavit, perinde est ac si pater -e donaverit (*distinguitur inter voluntatem et actionem. item*: GELL. 17, 1, 6). VLP. dig. 2, 13, 4, 3 si servus argentariam faciat, . . . perinde in . . . *dominum* dandum est iudicium ac si -e fecisset *argentariam*. 9, 1, 1, 7 (*de accusato*) non -e suo corpore damnum dedit. ITALA Luc. 24, 39 (Tert. adv. Marc. 4, 43 p. 567, 13) videte manus . . . et pedes, quia -e ego sum (ἐγώ εἰμι αὐτός, VVLG. ego -e sum). PANEG. 6, 10, 7 unus Perses *rex* -o Paulo . . . deprecante . . . evasit (*sc. supplicium*). PEREGR. Aeth. 33, 2 -e episcopus leget verba domini. AMM. 20, 11, 32 -um Constantium dimicantem cum Persis (*seq.* per duces). PRVD. perist. 2, 578 indignus *est* . . ., quem Christus -e exaudiat, sed per patronos martyras potest medellam consequi. 10, 75. 884 (*in comparatione de carnifice*) -e praesto erit . . . Hercules *eqs.*

b *magis a t t r i b u t i v e : fere i. q. p r a e s e n s ,* ἐναργής *sim.* (*vi sive appositionis q. d. sive adiectivi [pro subst. ut vid. p. 329, 23]. iuxta ponitur* coram *l. 75*): PLAVT. Capt. 615 Aiacem, hunc quom vides, -um vides. Merc. 278 rastros vilico . . . -i facito coram ut tradas in **m a n u m** (Trin. 126. 902. *sim. v. l. 77*). Persa 196 has tabellas . . . -i Lemniseleni fac des (*de tradendo e manu in manum [v. et l. 75], item*: Poen. 712 servus aurum -i lenoni dabit. Pseud. 644 Trin. 966. PAP. Tjäder 1, 15 [*a. 445/6*] *cautionem* quam -i Pyrro refudisti. 1, 51. *al.*). TER. Phorm. 1011 cum hoc -o distaedet loqui. Eun. 835 habemus hominem (*sc. de quo agitur*) -um. :: ubi is est? :: em ad sinisteram. CIC. Verr. II 3, 212 hoc -o ex consilio utar exemplis (*de collegio sim. item*: Marcell. 13 amplissimos viros . . ., quorum . . . frequentiam . . . hoc -o in consessu *senatorum* videtis. VAL. MAX. 6, 4, 3). 4, 108 ut . . . non ad aedem Cereris,

[*Tietze*]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

sed ad -am Cererem proficisci viderentur (5, 187 aut -am videre se Cererem aut effigiem Cereris. *de dis item*: VERG. Aen. 8, 352 -um credunt se vidisse Iovem. MANIL. 5, 432 VAL. MAX. 1, 8, 3. BOETH. in Porph. comm. 1, 12 p. 32, 18 Venus -a et statua Veneris. *al. sim.* CIC. nat. deor. 1, 88 deum -um numne vidisti? LIV. 38, 43, 5). Brut. 88 coram -o Laelio ... causam ... dixisse Galbam (TAC. ann. 3, 14, 2 -o Germanico coram). Lael. 3 quasi ... -os induxi loquentes (*pro subst.*) ..., ut tamquam a praesentibus coram haberi sermo videretur ([*cf. Seyffert-Müller ad l.*]. *sim.* QVINT. inst. 12, 10, 62). SALL. Catil. 59, 6 plerosque -os factaque eorum fortia noverat. OV. Pont. 2, 2, 124 (120) non licet ante -os procubuisse deos ([*cf. Burman ad l.*]. *de imperatore item*: MANIL. 1, 9 concessum ... patri [*i. Caesari*] mundum [*i. caelum*] deus -e [*aliter ut vid. p. 328, 46*] mereris. MART. 7, 99, 8 -i [-a *CA*] cetera mando deo. *cf. etiam l. 24*). LIV. 28, 35, 1. IVLIAN. dig. 39, 2, 42 si servus communis ... stipulatus fuisset, perinde habetur ac si -i domini sua voce ... stipularentur. GAIVS dig. 7, 1, 6, 2 adquiritur ... nobis ... non solum per nosmet -os, sed etiam per eas personas (*sic accedit ad locutionem c.* per: 41, 1, 10 pr. VLP. dig. 13, 5, 14, 3 PAVL. dig. 41, 2, 1, 2 AMM. 16, 10, 3. 24, 4, 5 INST. Iust. 3, 26, 11. 4, 4, 2. *cf. Löfstedt, Peregr. Aeth. p. 335 sq.*). TERT. spect. 9 p. 11, 9 Ericthonius ... portentum est daemonicum, immo diabolus -e, non coluber. PANEG. 2, 1, 4 ut ... adsistere *mihi* ... dicturo Catones -os et Tullios et Hortensios ... putem. *nota fere pro subst. ut vid.*: OV. Pont. 2, 8, 57 felices illi, qui non simulacra, sed -os quique deum coram corpora vera vident (*antea vs. 52* praesentes ... deos, *v. et l. 11*). QVINT. inst. 8, 3, 64 an quisquam tam procul a concipiendis imaginibus rerum abest, ut non, cum illa in Verrem legit: '...' -os (-um os *l. v.*) intueri videatur et locum et habitum.

2 *inter ea, quae hominem constituunt, respicitur praecipue id, quod caput, personam efficit, continet, vel omnino condicio quaedam hominis adumbratur* (*sive naturalis sive honesta, proba sive legitima sim.* -e *pertinet magis vi appositionis q. d. ad personam, hominem verbo fin. aut nomine, subst. expressum, ad quod se applicat. respondet fere* persona *l. 47*): CIC. Att. 12, 28, 3 si Castricius pro mancipiis pecuniam accipere volet ..., certe nihil est commodius. sin autem ita actum est, ut -a mancipia abduceret *eqs.* fam. 12, 29, 2 -ius Lamiae causa studiose omnia *facere* (*sic magis de condicione proba, honesta hominis, personae*: 13, 57, 2 -ius M. Annei causa omnia velle. LIV. 39, 35, 3 credens -um etiam iuvenem, quod ... specimen indolis regiae dedisset, aliquid momenti facturum. TAC. ann. 16, 26, 1 de -o Thrasea eadem *disserunt*). PLIN. nat. 7, 97 (*de victoribus*) *non* -i coronantur, sed patrias suas coronant (*sc. victoria; aliter v. p. 318, 84*). VLP. dig. 15, 1, 17 sicut -i *servi* vicarii sunt in peculio *servi ordinarii*, ita etiam peculia eorum. 28, 5, 9, 20 si non -e servus sit alienatus, sed usus fructus in eo *eqs.* SERV. Aen. 1, 663 Latini deum -um Cupidinem vocant, hoc quod facit, amorem (auct. Aen. 9, 182). FVLG. Virg. cont. p. 87, 18 ante (*i. antea*) meritum viri quam -um virum ediximus, quo sic ad personam veniretur iam recognita meriti qualitate.

B *usu expresso, definito*: -e *effingit aliquem (aliquid) ut corpus* (*materiam*): **1** *de hominibus, dis*: **a** *magis praedicative* (*de vi et usu pron.* -e *v. l. 71. liberius l. 65. p. 330, 16, cum ibi cas. obl. per se ponatur; alias* -e *se applicat ad subst., pron. vel ad personam verbo fin. expressam. cohaeret artius c. quibusdam particulis, adverbiis l. 80. p. 330, 4*): *significatur, cogitatur aliquis ut is, qui in corpore versetur; repraesentantur fere singula membra, quibus homines agunt, percipiunt* (*e. g. p. 330, 2*), *loquuntur* (*e. g. l. 57*): PLAVT. Cist. 170 eampse (*i. lenam*) vos audistis confiterier (*sic fere proprio ore*: Poen. 664 -e nobis dixit [669 CIC. de orat. 1, 185. *al. cf. p. 328, 22*]. TER. Hec. 711 -a [*i. uxor*] narravit mihi. VERG. Aen. 3, 457 -a canat [*item de Sibylla*: 6, 76 STAT. silv. 4, 3, 144]. OV. fast. 1, 467 [*de Carmente*] -a mone [*sic vocatur Flora*: 5, 191 -a doce, quae sis. *cf. p. 323, 84*]. AVSON. 400, 5 p. 231 P. *et sim. al.*). Epid. 254 haec ... aibat: sic audivisse ex eapse (*i. fere ex ore alicuius, item*: TER. Andr. 946 CIC. Cael. 24. ac. 1, 13 quod coram etiam ex -o audiebamus. LIV. 21, 38, 5. *et saepius. sim.* HOR. epist. 1, 7, 60 scitari libet ex -o quodcumque refers [OV. met. 1, 775]). Pseud. 1142 tute -us -um (te -us coram *P, cf. app. cr.*) praesens praesentem vides ([*in fig. etymol., polyptoto; item*: Stich. 373 tutin -us -um vidisti?]. CIC. Verr. II 1, 64 Font. 29 TIB. 1, 2, 58 OV. am. 2, 2, 57. *saepe. sim.*: TAB. triumph. Aemil. [LIV. 40, 52, 6] inspectante -o [*v. p. 294, 48*] Antiocho [CIC. Verr. II 1, 13 -is inspectantibus]. VERG. Aen. 9, 237 locum ... conspeximus -i [*cf.* SERV. auct. Aen. 9, 235 '-i' ... ad fidem pertinet; qui ... rem tantam nuntiat, debet firma auctoritate contendere]. LIV. 10, 20, 3 -e cernit ... vestigia [HOMER. 721 coram quod cernitis -i]). Rud. 392 *cistellulam* conclusit -e in vidulum. TER. Ad. 139 iste tuos (*sc. adulescens*) -e (*i. fere corpore animoque suo*) sentiet posterius (*sim.*: CIC. Tusc. 5, 61 visne ..., o Damocle, ... -e ... fortunam experiri meam?). CIC. S. Rosc. 74 quo modo occidit *patrem*? -e percussit an aliis occidendum dedit? si -um arguis, Romae non fuit; si per alios *eqs.* (Att. 4, 3, 5. QVINT. decl. 315 p. 237, 16 [*thema*] petit *pater* ..., ut eum [*i. filium*] non -e occidat [VLP. dig. 30, 53, 8 servum non -e]). Tull. 33 non modo cum omnia (*i. caedem sim.*) -i fecerunt, quae fatentur, verum etiam si per alios id fecissent (CATVLL. 64, 9 diva [*i. Athena*] ... -a ... fecit ... currum [*i. navem; cf. gr. Apoll. Rhod. 1, 111 αὐτή*]. VERG. Aen. 12, 90 VAL. MAX. 3, 2, 23 APVL. met. 8, 6, 2. *aliter v. p. 328, 40*). Verr. II 1, 67 aqua ... ferventi a Rubrio -o Philodamus perfunditur. Flacc. 13 petam ..., ut, si quid -i audistis ..., memineritis (*i. fere auribus, item*: OV. met. 2, 429 salve numen ..., audiat -e licet, maius Iove). Pis. 26 ardentes faces furiis Clodianis paene -e consul ministrabas. Att. 7, 13[a], 3 (7) si scriberem -e, longior epistula fuisset, sed dictavi (8, 12, 1. 10, 14, 1. *al.* OV. epist. 6, 16 VLP. dig. 28, 5, 9, 1. *al.*). VERG. ecl. 3, 69 notavi -e locum. Aen. 5, 868 pater ... -e ratem ... rexit (*i. fere propria manu, nullo administrante, item*: 6, 302 [*cf.* PRISC. gramm. II 580, 5 sq.]). 9, 587 HOR. sat. 2, 2, 61. TIB. 1, 1, 7 -e seram teneras ... vites. PROP. 3, 16, 16. LIV. 1, 26, 2 paludamento ..., quod -a (*i. virgo*) confecerat (*sim.*: APVL. flor. 9 p. 33 -e ... *tunicam* sibi solus ... texuerat [PRISC. perihег. 729]). 3, 70, 10 Agrippa ... signa ... -e inferre ... coepit. 45, 33, 2 -e imperator ... succendit *arma cumulata*. VAL. MAX. 9, 11, 7 *Vettium* uxor ... -a iugulavit. SEN. Herc. O. 903 hic (*i. Hercules*) -e (-e hic *A*) Megaram ... stravit. CVRT. 5, 7, 7. PLIN. nat. 13, 88 libros ..., ex quibus sint duo cremati ab -a (*i. Sibylla*), tertius *postea* (FLOR. epit. 2, 18, 17 arma -i [-a *V*] cremaverunt). STAT. silv. 5, 1, 121 (*de Priscilla*) -a dapes modicas ... tradit. PLIN. epist. 1, 6, 1 ego ... apros ... cepi. '-e?' inquis. -e *eqs.* VLP. dig. 13, 6, 5, 7. TERT. bapt. 11, 2 'imperator proposuit edictum' aut 'praefectus fustibus cecidit': numquid -e proponit aut ... -e caedit?

b *magis plena vi adi.* (*inde et pro subst., significantius l. 29. 31. 40*), *pertinet ad corpus* (*nota peculiariter l. 39*): **α** *animatum, effingitur aliquis ut vivus, vivens* (*de bestiis l. 36*): CIC. Att. 14, 14, 2 (*de Caesare*) cui servire -i non potuimus, eius libellis paremus. LVCR. 3, 863 (862) debet ..., misere si forte ... futurumst, -e ... esse in eo tum tempore, cui male possit accidere: id quoniam mors eximit *eqs.* OV. met. 4, 781 *narrat se* per ... vias vidisse hominum simulacra ferarumque in silicem ex -is visā conversa Medusā. VAL. MAX. 5, 8, 4 filio ... misit, qui diceret libentius se ... eius interfecti ossibus occursurum quam -um ... reum visurum. PLIN. nat. 28, 4 ex homine -o sorbere ... calidum spirantemque *sanguinem* (*ante*: ut viventibus poculis [*v. app. cr.*]). VLP. frg. Vat. 202 aut ... -e eam (*i. filiam*) pater despondit ... aut post mortem patris desponsa est. CYPR. laps. 30 p. 259, 24 spiritaliter mortua supervivere ... tibi et -a ambulans funus tuum portare coepisti. *nota de bestiis*: PHAEDR. 5, 5, 36 *rusticus* profert -um porcellum e sinu. MELA 1, 58 colunt Aegyptii effigies ... animalium atque -a magis animalia. **β** *cogitatur de duplici natura Centauri, sc. de corpore humano*: STAT. Theb. 9, 221 *Centaurus* desilit in valles: -um (*subst.*) nemora ... tremiscunt, campus equum (*cf.* SCHOL. *ad l.* '-um' partem Centauri, quae hominem profert). **γ** *cogitatur aliquid non visibile ut corpus e carne formatum, i. incarnatum* (*de Christo*) *sim.*: CYPR. domin. orat. 1 p. 267, 10 dei sermo (*i. Christus*) ... -e veniens. EPIPHAN. in euang. 42 p. 96, 23 -um regnum dei ante vos adsistit et ..., inter vos conversatur.

2 *de rebus corporeis: significatur aliquid secundum naturam rei propriam, corpoream ut id, quod reapse est* (*sc. visu tactuque comprehensibile, solidum sim.*): **a** *varia quaedam*: CIC. Verr. II 4, 75 (*pertinet ad signum Dianae*) dextra *manu* ardentem facem praeferebat. hanc *Dianam* cum iste ... vidisset, quasi illa -a face percussus esset, ita flagrare ... coepit. Tusc. 1, 18 aliis cor -um animus videtur (1, 19). nat. deor. 3, 94 diligentius ... urbem religione quam -is moenibus cingitis. LABEO dig. 33, 4, 6, 1 verbis *testamenti* non dos -a, sed pro dote pecunia *legatur*. PAPIN. dig. 33, 4, 9 rerum aestimatarum pretium non relictum *esse testamento*, verum -as res, quales invenirentur. VLP. dig. 19, 3, 1, 1 debitor aut ... -am rem debebit incorruptam reddere aut aestimationem (*sim.*: 43, 17, 3, 11). 47, 2, 27 pr. si ... *tabulae amotae* erant inanes ..., numquid -arum tantum tabularum pretii videatur esse aestimatio facienda? COD. Theod. 7, 4, 1 hinc ... fit, ut ... non annonas, sed pecunias postulent ... *tribuni* -is etiam speciebus (*i. materia frumenti, frumentis*) remanentibus ... corruptis (7, 6, 5 in pretio ...; in -a ... specie. 10, 22, 2 non pecunias pro speciebus [*i. pro ferri materia*], sed -as species ... inferri. *al.*). COD. Iust. 1, 2, 21, 1 vel ad -a corpora vel ad pretia eorum. **b** *speciatim: de documentis, scriptis originariis, authenticis* (*de instrumentis iuris l. 72*): CIC. Flacc. 40 iudicium fieri videtur, cum tabulae illae -ae, cuicuimodi sunt, proferuntur. Att. 12, 37, 1 eam -am ad te epistulam *Bruti* misi et ad eam exemplum mearum litterarum (13, 38, 1). 16, 3, 1 idem σύνταγμα misi ad te retractatius et quidem ἀρχέτυπον -um crebris locis inculcatum. PLANC. Cic. fam. 10, 21, 3 exemplar eius chirographi Titio misi: -a chirographa omnia ... Laevo Cispio dabo perferenda. GAIVS dig. 10, 2, 5 cautiones hereditariae ... ut, cum res exegerit, -ae exhibeantur (*opp.* descriptum). HIER. in Tit. 3, 9 p. 595[B] libros ... de Caesariensi bibliotheca descriptos ex -is authenticis emendare (COD. Iust. 1, 23, 3 [*a. 292*] sancimus, ut authentica -a atque originalia rescripta et nostra manu subscripta, non exempla eorum, insinuentur [*v. Kübler, ZSavSt. 1933, 53, 67 sq.*]).

C *appendix rerum notabilium ad A et B*: **1** -e *adhibetur aut omnino in aliqua fictione hominum agentium, loquentium sim. aut strictius in prosopopoeia* (*saepius more scholae vel doctrinae q. d. diatriba, cf. Heinze ad Lucr. 3, 931–971*): **a** *significantiora quaedam: induunt fere humanam speciem*: natura, rerum natura: CIC. S. Rosc. 63 reclamitat istius modi suspicionibus -a natura. LVCR. 3, 932 si vocem rerum natura ... mittat et hoc alicui nostrum sic incre-

[*Tietze*]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

pet -a: *eqs.* MANIL. 1, 902. PLIN. nat. 17, 59 docuit (17, 101 hactenus natura -a docuit, insitionem autem casus, magister alius). 26, 10 medicina⟨m⟩ -a quodammodo rerum natura faciente. SIL. 15, 74. MART. 9, 41, 9 -am ... tibi naturam dicere rerum: *eqs.* Fortuna: CIC. Sest. 5 P. Sesti tribunatus est a Fortuna -a collocatus. CAES. civ. 3, 79, 3 LIV. 5, 43, 6. SEN. contr. 7, 1, 3 Fortuna -a, quae miserita eius est. QVEROL. p. 44, 2 R. -am bonam Fortunam clamantem ... hodie nemo audiat. patria, res publica: CIC. Pis. 19 me -a suo complexu patria tenuisset. Planc. 92 res ... -a publica, si loqui posset, ageret mecum *eqs.* fam. 1, 9, 10 cum -a quasi re publica conlocutus sum. 3, 1, 1 si -a res publica tibi narrare posset *eqs.* QVINT. inst. 12, 10, 61 hic orator et defunctos excitabit ..., apud hunc et patria -a exclamabit.

b *varia: incorporea, cogitata* (*cf. p. 330, 80*): CIC. top. 74 tormentis ... fatigati quae dicunt, ea videtur veritas -a dicere. Tusc. 2, 45 loquetur ... eorum (*i. hominum bonorum*) voce virtus -a tecum. VAL. MAX. 5, 3 ext. 3 cum quo (*sc. viro aequo*) tunc -a sanctitas migravit. 7, 7, 4 si -a aequitas hac de re cognosceret. AMM. 22, 3, 7 Vrsuli ... necem ... -a mihi videtur flesse iustitia (27, 11, 4. *al.*). *corporea* (*de populo Romano quasi de homine l. 29*): CIC. Planc. 96 cum -a paene insula mihi sese obviam ferre vellet. ac. 2, 147 Favonius -e insusurrat navigandi nobis ... tempus esse. fam. 6, 3, 3 *in urbe* haec ... parietes -i loqui posse videantur (QVINT. inst. 11, 3, 85 ceterae partes *corporis* loquentem adiuvant, hae [*i. manus*], propest ut dicam, -ae loquuntur. APVL. apol. 91 disertius -ae tabulae. TERT. pudic. 5 p. 227, 21 haec -ae res [-i rei *B, corr. Ursinus*] loquuntur. si res voce deficiunt *eqs.* [*cf. p. 336, 36*]). VERG. ecl. 1, 38sq. -ae (-e *PR*) te ... pinus, -i te fontes, -a haec arbusta vocabant. LVCAN. 7, 373 credite ... -am domini metuentem occurrere Romam (PRVD. c. Symm. 2, 80). PLIN. nat. 16, 8 rostra navium ... fori decus erant veluti populo Romano -i corona imposita. STAT. Theb. 2, 79 PLIN. paneg. 30, 1.

2 *in repetitione, anadiplosi, conduplicatione sim.* (*praecipue ap. poetas, cf. l. 26*): CIC. Cluent. 74 *cum* id ei per viatores ... neglegentius agi videretur, -e ... ad ... Staieni iudicium profectus est ...; Staienum -e ad subsellia adduxit. VERG. georg. 4, 112. 114 -e thymum ... ferens de montibus ... tecta serat ... circum ...; -e labore manum ... terat, -e ... figat humo plantas. Aen. 2, 617sq. -e pater (*i. Iuppiter*) Danais animos ... sufficit, -e deos in Dardana suscitat arma. 5, 176. Ov. am. 2, 13, 23sq. -e ego tura dabo ..., -e feram ... munera. Pont. 1, 8, 51sqq. -e ego ... capellas, -e velim ... pascere ... oves; -e ego ... ducam ... boves *eqs.* 4, 7, 7sqq. -e vides ... glacie concrescere pontum, -e vides rigido stantia vina gelu, -e vides *eqs.* (SEN. Oed. 583sq. SIL. 2, 561sq.). EPIST. Sapph. 215sq. LIV. 29, 18, 19 veniat, coram -e audiat, -e diluat. VAL. FL. 1, 47sq. -um iuvenem ... saeva gementem, -um ego ... aspicio. STAT. Theb. 10, 203 modo me ... -e, -e adsurgens ..., qualis erat ..., Amphiaraus adit. IVV. 8, 147sq. -e, -e rotam adstringit sufflamine ... consul. TAC. Agr. 20, 2. TERT. resurr. 37, 7 p. 80, 2sqq. spiritus ... carnem resuscitaturus, quod factus est -e, et ex morte, quam passus est -e, et ex sepulcro, quo inlatus est -e. CYPR. epist. 10, 4 p. 494, 10sq. *Christus* -e luctatur in nobis, -e congreditur, -e in certamine ... coronatur. 43, 4 p. 593, 1sq. -e ad vos ... venire non possum, -e singulos adgredi, -e vos ... cohortari. PRVD. apoth. 299sq. coram proditus -e, -e deus ... mortalem ... amico imbuit adloquio.

II *determinat notionem eius vocis, cui additur, quoad spectantur ambitus, modus, fines sim.*: A *describit aliquid (animans, rem) ut integrum, plenum, totum*: 1 *pro adi.* (*magis spectat ad notionem quae est 'plenus' l. 59. pro subst. ut vid. l. 67. respondet* omnis *p. 332, 11*): a *generatim*: α *sing.*: PLAVT. Men. 15 argumentum vobis demensum dabo, non modio neque trimodio, verum -o horreo (*similiter fere i. q. plenus*: QVINT. inst. 9, 4, 125 modus *perihodi* ... a Cicerone ... -ius spiritus modo terminatur). CIC. p. red. in sen. 25 cum ... incredibilis multitudo Romam et paene Italia -a venisset. de orat. 2, 251 ore, voltu ..., denique corpore ridetur -o (QVINT. inst. 11, 1, 44 rideatur ..., qui ... utatur illa Ciceronis confessione ... se ... corpore -o perhorrescere [*cf. Cic. div. in Caec. 41* toto corpore]. *sim.* TERT. adv. Marc. 4, 2 p. 426, 20). nat. deor. 2, 86 quod si mundi partes natura administrantur, necesse est mundum -um natura administrari. Tim. 22 cum ex tribus effecisset unum, id -um in ... membra partitus est (*cf. Plato p. 35^B ὅλον τοῦτο*). Att. 2, 4, 5 praeter quercum Dodonaeam nihil desideramus, quo minus Epirum -am possidere videamur. Ov. fast. 1, 567 fragor aethera terruit -um. Pont. 4, 6, 14 -um morte tua concidit auxilium. SEN. epist. 33, 5 non recuso, quo minus singula membra, dummodo in -o homine, consideres (*seq.* universa facies). PLIN. nat. 6, 68 omnium ... potentiam ... antecedunt Prasi, amplissima urbe ... Palibothra, unde quidam -am gentem Palibothros vocant, immo vero tractum universum (7, 14). AVR. Fronto p. 62, 22 v.d.H. (p. 69N.) *te* magis quam -am Romam desidero. VLP. dig. 6, 1, 1, 3 gregem sufficiet -um nostrum esse, licet singula capita nostra non sint. 12, 1, 1 pr. e re est, priusquam ad verborum interpretationem perveniamus, pauca de significatione -ius tituli referre. PS. ORIG. tract. 6 p. 65, 15 praemonebat ... spiritus patriarchae, quod de -o populo ... separandi essent non credentes a credentibus. CHALC. comm. 52 hanc -am unamque ... seriem secuit *deus* ... et ex una duas fecit (*cf. Plato p. 36^B ταύτην ... τὴν ξύστασιν πᾶσαν*). QVEROL. p. 56, 22 R. -um ... thesaurum inlibatum. SERV. georg. 2, 119 balsamum est arbor -a, opobalsamum sucus *eqs.* VEG. mulom. 1, 22, 9 (*fere per enallagen*) animalis -ius corpus perunges praecipueque illum locum *eqs.* PELAGON. 289 *medicamina* deteris et dividis potionem -am in tres partes (*cf. Hippiatr. gr. I p. 393, 10 ταῦτα πάντα λειώσας δίελε*). β *plur.*: CIC. de orat. 2, 232 quasi vero ... horum -orum, de quibus Antonius ... loquitur, ars nulla sit (SALL. Catil. 20, 17 haec -a ... vobiscum una ... agam. CELS. 2, 15, 3 PLIN. epist. 2, 5, 4). LIV. 2, 32, 10 -a ... membra totumque corpus. CELS. 5, 19, 10 quorum (*i. medicaminum sim.*) -orum (*om. P*) ... pondera paria miscentur. TAC. ann. 4, 72, 2 primo boves -os, mox agros ... servitio tradebant. PLIN. epist. 1, 22, 1 litterae -ae omnesque bonae artes. PANEG. 7, 13, 1 ut -a illa, quae separatim ... locutus sum, ... in ... fine coniungam.

b *speciatim: significat numerum non ut aliquem, immo ut integrum, plenum sim.*: CIC. Caecin. 28 ut non auderet ... dicere, quot milia fundus ... abesset ab urbe. nam cum dixisset minus IↃↃↃ, populus ... adclamavit -a esse. Brut. 61 annis LXXXVI -is ante me consulem (*cf. Kroll ad l.*). Att. 3, 21 triginta dies erant -i. 6, 8, 4 detraxit XX -os dies ... aphractus Rhodi⟨orum⟩. 9, 9, 2 recte non credis de numero militum; -o dimidio plus scripsit Clodia. *al.* VAL. MAX. 9, 1, 4 quanto ... *domum* minoris fore existimas, si decem arbusculos ... succidero? -o tricies sestertio. VLP. dig. 45, 1, 66 si minor viginti annis ... stipuletur *eqs.*; sed si -orum viginti annorum erit *eqs.*

2 *fere appositive: significat de aliquo (animante, re) in universum, omnino vel quatenus totum est, cogitari* (*magis accedit ad adi. l. 28*): LVCIL. 809 prius non tollas quam animum ex homine atque hominem -um interfeceris. CIC. inv. 1, 13 constitutio et -a et pars eius. top. 77 -e mundus eiusque omnis ordo et ornatus. Ov. met. 2, 382 squalidus ... genitor Phaethontis et expers -e sui decoris. LIV. 9, 26, 15 primum -as expugnare quaestiones ... adnisi sunt, dein *eqs.* SEN. dial. 11, 1, 3 magnitudo doloris ... saepe vocem ... -am intercludat. COLVM. 6, 26, 3 iuvencus ... generandi vim deposuit; quam tamen -am non protinus amittit. QVINT. inst. 10, 1, 100 ut mihi sermo -e Romanus non recipere videatur illam ... venerem. PLIN. epist. 9, 35, 1 reverentiam cum litteris -is tum scriptis tuis debeo. GAIVS dig. 1, 8, 5 pr. riparum usus publicus est ... sicut -ius fluminis. VLP. dig. 32, 1, 1 nihil in testamento valet, quotiens -um testamentum non valet. TERT. nat. 1, 11, 2. CYPR. hab. virg. 7 p. 192, 19 terrena *bona* ... tam contemni debent quam mundus -e contemnitur. PS. ORIG. tract. 6 p. 60, 11 *populus Iudaeorum* ab -a religione atque omni spiritali gratia siccus (*i. fere carens*). OPTAT. 5, 4 p. 126, 20 VEG. mil. 3, 24 p. 116, 16. 3, 35 p. 152, 15.

B *interpretatur fere vocem, cui additur, definit condicionem (rei vel hominis) quasi corporis, massae, aequoris sim.: significat substantiva, nomina sim. non, ut ita dicam, obiter vel circuitione quadam, sed accurate intellegenda esse aut quantum ipsa spectantur (sc. ad partem quandam, ambitum, spatium [fere locale vel temporale] sim.) aut quantum cohaerent c. verbo fin.* (*sc. nulla re interposita, fere directo sim.*; -e *similiter adhiberi videtur atque adiectiva ea, quae non magis qualitatem addunt quam subst. peculiari modo describunt velut* 'medius, summus' *sim.*). *accedit ad subst. ex praepp. pendentia ita ut et vis praepositionum augeatur* (*v. Heinze ad Lucr. 3, 128; cf. et p. 334, 55. respondet* medius *l. 78. p. 333, 31. 334, 9*):

1 *accedit, ubi notio loci praevalet*: a *locutiones per praepp. compositae*: α *potiora quaedam*: (I) *c.* in: (A) *c. abl.*: PLAVT. Bacch. 312 in eapse aede Dianai (*i. in interiore parte; sic*: LVCR. 6, 224 in aedibus -is. GELL. 16, 5, 3). 815 nescis nunc venire te; atque in eopse (*Ritschl*) adstas lapide, ut praeco praedicat. Curc. 507 in occultis locis ... in foro -o (CYPR. Demetr. 13 p. 360, 28 non in ... secretis locis, sed palam ..., sed in foro -o). QVADRIG. hist. 10^b congressio in -o ponti ... facta est. CIC. Att. 5, 16, 1 subsedi in -a via. LVCR. 2, 438 corpore in -o (3, 128 in -o corpore [*cf. Heinze ad l.*]. CELS. 6, 6, 39^A in -is corporibus ... extrinsecus *eqs.*). 6, 1157 leti ... limine in -o (VERG. Aen. 11, 881 AETNA 167 IVVENC. 4, 390). CAES. Gall. 5, 58, 6 in -o fluminis vado. 7, 77, 8 paene in -is cadaveribus proelio decertare. BELL. Hisp. 41, 4 in -o oppido (*sim.* SEN. dial. 10, 4, 5 in -a urbe. QVINT. decl. 323 p. 273, 8 FLOR. epit. 3, 19, 2). LIV. 1, 36, 5 in gradibus -is. 30, 20, 6 in templo -o (TAC. ann. 3, 63, 4). CELS. 6, 6, 10 in -is oculis ..., in palpebris. SEN. dial. 5, 14, 2 haerens in -o corde spiculum. MELA 1, 14 in -o flexu *orae*. PETRON. 7, 4 in -o aditu (TAC. hist. 3, 71, 2). PLIN. nat. 9, 50 in -is ... freti angustiis. QVINT. inst. 5, 10, 103 cum plurimae probationes in -o causarum complexu reperiantur. TAC. Agr. 26, 1 in -is castris pugnabatur. ann. 14, 3, 3. CALL. dig. 14, 2, 4 pr. in -o ostio *fluminis*. TERT. anim. 55, 1. PALLAD. 4, 12, 2 in -o ... stabulo (*praeced.* ante stabulum). (B) *c. acc.*: CIC. Verr. II 5, 96 in -um portum penetrare. leg. agr. 2, 60. Att. 16, 7, 2 fiebat, ut ... in flammam -am venirem (16, 15, 6). MANIL. 1, 701 *circulus lacteus* visūs incurrit in -os. VAL. MAX. 7, 2, 5 directum est ... telum in -um pullarii pectus. SEN. Herc. O. 1364 in -a me iactate ... freta mediosque in amnes. LVCAN. 6, 298 in ... -a pavendo fata ruit *miles* (*cf.* SIL. 3, 120 ruis -os ... in enses). TAC. ann. 14, 61, 3. (II) *c.* ad: CATO agr. 102 ad -um morsum stercus ... adponito. TER. Eun. 635 ubi ad -um veni devorticulum. CIC. div. 2, 91 CAES. civ. 2, 10, 7. 3, 19, 2 BELL. Afr. 23, 2. VERG. georg. 4, 75 circa regem atque -a ad praetoria. Aen. 2, 250 altaria ad -a. Ov. am. 3, 14, 35 oculos crimen deducis ad -os. LIV. 3,

[Tietze]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

66, 5 ad moenia -a Romae. 36, 18, 4 VITR. 2, 8, 11 SIL. 11, 604 IVV. 11, 9 APVL. met. 10, 28, 3 HIER. epist. 20, 2, 1. (III) *c.* ab: CIC. har. resp. 28 sacerdotem ab -is aris . . . detraxeris. de orat. 2, 320 ab -a re est exordiri saepe commodius. LVCR. 2, 960 leti . . . limine ab -o ad vitam reverti (CVLEX 224. *sim.* PLIN. nat. 7, 143). CAES. Gall. 6, 42, 2 ab -o vallo. SIL. 2, 261 TERT. orat. 17 p. 191, 6. IVST. 31, 5, 7 ab -is fontium primordiis derivare. (IV) *c.* ex: LVCR. 6, 304 *corpora* ex -o conradens aëre portat *ventus.* OV. fast. 1, 289 ex -is . . . discere fastis. Pont. 3, 5, 18 ex -o fonte *bibere.* MANIL. 4, 71 ex -is . . . sepulcris. SEN. Thy. 1054 ex vulnere -o sanguinem . . . in tua defundere ora. QVINT. inst. 12 prooem. 3 auxilia ex -is sapientiae penetralibus *petere.* GAIVS dig. 47, 9, 5 ex -o mari . . . rapiat . . . an ex litore. VLP. dig. 47, 9, 1, 2. (V) *c.* sub: (A) *c. abl.*: CIC. rep. 1, 17 sub -is Numantiae moenibus. LVCR. 1, 852 leti sub dentibus -is. CAES. Gall. 5, 43, 5 sub -o vallo (LIV. 1, 45, 5). 7, 36, 5 sub -is radicibus montis (SALL. Catil. 57, 3 AETNA 395 LIV. 36, 18, 3 FLOR. epit. 3, 3, 7). VERG. Aen. 11, 499 portis . . . sub -is (STAT. Theb. 4, 42). LIV. 44, 7, 2 PLIN. nat. 2, 91. (B) *c. acc.*: VERG. Aen. 5, 327 sub -am finem. 6, 191 -a sub ora viri. AETNA 475 castra sub -a. TAC. hist. 5, 11, 1 sub -os muros. (VI) *c.* ante: CIC. Mil. 86 ante -am . . . Bonam deam. SEN. contr. 10, 3, 4 ante -um limen domus. CVRT. 3, 11, 8 ante -um currum regis. 4, 3, 12 ante -a moenia. LVCAN. 2, 127 TAC. hist. 3, 80, 2 APVL. met. 10, 28, 4.

β c. rell. praepp.: PLAVT. Carb. 3 secundum -am aram aurum abscondidi (BELL. Afr. 1, 1). TER. Ad. 583 apud -um lacum est pistrilla. CIC. S. Rosc. 12 ante pedes vestros . . ., inter -a subsellia (VERG. georg. 2, 356 -a . . . inter vineta. APVL. met. 7, 6, 4). Verr. II 4, 96 in agro propter -am viam (5, 80). LVCR. 6, 466 -o vertice de montis (PORPH. Hor. sat. 1, 2, 132). VERG. Aen. 5, 188 socios incedens . . . per -os (LIV. 32, 17, 6 MANIL. 1, 284 CELS. 3, 21, 14. SIL. 1, 453 per . . . -os caedis cumulos. PLIN. epist. 4, 16, 1. CELS. dig. 8, 1, 9 non . . . per villam -am nec per medias vineas ire). LIV. 30, 24, 9 adversus urbem -am. 36, 18, 2 robur . . . circa -as munitiones constituit (PLIN. nat. 3, 10). 38, 3, 11 praeter -a moenia. SEN. benef. 5, 6, 4 infra -um solem. epist. 56, 1 supra -um balneum. TAC. Germ. 28, 4 super -am Rheni ripam. APVL. met. 2, 29, 1 pone -um lectum. PANEG. 3, 30, 2 paene intra -as . . . valvas. AVIEN. Arat. 1766 ob -a castra *apium.*

b *accedit ad nomina regionum, urbium sim.*: CIC. Quinct. 90 in -a Gallia (*sim.* LIV. 32, 11, 19 in -a Macedonia. TERT. nat. 2, 12, 27). har. resp. 28 in -o Pessinunte. VERG. Aen. 3, 5 sub -a Antandro. 8, 561 Praeneste sub -a. LIV. 2, 43, 2 Romam -am *oppugnare* (*cf.* 24, 10, 11 Romae in -a urbe). LIV. 30, 9, 3 -am Carthaginem *aggredi.* MART. 11, 94, 5 Solymis . . . in -is.

2 *accedit, ubi notio temporis, occasionis (sc. aliquid faciendi, patiendi sim.) praevalet*: **a** *sensu strictiore*: *α accedit ad peculiares voces tempus sim. significantes* (*magis pro adi. l. 62*): (I) *singula vocabula temporis varii*: (A) tempus: PLAVT. Cist. 670 in tempore -o (*sic de opportunitate temporis*: Poen. 1138 huc advenisti . . . in -o tempore. TER. Andr. 532 [*cf.* DON. *ad l.* in -a opportunitate, in -o articulo]. 974 Hec. 627 PACVV. trag. 238 SEN. Herc. O. 567 Oed. 288). CIC. Cael. 65 tempore . . . -o se ostenderunt, cum *eqs.* (*sic de articulo*: fam. 10, 16, 1 ad Q. fr. 1, 2, 10. PHAEDR. app. 4, 24 tempore -o [*NV*, -a *Festa*] . . . apparet veritas. PLIN. nat. 19, 146). fam. 1, 9, 20 quo . . . tempore -o quidam . . . dicebant (*sim.* CAES. Gall. 6, 37, 1 hoc -o tempore. civ. 3, 101, 3 eo -o tempore [TAC. hist. 5, 13, 2]). LVCR. 1, 98 nubendi tempore in -o. LIV. 36, 20, 5 inter -um pugnae tempus. TAC. ann. 15, 39, 3. GAIVS dig. 47, 9, 5 aliquod tempus post naufragium . . .; in -o naufragii tempore. TRYPH. dig. 43, 16, 19 ex -o tempore delicti. PAVL. dig. 24, 1, 12 sub -o divortii tempore (CYPR. epist. 14, 2 p. 511, 12). (B) dies (*sim.* meridies): TER. Ad. 848 meridie -o faciam, ut stipulam colligat. CIC. Verr. I 21 illis -is (*v. app. cr.*) diebus, cum *eqs.* (Catil. 1, 7 dom. 14 FLOR. epit. 2, 6, 47). Sest. 77 hoc -o turbulentissimo die. fam. 7, 3, 1 -um diem memoria teneo. LIV. 30, 38, 11 ludorum -o die (PLIN. nat. 2, 94). 34, 41, 3 -o Nemeorum die. PLIN. nat. 2, 108 -o brumali die (18, 227). 6, 171 -o die solstitii (18, 292. PANEG. 11, 2, 4 -is hiberni solstitii diebus). TAC. hist. 1, 55, 3 -o Kalendarum . . . die (VLP. dig. 45, 1, 41 pr.). SVET. Aug. 94, 1 -o natali die ac deinceps. Nero 19, 1 -o profectionis die (*sim.* FRONTO p. 84, 18 v.d.H. [p. 90 N.]). (C) *cetera*: CIC. Verr. II 2, 116 illo -o anno (p. red. in sen. 4. *al.*). Catil. 9 illa -a nocte. SVET. Tib. 14, 4 eo -o momento, dum *eqs.* (APVL. met. 7, 2, 1). Dom. 6, 2 -a dimicationis hora (17, 1 sub -am horam [*cf. p. 334, 23*]). APVL. met. 7, 15, 5 per diem . . . sub -a vespera. TERT. scorp. 1 p. 146, 10 (*in imag.*) nunc . . . est medius ardor, -a canicula persecutionis. (II) *nomina ludorum, festorum temporum sim.*: CIC. Verr. II 1, 141 ludis -is Romanis. Att. 2, 12, 2 -is Cerialibus. fam. 2, 11, 2 -is Megalensibus. BELL. Hisp. 31, 8 -is (-i *VU*) Liberalibus. HOR. sat. 2, 3, 4 -is Saturnalibus. COLVM. 11, 2, 28 -is Kalendis (LABEO dig. 19, 1, 51, 1 SPART. Hadr. 23, 16. *cf. et p. 334, 26*).

β locutiones quaedam per praepp. compositae: (I) *c.* in *c. abl.*: PLAVT. Trin. 974 nimis argute ⟨me⟩ obrepsisti in eapse occasiuncula. TER. Andr. 916 hodie in -is nuptiis (Hec. 126). Ad. 229 in -o articulo (*cf. Dziatzko-Kauer ad l.*). 773 in -a turba atque in peccato maximo . . . potatis. RHET. Her. 4, 41, 53 in -o maleficio. CIC. Verr. I 11 in -is periculis (II 2, 159). II 5, 113 in morte -a (Tusc. 1, 97 CATVLL. 76, 18). Cluent. 30 in -o sermone (*sim.* Sest. 144 in -o cursu orationis. de orat. 3, 53 in -a oratione). 31 in -a significatione . . . voluntatis est mortuus (*sim.*: Phil. 9, 2 in -a cura ac meditatione . . . excessit e vita. TERT. ieiun. 12 p. 291, 9. *cf. et l. 7 sq.*). Mur. 41 in -a praetura (*sim.*: SVET. Dom. 15, 1 consulatu). Sull. 66 in -a rogatione. dom. 11 in -a fame. Marcell. 15 in -o bello (*sim.*: rep. 2, 36 pugna. LIV. 2, 44, 10 in -a acie, in -o certamine [FLOR. epit. 3, 10, 5]). Phil. 2, 63. 14, 31 in -a victoria conciderunt (ad Brut. 1, 3a, 4 [9, 10 Sj.]. PORPH. Hor. carm. 2, 4, 7–8 'medio in triumpho' hoc est: in -a victoria). nat. deor. 3, 82 in -o Graeciae flore (SEN. nat. 3 pr. 9 PLIN. nat. 7, 143 APVL. met. 6, 9, 5 COD. Theod. 7, 20, 12). Att. 7, 3, 8 in -a decessione. CAES. Gall. 5, 33, 1 in -o negotio consilium capere (GAIVS dig. 26, 8, 9, 5 VLP. dig. 2, 14, 31). BELL. Alex. 40, 2 in -o transitu fossae. VERG. Aen. 5, 225 -o . . . in fine (SEN. nat. 3 pr. 2). OV. met. 3, 199 cursu . . . in -o (PLIN. epist. 9, 6, 2). LIV. 1, 55, 2 in -o discrimine . . . pugnae (TAC. hist. 1, 84, 2). 22, 26, 7 in -o itinere. VAL. MAX. 8, 9, 1 in -o paene ortu suo. CELS. 2, 6, 5 in -o morbo. SEN. Oed. 62. dial. 6, 13, 1 in -o sacrificio (*sim.* SVET. Nero 46, 2). 12, 11, 4 alium in medio cursu vita deserit, alium in -o aditu . . ., alium in extrema senectute *eqs.* PLIN. nat. 18, 340 in -a messe. QVINT. inst. 7, 5, 2 in -is iudiciis (FRONTO p. 164, 19 v.d.H. [p. 173 N.]). VLP. dig. 47, 10, 32 in -o magistratu. APVL. met. 2, 20, 3 PANEG. 4, 16, 6. 7, 8, 3 in -o ortu numinis (*sim.* CAPITOL. Max. Balb. 17, 4 exordio principatus). (II) *c.* sub: (A) *c. acc.* (*v. et p. 333, 71*): HIRT. Gall. 8, 35, 4 sub -am lucem (*sim.* VERG. georg. 1, 67 sub -um Arcturum. SEN. nat. 3, 28, 6. CVRT. 4, 7, 22 diei ortum. 5, 6, 12 Vergiliarum sidus. TAC. hist. 1, 52, 1 -as [*v. app. cr.*] . . . Kalendas. *cf. et p. 333, 77*). HOR. carm. 2, 18, 18 sub -um funus. LIV. 39, 42, 9 sub -um spectaculum gladiatorium. CVRT. 4, 10, 2. SVET. rhet. 25, 3 sub -um civile bellum. (B) *c. abl.* (*v. et p. 333, 72*): NEP. Att. 12, 3 sub -a (illa *R*) proscriptione. PLIN. nat. 17, 190 sub -a maturitate. VAL. FL. 7, 336 sub -a morte (STAT. Theb. 8, 647. *sim.* 5, 464 sub -o . . . leto). STAT. silv. 4, 8, 60 pube sub -a. (III) *c. rell. praepp.*: CIC. Att. 1, 16, 3 ex -o initio. fam. 3, 9, 4 ⟨in⟩ -um discessum senatus incidisse credo meas litteras (*sic in c. acc.*: 15, 11, 2 navigatio . . . incurrebat in -os etesias [*v. app. cr.*]. 15, 13, 2). HOR. sat. 1, 3, 17 noctes vigilabat ad -um mane. LIV. 32, 21, 23 inter epulas prope -as (36, 36, 1 inter -um discrimen pugnae. perioch. 5 p. 10, 26 colloquium. SEN. contr. exc. 5, 2, 1 nuptias. VAL. MAX. 7, 8, 8 inter -am . . . cogitationem spiritum posuit. SEN. dial. 10, 20, 2 officia. QVINT. inst. 11, 1, 40 supplicia [TAC. hist. 4, 85, 1]. 12, 3, 2 TAC. ann. 15, 58, 4. PLIN. epist. 3, 5, 8 studia). APVL. met. 10, 28, 4 ab -o exordio . . . atrocitatibus . . . expositis (CYPR. patient. 6 p. 401, 10 PANEG. 7, 4, 1). *huc fortasse* (*secundum gr.*): ITALA Phil. 2, 23 (cod. d) mox videro quae circa me sunt ex -a ([*sc. fere hora.* cod. g ex -o]. ἐξαυτῆς, *Vulg.* quae circa me sunt).

b *liberius: ponitur, ubi variae res, eventa narrantur*: CIC. S. Rosc. 102 ex -a caede . . . nuntium . . . misit (CAES. Gall. 7, 38, 3 fugerunt). de orat. 1, 96 in eam -am . . . disputationem . . . veniretis. Att. 15, 26, 1 ab -a commissione (LIV. 27, 30, 9 ab -o ludicro. SEN. contr. 1 praef. 17 ab -o cibo . . . ad declamandum veniebat. MART. 10, 104, 11 -a . . . a via. IVST. 14, 3, 8). CYPR. Demetr. 20 p. 365, 3 inter -as saeculi labentis ruinas.

3 *accedit, ubi notio coniunctionis c. ceteris, societatis acuitur, praevalet* (*cf. Schwyzer, Gr. Gramm. II 211*[med.] [αὐτοῖς ἵπποις] *et p. 164*[e] *de 'sociativo' et solo et aucto per* σύν), *in locutionibus c.* cum *compositis* (*fere 'una cum' sim.*): LVCIL. 1064 -o cum domino calce omnes excutiamus. CIC. de orat. 1, 57 haec ego cum -is philosophis . . . Athenis disserebam. OV. met. 7, 269 addit . . . strigis . . . -is cum carnibus alas. LIV. 23, 33, 11 Italia omnis cum -a urbe Roma. 23, 35, 19 cum -o duce (24, 16, 4. 25, 26, 14 CVRT. 4, 1, 33). 36, 30, 4 iumenta . . . praecipitata cum -is oneribus sunt. SEN. contr. exc. 3, 3, 2 CELS. 4, 26, 6. SEN. dial. 10, 4, 6 ulcera cum -is membris absciderat. CVRT. 3, 3, 3 cum -o equo. QVINT. inst. 10, 1, 6. 11, 3, 88 cum -is vocibus . . . exeunt gestus. IVV. 11, 71 ova adsunt -is cum matribus (*i. gallinis*). TAC. hist. 2, 33, 3. GAIVS dig. 41, 1, 1 pr. ius gentium . . . cum -o genere humano proditum. PAVL. sent. 5, 25, 2 APVL. met. 1, 10, 2 MIN. FEL. 16, 5. TERT. adv. Hermog. 34, 2 caelum . . . cum -a terra. SER. SAMM. 627 *sanguis* cum vita funditur -a. IVVENC. 3, 750 cives cum moenibus -is. PEREGR. Aeth. 3, 1.

III -e *describit aliquem (aliquid) ut seiunctum, solum, sc. omnibus remotis, deductis, quae accedunt sim.* (*cf.* PRISC. gramm. II 580, 4 quidam . . . nomen hoc [*sc. pron.* -e] putaverunt, quia est quando pro 'solus' accipitur): **A** *generalia*: **1** *vi fere disiunctiva: spectatur aliquis (aliquid) per se solum* (*pro adi. e. g. p. 335, 5 sq. 13. 16; usu fere adverbali e. g. l. 76. 79. 82. appositive e. g. p. 335, 9. 26. augetur l. 84. p. 335, 31*): NAEV. com. 26 tibi servi multi . . . apud mensam astant: ille -e astat, quando edit (*cf. Mariotti, Bell. Poen. e l'arte di Nevio, 1955, 136 sq.*). PLAVT. Bacch. 284 quom mi -um nomen eius . . . clamaret *eqs.* TER. Andr. 95 qui cum ingeniis conflictatur eius modi . . ., scias posse habere iam -um (*i. sine magistro*) suae vitae modum. CIC. inv. 1, 32 paucitas in petitione servatur, si genera -a rerum (*cf. l. 83*) ponuntur neque permixtim cum partibus implicantur. Mil. 93. Phil. 5, 44 Caesar se ad neminem adiunxit, -e princeps exercitus faciendi . . . fuit. de orat. 3, 20 *nullum* genus rerum . . . per se -um constare (*sic augetur*: 3, 215 *veritas* si satis in actione efficeret -a per sese

[*Tietze*]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

arte . . . non egeremus. fin. 3, 70 Lael. 26. Sall. [?] rep. 2, 7, 7 ubi . . . *gloriam* dempseris, -a per se virtus amara . . . est. Liv. 36, 7, 6 Val. Max. 5, 7, 1 Sen. epist. 92, 23 Qvint. inst. 2, 19, 2. 8, 3, 83 Gaivs dig. 28, 5, 32 pr. '-e' *se applicat ad* 'se': Lact. inst. 2, 4, 23 *impiis* per se -os nihil nocere potuerunt *dei.* 7, 21, 4). rep. 1, 2 ars . . ., cum ea non utare, scientia tamen -a teneri potest. Tusc. 1, 109 si -a ratio minus perficiet, ut mortem neglegere possimus. Lvcr. 2, 650 divom natura . . . -a suis pollens opibus, nihil indiga nostri. 3, 564 nequit ullam dispicere -e oculus rem seorsum corpore toto (*sim. de voce*: Verg. georg. 4, 525 Eurydicen vox -a et frigida lingua . . . vocabat). Caes. Gall. 4, 33, 1 -o terrore. Bell. Afr. 26, 3 praeter -am Africam terram nihil . . . reliquum futurum. Verg. georg. 2, 254 quae gravis est *tellus,* -o . . . se pondere prodit. Aetna 533 iam -o nomine signant *Siculi eqs.* (Sen. dial. 7, 12, 4 ad nomen -um *voluptatis* advolant. *al.* Cvrt. 10, 7, 15 Qvint. inst. 3, 6, 47). Hor. sat. 2, 7, 86 sapiens . . . in se -o totus. Ov. epist. 12, 75 perdere posse sat est, siquem iuvat -a potestas. met. 7, 366 *malos* oculos -o vitiantes omnia visu (*sim.* Plin. nat. 7, 64 speculorum fulgor aspectu -o [-e F^1a] hebetatur). Pont. 2, 3, 13 -e decor recte facti si praemia desint, non movet. Liv. 23, 27, 6 primo -a audacia terruere hostem. Cels. 4, 18, 4 infracto pane, quem -um quoque adsumere expedit. Sen. benef. 4, 22, 2 est . . . magna in -o opere merces rei. Mela 1, 52 ut Nilus . . . ex -a . . . humo vitalia effingat. Plin. nat. 2, 200 nec . . . in -o tantum motu *terrae* periculum est, sed *eqs.* 31, 5. Qvint. inst. 2, 15, 6 adspectus . . . -e sine voce *persuadet.* 2, 18, 1 astrologia . . . -o rei . . . intellectu contenta. Tac. Agr. 34, 2 hist. 4, 26, 2 Plin. epist. 1, 4, 4. Nerat. dig. 24, 1, 44 -ius mulieris (*sc. non et viri*) scientia (*inde gr. Bas.* εἰ μόνῃ γνῷ ἡ γυνή). Cels. dig. 33, 10, 7, 2 nisi forte et eos, qui loqui non possunt, conato -o et sono quodam . . . 'dicere' existimamus ([Hier. epist. 60, 1, 1]. *sim.* Hier. epist. 107, 13, 3 parvulam, cuius nunc et -e vagitus pro te oratio est). Gell. 18, 1, 14 virtus non accessio *beatae vitae* . . ., sed sola -a vitae beatae instar est (*seq.* sola una). Tert. pudic. 5 p. 227, 8. Cypr. epist. 66, 3 p. 729, 7 umbram . . . -am inanem sacerdotalis nominis. Chiron 117 Cod. Iust. 1, 27, 2, 8. *nota singulariter: describitur aliquid ut unum, unicum*: Apvl. met. 10, 3, 5 causa omnis . . . doloris et etiam medela -a et salus unica mihi . . . es.

2 *vi fere 'restrictiva'*: **a** *spectatur nihil nisi unum aliquid* (*syn.* solus *l. 51*): Rhet. Her. 4, 48, 61 non . . . res tota totae rei necesse est similis sit, sed id -um, quod conferetur, similitudinem habeat oportet (Qvint. inst. 8, 2, 12). Cic. inv. 2, 121 alter verbis -is, quae scripta sunt, utitur, alter *eqs.* Verr. II 1, 65 ostendit . . . se . . . -os . . . praetores et consules, non legatorum adseculas recipere solere. 3, 6 mitto iam rationem officii mei . . .: de -is tibi inimicitiis respondeo (*sic fere in praeteritione*: 3, 53 quoniam . . . numerum iniuriarum vobis . . . non possum expromere . . ., genera -a iniuriarum . . . cognoscite. 4, 57 Catil. 2, 25). 3, 195 quam habet rationem non quaero aequitatis, sed -ius improbitatis (leg. 2, 18 fin. 1, 36 ac. 2, 49). de orat. 3, 12, 5 ad orationis ornamenta sine duce, naturā -ā . . . delabitur ([*sc. studiosus dicendi*]. *sic iuxta ponitur locutio c.* sine: fin. 4, 6). fin. 3, 35 πάθη . . . poteram ego verbum -um interpretans morbos appellare *eqs.* 5, 83 in virtute . . . sola et in -o honesto cum sit bonum positum. off. 3, 87. Lvcr. 1, 699 quid nobis certius -is sensibus esse potest? Bell. Afr. 67, 1 oppidum . . . per -os oppidanos erat defensum. Prop. 2, 1, 4 non haec mihi cantat Apollo: ingenium nobis -a puella facit. Vitr. 10, 5, 1 rotae -ius fluminis impulsu versatae. Cels. 2, 14, 3 non -a frictione, sed eo cibo, qui *eqs.* (*sic seq.* sed: Qvint. decl. 278 p. 134, 22 Gaivs dig. 6, 1, 20). Sen. benef. 1, 5, 2. Plin. nat. 11, 269 elephans citra nares ore -o . . . elidit sonum. Qvint. inst. 3, 6, 3 ne Demostheni permittant evagari, sed eum dicere de -o causae statu cogant. 5, 12, 15 Ivv. 10, 347. Tac. dial. 8, 2 hoc illis *viris* . . . praestat . . . -a eloquentia. Alf. dig. 9, 2, 52, 2 ut mulae *in clivo* plostrum retinere non possint atque onere -o (*sc. non per culpam mulionis*) retraherentur. Vlp. dig. 11, 7, 14, 7. Tert. anim. 18, 2 (*de sapiente*) -a mente sincera utens in recogitando. 47, 4 Cypr. Fort. 3 p. 318, 17 Veg. mulom. 2, 143, 1. Cod. Iust. 2, 55, 4, 3 sed et si -e solus arbiter . . . praestiterit iuramentum (*sc. litigatoribus non iurantibus*). **b** *significat minimum ita, ut omnibus ceteris posthabitis id saltem esse, fieri sim. oporteat*: Cic. Verr. II 5, 144 numquam species -a (α, *om.* β) huiusce multitudinis in . . . animo . . . versata est? Mil. 90 si modo haec templa atque -a moenia stare eo vivo . . . potuissent. Att. 3, 15, 7 sin omnia sunt obstructa, id -um fac, ut sciamus (4, 8^a, 4). 7, 12, 4 denique -am ἀπορίαν tuam cupio cognoscere. Liv. 5, 4, 10 si . . . nulla alia causa, -a indignitas perseverantiam imponere debuit. 44, 27, 2. Mart. 6, 72, 6 dum non vult vacua manu redire, -um subripuit Cilix Priapum.

B *specialia*: 1 *significat aliquem per se (sponte, ultro) agere, facere sim.* (*cf.* Serv. ecl. 7, 11 '-i' id est sponte sua. Serv. auct. georg. 1, 34 '-e' . . . ultro, sua sponte. 1, 127 Aen. 7, 491): **a** *sine additamentis*: α *annititur ad subi. verbo fin. significatum*: Plavt. Pseud. 833 cocilendrum quando in patinas indidi . . ., eaepse sese (*Leo, v. p. 294, 58*) [patinae] (*del. Leo, non Lindsay*) fervefaciunt ilico. 1168 hunc faciamus ludos . . . adeo donicum -us sese ludos fieri senserit (*sim.* Ter. Hec. 360 non sciunt -i viam domum qua veniant? Cic. fam. 7, 33, 2 ut -e intellegis. Plin. epist. 1, 5, 10). Cic. har. resp. 54 ad quem metum si deorum monitis non duceremur, tamen -i nostro sensu . . . raperemur. de orat. 3, 191 *numeri* -i occurrent orationi, -i . . . se offerent . . . non vocati. orat. 219 ut numerus non quaesitus, sed -e secutus esse videatur. Tusc. 4, 4 ne ea, quae repperisse -i putamur, aliunde didicisse videamur (nat. deor. 2, 16. *sim.* Qvint. inst. 2, 5, 13 *discipuli* ut inveniant -i et intellegant [Hier. epist. 36, 1, 4]). Catvll. 107, 5 -a (*i. Clodia*) refers te nobis. Varro rust. 2, 7, 8 quoad satis sit admitti, -ae *equae* significant, quod se defendunt. Verg. georg. 4, 65 (*de apibus*) -ae consident . . ., -ae *eqs.* (*sic repetitur*: 4, 200sq. Sen. dial. 1, 6, 2 Val. Fl. 8, 159). Aetna 179 *causae* occurrent oculis -ae (*Itali*, -i *CSZ*). Tib. 1, 4, 55 oscula . . . rapta dabit primo, post offeret -e (-a *Ber.*, ille *d e*) roganti. Prop. 2, 25, 20 -e redit (*19* ultro). Ov. epist. 5, 132. ars 2, 479 quid facerent *amantes*, -i nullo didicere magistro. Liv. 5, 51, 3. 6, 18, 7 videant vos paratos ad vim; ius -i remittent (Octavia 583). 34, 2, 13 sperate -as (*i. mulieres*) modum licentiae facturas. Sen. Ag. 1004 ne trahite *me*, vestros -a praecedam gradus. dial. 11, 1, 2. nat. 2, 15 (*de aëre*) -e . . . se movendo accendit. Petron. 57, 4 -e me dedi in servitutem. Vlp. dig. 47, 2, 52, 24 si servo persuasum sit . . ., si -e fecit. Tert. adv. Marc. 2, 6 p. 343, 8 libertas hominis . . . se . . . ream ostendet ⟨eius⟩ (*add. Engelbrecht*), quod -a commisit. Comm. instr. 2, 27, 8 (*verba ad ministros*) inclinate caput vestrum pastoribus (*i. episcopis*) -i (*i. sponte, inde fere devoti*). β *annititur ad subst.*: Cic. Cluent. 87 cum -a pecunia . . . ad quam rem fuerit, ostendat. Catil. 2, 1 Catilinam . . . -um egredientem. leg. 3, 47 si nos tacemus, locus -e te non admonet, quid tibi sit . . . dicendum? (Sen. epist. 118, 10). div. 1, 74 valvae clausae . . . subito se -ae (*v. app. cr.*) aperuerunt (Plin. nat. 33, 131). Lael. 100 quae *utilitas* . . . -a efflorescit ex amicitia *eqs.* Catvll. 63, 56 cupit -a pupula ad te . . . dirigere aciem. Lvcr. 4, 1280. 5, 234 Caes. Gall. 7, 1, 2. Varro rust. 1, 68 pensilia, ut uvae . . ., -a ostendunt, quando ad usum oporteat promi. Verg. ecl. 4, 21 -ae lacte domum referent distenta capellae ubera . . ., -a tibi . . . fundent cunabula flores (*sic de bestiis*: 7, 11 huc -i potum venient . . . iuvenci. Mart. 9, 31, 5 -e . . . anser properavit . . . ad aras). georg. 1, 34. 127 Ps. Verg. catal. 9, 57sq. Tib. 1, 3, 45 -ae mella dabant quercus. 2, 6, 14 pes . . . -e (inde *ce*) redit. Prop. 3, 13, 40 Ov. am. 2, 6, 55. Liv. 1, 21, 2 cum -i se homines in regis . . . mores formarent. 10, 24, 9 Cels. 3, 10, 3. Phaedr. app. 22, 4 res clamabit -a, quid deliqueris (Sen. epist. 97, 10. *cf. imagine magis vigente p. 331, 25*). Sen. epist. 94, 50 hanc *viam* . . . etiam sine admonitione dabit sibi -a sapientia. Petron. 80, 5 puer -e, quem vult, sequatur. Val. Fl. 5, 540 virum trahit -e chalybs (*ex Hom. Od. 16, 294* αὐτός. *cf.* Tert. pall. 4, 2). Sil. 7, 369. Qvint. inst. 7, 1, 31 si animos occupavit, prope aures -ae defensioni praecluduntur. Plin. epist. 7, 5, 1. Tert. carn. 9 l. 32 tacentibus . . . prophetis . . . -ae passiones -aeque contumeliae loquuntur (*sim.* Cypr. Demetr. 3 p. 352, 26). Rvt. Lvp. 2, 7 -um poculum suapte natura dormienti excidit *ebrio.* Pallad. ins. 75 Chiron 86. Comm. apol. 629 (*de miraculo*) quod -a non patitur nostra natura.

b *augetur additamentis* (*interdum fere in congerie. cf. Kraetsch, De abundanti dicendi genere Lucr., diss. Berlin 1881, 46; Bailey, Lucr. I proleg. p. 96*): (sua) sponte (*v. et l. 63. 78sqq.*): Cic. de orat. 2, 186 illud optandum est oratori, ut aliquam permotionem animorum sua sponte -i adferant ad causam iudices. ac. 2, 49 huc si perveneris . . ., meum vitium fuerit, sin -e tua sponte processeris, tuum. Lvcr. 2, 1058 (*cf. Bailey ad l.*). 2, 1158sq. tellus nitidas fruges . . . sponte sua . . . mortalibus -a creavit, -a dedit dulcis fetus. 5, 871. 6, 1020 (*de corporibus*) nec -a sponte sua sursum possunt consurgere in auras. Verg. ecl. 8, 106 corripuit . . . altaria flammis sponte sua . . . cinis -e. Liv. 2, 47, 5. 10, 25, 11 Romam rediit, sive -e sponte sua . . . sive senatus consulto accitus. 34, 43, 5 Val. Fl. 2, 435. Stat. Theb. 10, 913 sq. -a dato nondum caelestis regia signo sponte tonat, coeunt -ae sine flamine nubes *eqs.* Avr. Fronto p. 86, 28 v.d.H. (p. 92 N.). Gallican. Avid. 2, 2 Cod. Theod. 7, 13, 21. 15, 14, 2. per se (*v. et l. 79. 83*): Cic. ac. 2, 48 cum mens moveatur -a per sese (nat. deor. 2, 31 cum is ardor . . . non agitatus ab alio . . . pulsu, sed per se -e ac sua sponte moveatur. div. 2, 126 Ov. met. 1, 101 Pont. 4, 15, 34. Liv. 1, 49, 7 bellum, pacem . . . per se -e . . . iniussu populi ac senatus fecit. 22, 60, 9. Cels. 3, 23, 1 homo . . . per se -e (-um *J*) consurgit. Sen. Phoen. 570 Qvint. inst. 7, 2, 41 Tert. nat. 1, 4, 14 Lact. inst. 3, 13, 16. voluntate, volens (*v. etiam l. 82*): Sall. Iug. 76, 6 poenas . . . -i volentes pependere. Verg. Aen. 6, 146 rite repertum *ramum* carpe manu; namque -e volens . . . sequetur. Liv. 3, 41, 5 malebant . . . -os decemviros voluntate abire magistratu quam *eqs.* Val. Fl. 1, 596 rex . . . claustra refringit -e volens. 2, 324. 7, 10. ultro (*v. et l. 83. aliter e. g.* Plavt. Cas. 602 Truc. 851): Liv. 43, 4, 3 qui se ultro ad poenam -i obtulissent (Sen. dial. 1, 4, 3). Val. Fl. 2, 637 *rex* signa . . . ut videt, -e ultro . . . procurrit. 4, 555 *te* -e ultro Pelias ad sidera tollit. 7, 641 Stat. Theb. 1, 592. Gell. 7, 14, 4 ut is, qui peccavit, citra poenam -e sese ultro corrigat. Apvl. met. 3, 13, 3 Tert. adv. Marc. 5, 2, 3 Lact. inst. 2, 3, 3. *accedunt plura additamenta* (*paulo aliter coniuncta per* ac *l. 63*): Lvcr. 2, 1092 natura . . . -a sua per se sponte omnia dis agere expers *videtur.* Verg. georg. 2, 10 aliae *arbores* nullis hominum cogentibus -ae sponte sua veniunt. 2, 500 fructus . . . -a volentia rura sponte tulere sua. Schol. Verg. Bern. ecl. 4, 21 '-ae referent' -ae capellae per se ultro (*om. M*), non per pastores.

2 *significat aliquid (animans, rem) per se, solum nulla re accedente*

[*Tietze*]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

iam satis esse vel iam esse in aliquo statu sim. (*nota vi temporali infra l. 28*): TER. Andr. 193 siquis magistrum cepit ad eam rem improbum, -um animum aegrotum ad deteriorem partem ... adplicat. RHET. Her. 4, 2, 2 -a auctoritas antiquorum non ... res probabiliores ... reddit? (CIC. Tusc. 1, 49). CIC. Font. 20 crimen ... genere -o magnum. Cluent. 13 cuius adventu -o atque nomine ... impetus hostium repressos esse. Manil. 15 metus -e affert calamitatem. p. red. ad Quir. 23 neque solum ingratus, quod -um grave est, verum etiam impius (Pis. 11). fin. 2, 114 si in -o corpore multa voluptati praeponenda sunt ..., quid ... in animis censes? off. 2, 32 amor multitudinis commovetur -a fama et opinione. Att. 1, 17, 2. fam. 5, 12, 5 -a misericordia iucunda est (PLIN. epist. 4, 15, 11). 5, 13, 1 quamquam -a consolatio litterarum tuarum mihi gratissima est ..., tamen ... fructum ex iis litteris ... maximum cepi *eqs.* 13, 10, 3 videor mihi ... in -a causa exponenda satis ... dixisse. LVCR. 6, 309 fit quoque ut -ius (*v. app. cr.*) plagae vis excitet ignem. NEP. Iph. 3, 1 ut -o aspectu cuivis iniceret admirationem sui (*sim.* MART. 5, 61, 9). OV. trist. 1, 1, 61 ut titulo careas (*i. liber*), -o noscere colore (*sc. lugubri*). LIV. 1, 49, 6 quo contemptior paucitate -a ordo esset. 2, 14, 6 CELS. 1 prooem. 58. 5, 26, 7. PHAEDR. 5, 5, 15 silentium -a fecit expectatio. SEN. dial. 9, 7, 4. nat. 5, 8, 2 antequam appareat *sol*, lumine -o valet. PLIN. nat. 2, 36 QVINT. inst. 2, 17, 2 TAC. Germ. 43, 4. hist. 3, 27, 1 ut ... -a contentione decoris accenderentur *milites*. PLIN. epist. 3, 19, 2 MACER dig. 1, 18, 14 GELL. 1, 7, 19 APVL. apol. 82. TERT. anim. 38, 1 omnia naturalia animae -i substantiae inesse. idol. 4 p. 34, 11 PANEG. 7, 1, 5. IVST. 8, 5, 10 tacitus maeror *erat* ... verentibus, ne -ae lacrimae pro contumacia haberentur. VEG. mil. 3, 12 p. 96, 2 HIER. epist. 107, 4, 5 NOVELL. Maior. 6, 11. *nota vi temporali*: COD. Iust. 1, 17, 2, 6ª captiosas ... et -is veteribus (*sc. peritis legum*) odiosas ... ambages (*sim.* INST. Iust. 2, 23, 7 -i antiquitati. 6, 22, 10 pr.).

3 *significat quaedam (quosdam) ut singula (ubique plur.; pro subst. cf. l. 44. syn. singuli l. 58)*: CIC. de orat. 2, 239 quae ... facilius iam intellegemus, quom ad -a ridiculorum genera venerimus (2, 248 CELS. 2, 17, 10 PLIN. nat. 16, 46 QVINT. inst. 10, 1, 45). Brut. 68 ut aptior sit oratio, -a verba compone et quasi coagmenta (LVCR. 4, 554). fin. 4, 77 quasi nihil inter res quoque -as, in quibus peccatur, intersit. Tusc. 4, 75. VERG. georg. 4, 206 (*de apibus*) -as quamvis angusti terminus aevi excipiat ..., at genus immortale manet. Aen. 1, 189 ductores *agminis* (*sc. cervos*) -os primum ..., tum volgus *eqs.* MANIL. 2, 739 percipe ... de (*Housman*) partibus -is dodecatemorii *eqs.* (3, 33 CELS. 3, 4, 1 PLIN. nat. 6, 208). VITR. 5, 4, 3 -a *tetrachorda* cum separatim ... considerantur, dissimilem habent intervallorum designationem. SEN. nat. 1, 5, 4. CVRT. 7, 9, 12 -i ... ducum fungebantur officio (*sic fere pro subst.* [*cf. l. 32*]: QVINT. decl. 247 p. 11, 29 ut ab -is incipiam. VLP. dig. 50, 16, 195, 2 *corpus familiae* aut iure -orum aut communi universae cognationis continetur). COLVM. 5, 11, 1 PLIN. nat. 35, 53. QVINT. inst. 5, 13, 23 -arum rerum differentia (VLP. dig. 25, 1, 5 pr. 36, 1, 19, 2). 5, 13, 36. 11, 2, 32 oculis intuetur non paginas modo, sed versus prope -os. TAC. dial. 31, 2. Agr. 43, 3 supremo ... die momenta -a deficientis *Agricolae* ... nuntiata constabat. hist. 1, 55, 2. VLP. dig. 4, 6, 26, 7 restitutio ... -orum dierum facienda est, non totius temporis. GAIVS inst. 4, 11 PAVL. Coll. Mos. 4, 2, 1 TERT. apol. 26, 1 anim. 37, 5. adv. Hermog. 32, 1 -is ... membris (*seq.* singulas species). virg. vel. 7, 1 convertamur ad -as ... rationes recensendas. IREN. 1, 25, 4 sic ... salvari et omnes animas, sive -ae ... in omnibus misceantur operationibus sive *eqs.* (*gr. I p. 209 H.* πάντας τὰς ψυχάς. εἴ τινες δὲ ... ἀναμιγῆναι κτλ.). CYPR. epist. 15, 3 p. 515, 12 iudicaturi inspiciatis ... opera ... singulorum (*sc. lapsorum*), -orum quoque delictorum genera ... cogitetis. 66, 9 p. 733, 14 PALLAD. 12, 7, 17. 21 HIL. coll. antiar. 110, 3. SERV. auct. Aen. 11, 329 'navalia' ... -ae res navales sunt, id est pix, cera *eqs.* HIER. epist. 36, 13, 1.

IV *describit aliquem (aliquid) ita, ut spectentur natura, qualitates ingenitae (condicio, habitus, indoles, mores sim.)*: **A** *generalia* (*ubique fere se applicat ad subst., nom. vel ad personam verbo fin. significatam. plerumque accedit ad subi.; casus obl. rarius leguntur. saepius qualitas alicuius apposito adi. [abl. qualitatis l. 71. 78] adumbratur*):

1 *respiciuntur animantia*: **a** *homines*: PLAVT. Cas. 492 obsona ... molliculas escas, ut -a (*sc. puella*) mollicula est (*sic spectat ad condicionem corporalem sim.: feminarum*: Cist. 315 non ⟨modo i⟩psa [*Studemund*] lepidast *eqs.* [Mil. 1003]. CAECIL. com. 268 grammonsis oculis -a, atratis dentibus [*sic c. abl. qual.*: TER. Phorm. 100 virgo -a facie egregia]. *aliorum*: LVCIL. 425 tener -e ... atque puellus. VERG. Aen. 5, 447 Entellus ... -e gravis. QVINT. inst. 6, 3, 32. PLIN. paneg. 48, 4 -e ... visu ... terribilis. APVL. met. 9, 22, 6). Persa 153 ter tanto peior -a est quam illam tu esse vis (*sic pertinet ad mores sim.*: PLAVT. Poen. 846 habet orationem *honestam* ..., qui -us ... ignaviorem potis est facere Ignaviam. Trin. 860 dabo operam, ut me esse -um plane sycophantam sentiat. TER. Andr. 487 -est ingenio bono [*sic c. abl. qual.*: CIC. Cluent. 44 erat -e immani ... natura Oppianicus]). Pseud. 1010 tu es is Harpax? :: ego sum atque -e ἅρπαξ quidem. CIC. Manil. 42 *Pompeius*, in quo -o inest quaedam dignitas imperatoria. fin. 4, 25 animadvertamus, qui simus -i, ut nos, quales oportet esse, servemus (*sim.* Tusc. 5, 47). Att. 4, 7, 2 *Metellus* fecit non improbe, quamquam fuit -e (*sc. improbus*). 13, 18 (*de Varrone*) -e homo πολυγραφώτατος. fam. 6, 6, 8 alteram viam divinandi duco e Caesare -o, alteram e temporum ... natura. VAL. MAX. 2, 10, 6 cum ... -e Marius eos a conservando Mario absterrere posset. MELA 2, 9 haec sunt apud eos -os (*i. fere secundum naturam agrestem, rudem eorum*) pietatis ultima officia. MART. 9, 45, 6 (*de Prometheo*) durior (*sc. quam saxa*) -e fuit. QVINT. inst. 12, 1, 35. TERT. adv. Marc. 1, 16 p. 311, 12 hominem -um diversitas temperavit tam in corpore quam in sensu. CYPR. domin. orat. 16 p. 278, 11 cum corpus e terra et spiritum possideamus e caelo, -i terra et caelum sumus. **b** *bestiae*: PLAVT. Stich. 501 *mustela* quae ... eapse deciens in die mutat locum. VARRO rust. 3, 16, 8 (*de apibus*) neque -ae sunt inficientes nec non oderunt inertes. LIV. 37, 40, 4 (*de elephantis*) ingentes -i erant. SIL. 16, 356 (*de equo*). APVL. Socr. 4 p. 110 (*de corvo*) -e alis persequax, oculis perspicax, unguibus pertinax. **c** *deus*: ITALA I Ioh. 3, 2 (Hier. in Gal. 3 p. 437ᴬ) videbimus eum sicut -e est. NOVATIAN. trin. 2 p. 8, 5 ut ... -e est, explicare non possumus.

2 *respiciuntur res*: **a** *corporeae*: **α** *res naturae*: Ⓘ *variae*: PLAVT. Persa 42 aquam a pumice ... postulas, qui -us sitiat. OV. met. 15, 171 cera ... *non* manet, ut fuerat, ... sed tamen -a eadem est. VITR. 8, 6, 12 *terra* est ... ex quattuor principiis composita; et primum est -a terrena habetque ... fontes *eqs.* PLIN. epist. 10, 39, 2 lapis -e gracilis et putris. Ⓘⓘ *herbae, arbores sim.*: VARRO ling. 5,104 asparagi, quod ... -i scapi asperi sunt, non leves. VERG. georg. 2, 131 (*de malo Medica*) -a ingens arbos faciemque simillima lauro. PLIN. nat. 14, 35. 18, 78 grano -i (*sc. hordei*) aliquot (*v. app. cr.*) differentiae *eqs.* PALLAD. 9, 2. Ⓘⓘⓘ *materia, substantia, elementa*: LVCR. 1, 433 quodcumque erit, esse aliquid debebit id -um. 1, 760 (*de quattuor elementis*) inimica ... sunt atque veneno -a sibi inter se. TERT. resurr. 11 p. 40, 11 cum ... longe alias substantias ... ex reformatione materiae diceretur *deus* protulisse quam fuisset -a materia. Ⓘⓥ *loca, terrae, regiones, caelum sim.*: VERG. georg. 3, 239 fluctus ... *non* -o monte (*sc. fere altitudine montis*) minor procumbit (PLIN. nat. 5, 97). OV. epist. 16, 140 (*in imag.*) quid ... proscindere litus aratro spemque sequi coner, quam locus -e (*i. natura loci*) negat (Pont. 1, 10, 24. LIV. 5, 33, 11 Raetis, quos loca -a efferarunt. 31, 43, 2 loca -a adiuvabant [LVCAN. 6, 435]. TAC. hist. 3, 60, 1 PEREGR. Aeth. 7, 8). MELA 1, 20 Africa ... longior ... -a quam latior. MIN. FEL. 17, 5 caelum -um vide: quam late tenditur *eqs.* **β** *decreta, leges sim.* (*sc. tabulae sim. ita, ut conscriptae sunt*): *i. fere ad verbum sim.*: CIC. S. Rosc. 25 -um decretum ... cognoscite. Verr. II 1, 143 legem -am cognoscere (leg. 2, 14 -am legem recitem [SEN. contr. 1, 4, 8 contr. exc. 1, 4]). 4, 143 id ... ex -o senatus consulto cognoscite (dom. 136). APVL. apol. 80 -as litteras ... recitabo.

b *incorporeae*: **α** *varia*: TER. Eun. 77 quas -e amor molestias habet. 375 forma et aetas -ast, facile ut pro eunucho probes. Phorm. 575 senectus -ast morbus (*sim. de senectute*: PACVV. trag. 179 pigrast -a). TVRPIL. com. 158 amorem intercapedine -e lenivit dies. RHET. Her. 3, 6, 11 (*de factis bonis, virtute sim.*) -a facta omnium laudatorum eloquentiam anteire (SEN. contr. 9, 2, 16 factum -um turpe est). CIC. Verr. II 1, 144 te si res (*i. fere causa*) -a ... non commovebat *eqs.* (*sim.* Caecin. 89. Cluent. 139 ex re -a. SEN. dial. 9, 2, 3 res -a, de qua agitur, aliquo signanda nomine est). 4, 1 genus (*i. fere rem, facinus*) -um prius cognoscite ..., deinde ... quaeretis, quo id nomine appellandum putetis. Mil. 84 quasi nostram -am mentem ... videre aut ..., qualis ... sit, sentire possimus. SALL. Catil. 1, 3 vita -a ... brevis est (PHAEDR. 3 prol. 50 -am vitam et mores hominum ostendere). OV. rem. 438 vidit quae mos -e videre vetat. LIV. 10, 5, 8 accepere pugnam nec ea -a longa aut anceps fuit. CELS. 1 prooem. 48 ratione ... opus est -i medicinae. 3, 4, 15 medicus ... -as accessiones intueri *debet*. SEN. dial. 11, 11, 6 animus ... naturae suae memor, levis -e *eqs.* QVINT. inst. 1, 2, 22 licet -a vitium sit ambitio *eqs.* 1, 12, 16. TAC. ann. 1, 17, 4 militiam -am gravem. PLIN. epist. 1, 8, 5 stilus -e pressus. GAIVS dig. 1, 8, 1, 1 -um ius successionis ... et -um ius obligationis incorporale est. GELL. 17, 20, 9 nihil ... horum -um ex sese honestum est.

β *potiora quaedam*: Ⓘ *in doctrina morali sim.* (*ratione theologica l. 75; cf. Schwyzer, Gr. Gramm. II 211ᶠⁱⁿ·*), *accedit ad certas notiones*: CIC. de orat. 2, 343 virtus ..., quae est per se -a laudabilis (part. 87. Tusc. 5, 95 voluptatem -am per se ... optandam. LACT. inst. 4, 26, 19). rep. 1, 43 -a aequabilitas est iniqua, cum habet nullos gradus dignitatis (*sic fere in paradoxo*: SEN. benef. 6, 27, 2 quod ... honestum videri poterat. -um turpe ... est). leg. 1, 48 viri boni -am aequitatem et ius -um amant. fin. 1, 32 nemo ... -am voluptatem, quia voluptas sit, aspernatur ... neque ... quisquam est, qui dolorem -um, quia dolor sit, amet. PLIN. nat. 7, 130 felicitas, cui praecipua fuerit homini, non est humani iudicii, cum prosperitatem -am ... suopte ingenio quisque determinet. TERT. adv. Marc. 1, 8 p. 300, 17 (*de aeternitate*) omne ... tempus -a est. Ⓘⓘ *in definitionibus sim.*: RHET. Her. 1, 12, 21 vocabulum ... definitur -um, cum quaeritur, quid sit minuere maiestatem. CIC. inv. 1, 34 naturam -am definire difficile est. 2, 154 navis -a, quid sit, definitionibus quaeretur (*cf.* ALF. dig. 21, 2, 44 scapham -am per se parvam naviculam esse). de orat. 2, 235 quid sit -e risus. fin. 2, 5 bonum -um ... quid esset, ... definisses. Tusc. 1, 18 mors ... -a ..., quid sit, primum est videndum. *ibid.* quid sit ... -e animus aut ubi aut unde. nat. deor. 2, 81 quid sit -a natura. QVINT. inst. 3, 5, 17 -um ... negotium sic finit *eqs.* CELS. dig. 47, 2,

[*Tietze*]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

68 pr. nec . . . furtum est -a infitiatio, licet prope furtum est. ARNOB. nat. 2, 23 p. 66, 22 timere -um quid sit ignorans. PRVD. apoth. 259 scrutantes quid sit id -um gignere.

B *specialia*: **1** *definit aliquid (aliquem), ut reapse, i. fere proprium, verum, purum sim. est*: **a** *usu vario*: *α res (ubique fere incorporeae praeter l. 20. 25)*: Ⓘ *in universum*: PLAVT. Trin. 1145 *ne filius* rem -am posset intellegere (Truc. 864 ut planiloqua est, paucis ut rem -am [rempsam *B*] attigit. TER. Hec. 567 si -am rem, ut siet, resciverit. CIC. S. Rosc. 44 quantum distet argumentatio tua ab re -a. Tull. 13 SALL. Catil. 52, 27 LIV. 25, 38, 12. POMPON. dig. 1, 2, 2 -is rebus dictantibus [CYPR. epist. 69, 16 p. 765, 5]). TER. Eun. 319 anni? sedecim. :: flos -e (*v. app. cr.*). CIC. rep. 4, 7 fides . . . nomen -um mihi videtur habere, cum fit, quod dicitur. LIV. 5, 4, 1 de -a condicione dicere militantium. SEN. dial. 3, 8, 6 cum . . . ira evanescit . . ., non cum in -o fervore est. STAT. silv. 5, 1, 83 *imperator* -am mentem probat. MART. 6, 39, 9 ille . . . -a est imago Pannychi palaestritae. VLP. dig. 43, 1, 1, 3 interdicta . . . licet in rem videantur concepta, vi tamen -a personalia sunt (*sim.* TERT. adv. Marc. 2, 9 p. 346, 22 imago . . . vi . . . -a caret non habens motum). ⒾⒾ *accedit ad significantiora quaedam*: Ⓐ *res, quae redolent, certo quodam sapore (iucundo l. 24) sunt sim. (nomen urbis pro natura, indole incolarum l. 24)*: LVCIL. 329 ostrea (*pl.*) . . . caenum sapere -um (SEN. nat. 3, 18, 2 *piscis* -um mare. *sim.* CIC. Brut. 285 ex illius orationibus redolere -ae Athenae [*v. l. 21*] videntur). IVV. 5, 135 vis . . . ab -is ilibus? (*sed cf. Buecheler, Kl. Schr. II 383*). Ⓑ *loca, regiones, caelum*: CIC. Verr. II 1, 47 si . . . *non* disciplinis institutus eras . . ., ne postea quidem, cum in ea -a loca venisti, potuisti accipere . . . Latonam . . . confugisse Delum *eqs.* rep. 1, 22 fiebat ut soli luna totidem conversionibus in aere illo quot diebus in -o caelo succederet. TAC. hist. 3, 70, 2 in Palatinum, in -am imperii arcem. Ⓒ *notiones, voces quaedam in sermone doctorum (philosophorum, theolog.)*: CIC. fin. 1, 37 explicabo, voluptas -a quae qualisque sit. 5, 84 virtutem, in qua sit -um . . . beatum (*cf. Madvig ad l.*). Lael. 98 virtute . . . -a non tam multi praediti esse quam videri volunt. off. 1, 15 formam . . . -am (*om. c*) . . . et tamquam faciem honesti vides. LVCR. 6, 379 naturam fulminis -am perspicere (QVINT. inst. 6, 2, 9 decl. 263 p. 75, 31). VAL. MAX. 5, 7 ext. 1 ad -am veritatem penetravit (TERT. adv. Marc. 2, 9 p. 346, 11 aliud est . . . secundum veritatem esse, aliud -am veritatem esse). 9, 6 ext. 1 -um fontem perfidiae (MIN. FEL. 26, 7 erroris). QVINT. inst. 1, 12, 18 imaginem -am eloquentiae. 2, 14, 3 -am . . . substantiam. TERT. adv. Marc. 2, 13 p. 353, 17 iustitia . . . plenitudo est divinitatis -ius. CYPR. patient. 13 p. 406, 14 *ad* libertatem -am pervenire. CANDID. gen. div. 2 l. 18 (= p. 4, 21 W.) exsistentialitas potentia est, ut possit esse, nondum est -um esse (AVG. in psalm. 101, 2, 10 l. 44 BOETH. subst. bon. 29. 34 -um . . . esse nihil aliud praeter se habet admixtum. 101). HIER. epist. 21, 14, 1 *Iudaei* iusti sunt et misericordes non ob -am iustitiam et ob -um misericordiae bonum. Ⓓ *vocabula peregrina in sermonem Latinum non translata*: HIER. epist. 20, 2, 3 -a Hebraea verba ponenda sunt. 20, 4, 3 sicuti et in 'alleluia' et in 'amen' . . . factum videmus, -um Hebraeum posuerunt *euangelistae*.

β animantia (de satana l. 59, deo l. 61): LVCIL. 669 at libertinus, tricorius, Syrus -e ac (*Scaliger*, at *Marx*, ad *codd.*) mastigias ([*cf. Terzaghi, Lucilio, 140 sq. Marx accipit* '-e' *pro domino*]. *sim.* TERT. scorp. 6 p. 157, 1 pyctes -e non queritur dolere se, nam vult. *cf.* SIDON. epist. 2, 1, 1 -e Catilina saeculi nostri). CIC. Cluent. 54 hoc . . . in loco quasi reus -e esset, sedebat *Oppianicus*. 60 -um principem . . . sceleris. Sest. 140 *Opimium* -e populus Romanus periculo liberavit. Mil. 21 *Pompeius* delegit ex florentissimis ordinibus -a lumina. SEN. Med. 979 -am sceleris auctorem ([*i. Medeam*]. TERT. adv. Marc. 2, 10 p. 349, 15 -e auctor delicti [*i. satanas*] in persona peccatoris viri denotabatur). TERT. apol. 40, 14 caelum . . . quaeritis . . . aversi ab -o et deo et caelo (PRVD. apoth. 165).

b *in locutione q. e.* re -a (-a re *l. 67*): TER. Hec. 417 non . . . dici potest tantum quam re -a navigare incommodumst. Haut. 636 simulare mortem verbis, re -a spem vitae dare (CIC. S. Rosc. 123 tametsi verbo non audeat, tamen re -a de maleficio suo confiteri. rep. 5, 2 NEP. Phoc. 3, 3). Ad. 733 si non -a re tibi istuc dolet, simulare certe est hominis. LVCIL. 1333 virtus *est* id dare, quod re -a debetur honori. CIC. rep. 6, 24. fam. 10, 19, 1 te re -a atque animo . . . gratissimum. LIV. 3, 9, 3 nomine . . . minus invidiosum *consulare imperium*, re -a . . . atrocius quam regium esse. 3, 9, 13 dilata . . . in speciem actione, re -a sublata (24, 12, 4. 39, 35, 4). FRONTIN. aq. 33 IVLIAN. dig. 37, 15, 2 pr. INST. Iust. 3, 15, 5.

2 *definit id, quod proprium est alicuius (sive innatum, insitum sive propinquitate, affinitate coniunctum [l. 77])*: **a** *varia (saepius iuxta ponitur gen., e. g. p. 340, 7. 18. 21)*: *α usu artiore*: Ⓘ *homines cognatione sim. inter se coniuncti*: PLAVT. Amph. 756 neque tu illi neque mihi viro -i credis? TER. Hec. 670 quem -e neglexit pater (CIRIS 202 VAL. MAX. 9, 11 ext. 2 SEN. dial. 1, 4, 11. STAT. silv. 2, 1, 119 -e pater sensus, -i stupuere magistri [*cf. p. 340, 53*]). ACC. trag. 226 natis sepulcro -e est parens (TAC. dial. 29, 2 quin etiam -i parentes ⟨non⟩ probitati . . . parvulos assuefaciunt. COMM. instr. 1, 1, 5). 229 -us (*v. app. cr. ad Cic. Tusc. 4, 77*) hortatur me frater, ut *eqs.* SEN. contr. 7, 7, 11 illum . . . fecisse . . . odio -ius fili. STAT. Theb. 2, 140 *Phoebus* -i radios vetet esse sorori (11, 294 -a etiam genetrix -aeque odere sorores *te*). Ach. 1, 916 -am . . . matrem sprevisset Achilles.

ⒾⒾ *res (de grammaticis l. 25)*: PACVV. trag. 364 Graiugena: de isto⟨c⟩ aperit -a oratio. CIC. Cato 52 omitto . . . vim -am omnium, quae generantur e terra. nat. deor. 2, 117 astra . . ., quae . . . forma -a figuraque sua momenta sustentant (*sim.* AETNA 435 insula, cui nomen facies dedit -a rotunda). ad Q. fr. 1, 1, 22 hominis . . . cum -a natura moderati tum . . . studiis eruditi ([AVG. civ. 1, 13 p. 23, 25 D.]. TERT. apol. 48, 13 ex -a natura eius [*i. ignis*]. PORPH. Hor. carm. 3, 24, 63—64 PANEG. 8, 6, 2. *v. et l. 19*). LVCR. 5, 1134 petunt . . . res ex auditis potius quam sensibus -is. CVLEX 211 tua . . . mihi carior -ā vita fuit vitā. OV. met. 1, 169 *via* lactea . . . candore notabilis -o. fast. 1, 251 populum sine vi pudor -e regebat. Pont. 4, 7, 18 contigit . . . tibi . . . honor . . ., -a tamen virtus ordine maior erit. LIV. 1, 5, 6 et aetatem eorum et -am minime servilem indolem. 7, 4, 3 invisum -um ingenium atrox. SEN. Ag. 88 sidunt -o pondere magna (*pl.*) ceditque oneri Fortuna suo (*cf.* PLIN. nat. 36, 97 PLIN. epist. 6, 31, 16). benef. 4, 19, 4 aliquid . . ., cuius te -a dignitas ducit. COLVM. 1 praef. 23 -a terrae varietas (*cf.* PANEG. 7, 10, 1 exegit . . . *mutationem* -a varietas et natura Fortunae). LVCAN. 9, 352 *Libye* proxima caelo est, ut probat -e calor. 10, 222 -e color populi (*cf.* APVL. met. 10, 31, 2). FLOR. epit. 3, 3, 13 in Venetia, quo . . . tractu Italia mollissima est, -a soli caelique clementia robur elanguit. TERT. apol. 37, 2. adv. Prax. 16 p. 257, 8 -as substantias hominis, carnem et animum. SERV. Aen. 3, 475 *haec nomina* nominativum -um in 'a' mutant *eqs.* (*sic in re gramm.*: CASSIOD. gramm. VII 208, 10 *gnatus et gnavus* in compositione -am retinent g ut agnatus et ignavus).

β usu laxiore: non tam significat aliquid (aliquem) ut ingeneratum quam (similiter atque pron. poss.) omnino ut alicuius proprium sim.: Ⓘ *res*: CIC. inv. 1, 94 adversarium est, quod -i causae . . . officit. fam. 2, 16, 1 magno dolore me adfecissent tuae litterae, nisi iam . . . ratio -a depulisset omnis molestias. VAL. MAX. 8, 14 ext. 3 gloria ne ab . . . *philosophis* quidem . . . neglegitur, quoniam . . . -is voluminibus nomina sua . . . adiciunt. PHAEDR. 1, 28, 7 *aquila* tuta . . . -o loco (*i. fere nido*). STAT. Theb. 10, 534 saxa . . . in adversos -is avolsa rotabant moenibus. QVINT. inst. 8, 2, 3 in hac . . . proprietatis specie, quae nominibus -is cuiusque rei utitur *eqs.* SVET. Claud. 9, 1 in -o consulatu . . . summotus est. PAPIN. dig. 26, 7, 39, 6 tutor datus *a praetore* adversus -am creationem provocavit. MIN. FEL. 23, 1 has fabulas . . . discimus et . . . -is (*v. app. cr.*) studiis . . . elaboramus. 30, 2 sunt quae in -is visceribus . . . originem futuri hominis extinguant. TERT. adv. Prax. 23 p. 271, 23. PORPH. Hor. carm. 2, 18, 26—28 -a rei acerbitas. HIL. myst. 1, 6, 1 *fratrum* Cayn et Abel . . . -isque et nominibus et officiis . . . studia utriusque *populi* signantium. VITA Anton. 3 p. 19, 12 *Antonius* operabatur . . . manibus suis *eqs.*; de opera -a partem habebat ad panem *eqs.* COMM. instr. 1, 30, 4 impie tractas cum -o corpore. INST. Iust. 3, 12, 1 libera mulier . . . -am libertatem . . . amittebat.

ⒾⒾ *homines varia ratione cum alteris (hominibus, bestiis l. 49, terris l. 52) coniuncti*: CIC. off. 3, 43 *vir bonus* si iudex . . . erit de -o amico. LIV. 27, 49, 1 elephanti plures ab -is rectoribus quam ab hoste interfecti. CVRT. 8, 1, 9 -um . . . quoque regem venturum ad eum pollicebantur *Scythae*. MELA 1, 111 Dioscorias a Castore . . ., Sindos . . . ab -is terrarum cultoribus condita est. TAC. ann. 13, 15, 4 *Britannicus* venenum ab -is educatoribus accepit (*cf. et p. 339, 80*).

b *peculiaria*: *α locutio* '-a . . . verba' *sim. (verba locutionis plerumque separantur, saepius gen. interposito; iunguntur l. 58. 62)*: VELL. 2, 104, 1 his -is Caesaris verbis: '*eqs.*' SEN. epist. 97, 3 -a . . . verba Ciceronis. 99, 25 PLIN. nat. praef. 30. 29, 13 verba eius -a (*sic seq. -a*: GELL. 1, 3, 25. 16, 3 tit. APVL. apol. 25 verba -a [*sic nulla voce interposita* AVG. civ. 22, 28 p. 622, 11 D.]. SVLP. SEV. dial. 2, 11, 3). QVINT. inst. 2, 15, 21. 5, 13, 25 TAC. hist. 3, 39, 1 ann. 14, 59, 3. SVET. Aug. 58, 2 respondit Augustus his verbis, -a . . . posui: '*eqs.*' FRONTO p. 123, 5 v.d.H. (p. 129 N.). HIER. epist. 21, 3, 3. 116, 9, 1 -a verba Iacobi. *β pron. -e et pron. poss. simul accedunt ad subst.* (*cf.* CIC. dom. 128 lex . . . vetat *eqs.*; unum ostende verbum . . . in -a tua lege. *ad* LIV. 2, 19, 5 *v. Conway-Walters in app. cr.; cf. etiam Weissenborn-M. ad* LIV. 2, 12, 7): SEN. benef. 3, 31, 5 in -o beneficio tuo maius, quam quod dederas, recepisti. epist. 121, 12 -am constitutionem suam (*om. p*) crasse intellegit *infans*. QVINT. decl. 382 p. 427, 5 tuum -um consilium quid profuisset citra manum meam? MIN. FEL. 32, 6 cum -am animam tuam . . . nec aspicere possis nec tenere. TERT. apol. 6, 7 circa -os deos vestros. 9, 4 *liberos* -i parentes sui offerebant *Saturno.* idol. 11 p. 42, 6 quod -am carnem meam a lupanaribus segregavi, agnosco me . . . *non* lenocinium . . . alterius causa exercere posse. adv. Marc. 1, 2 p. 293, 12 per -as responsiones nostras. 1, 14 p. 308, 22 panem, quo -um corpus suum repraesentat. test. anim. 4 p. 138, 11. virg. vel. 14, 6 -orum infantium suorum vagitibus. CYPR. epist. 54, 3 p. 623, 11 -o suo tumore caecati veritatis lumen amittunt. 58, 5 p. 660, 12 *tres pueri* in -o regno suo regem Nabuchodonosor . . . vicerunt. PS. CYPR. mont. 8 p. 113, 2 in -am suam (*om. M*) passionem. PANEG. 6, 5, 3 terram . . . sub -o quondam alumno suo a . . . Francorum gentibus occupatam. PS. HIL. epist. ad fil. 5, 1 -am vitam tuam . . . impendere. OPTAT. 2, 19 p. 54, 1 canes . . . -os dominos suos . . . laniaverunt. GAVDENT. serm. 10, 7 G. ab -is suis . . . filiis . . . repulsus. *γ accedunt genitivi notabiliores*: QVINT. inst. 8, 6, 15 -is eius (*i. Ciceronis*) utar

[*Tietze*]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

exemplis (TERT. adv. Marc. 4, 1 p. 422, 24 omnem sententiam ... Marcionis ad -um ... euangelium eius provocamus. *v. et p. 340, 57*). PLIN. epist. 8, 8, 3 *fons* -ā sui copiā ... impellitur (TERT. adv. Marc. 4, 25 p. 503, 25 -am magnitudinem sui absconderat *deus.* patient. 5 p. 6, 21. LACT. Phoen. 168 nutrix -a sui *eqs.* HIL. in psalm. instr. 18 p. 15, 18).

V *describit aliquem ut praestantem, venerabilem, egregium, qui floret auctoritate sim.*:

-e efficitur vocabulum honoris, dignitatis et vi propria augendi, amplificandi et eo, quod in narratione, sermone cum hominibus dignis, honoratis sim. cohaeret; accedit, ut notio dignitatis saepius ex usu opponendi nascatur. ubi -e pro adi. adhibetur, praecipue vim subst. vel nominis auget, sed ubi pro subst. ponitur, notiones certae quaedam fere subaudiuntur velut 'dominus' sim. (*cf.* AGROEC. gramm. VII 119, 5 -e pronomen dignitatis est. GLOSS.[L] V Aa I 912 -e pronomen honoris est. *addas*: SERV. auct. ecl. 4, 43 p. 50, 28 -e ... quod addidit *poeta*, non vacat: nam ... quaedam pronomina ... addita nominibus faciunt dignitatem *eqs.* CLAVD. DON. Aen. 7, 780 p. 106, 20 '-e' ubi ponitur, potioris meriti persona significatur. 11, 265 p. 449, 22):

A *in re sacra, fabulari*: **1** *paganorum: pertinet ad numina, heroas sim.* (*cf.* SERV. Aen. 3, 222 '-um' i. e. regem deorum. *cum saepe vix diiudicetur, utrum '-e' [e. g.] vice pron. pers. an pron. dignitatis ponatur, locos solum certiores affero, ubi -e ad nomina vel ad quasdam appellationes accedit, quamquam video nostrum pron. per se positum hic illic virtutem herois vel numen extollere velut* VAL. FL. 4, 287. 5, 412 STAT. Theb. 12, 757):

a *de dis*: **α** Apollo (Phoebus, Delius): ENN. scaen. 361 me Apollo -e delectat. CIC. Verr. II 1, 46 est ... tanta ... fani religio ..., ut in eo loco -um Apollinem natum esse arbitrentur (*sic praeced.* -e: VERG. ecl. 5, 35 Aen. 12, 393 VAL. MAX. 1, 8, 10 STAT. Theb. 10, 725 TAC. dial. 12, 4). PANEG. in Mess. 178 -e ... Phoebus (*sic praeced.* -e: OV. Ib. 127). STAT. Theb. 7, 759 Phoebus ... -e. *cf.* LYGD. 4, 79 Delius -e. STAT. Theb. 7, 752 -e ... ministrat habenis Delius, -e docet iactus *eqs.* **β** Iuppiter: ① *nomen*: LVCIL. 1188 quas *herbas* sevit Iuppiter -e (*sic seq.* -e: CIC. Phil. 11, 28 quo iure? eo, quod Iuppiter -e sanxit. VERG. georg. 4, 149. Aen. 12, 725 [*cf. Il. 22, 209 πατήρ*]. PROP. 2, 26[b], 42 OV. epist. 6, 152 met. 2, 744 MANIL. 1, 337 SEN. epist. 110, 18. PLIN. paneg. 1, 5 ab Iove -o ... electus est. *cf. et p. 342, 20*). VERG. Aen. 3, 222 divos -umque vocamus ... Iovem ([*cf.* SERV. *l. 20*]. *sim.*: SEN. Herc. O. 1671 superosque et -um ... Iovem. IVV. 14, 206 dis atque -o Iove [APVL. met. 6, 15, 4]). VAL. MAX. 8, 7 ext. 3 si -e Iuppiter caelo descendisset. SEN. epist. 25, 4 PLIN. nat. 16, 12. VAL. FL. 4, 559 -e ... fandi mihi Iuppiter auctor (*sic in hyperbato*: SIL. 10, 360 MART. 8, 56, 16 FLOR. epit. 1, 13, 13 AVIEN. Arat. 1321). ② *variae appellationes Iovis* (*v. et p. 342, 7. 18*): CIC. carm. frg. 22, 24 deum ... -e creator. VERG. Aen. 4, 268 *et* 270 -e deum ... me ... demittit ... regnator ..., -e haec ferre iubet ... mandata. GERM. 4 probat -e deum rectorque satorque (SEN. Oed. 1028 -e ... divum sator. STAT. Theb. 5, 22). COLVM. 10, 204 maximus -e deum. SIL. 10, 53 Hannibal -i ... ausit certare Tonanti. STAT. Theb. 4, 758 -e deorum arbiter. MIN. FEL. 35, 2 (*fere ironice*) -e rex Iuppiter (AVG. civ. 7, 11 p. 289, 5 D. 7, 12 p. 289, 27). **γ** Venus: AEDIT. epigr. 2, 5 contra hunc ignem Veneris, nisi si Venus -a, nullast quae possit vis alia opprimere (*sic seq.* -e: VERG. Aen. 3, 267 mentem Venus -a dedit *equis* [AVSON. 359, 2 p. 216 P. *amantibus*]. TIB. 1, 4, 71 [*sed cf. Leo, Philol. Unters. 2, 1881, 18*]. OV. epist. 18, 159). TIB. 1, 2, 16 fortes adiuvat -a Venus. 1, 3, 58 PROP. 2, 32, 33 VAL. FL. 2, 196. *cf.* VAL. FL. 8, 235 -a ... Cytherea. **δ** Saturnia, Iuno: VERG. Aen. 7, 428 -a ... omnipotens Saturnia iussit. VAL. FL. 4, 416 -a imperium (*sc. Iovis*) Iuno pavet. STAT. Theb. 3, 251. **ε** *cetera numina*: VERG. ecl. 5, 35 -a Pales. TIB. 2, 1, 67 -e ... inter ... armenta Cupido natus ... dicitur (APVL. met. 5, 26, 4. *cf.* OV. met. 1, 532 -e Amor). 2, 5, 75 -um ... Solem. VAL. MAX. 3, 7 ext. 6 Marte -o iudice (*cf.* VAL. FL. 3, 498 -e ... Gradivus). 6, 6 ext. 1 -am Fidem. VAL. FL. 2, 26 hunc ... -e ... Neptunus in altum abstulit (*cf.* APVL. Plat. 1, 1). VAL. FL. 6, 173 -a ... Pallas. QVINT. inst. 10, 1, 82 ut -ae sermonem finxisse Gratiae videantur (*cf.* PLIN. epist. 2, 13, 7 ut Musas -as Latine loqui credas). APVL. met. 6, 19, 4 ad -am ... Proserpinam introibis. *paulo aliter* (*cf. et p. 329, 24*): CIL XIII 8003[a] (*Matribus*) iussu -arum ([*v. p. 297, 3*]. 12012 [*Alaferhuiabus*]).

b *de viris fortissimis, qui heroes appellantur*: **α** *varia*: PLAVT. Amph. 252 -us ... Amphitruo regem ... sua obtruncavit manu (415). VERG. Aen. 5, 132 -i ... ductores (5, 249. 12, 125). 5, 535 -ius Anchisae. 7, 220 rex -e Iovis de gente suprema (7, 432 rex -e Latinus [7, 556. 9, 274]. *cf.* LIV. 1, 35, 5 sub ... -o Anco rege). 9, 811 et Troes et -e fulmineus Mnestheus (*sic heros minoribus opponitur*: OV. met. 14, 241 una *navis* ... nos -umque vehebat Vlixen). OV. fast. 4, 837 Celer ..., quem Romulus -e vocarat (LIV. 4, 3, 12 PLIN. nat. 15, 120. MIN. FEL. 25, 2 [*ironice*] ut -e Romulus imperator ... populum ... facinore praecelleret. TERT. adv. Marc. 2, 2 p. 334, 5). MELA 1, 27 Herculem -um (APVL. apol. 22). STAT. silv. 1, 1, 13 hunc *equum* ... -e nec Aeneas nec magnus duceret Hector. **β** *peculiaria*: *-e saepe longiore spatio nomen (subst. p. 342, 5) antecedit, ut legenti, audienti c. gravitate quadam nuntiet heroa nunc acturum, processurum esse (saepe ponitur versu ineunte. similem usum annuntiandi cf. p. 299, 56)*: CATVLL. 64, 207 -e ... mentem caligine Theseus consitus *eqs.* VERG. Aen. 2, 146 -e viro ... levari vincla iubet Priamus. 4, 141 -e ante alios pulcherrimus omnis infert se socium Aeneas. 7, 496 -e ... Ascanius. VAL. FL. 4, 628 -e viros ... prosequitur Phineus. 4, 647 -e ... supplex ... manus intendit Iason. SIL. 10, 549 -e ... ductor. STAT. Theb. 5, 412.

c *certae appellationes divinitatis, dignitatis*: **α** pater -e: ① *de dis*: Ⓐ *Iove* (*cf. p. 331, 36*): CIC. carm. frg. 7, 12 partibus intonuit caeli pater -e sinistris. 30, 1 VERG. georg. 1, 121. 328 -e pater ... fulmina molitur dextra (*sic praeced.* -e: 1, 353 STAT. Theb. 7, 75). Aen. 6, 780 superum (*v. Norden ad l.*). CIRIS 269 deum (MART. 9, 3, 6). STAT. Theb. 1, 204. Ⓑ *de ceteris dis* (*fluminibus l. 12*): VERG. Aen. 7, 327 -e pater Pluton. EPICED. Drusi 221 -e pater ... Tiberinus (*sim.* SIL. 9, 187 aquarum Ausonidum Eridanus). VAL. FL. 2, 605 pater -e profundi (*sic de Neptuno*: 4, 571 maris). ② *de viris fortissimis, qui heroes dicuntur*: ENN. scaen. 37 pater rex -e Priamus. VERG. Aen. 7, 62 *laurum* pater ... -e ferebatur Phoebo sacrasse Latinus (7, 92). STAT. Theb. 3, 346 Adrastus. 4, 134 (*de Danao*).

β -e deum (divum *l. 20*) genitor, genetrix: ① *de Iove*: CIC. carm. frg. 11 (de consul.), 32 -e deum genitor. CATVLL. 64, 26 sq. cui Iuppiter -e (*cf. p. 341, 34*), -e suos divum genitor concessit amores (MART. 12, 77, 4). VERG. Aen. 7, 306 STAT. Theb. 2, 115. ② *de deabus*: VERG. Aen. 9, 82 -a deum ... genetrix Berecynthia (*i. Cybele*). STAT. silv. 1, 2, 11 -a ... genetrix Aeneia (*sic de Venere*: AVSON. 325, 79 p. 113 P. -a ... genetrix ... Alma Venus).

γ -e deus (deus -e *l. 28*) *sim.*: *locutio etiamsi singuli di respiciuntur, tamen quodam modo auctoritatem, vim divinam omnino significat* (*sine discrimine sexus l. 31. cf. et p. 329, 11*): HOR. carm. 1, 31, 13 mercator ..., dis carus -is (*sic seq.* -e: CALP. ecl. 1, 29 non pastor ... haec ..., sed deus -e canit. IVV. 3, 146 dis ignoscentibus -is. TAC. ann. 4, 38, 3 socios cives et deos -os [*v. app. cr.*] precor. PLIN. paneg. 3, 5). TIB. 1, 6, 43 (*de Bellona*) sic fieri iubet -e deus. 1, 8, 56 -e dedit cupidis fallere posse deus (*sic de Amore*: 1, 9, 25 *et* 27). LIV. 9, 1, 11 *bellum* ducibus -is dis gesturos. SEN. Oed. 201 iuvat -os satiare deos. dial. 4, 13, 2 -is ... dis bene iuvantibus. PLIN. nat. 16, 249 electae ab -o deo arboris. STAT. silv. 3, 4, 67. TERT. spect. 20 p. 21, 9 (*fere ironice*) sol ..., immo -e (*v. app. cr.*) ... deus de caelo spectat. LACT. inst. 1, 5, 4. *cf.* SEN. Herc. O. 1943 virtus mihi in astra et -os fecit ad superos iter. SIL. 17, 317 horrescamne -os ... divos?

δ -e caelicola: STAT. Theb. 3, 23, 4 -os incendere bello caelicolas. 12, 499.

2 *apud Christianos*: **a** *pertinet ad dominum, apostolos sim.* (*respondet μακάριος p. 343, 2*): **α** *de Christo, deo, spiritu sancto*: ① *per se positum*: Ⓐ *varia*: TERT. apol. 41, 4 haec didicimus apud -um. anim. 16, 5 concupiscet deus, quae digna sunt -o. adv. Hermog. 5, 4 ex gratia -ius ..., quia -e est solus *eqs.* 18, 2 intra dominum, quod ex -o et in -o fuit. resurr. 44 p. 91, 13 nisi ... 'cum -o' 'sicut -um' sapit; si vero 'sicut -um', non utique sine carne (*antecedit* ITALA II Cor. 4, 14 [Tert. resurr. 44 p. 91, 12] nos suscitabit cum -o [*σὺν Ἰησοῦ, Vulg.* cum Iesu]). CYPR. unit. eccl. 2 p. 210, 13 Christi mandata servemus -o monente et dicente *eqs.* (8 p. 216, 17). Demetr. 6 p. 354, 25 -um ... audi loquentem, -um voce divina instruentem nos. epist. 58, 9 p. 665, 3 *ut* quae *manus* domini corpus accipit, -um complectatur (*sim.* HIER. epist. 39, 5, 5 quasi -um teneret). NOVATIAN. trin. 29 p. 107, 18 armati *Christiani* ... per -um (*i. spiritum sanctum*). FAVSTIN. trin. 1, 8 p. 43[C] unigenitus a patre est, ideo quia -e solus de ... patre generatur. *ibid.* p. 43[D] AMBR. obit. Theod. 26 p. 54, 23 paenit. 1, 6, 29 AVG. civ. 20, 1 p. 407, 1 D. COD. Iust. 1, 27, 2 pr. in nomine domini nostri Ihesu Christi *eqs.* per -um ... imperii iura suscepimus, per -um pacem ... confirmavimus, per -um ..., per -um ..., per -um ..., per -um quoque ut *imperium* ... firme custodiatur, confidimus. BENED. reg. 2, 2. 53, 1. Ⓑ *in praedicationibus sim. de Christo, deo*: CYPR. domin. orat. 13 p. 276, 5 regnum (*praedicative*) dei potest -e intellegi, quia in illo regnaturi sumus. patient. 7 p. 402, 18 sq. ille innocens, ille iustus, immo innocentia -e et -e (-a et -a *v*) iustitia ... deputatur. SERM. Arrian. frg. II 1 p. 631[B] dominus ... Iesus Christus: -e est fundamentum, -e perfectio, -e angularis. PRISCILL. tract. 5, 88 -e ... se intrantibus ianuam, -e ... ambulantibus viam, -e sitientibus iustitiae fontem, -e esurientibus panem, -e se vineam credentibus posuit in salutem. AVSON. 153, 8. 9 p. 7 P. (= PAVL. NOL. carm. 5, 8. 9) -e opifex rerum, rebus causa -e creandis, -e dei verbum *eqs.* VVLG. psalm. 32, 9 -e dixit et facta sunt, -e mandavit et creata sunt (PRVD. cath. 9, 13). AVG. in euang. Ioh. 23, 15 p. 1592[a. med.] -um nasci, -um crucifigi, -um mori, -um resurgere. ② *in appellationibus christianis*: TERT. adv. Hermog. 32, 2 de tenebris ... -e dominus per Esaiam (orat. 29 p. 200, 10 -e dominus oravit. scorp. 10 p. 169, 19 CYPR. unit. eccl. 1 p. 210, 4. 14 p. 223, 12. FIRM. err. 18, 7 -e dominus sancto ... ore signavit. COMM. instr. 1, 22, 9 -i conplacuit domino dominorum in altis). adv. Prax. 1 p. 227, 17 ego (*i. coluber*) ad -um deum accessi, -um omnipotentem ... temptavi (CYPR. epist. 55, 27 p. 646, 6 AVG. civ. 5, 25 p. 238, 3 D. COD. Iust. 1, 2, 16 pr. [*a. 477*] quae contra -um orthodoxae religionis deum ... facta sunt. 1, 3, 53 pr.). 7 p. 235, 23 pater -e testatur. MAR. VICTORIN. adv. Arrium 1, 10 l. 1 (= p. 19, 29 W.) -e salvator (AVG. civ. 10, 32 p. 458, 28 D. 18, 1 p. 256, 5 ORIG. in Matth. 13, 18 p. 228, 3). PRVD. perist. 10, 16 -um ... Messiam.

[Tietze]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

β de propheta, apostolis, primoribus: IREN. 3, 3, 3 vidit -os apostolos ([*τοὺς μακαρίους ἀποστόλους*]. AVG. civ. 14, 9 p. 24, 18 D.). OPTAT. 7, 3 p. 172, 2 -ius sancti Petri beatitudo. AVG. civ. 17, 7 p. 222, 29 D. -e magnus propheta Samuel. SVLP. SEV. dial. 1, 12, 1 et abbatis -ius testimonio et omnium fratrum . . . sermone (BENED. reg. 3, 1. *al.*).

b *pertinet ad res Christianas*: TERT. anim. 7, 1 in -o euangelio (IREN. 4, 37, 4 [*gr. αὐτὸ τὸ εὐ.*]). adv. Marc. 4, 34 p. 536, 22 -a scriptura revincente oculos eius *eqs.* (IREN. 4, 16, 1 [4, 27, 1 H.] ex -a s. *cf.* 4, 34, 1 [4, 55, 6 H.]). adv. Val. 2 p. 178, 22 ut docet -a Sophia . . . Salomonis. NOVELL. Valent. 23, 2 (*de requiete aeterna et luce perpetua*) *qui* sepulcra . . . violator quietis et lucis -ius hostis effoderit *eqs.*

B *in rebus civilibus*: **1** *spectat ad homines quosdam maioris potestatis, magistratus sim.*: **a** *accedit ad appellationes*: CIC. Quinct. 85 tibi . . . praetor -e . . . palam dicit: '*eqs.*' (VLP. dig. 5, 1, 2, 1. GAIVS inst. 3, 224 propter -ius praetoris auctoritatem). LIV. 29, 37, 8 cum . . . praeco cunctaretur citare -um censorem. 34, 41, 1 praefecerunt . . . ludis -um imperatorem (SCHOL. Cic. Bob. p. 114, 23). CVRT. 3, 5, 8 in -um regem misericordia versa (3, 9, 4. 4, 6, 23 AMM. 19, 7, 8. *cf.* AMM. 30, 1, 15 proceres . . . et regulus -e). PLIN. nat. 22, 7 *coronas* singuli, et duces -i imperatoresque militibus . . . dedere (FLOR. epit. 2, 2, 21. 3, 10, 4. APVL. met. 3, 6, 1 [*fere ironice*] -e . . . dux et signifer). APVL. met. 3, 11, 1 -i magistratus cum suis insignibus. IVL. VAL. 1, 37 p. 47, 19 Darius -e . . . iubeo (*cf. Hist. Alex. M. I p. 40, 21 ἐγὼ αὐτὸς θεὸς Δαρεῖος, cf. ad l. Stengel, De Iul. Val. usu pron., 1909, 60*). **b** *per se ponitur*: CVRT. 9, 10, 26 -um convivasque currus vehebat *eqs.* (*sic pertinet ad regem*: 10, 6, 5. FLOR. epit. 1, 1, 9 populum Romanum -e [*i. rex Romulus*] fecit [*cf. app. cr. et Lilliedahl, Florusstud. p. 25*]). SIL. 9, 234 celsus media -e coercet agmina (*sic magis spectans ad ducem, imperatorem*: 11, 272. 283. 17, 645 -e astans curru . . . Martia praebebat . . . ora. FLOR. epit. 2, 6, 21 et -e et exercitus ardor elanguit [*cf. Lilliedahl l. c.*]. 3, 11, 9).

2 *pertinet ad principem*: **a** *spectat ad personam imperatoris*: *α sollemniter in leg., inscr.*: (I) *in universum* (*princeps quasi loquitur l. 35*): (A) *per se ponitur*: R. GEST. div. Aug. 24, 52 statuae ⟨mea⟩e . . ., quas -e sustuli. S. C. de aedif. (CIL X 1401) 5 tectis . . . urbis . . . -e non solum praecepto augustissimo . . . prodesset *eqs.* ACT. Arv. a. 58/59 l. 32 immolavit . . . Iovi b(ovem) . . ., Minervae vaccam . . ., genio -ius taurum (*ibid.* l. 67. a. 59/60 a 14. *ibid.* c 37). COD. Theod. 11, 5, 2 (= Iust. 10, 17, 1, 1) *necessitas*, quae . . . -is (*sc. imperatoribus, i. nobis*) facientibus canonicum nomen accepit. (B) *accedit ad appellationem, nomen*: POMPON. dig. 1, 2, 2, 12 quod -e princeps constituit, pro lege servetur. SATVRN. dig. 40, 14, 2, 2 -os principes adire. PAVL. dig. 1, 15, 3, 2. NOVELL. Marc. 4, 30 quod . . . credimus -um divae memoriae Constantinum . . . sensisse.

(II) *peculiariter: ascribitur saepe in imperatorum rescriptis, constitutionibus, legibus loco nominis proprii appellationibus eius Augusti vel Caesaris, cuius annus est* (*v. Seeck, Regesten I. Halbb., 1919 p. 20, 27. 26, 6. 37, 8. 22. 26. 30. 154*^ex. *sq. 155, 8 sqq. cf. et Mommsen, Iur. Schr. II 278 sqq.*): FRG. Vat. 27 -o Aug(usto) III consule. CONSVLT. 9, 2 (*a. 365*) dat(um) VIII id. Februar. . . . in basilica Thermarum . . . -is AA. (*i. Augustis*) conss. (*v. Seeck l. c. p. 24, 16*). 9, 10 p(ro)p(ositum) non. Octobr. -o A(ugusto) II et Pompeiano coss. COD. Theod. 2, 9, 1 (*cf. Seeck l. c. p. 20, 28*). 2, 16, 1 -o A. VII et Caes. conss. 2, 21, 2 -o Augusto X et Iuliano Caes. III conss. (*v. Seeck l. c. p. 37, 33*). INSCR. christ. Rossi I 433 (*a. 396*) dep(osita) III non. ian. . . . A]rcadio Aug. IIII et Honorio III conss. *eqs.*; dep(osita) VIII Kal. dec. ips(is) cos. ([*cf. Seeck l. c. p. 26, 6*]. *v. et* NOVELL. Anth. 1, 5). COD. Iust. 2, 4, 13, 2 (*a. 290*) Byzantii -is IIII et III AA. conss. 2, 4, 17 (*a. 293*) -is AA. V et III conss. 4, 23, 4 (*a. 294*) d(atum) XII k. Dec. -is CC. (*i. Caesaribus*) conss.

β ap. scriptores in commemoratione honesta, blanda, submissa: (I) *per se positum*: OV. met. 15, 857 exemplis -os (divis *h*; *sc. divos Caesarem et Augustum*) aequantibus. fast. 4, 952 Phoebus habet partem *aedis*, Vestae pars altera cessit: quod superest illis, tertius -e tenet *eqs.*: aeternos tres habet una domus. trist. 5, 11, 21 (*20* Caesareum numen) -e relegati . . . utitur in me nomine. VELL. 2, 90, 1 Hispaniae nunc -ius praesentia, nunc Agrippae . . . pacatae. CALP. ecl. 4, 4, 47. 48 non -e daret mihi . . . aurem, -e deus vacuam *eqs.* PLIN. nat. 33, 90 cum -e . . . aurigaturus esset (*i. Nero*). STAT. silv. 1, 1, 32 (*de Domitiano*) -e . . . templa superfulges (*sic in allocutione*: 1, 1, 106 PLIN. epist. 10, 112, 3 paneg. 17, 2. 48, 1). 4, 2, 40 -um, -um . . . spectare. IVV. 2, 147. TAC. hist. 2, 79 quamvis . . . exercitus . . . apud -um iurasset (SVET. Vesp. 6, 3). PLIN. epist. 5, 13 (14), 7. FRONTO p. 89, 12 v.d.H. (p. 95 N.) quod . . . vel ab deis vel a forte fortuna vel a vobis -is impetratum cupiam. PANEG. 3, 21, 3 -e, id est princeps. 8, 14, 5 AVSON. 469, 13 p. 4 P.

(II) *accedit ad nomina principum, appellationes, ornamenta sim.* (pater patriae *l. 79*): PROP. 2, 16, 19 utinam . . . -e straminea posset dux habitare casa (IVV. 16, 58 -ius . . . ducis hoc referre videtur). OV. Pont. 1, 7, 43 -e . . . hoc vidit, qui pervidet omnia, Caesar (trist. 2, 23. SEN. dial. 12, 7, 2 Caesari quoque -i . . . multa non licent). 4, 4, 13 -e pater patriae . . . sustinet in nostro carmine saepe legi. PLIN. nat. 22, 13 (*antea* divus Augustus) -um Augustum . . . senatus obsidionali *corona* donavit. 35, 28 in templo -ius Augusti. IVV. 4, 28 epulas -um glutisse . . . induperatorem (*i. Domitianum*). TAC. ann. 4, 34, 5 -e divus Iulius, -e divus Augustus . . . tulere ista *probra*. PLIN. epist. 4, 22, 6 -e imperator. PANEG. 8, 13, 3 tu . . . -e, tu domine . . ., imperator aeterne *eqs.* (*sic in allocutione*: 12, 19, 6 nec quidquam aliud homines . . . quam te -um spectare potuerunt *eqs.*). NEMES. cyn. 70 bella . . . felici . . . manu confeceris -o paene prior genitore deo (*cf. p. 342, 18*). AMM. 22, 6, 2 principem -um et praefectos praetorio.

b *dicitur fere vi adi. de eis, quae ad imperatorem pertinent*: PANEG. 9, 13, 2 -ius epistulae sacrae (*sc. principis*) commemorationem solam . . . inducere (*cf. antea*: verba illa divina caelestesque litteras). COD. Theod. 15, 11, 1 *cum* haec -a propria voluptas (*i. venatus leonum*) intercludi minime videtur. COD. Iust. 1, 5, 8, 1 (*a. 455*) hac -a augustissima lege. 9, 18, 7 pr. (*a. 358*) -am pulsant *infamia* propemodum maiestatem.

C *in variis rationibus, quae inter homines intercedunt*: **1** *pertinet ad dominum, dominam* (*per se positum, usu fere coartato.* ipsimus *v. infra l. 30*): **a** *in universum de patre familias, ero vel era*: *α praecipue respectu servorum, parasitorum, minorum* (*paulo liberius l. 27*): PLAVT. Aul. 356 si a foro -us redierit. 530 -us (*v. app. cr.*) ultro debet argentario (*cf. Fraenkel, Plautin. i. Plaut. p. 138*). Cas. 790 ego eo quo me -a misit. Cist. 764 ex -a . . . exquaeritote, ego serva sum. Epid. 69. Pseud. 641 si dare vis mihi, magis erit solutum quasi -i (*cf. 638* ero) dederis. Stich. 637 (*verba parasiti*) viden ridiculos nihili fieri atque -os parasitarier? (*sic dominus dives respectu inferiorum*: IVV. 5, 30 -e capillato diffusum consule potat *vinum*. 5, 56. 86 -e Venafrano piscem perfundit. 107. 114). TER. Andr. 360 -us (-e C^1P, -ius p^1) tristis. Phorm. 215 quis est senex quem video? . . . -us est. VARRO Men. 47 -um propter vix liberti semiatrati exequiantur (*cf. Buecheler, Kl. Schr. I 540*). PETRON. 29, 8 pyxis . . ., in qua barbam -ius conditam esse dicebant. PLIN. nat. 21, 7 ad certamina in circum . . . et -i descendebant et servos suos . . . mittebant. CASSIOD. var. 5, 16, 4 CIL X 2363. *nota superl.* ipsimus (*cf. Salonius, Die Griechen u. d. Griechische in Petrons Cena, 1927, 22*): PETRON. 63, 3 -imi nostri (*Buecheler, v. app. cr.*) delicatus (*sic de domino*: 75, 11. 76, 1). 69, 3 -umam (*i. dominam; sic* 75, 11 -imae). *β respectu bestiarum* (*cf. et p. 320, 8*): CATVLL. 2, 9 tecum (*i. cum passere*) ludere sicut -a possem (*cf.* 3, 7 suam . . . norat -am [*OGR*, -a *ω*] tam bene quam puella matrem). HIRT. Gall. 8, 18, 4 equestribus proeliis . . . multitudine -orum detrimentum accipitur (*i. equitum.* -e *similiter ac pron. αὐτός dominum, vectorem opponit equo*: LIV. 3, 70, 7 -os equosque. 31, 33, 9 fatigatio -orum equorumque. 44, 33, 10. IVST. 41, 2, 10 *apud Parthos* munimentum -is equisque loricae plumatae sunt. *aliter cf. p. 320, 23*). VERG. georg. 2, 527 luctantur cornibus haedi. -e dies agitat festos.

b *potiora*: *α de domino scholae, philosopho, magistro sim.*: TER. Eun. 263 philosophorum habent disciplinae ex -is vocabula (*sim.* QVINT. inst. 2, 2, 5 -e nec habeat vitia nec ferat [*sic de magistro sim.*: 2, 2, 15 -e ac schola]). QVINT. inst. 2, 5, 3 non videntur tempora suffectura, si legentibus singulis praeire . . . -i (*i. rhetores*) velint. *β in re coniugali, amatoria*: (I) *de marito*: CIL I² 1221 II 14 (*quo Sulla decessit tempore, Buecheler*) me . . . gremio -e (*i. qui postea maritus*) recepit. TIB. 1, 2, 60 de me uno sentiet -e (ille *cς*) nihil (*cf. Schuster, Tib. Stud. p. 124*). SCHOL. Iuv. 2, 142 in solio, si qua *uxor* post -um descenderit, statim concipit. CLAVD. 3, 230 non coniunx, non -e . . . sufficiunt odiis. (II) *de amatore, amata* (*cf. supra l. 34 et s. v.* isse, issa, issula): OV. am. 1, 7, 20 -a nihil *dixit* (*cf.* ars 2, 171 -a dixerat). ars 1, 315 (*loquitur Pasiphae*) domino cur placet ista meo? adspice ut ante -um . . . exultet. rem. 305 diligit -a alios. 636 -am . . . deseruisse (*638* dominae . . . tuae). met. 10, 557 *Venus requiescens* pressit et gramen et -um (*sc. Adonidem*). COMM. instr. 1, 7, 7 Mars . . . cum -a (*i. Venere*) deprensus. *γ de domino cenae*: HOR. sat. 2, 8, 23 Nomentanus erat super -um.

2 *pertinet ad homines ut testes, auctores, exempla, ad quae revocant*: **a** *accedit ad nomina* (*plerumque clara; humilia l. 62*): TER. Andr. 576 qui scis *eqs.*? :: -us mihi Davos . . . dixit (*v. l. 61; sic*: CIC. Verr. II 4, 86 -um Sopatrum dicere). CIC. de orat. 2, 43 tertium . . . et a Crasso tactum est et [ille] (*om. M*) -e Aristoteles . . . adiunxit *eqs.* fin. 2, 82 unum . . . ab -o Epicuro dictum (3, 3 fam. 15, 19, 2). 4, 61 Platoni -i (TERT. anim. 24, 10 teste -o Platone. AVG. civ. 22, 56 tit.). LIV. 34, 15, 9 Cato -e (PLIN. epist. 4, 7, 5. SCHOL. Cic. Bob. p. 124, 4 auctore -o M. Catone. *ibid.* l. 5 -e nos . . . Cato docuit. *cf. l. 73*). QVINT. inst. 1, 11, 17. 10, 1, 24 Homerus -e. 11, 2, 14 Simonides. 12, 10, 15 Cicero -e (SCHOL. Cic. Bob. p. 85, 29 Marcus -e Tullius. FAV. EVL. 26, 2 W. [p. 20, 9 H.]). PLIN. epist. 9, 26, 8 Demosthenes -e, ille norma oratoris (AVR. Fronto p. 26, 25 v.d.H. [p. 28 N.] facilius . . . -um Demosthenem imitatus fuerit aut -um Catonem [*cf. l. 67*]).

b *per se positum*: *α in universum* (*specimina selectissima*): CIC. S. Rosc. 110 id quod ex -is (*i. legatis*) cognoscere poteritis. Mur. 56 ut ait -e (Flacc. 10). nat. deor. 10 *Pythagoreos* respondere solitos '-e dixit', -e autem erat Pythagoras (VAL. MAX. 8, 15 ext. 1 QVINT. inst. 11, 1, 27). VAL. MAX. 8, 7 ext. 9 Isocrates . . ., ita ut -e significat. PLIN. nat. 17, 137 ut adfirmat -e. SERV. Aen. 3, 209 p. 380, 5 ut -e (*i. poeta*) . . . ostendit (*al.*). SERV. auct. Aen. 1, 704 ut -e (*i. poeta*) alibi *eqs.* (*al.*). *β usu peculiari fere pro subst.: pertinet ad gnaros, peritos, bene versatos in aliqua re* (*cf.* SERV. Aen. 3, 201 '-e' hoc est navigandi peritus): CIC. Sest. 115 qui rumore et ut -i loquuntur favore populi tenetur. CVRT. 3, 3, 9 ignis, quem -i sacrum . . . vocabant *eqs.*

[Tietze]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

(QVINT. inst. 2, 12, 9). VLP. dig. 14, 1, 1, 12 naves ..., ut -i dicunt, ἐπιβατηγοί (VEG. mil. 3, 25 p. 119, 5 quod -i dicunt 'colligat campum'). AMM. 21, 16, 21 annonae militaris ... indicia, ut -i nominant, 'probae' (VEG. mil. 2, 18 p. 51, 18). VEG. mil. 3, 4 p. 71, 14 campicursionem, ut -i appellant *eqs.*

VI *describit aliquid (animans, rem) ut peculiare, speciale, quod conspicuum, antiquius ceteris est sim.: inter complura (homines, res, facultates sim.), quae memorantur, demonstrat id, quod potissimum animo obversatur (accedit en p. 347, 37), effert id ut praecipuum, ad quod actio quaedam, cogitatio, rerum status sim. maxime spectat:*

A *exempla potiora (hic illic fere totum additur, cuius pars peculiaris pronomine -e augetur, e. g. l. 35. 43. 56. p. 346, 50):* **1** *se applicat ad nomen (acuuntur subst., pron.):* **a** *magis vi adverbiali (cf. Sommer, Synt. p. 5), i. q. aliquis (aliquid), sc. praeter ceteros (cetera), inde fere et: imprimis, praesertim sim. (magis i. q. proprie, nominatim l. 77; iuxta ponitur* specialis *l. 69, opp.* principaliter *l. 65; quodammodo coniungitur artius c.* scilicet *l. 71,* non *l. 78; in gradatione v. infra l. 38):* **α** *varia:* PLAVT. Trin. 800 servos ancillas amove. atque audin? ... uxorem quoque eampse (*v. p. 294, 44*) hanc rem uti celes face. TER. Hec. 540 quamvis causam hunc suspicari quam -am veram mavolo. RHET. Her. 1, 1, 1 id -um, quod datur otii, libentius in philosophia consumere consuevimus (CIC. de orat. 2, 274 illa subabsurda, sed eo -o nomine saepe ridicula. LIV. 2, 42, 5 ad id -um creatus [CELS. 6, 6, 8B]. 5, 29, 3 ob id -um [SVET. Iul. 8 Tib. 65, 1]. TAC. Agr. 4, 1 iis ... -is virtutibus iram Gai Caesaris meritus. *al. v. et l. 72. p. 348, 7*). 4, 13, 18. CIC. inv. 2, 107 -um illud (*sc. de quo agitur*) peccatum erit extenuandum (epist. 6, 4, 4 cum plus in metuendo mali sit quam in -o illo, quod timetur. *al.* -e *sequitur*: CIC. S. Rosc. 103 illorum -orum bonorum, de quibus agitur. LIV. 33, 28, 13. *cf. l. 31. p. 348, 25*). Tull. 54 (49) istae -ae leges ..., ut mittam cetera, significant *eqs.* (AVG. grat. Christ. 42, 46 p. 159, 21 iste -e Pelagius in illo -o [*v. l. 28*] recenti opusculo suo ... Ambrosium quemadmodum laudet, accipite. *cf. et p. 348, 23*). Cluent. 12 quo ... est -um nomen amantius ... maternum, hoc *eqs.* Catil. 1, 11 magna dis immortalibus habenda est atque huic -i Iovi Statori ... gratia (Rab. Post. 13 cum saepe antea, tum in hac -a causa. Ov. met. 9, 725 LIV. 4, 51, 6. QVINT. inst. 9, 2, 69 aperta figura perdit hoc -um, quod figura est. *al. v. et p. 347, 71*). fin. 4, 55 sensus ... cuiusque et natura rerum atque -a veritas clamabat quodammodo *eqs.* (*cf.* HOR. sat. 1, 3, 98 sensus moresque repugnant atque -a utilitas, iusti ... mater *eqs. sic in gradatione*: CIC. fam. 2, 15, 3 faveo Curioni ..., pro Pompeio emori possum, sed tamen -a re publica nihil mihi est carius. LIV. 1, 53, 3). nat. deor. 2, 122 *beluae* cibum ... partim oris hiatu et dentibus -is capessunt. Att. 1, 17, 5 et aliis temporibus et me -o consule. 7, 1, 7 tu ... cogitabis primum, quo artificio tueamur benevolentiam Caesaris, deinde de -o triumpho. LVCR. 2, 178 (= 5, 196) hoc ... ex -is caeli rationibus ausim confirmare. 5, 181 exemplum ... gignundis rebus et -a notities hominum divis unde insita ... est. VARRO ling. 5, 14 incipiam de locis ab -ius 'loci' origine. rust. 1, 57, 1. VERG. Aen. 5, 210 laetus Mnestheus successuque acrior -o. HOR. epist. 2, 1, 141 agricolae ... levantes ... corpus et -um animum (*cf. Kiessling-Heinze ad l.*). Ov. ars 1, 604. fast. 1, 214 -ae vitiis sunt alimenta vices. LIV. 7, 23, 10. VAL. MAX. 4, 7 praef. sodalicium -arum miseriarum experimento enituit. 8, 10, 2 CELS. 7, 7, 14C. SEN. clem. 1, 22, 3 verecundiam peccandi facit -a clementia regentis. dial. 3, 9, 4 si quis poenam exigit non -ius poenae avidus, sed quia oportet. 6, 22, 6 CVRT. 3, 8, 25. 4, 11, 9. PETRON. 102, 4 per puppim, per -a gubernacula delabendum est. PLIN. nat. 32, 129 mulieribus lactis copiam facit glauciscus *eqs.*; mammas -as ... cinis ... sanat. STAT. silv. 4 praef. med. honorem, quem de me et de -is studiis meretur (*aliter Vollmer ad l.*). QVINT. inst. 5, 13, 21 aut omnibus periculosum ... aut -is iudicibus. TAC. ann. 3, 34, 3. 4, 57, 3. PLIN. epist. 2, 5, 7 ut universitatem (*sc. libri*) omnibus varietas -a commendet. 3, 9, 12 placuit imprimis (*i. fere primo, cf. et vol. VII 1, 680, 75*) -um Classicum ostendere nocentem. VLP. dig. 21, 1, 38, 7 animalia castrata ... non vitiosa esse, nisi propter -am castrationem facta sunt imbecilliora. 47, 10, 7, 1 *lege Aquilia* principaliter de damno agitur, ... at in actione iniuriarum de -a caede vel veneno. APVL. met. 9, 20, 3 MIN. FEL. 11, 4. 23 (22), 1 considera ... sacra -a et -a mysteria. TERT. resurr. 29 p. 66, 12 *scripturae* quae ... spem *resurrectionis* in -as substantias corporales speciali mentione determinant. AVSON. 36, 3 p. 332 P. SERV. Aen. 1, 400 plerumque ostia -a (*om. Ta*) pro portu sunt. 8, 577 'durare laborem' -ius scilicet senectutis *eqs.* (*cf.* AVG. civ. 7, 5 p. 281, 12 D. theologiam, eam -am scilicet naturalem. *v. et p. 346, 56*). CHIRON 323 obturatur ... *equi* gula et -a arteria faucium. VEG. mulom. 2, 17, 2 ne pupillam *equi* tangas ..., sed -um album (*subst.*) ... deprimis. 2, 87, 1 *equis* et labia et -a orificia intumescunt. GREG. TVR. Franc. 1, 10 p. 38, 28 de situ loci illius (*i. maris rubri*) vel -ius transitus. *nota magis fere i. q. proprie, nominatim*: VLP. dig. 40, 5, 30, 6 *si* is, qui fari non potest, ... non -e rogatus sit servum manumittere.

β *specialia quaedam:* (I) -e *accedit, ubi id praecipue significatur, quod praeter opinionem fit, mirum, absurdum est (hic illic in paradoxo, inopinato sim.):* TER. Eun. 770 perii, huic -ist (*v. app. cr.*) opus patrono, quem defensorem paro. PACVV. trag. 39 canis ... percussa lapide non tam illum adpetit, qui sese icit, quam illum eumpse (*v. p. 294, 36*) lapidem *eqs.* RHET. Her. 4, 6, 9 si Triptolemus ... -e ab aliis ... *semen* hominibus mutuaretur aut si Prometheus ... -e a vicinis ... carbunculos corrogaret, ridiculus videretur. CIC. dom. 87 eius in omni vita nihil est ad laudem inlustrius quam calamitas -a. Sest. 53 patriam ... propter -ius patriae caritatem *relinquere*. Att. 2, 1, 11 me, illum -um vindicem aeris alieni, aere ... circumforaneo obruerunt *villae*. Ov. am. 3, 4, 25 -a ... furem cura vocat. met. 10, 339. SEN. contr. 9, 1, 6 ut innocentia eius ... -a damnatione ostenderetur. SEN. Oed. 796 -a me pietas fugat. dial. 1, 3, 7 multa milia civium ... post fidem, immo per -am fidem trucidata (7, 7, 2 infelices quidam non sine voluptate, immo ob -am voluptatem sunt). LVCAN. 7, 105. QVINT. inst. 2, 10, 15 quin aliquando etiam argumenta ex -is positionum vitiis ducimus (decl. 269 p. 99, 1 -a vitia ... *tyranni*, -a scelera facient huic rei auctoritatem. TAC. hist. 1, 52, 2). TAC. Agr. 18, 6 -a dissimulatione famae famam auxit. PLIN. epist. 2, 12, 5 nihil est tam inaequale quam aequalitas -a (9, 5, 3). FLOR. epit. 3, 23, 4 ne volnera curatione -a rescinderentur. 4, 2, 27 obsessor ... -e quasi obsidebatur. 4, 2, 49. TERT. anim. 1, 2 -ā constantiā concussa est *anima*. CYPR. Demetr. 10 p. 357, 25 quasi ... per -a peccata placeatur. MOYS. Cypr. epist. 31, 3 p. 559, 16. 18 per -am mortem immortalitatem consequi, ... -is tormentis tormenta superasse (AMBR. exc. Sat. 2, 45 l. 7). AVG. civ. 21, 16 p. 520, 7 D. per -am prohibitionem desiderio crescente. INST. Iust. 4, 18, 9 si ... -i iudices ... publicas pecunias subtraxerunt.

(II) *pron.* -e *apponitur ad exemplum, quo iam memorata, dicta vel adhuc explicanda strictius probantur, praecipue illustrantur (saepius accedit* ut, sicut*)*: CIC. Mil. 79 fingite animis *eqs.*; si -e Cn. Pompeius ... potuisset ... quaestionem de morte P. Clodii ferre *eqs.* de orat. 2, 327 (*de brevitate locutionis apud Ter. Andr. 128*) hoc -um 'effertur, imus' concisum est ita, ut non brevitati servitum sit, sed ... venustati. Brut. 50 Lacedaemonium *oratorem* ... audivi fuisse neminem: Menelaum -um dulcem illum quidem tradit Homerus, sed pauca dicentem. 61 nec ... habeo quemquam antiquiorem, cuius quidem scripta proferenda putem, nisi quem Appi Caeci oratio haec (*i. antea memorata*) -a de Pyrrho et nonnullae mortuorum laudationes ... delectant. 92 quod peringeniosis hominibus ... plerumque contingit, ut -i Galbae. fin. 3, 5 ea verba, quibus ... utimur pro Latinis, ut -a philosophia, ut rhetorica, dialectica, grammatica *eqs.* (div. 1, 11). nat. deor. 1, 101 -i, qui inridentur, Aegyptii *eqs.* LIV. 21, 30, 8 *Alpes* pervias ... esse ...: eos -os, quos cernant, legatos non pinnis sublime elatos Alpes transgressos. 34, 58, 5. QVINT. inst. 5, 10, 58 sunt eiusdem rei plura propria ut -ius ignis lucere, calere. 5, 14, 34. 5, 14, 35 nisi forte existimamus Ciceronem haec (*i. verba sequentia*) -a male ⟨in⟩ argumentatione dixisse *eqs.* 8, 6, 69 *res* attollimus ... translatione ut -um illud 'volaret' (*ex versu antea laudato*). TAC. Germ. 42, 1 praecipua Marcomanorum gloria ... atque -a etiam (etiam -a *b E*) sedes ... virtute parta. PLIN. epist. 1, 22, 7 mirareris ..., qua patientia hanc -am (*om. γ*) valetudinem toleret. 4, 9, 5 factiosissimum quemque ut illum -um Theophanen. TERT. anim. 14, 3 ut et -i illi quinque notissimi sensus. 25, 8 ut in Socrate -o. coron. 7 l. 11 floribus ..., quorum usum natura signavit, ut -a haec laurea militaris. adv. Marc. 4, 10 p. 449, 1 sicut -um Marcionem. SERV. Aen. 1, 8 l. 9 in tres partes dividunt poetae carmen ...: proponunt, invocant, narrant. plerumque tamen duas res faciunt et -am propositionem miscent invocationi. *huc fortasse*: Ps. APVL. Ascl. 8 [a]ut -ius terrae cultus (*cf. Nock, app. cr. ad l.*).

(III) -e *ponitur in epexegesi (cf. et p. 345, 71), quae adnectitur per*: (A) atque: CIC. fam. 1, 2, 2 multi rogabantur atque id -um consulibus invitis (CELS. 7, 7, 4E melior ... autumnus est ... atque is -e medius). CELS. 3, 18, 3 alii *phrenetici* ... violenter quaedam manu faciunt; atque ex his -is alii nihil nisi impetu peccant, alii *eqs.* (B) et (*v. et vol. V 2, 875, 34 sq.*): Ov. fast. 3, 844 et hoc -um (*V*, signo *A*) littera prisca docet (CELS. 2, 7, 24 ubi ... subita ... loquacitas orta est et haec -a solito audacior. 6, 6, 10. SEN. dial. 10, 9, 3 de die tecum loquitur *poeta* et de hoc -o fugiente. MAECIAN. dig. 35, 2, 30, 4). LIV. 2, 55, 3 quattuor et viginti lictores ... et eos -os plebis homines (VAL. MAX. 2, 2, 1. CELS. 1, 3, 29 cibus ... et is -e *eqs.* [1, 3, 30]. SEN. dial. 10, 10, 6). LIV. 27, 40, 5 multa secunda in Italia ... gesta quassatam rem publicam excepisse; et -um intervallum loci ... spatium dedisse ad respirandum. CELS. 1, 3, 34 utilius est exiguum aliquid et -um siccum ... sine potione sumere. MELA 2, 52 Messenii Pyliique terras colunt et -a pelago Pylos adiacet. PLIN. nat. 16, 214 iuncturas (*i. fere compages vel rimas*), quas et -as esse modico *simulacro* admodum miror (SORAN. p. 78, 18 quod et -um [*Rose*, -ud *h*, -a *b*] aliquando ... fieri solet). VLP. dig. 48, 5, 4, 1 post sexaginta dies quattuor menses extraneis (*i. fere accusaturis*) dantur et -i utiles (*v. Heumann-Seckel s. v. 1*). APVL. met. 6, 22, 4 contra ... leges et -am Iuliam disciplinamque publicam. TERT. spect. 11 p. 14, 6 *stadium* utique templum est et -um eius idoli, cuius *eqs.* PRISCILL. can. 36 p. 125, 14 vinum ... pro sola infirmitate et -ud (*v. app. cr.*) modico uti. HIER. epist. 75, 3, 2 ut divitum domus et in -is feminas maxime adpeteret *haereticus*. (C) -que: CELS. 3, 22, 11 cibus esse debet ... acer ut alium, porrum idque -um ex aceto (ASCON. Mil. p. 34, 11 Pompeius ... in hortis manebat idque [-e *v. app. cr.*] -um in superioribus). PLIN. nat. 20, 24 raphanos prodest ⟨esse⟩ cum melle, semen eorum tostum -umque commanduca-

[Tietze]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

tum. Ⓓ neque: CELS. 4, 18, 3 aqua neque ea -a frigida, sed potius egelida danda est.

b *magis attributive, vi fere adiectiva: significat proprietatem alicuius vel rei vel hominis* (*aliter p. 339, 74*): *α c. respectu rationis aut propositi, usus, cui aliquis (aliquid) idoneus est: describitur aliquis ut aptus, conveniens sim.* (*cf. e. g. l. 11. 17. de rebus corporeis, membris corporis l. 13. 23*): PLAVT. Curc. 534 non ... mediocri incedo iratus iracundia, sed eapse illa, qua excidionem facere condidici oppidis (*sim.* 538 non ... te mediocri macto infortunio, sed eopse [eopso *trad.*] illo, quo mactare soleo quoi nil debeo). CIC. inv. 1, 5 expeditius animus unius cuiusque -am rationem ac viam artis considerare poterit (PLIN. nat. 18, 97). SEN. epist. 78, 23 cocorum ... -os cum opsoniis focos transferentium (*sic de rebus corporeis*: TERT. pudic. 5 p. 226, 7 post interdictam alienorum deorum superstitionem -orumque idolorum fabricationem. *de membris corporis v. l. 23*). TAC. ann. 15, 70, 1 *Lucanus* recordatus carmen ..., quo ... militem ... obisse tradiderat, versus -os rettulit. PEREGR. Aeth. 3, 6 lecto ... -o loco ... de libro Moysi (4, 3 [*bis*]. *saepius*. SERV. auct. Aen. 8, 677). 10, 7 ut ubicumque ad loca desiderata accedere volebamus, ... legeretur lectio -a de codice *eqs.* (11, 3. 15, 4). CHIRON 117 cum coeperit *equus* melior esse, ... mixtam escam porrigito, si dictaverit -um tempus (*Hippiatr. gr. I p. 2, 17 ὁ καιρός*). AVG. conf. 8, 8, 20 *motus facere* aliquando volunt homines et non valent, si aut -a membra non habeant aut ea ... quoquo modo impedita sint (*de rebus corporeis v. l. 13*).

β c. respectu aliorum, a quibus aliquis (aliquid) proprietate differt (*describitur aliquis ut peculiaris, singularis sim.; respondet* quidam *l. 31, opp.* communis *l. 45*): CIC. Q. Rosc. 11 ei rei -a verba formulae testimonio sunt (GAIVS inst. 4, 150 -is verbis interdictorum significatur. S. C. de sumpt. lud. glad. [CIL II 6278] 28 MARCIAN. dig. 48, 16, 1, 4. *al.; aliter v. p. 340, 54*). rep. 2, 6 terra ... adventus hostium ... et quasi fragore quodam et sonitu -o ante denuntiat (PAVL. FEST. p. 30 bombizatio est sonus apium ab -o sonitu dictus. *sim. ibid.* a sono -o vocis). LVCR. 6, 350 cum corpora fulminis -a corporibus rerum inciderunt. VERG. georg. 4, 295 exiguus ... atque -os contractus in usus ... locus. LIV. 34, 6, 5 quas tempora aliqua desiderarunt leges, mortales ... et temporibus -is mutabiles esse video. SEN. Oed. 797 tangis en -os metus (*sc. qui me vexant*). nat. 2, 52, 2 quid quaeque vis fecerit, -o genere iniuriae intelleges (PLIN. nat. 2, 198 magna differentia est et in -o genere motus *terrae*, pluribus siquidem modis quatitur. TAC. hist. 1, 90, 2 PLIN. epist. 1, 8, 5). STAT. silv. 2 praef.[in.] et familiaritas nostra ... et -a opusculorum *meorum* ... condicio sic posita est, ut *eqs.* QVINT. inst. 2, 10, 1 pauca ... de -a declamandi ratione dicenda sunt. 9, 3, 4 sunt quaedam figurae ita receptae, ut ... iam hoc -um nomen effugerint (10, 1, 8). 11, 1, 12 secundum communem potius loquendi consuetudinem quam -am veritatis regulam (*sic opp.*: 12, 1, 19). GAIVS dig. 45, 1, 74 'certum' est, quod ex -a pronuntiatione *stipulationis* apparet, quid quale quantumque sit *eqs.* VLP. dig. 12, 2, 3 pr. eum 'cum quo agetur' accipere debemus -um reum. APVL. met. 11, 12, 1 ad -um praescriptum divinae promissionis. MIN. FEL. 4, 4 ut -ius sectae homo cum eo disputem *eqs.* TERT. apol. 21, 2 neque de -o signaculo corporis (*i. circumcisione*) ... cum Iudaeis agimus. resurr. 29 p. 66, 11 scripturae ... resurrectionem carnis, quamquam sine nominatione -ius substantiae, subradiant. LAMPR. Comm. 18, 2 -as acclamationes senatus ... indidi *operi meo*. COD. Theod. 11, 16, 18 munerum enumeratio sordidorum vocabulis -is signata. ORIG. in Matth. 16, 3 p. 466, 32 illic dictum est occidendum salvatorem, hic autem et species -a occisionis est scripta (*gr. καὶ τὸ εἶδος τῆς ἀναιρέσεως*). BENED. reg. 14, 2 lectiones ad -um diem pertinentes dicantur.

2 *accedit ad adverb. temporis*: CIC. fin. 2, 65 tum (*v. app. cr.*) -um, cum vigiliis ... cruciaretur, ... *Regulum* beatiorem fuisse ([*cf. Madvig ad l.*]. div. 1, 118 tum -um cum immolare velis. *paulo aliter fortasse*: off. 2, 60 ratio ... largitionum genere vitiosa est, temporibus necessaria et tum [cum *P*] -um [-a *p*] et ad facultates accommodanda et mediocritate moderanda est). Att. 8, 9, 2 si ... vos ... *Caesari obviam iistis* quid nunc -um de se recipienti, quid (*v. app. cr.*) agenti ...? (10, 4, 10 quin nunc -um minime offendisses eius causam, si *eqs.* 12, 16 nunc tamen -um sine te esse non possum. 12, 40, 2. *paulo aliter fortasse*: 7, 3, 2 quin nunc -um non dubitabo rem ... abicere, si id erit rectius).

I ***stirps praes.***: *sive c. vi incohativa i. q.* ***ira exardescere*** (*syn.* excandescere: SEN. dial. 10, 12, 3. *al. v. et p. 373, 74*), *sive laxius c. vi q. d. durativa i. q.* ***ira ardere*** (*syn.* indignari: OV. met. 14, 41. *al. v. et p. 373, 31*; stomachari: CIC. Brut. 326. *al.*; suscensere: CIC. Att. 6, 1, 2. *al. v. et p. 373, 7. 38. 48*), *qui sensus non differt ab stirpe perf. (p. 374, 5), adeo ut invicem in eodem contextu ponantur* -or *et* -tus (sum), *e. g. p. 373, 12. 16. 17. 18.* *nota* -i incipere *sim.*: *v. p. 373, 27. cf.* SEN. contr. 10, 3, 1 coepit (SEN. dial. 5, 37, 4. *al. v. etiam p. 373, 2*). *praeteritum tempus exprimitur per imperf. saepe (perf. et plqpf. v. p. 375, 59 sqq.)*:

A *-untur animantes*: **1** *in universum*: **a** *nude vel c. adv.*: **α** *usu vario*: PLAVT. Asin. 472 non vides *eum* -i? Capt. 840 noli -ier (845. POMPON. Atell. 30 noli ... -ere [*v. supra l. 27*]). Curc. 186. 608 Stich. 27. TER. Eun. 618 continuo (*al.*). Ad. 136 rursum ... -ere? (*i.* -eris). LVCIL. 658 scimus capital esse -ier. CIC. Mur. 62

[*Stiewe*]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

-tus dixisti: 'numquam' inquit *Stoicus* 'sapiens -itur' (63 de orat. 3, 65 Tusc. 3, 19. SEN. dial. 4, 9, 1 numquam -i desinet ..., si semel coeperit. *al.*). de orat. 2, 196 hoc vos doceo, ... ut in dicendo -i, ut dolere ... possitis (*de ira oratoris* [*cf. p. 364, 39. 369, 42*]: orat. 138. Tusc. 4, 55 -i minime decet, simulare non dedecet. *al. cf. p. 374, 65*). Brut. 188 orat. 131. top. 62 qui facile et cito -itur (*al.*). ac. 2, 146 desinerent -i (*seq.* suscenserent). nat. deor. 3, 91 -tus aliqui, quem omnino -i posse negatis *Stoici*, deus (off. 3, 102. *al.*). Att. 6, 1, 12 furenter. *al.* HOR. epist. 1, 20, 25 -i celerem, tamen ut placabilis essem. OV. met. 7, 545 non aper *languens* -i meminit (*ad l. v.* SEN. dial. 3, 3, 5 *Ovidius* -i dicit incitari, inpingi: -i quidem non magis sciunt *ferae* quam ignoscere). *al.* SEN. contr. 1, 7, 14 -tus fui hodieque -or (pascor, paciscor *trad.*). SEN. epist. 114, 3 si furit aut, quod furori simile est, -itur *animus. et passim.* β *part. praes.* -ens *pro subst.*: SEN. contr. 1, 17, 14 epistolas -entis esse, non promittentis. SEN. dial. 3, 1, 3 ut furentium ..., ita -entium eadem signa sunt. 3, 20, 5 (*antea* 3, 20, 4 -tis). *al.* PETRON. 139, 5 rabies -entis (*antea*: -tissimum esse). SERV. Aen. 1, 140 -entum ([*inde* SCHOL. Ter. p. 54, 20 -torum]. 5, 173 nimis. 12, 104). *saepius.*

b *accedunt*: α *casus*: ① *dat. incommodi* (*passim etiam c. aliis additamentis infra memorandis. pro dat. intercedit enunt. rel. l. 23*): PLAVT. Amph. 522 non te mi -i decet. Aul. 699 me illi -i iniurium est. Truc. 769 de nihilo nihil est -i *ei*, quae te non flocci facit. Men. 271. TER. Andr. 394 ut ... tibi iure -i non queat *pater*. CIC. Mil. 42 improbitati ... candidatorum. Phil. 8, 16 -i amicis non temere soleo. off. 1, 88 graviter inimicis (CAES. civ. 1, 8, 3. *al.*). Att. 4, 1, 8 incipiunt praesentibus occulte -i. *saepe.* CATVLL. 54, 6 meis iambis. *al. et passim. sic dat. potius quam abl. (v. l. 43) etiam* LIV. 2, 55, 2 -i plebs tribunorum magis silentio quam consulum imperio. SEN. dial. 2, 16, 4 iocis temperatis delectamur, inmodicis -imur (*antea* indignamur). ② *acc. obi. interni* (*sc. pron. vel n. adi.; falso acc. nominis trad. e. g.* PORPH. Hor. carm. 3, 14, 25 contumelias): CATO orig. 95g idne -imini, si quis *eqs.* CIC. Sull. 48 neque ..., quid mihi -are, intellegere possum *eqs.* (Tusc. 2, 28 CAECIN. Cic. fam. 6, 7, 2. *al.*). Att. 15, 17, 1 Arabioni de Sittio nihil -or (*al.*). SEN. contr. exc. 5, 4, 2 ⟨si⟩ hoc (huic *Müller*) leviter -or. SEN. benef. 5, 17, 3 non est, quod -aris (QVINT. inst. 8, 5, 23 habes, quod faucibus tuis -aris. AVR. Fronto p. 55, 15 v. d. H. [p. 60 N.] -or atque suscenseo. *al.*). dial. 4, 9, 4 si tantum -i vis sapientem, quantum scelerum indignitas exigit, non -endum illi, sed insaniendum est. STAT. silv. 4, 8, 33 -or ..., quantum -untur amantes. DON. Ter. Ad. 755 de vitio multum -entis (*al.*). PAP. Corp. 40, 32 (*s. IV*) inaequa -i (*Babr. 11, 10* ἄμετρα θυμοῦσθαι). *al.*
③ *abl. causae*: SVLP. SEV. dial. 1, 12, 4 graviter -rer discessione fugitivi. CASSIOD. Ios. antiq. 4, 11 inopia ... et aerumnis -bantur et adversus alterutros et contra ducem (*gr.* ἐξηγανάκτουν). *al.*

β *praepp.* (*v. et l. 35*): PLAVT. Amph. 540 noli ... -i Sosiae causa mea (*al.*). Merc. 37 vos mi -i ob multiloquium non decet (*al.*). CIC. Q. Rosc. 40 ex perfidia ... di ... hominibus -i et suscensere consuerunt (*al.*). SEN. contr. 1, 5, 3 propter hoc (*al.*). exc. 8, 4, 2 huic -eris, pro quo -eris? (*al. aliter* SEN. dial. 4, 6, 4 pro facto cuiusque. PLIN. epist. 6, 8, 9 pro mea *contumelia*, hoc est gravius. *al.*). ITALA psalm. 79, 5 (Aug. in psalm. p. 1022fin.) deus ..., usquequo -eris in orationem servi tui? ([VVLG. super orationem]. *al.* in *c. abl.*: IREN. 1, 30, 13 in quibus -entes principes. *v. et p. 376, 15*). 123, 3 (Hil. in psalm. 123, 5 p. 593, 3) cum -retur animus eorum (*i. hostium*) adversus nos (*al.*). Is. 57, 6 (Hier. in Is. p. 550C) super his ... non -ar? (*Vulg.* indignabor. *al. c. acc.*: Os. 11, 7 [Hier. in Os. p. 918A] deus super pretiosa eius -etur [ϑυμωθήσεται, *Vulg. aliter*]. *al.*). DON. Ter. Andr. 607 contra quem -eris (SERV. Aen. 2, 592. *al.*). AVG. serm. dub. 392, 4, 4 p. 1711med. quid ad me -imini? (*al. v. et p. 376, 20*). *nota graecismum*: VERG. georg. 3, 232 *taurus* -i in cornua discit arboris obnixus trunco. Aen. 12, 104. *cf. Eur. Bacch. 743* εἰς κέρας θυμούμενοι.

γ *structurae per inf.*: *acc. c. inf.*: SEN. dial. 4, 21, 11 non -etur aliquem sibi comparari. QVINT. decl. 253 p. 36, 6 rei p. nomine -or neminem extitisse ..., qui *eqs.* TERT. nat. 2, 7, 7. *al.* *inf. solus: v. p. 374, 4.* *inf. finalis* (*per graecismum*): VVLG. III Esdr. 8, 89 nonne -eris nobis perdere nos?

δ *enuntiatum*: CIC. Mil. 33 qua re ..., quoniam in meo inimico crudelitatem exprompsisti tuam, ... -i ... non debeo (PROP. 3, 23, 12. *al.*). fam. 7, 13, 1 ut tibi -rer, quod parum mihi constans ... viderere (*al.*). *al.*

2 *sensu coartato, fere i. q. per iram dicere*: HOR. epist. 1, 8, 9 quia ... offendar medicis, -ar amicis, cur me ... properent arcere veterno (*al.*). SEN. apocol. 6, 2 excandescit ... Claudius et quanto potest murmure -itur; quid diceret, nemo intellegebat. clem. 1, 9, 5 *Augustus* maiore ... voce sibi quam Cinnae -batur: 'quid vivis *eqs.*?' QVINT. inst. 9, 3, 102 quis ferat *oratorem* contrapositis et pariter cadentibus et consimilibus -entem? decl. 260 p. 63, 10 qui nobis tamquam pater -itur: 'patrimonium consumis.' 286 p. 151, 15. *al.*

B *-untur res* (*saepe per* προσωποποιίαν): PVBLIL. I 19 invidia tacite (tacita *l. v.*), sed inimice -itur (*cf.* PHAEDR. app. epil. 3). SEN. contr. 2, 3, 3 *lex* (9, 3, 9 SEN. dial. 3, 16, 6. *saepius*). SEN. clem. 2, 4, 2 *crudelitas.* dial. 3, 9, 1 *virtus* non -itur, sed exsurgit *eqs.* (4, 6, 2). 3, 19, 1 iracundia ... non vult regi, -itur veritati ipsi. 4, 6, 2 *ira* peior his delictis, quibus -itur. 4, 31, 8 *poena* non ... -itur, sed cavet. PETRON. 104, 5 pelago ventus -itur. BVC. Eins. 2, 36 ratibus ... unda. PLIN. nat. 2, 154 *terra* homini. 9, 127 color ... -enti similis mari. PORPH. Hor. epist. 1, 15, 5 propter quam rem gemit et -itur per invidiam vicus deseri. *al. et saepe.*

II **stirps perf.**: A *c. vi perf. praesentis q. d., i. q.* **irae plenum esse.** **-tus** *saepe vi* **adi.**, *fere i. q. stomachans, indignans (exempla selecta; inde a* PLAVTO *quaedam omittere cogimur).*

formae comparationis: *comparativus* -tior: CIC. Sest. 71 Marcell. 15 Phil. 3, 4. 10, 15 Tusc. 4, 78 Att. 15, 6, 1 fam. 4, 13, 5. 6, 13, 3. 7, 24, 2 SEN. dial. 4, 16, 2. *al. cf.* magis -tus: LIV. 3, 2, 5. *v. et l. 26.* *superl.* -tissimus: PLAVT. *v. l. 27.* CIC. Phil. 8, 19 SEN. epist. 104, 32 PETRON. 139, 5. *al. cf.* maxime -tus: CIC. Sest. 41. *al.*

designantur tempora: *praes.*: -tus sum. *fut.*: -tus ero. *nota*: -tus fuas *p. 375, 23*. -tum fore: CIC. Lig. 29 Att. 1, 1, 2. *al.* *praeteritum*: -tus eram *saepe.* -tus fui *inde a* PLAVTO, CIC. -tus fuerim: CIC. Sest. 71. *al.* -tum fuisse *inde a* TER., CIC. -tus fueram: CIC. Phil. 8, 19. *al.* -tus fuissem: CIC. Pis. 81 Scaur. frg. 10. *al.* -tus fuero: ITALA Matth. 5, 22 (Op. imperf. in Matth. 11 p. 689fin.) si quis -tus fuerit fratri suo (VVLG. -itur). VVLG. I reg. 20, 7. *al.*

1 *-ta sunt animantia* (*partes corporis l. 44 [bis]. 45 [bis]. 46. 50*): a *generaliter*: α *nude*: ① *usu vario*: PLAVT. Amph. 988 *servus in comoediis* nuntiat ... -ti adventum senis (Bacch. 772 -tus est. TER. Haut. 37. Phorm. 316 oppido. 477 admodum. *al. cf.* HOR. ars 94 Chremes). Epid. 673 Volcani -tist filius. Mil. 314 quis magis dis inimicis natus quam tu atque -t⟨is⟩? ([*v. vol. V 1, 893, 83 sq. cf.* PERS. 4, 27]. Persa 666. Poen. 452 dis meis -tissumis. TER. Phorm. 74 SALL. Catil. 52, 29. *saepe. v. et p. 373, 7 sq.*). 577. Persa 431 omitte -tus esse. Poen. 334 an -ta est *Venus*? propitia hercle est. Pseud. 476. 1084 haud -tus fui. *al.* TER. Andr. 137. Hec. 568 hoc ... tam animo -to tulit ([*A*, iracundo *cett.*]. ACC. trag. 623. CIC. Verr. II 3, 157 tam -to a. ac litteris. Att. 2, 13, 2. *al. cf.* APVL. Plat. 2, 15 illam ... -tiorem animam [*i.* τὸ θυμοειδές]. *al.*). Haut. 820 iam non sum -tus. *al.* CATO or. frg. 32, 1 ubi -ta facta est *mulier.* LVCIL. 156. AFRAN. com. 249 -tus (*v. p. 372, 64*) essem, ad quo liceret. VARRO Men. 177 neque -to mihi habenas dedi (*cf. p. 363, 41*). CIC. Font. 21 *testibus.* Cluent. 75 *iudices* (*al.* SEN. Tro. 922. *al.*). Phil. 4, 11 *hostis* (LIV. 24, 26, 11. *al.*). rep. 1, 59 (*Archytas*) necassem *te* ... verberibus, nisi -tus essem (*v. et vol. II 455, 44 sq.*). Tusc. 4, 55 num aut egisse umquam -tum Aesopum aut scripsisse existimas -tum Accium? (*cf. l. 66*). off. 3, 102 num -tum timemus Iovem *sc. in iure iurando*? (*al.* VERG. [?] catal. 13, 38 *al. cf. e. g. l. 51*). *al.* LVCR. 5, 1035 *vitulus cornibus* -tus petit atque infestus inurget. HOR. sat. 2, 8, 5 quae ... -tum ventrem placaverit esca. ars 106 voltum (*al.*). *al.* TIB. 1, 8, 20 anguis. *al.* PROP. 3, 24, 30 -tā ianua fracta manu (*al.*). 4, 8, 57 ungues. OV. am. 2, 8, 15 ocellos (*cf.* PLIN. nat. 7, 16. PHYSIOGN. 11 p. 18, 8 interest inter oculos furiosos et prope furiosos vel -tos). medic. 83 numina (*al.*). *al.* LIV. 34, 7, 14 plebs (*al.*). *al.* SEN. Herc. O. 1542 superi. Oed. 150 leonis (*al.*). dial. 7, 5, 3 -ta et infestante fortuna (*al.*). epist. 58, 6 auribus (*opp.* propitiis). *al. et passim.* *nota imprecationes* (*v. et l. 82. p. 375, 57*): LIV. 2, 45, 14 si fallat, Iovem patrem Gradivumque Martem aliosque -tos invocat deos. 40, 10, 2 habeat ... -tos paternos deos (SEN. epist. 110, 2. PETRON. 25, 4 Iunonem meam [*v. p. 372, 63*]. 62, 14 genios vestros. CIL IV 538, 2 Venere(m). 7716, 3 Iove(m). 8368 -tum [*sc. Iovem?*]. VI 13740, 8 deos superos et inferos. X 2289, 8 *manes.* 2487, 4 umbras. *al. cf. p. 372, 21 sq. 375, 57*).

② *p. p. pro subst.*: *masc.*: ENN. scaen. 106 neque -ti neque blandi quicquam sincere sonunt. CIC. inv. 1, 21. Tusc. 3, 19 proprium est ... -ti cupere, a quo laesus videatur, ei quam maxumum dolorem inurere (*cf. p. 362, 43. 368, 6*). 4, 43 *Peripatetici* dicunt multo ... in hostem ... vehementiores -torum impetus esse. 4, 77 -tos proprie dicimus exisse de potestate, id est de consilio, de ratione, de mente. *al.* PVBLIL. E 11 telum non dare -to (SEN. dial. 3, 19, 8 male -to ferrum committitur. *cf. Otto, Sprichw. p. 154*). *al.* SEN. dial. 4, 17, 1 'orator ... -tus aliquando melior est', immo imitatus -tum; nam et histriones in pronuntiando non -ti populum movent, sed -tum bene agentes (*cf. l. 40. p. 373, 5*). *et saepe.* *fem.*: LVCIL. 287 ⟨i⟩rat⟨a⟩e (*sc. ferae, cuius nomen addit pars edd.*) ad catulos accedere inultum. TIB. 2, 1, 74 dicere ... limen ad -tae verba pudenda. PROP. 3, 8, 28 semper in -ta (-tam *l. v.*) pallidus esse velim. OV. epist. 19, 72 ars 2, 489. SEN. Med. 444 precibus -tam aggredi. *al.*

β *accedunt*: ① *casus*: Ⓐ *dat. incommodi* (*passim etiam c. aliis additamentis infra memorandis*): PLAVT. Amph. 1022 tibi Iuppiter dique omnes -ti certo sunt, qui *eqs.* (CIC. fam. 7, 12, 2 HOR. sat. 1, 1, 21. *al. v. et l. 83 p. 375, 1*). Bacch. 629 immerito tibi -tus fui. Cist. 652 (*opp.* tranquillum). Curc. 557 *deos* ei non esse -tos ([*opp.* propitii. *sic* CIC. Pis. 59. *al.*]. Poen. 465 Rud. 1146. TER. Andr. 664 mihi ... fuisse -tos. AFRAN. com. 45. *saepe*). Most. 1163 neque ⟨iam⟩ illi sum -tus neque quicquam suscenseo. Poen. 645 Trin. 47 Truc. 46. 545 vehementer (*al.*). *al.* TER. Hec. 623 tibi ... sum -tus ... graviter quidem (*al.*). LVCIL. 929 si -ti seu cui propitii sunt *boni viri.* *et passim.* *nota imprecationes* (*cf. supra l. 51*): PLAVT. Amph. 392 quid si falles?:: tum Mercurius Sosiae -tus siet (934 te, ... Iuppiter, quaeso, Amphitruoni ut semper -tus sies. CIC. nat. deor. 3, 50 mihi

[Stiewe]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

Alabandus, tibi Hercules. PETRON. 58, 2 curabo, iam tibi Iovis -tus sit [58, 7 Athana]. TERT. idol. 21 p. 55, 8. *al.*). CIC. Att. 4, 7, 1 de Apollonio quod scribis, qui illi di -ti! ([*v. app. cr.*]. *sim. per ellipsin verbi* CE 199, 1 illi deos -tos, . . . si quis *eqs. v. et l. 57*). Ov. ars 3, 376 invocat -tos . . . sibi quisque deos (*cf. p. 255, 66*). LIV. 5, 11, 16 quibus -tos quisque deos precatus sit (SEN. dial. 4, 30, 2. *cf.* PLIN. epist. 4, 25, 2 senatus . . . ei, qui scripsisset, -tum principem est comprecatus). CIL XIV 1872, 3 quicumque violaverit . . ., sentiat -tos semper sibi (deos *add. pars apographorum*).

Ⓑ *acc. obi. interni* (*adverbialis e. g. l. 12*): SEN. epist. 78, 18 non desiit ridere, cum hoc (ob h. *l. v.*) ipsum -ti tortores omnia instrumenta . . . experirentur. APVL. met. 5, 28, 6 (4) Venus -ta solidum. HERM. Pal. mand. 10, 2, 3 iracundus cum aliquid graviter -tus . . . ab ira recesserit (*gr. aliter*). GRILL. rhet. p. 87, 20 M. non ita multum. *al. v. etiam l. 23.*

Ⓒ *abl. causae*: CIC. Flacc. 54 civitas erat ei Castriciano nomine -ta . . .; invita solverat Castricio pecuniam . . . debitam. PLIN. nat. 8, 50 *leo* cooritur . . . tamquam *venatorum* amentia (amentiae *Ghelen, v. app. cr.*) -tus. TAC. hist. 1, 8, 2 exercitus . . . solliciti et -ti superbia recentis victoriae et metu[s]. *al.*

Ⓓ *praepp.*: PLAVT. Bacch. 684 ob eam rem (TER. Hec. 780 Haut. 990. *al.*). Capt. 431 horunc verborum causa cave tu mi -tus fuas (*al.*). Merc. 954 propter istanc (Pseud. 1329 numquid -tus es . . . mihi? *al.*). CIC. Flacc. 11 quam -tus de iudicio et de vilico (*al.*). Brut. 103 *Gracchus* ex invidia . . . bonis -tus (Q. CIC. pet. 14 tibi . . . ex iis causis. NEP. Cato 2, 2. *al.*). TERT. orat. 11 -tus in fratrem (*al.*). ITALA gen. 40, 2 (cod. 101) -tus factus est Farao super duos spadones, in eum qui *eqs.* (VVLG. -tus . . . contra eos. *al.*). num. 31, 14 (Lugd.) adversus (*al.* PANEG. 3, 14, 5. *al.*). VVLG. num. 12, 9 contra (*al. v. et p. 376, 17*). ad: *v. p. 370, 16 sq.*

Ⓔ *enuntiatum*: PLAVT. Aul. 377 abeo -tus illinc, quoniam nihil est qui emam (Poen. 456. *al.*). Capt. 715 cur . . . -tus mihi es?: quia illi fuisti . . . fidelior (Cist. 101 Merc. 923 TVRPIL. com. 35. *al.*). CIC. Flacc. 10 quod . . . libertus erat . . . condemnatus (*saepe*). ITALA deut. 9, 8 (Lugd.) -tus fuit . . . deus vobis, ut extirparet vos ([ἐθυμώθη . . . ἐφ' ὑμῖν ἐξολεθρεῦσαι ὑμᾶς, VVLG. *aliter*]. *al. v. et l. 66*). *al.*

b *iuncturae verbales notabiliores*: **α** *aliquem* -tum habere (*inde a* CIC.): *v. vol. VI 3, 2424, 56 sq. 67; Thielmann, ALL 2, 1885, 384. v. et supra p. 374, 52 sqq. al.* **β** *aliquem* -tum facere *sim.*: efficere: CIC. part. 14 LIV. 40, 13, 6. facere: CIC. de orat. 1, 220 -tum adversario iudicem facere. Ov. trist. 2, 374 TERT. adv. Marc. 1, 23 p. 322, 28. *al.* -tus factus sum: CATO *v. p. 374, 34.* CIC. Tusc. 4, 78 PROP. 2, 22, 39. ITALA I reg. 20, 30 (Lucif. Athan. 1, 13 p. 89, 19) factus est -tus . . . Saul valde (ἐθυμώθη ὀργῇ, VVLG. *aliter*). *al. v. et l. 27. 65. p. 370, 16. 376, 18.* reddere: CIC. Cluent. 71 *iudices* destitutione -tos Oppianico. NEP. Ages. 2, 5. *al.*

2 *-tae sunt res* (*saepe per* προσωποποιίαν): CIC. Brut. 158 vehemens et interdum -ta et plena . . . doloris oratio. orat. 64 oratio philosophorum . . . nihil -tum habet, nihil invidum. HOR. epod. 2, 6 -tum mare (SEN. epist. 53, 4 Vlixem non fuisse tam -to mari natum [*cf. p. 374, 26*]. *saepe*). sat. 2, 6, 30 inprobus urget -tis precibus. carm. 3, 21, 19 -tos . . . regum apices. PROP. 4, 6, 28 notos. 4, 9, 62 nec tulit -tam ianua clausa sitim *Herculis*. SEN. contr. 4 praef. 3 asperum et nimis -tum ingenio suo iudicium *Pollionis*. PHAEDR. 3, 2, 14 -to impetu (*al.*). SEN. Herc. O. 452 -tus amor. dial. 2, 8, 3 leges (*al.*). 4, 6, 1 virtus (*al.*). MART. 3, 24, 9 -tis . . . sacris (CIL VI 21129, 7 si quis ossa *mortui* . . . preiecerit . . ., habebit sacra Isidis illius quieta -ta). 4, 43, 5 sq. -tam mihi Pontiae lagonam *eqs.* (*cf. l. 3 sq.*). *et passim. v. et p. 374, 32.*

B *c. vi perf. historici fere i. q.* **suscensuisse** (*usus posterioris latinitatis derivatus a verbi -endi sensu durativo q. d.* [*v. p. 372, 72*]. *nota plqpf. e. g. l. 82.* GLOSS. *v. p. 372, 52*): **1** *in sermone bibl. et eccl.* (*saepe in* ITALA *pro tempore aoristo gr., inde transiit in* VVLG.): ITALA gen. 31, 36 (Lugd.) -tus est . . . Iacob et litigabat ad Laban (*Vulg.* tumens . . . ait). num. 22, 27 (Aug. quaest. hept. 4, 50 p. 358, 22) -tus est Balaam et percutiebat (ἐθυμώθη, *cf.* Lugd. -tus factus est, VVLG. -tus . . . caedebat). deut. 9, 19 (Lugd.) -tus est dominus vobis, ut extirpet vos (παρωξύνθη, *Vulg.* concitatus). 9, 20 (Lugd.) in Aron (ἐθυμώθη, VVLG. -tus). II par. 26, 19 (Lucif. non parc. 6 p. 220, 22). II Macc. 5, 17 (rec. B) Antiochus non intellexit, quia . . . modicum -tus est *deus* (ἀπώργισται, VVLG. fuerat -tus). Luc. 15, 28 (cod. a). *al.* TERT. patient. 3 p. 4, 3 *Christus* non publicanos aspernatus est, non . . . civitati . . . -tus est. 5 p. 8, 16 si *Cain* -tus fratri suo non est, si neminem . . . interemit (VVLG. gen. 4, 5). OPTAT. 3, 3 p. 74, 15 cur . . . insanivit, cur -tus est *Donatus*? 7, 1 p. 161, 10 ne cui videatur Moyses habuisse meritum . . . et ideo deum non -tum esse. *ibid.* p. 162, 10. 19. *al.* MAXIMIN. c. Ambr. 69 qui debuerunt ir⟨as⟩ci, non sunt -ti. HIER. psalt. sec. Hebr. 89, 39 -tus es adversum christum tuum. *al.* VVLG. gen. 34, 7. 39, 19. *al.* AVG. in psalm. 98, 2 p. 1258[fin.] *al.*

2 *in serm. profano*: CAPITOL. Max. Balb. 6, 3 rogatus . . . ignovit *Maximus* nec -tus est, nisi ubi eum -i decuit. GALLICAN. Avid. 7, 5 nec . . . Antoninus graviter est -tus rebellione cognita nec . . . saevit. 9, 1 *Antoninus* ignovit, cum primo Antiochensibus graviter -tus esset hisque spectacula sustulisset. VOPISC. Aurelian. 28, 1 acceptis litteris Aurelianus non erubuit, sed -tus est (CLAVD. DON. Aen. 5, 450 p. 474, 26). CLAVD. DON. Aen. 1, 45 p. 23, 3 Graeci . . . cum Aiace, mox ut Minerva -ta est, uno ictu perierunt. 10, 740 p. 384, 20 Mezentius cum haec exaudisset, -tus est . . . et subrisit. *huc fort. etiam pertinent* (*sed nota praes. q. d. historicum in contextu*): SERV. auct. Aen. 8, 138 *Mercurius* cum . . . vidisset, . . . docuit; hoc seni iuvenes . . . nuntiant; ille -tus est potius filiis, quod non . . . Mercurium insequerentur (*seq.* amputaverunt). HIST. Apoll. rec. *A* 35 hoc audito -tus est leno eo, quod *puella* virginitatem . . . servaret (servasset *P*), et vocat *eqs.* (*seq.* ait, duxit).

appendix: *nota figuras* (*etym. v. p. 367, 31. 370, 15. 373, 84 sq.*): **1** *per abl.* (*in c. abl. sim.*): animatione: ITALA num. 22, 22 (Aug. quaest. hept. 4, 48 p. 356, 7) -tus est a. deus, quia *eqs.* (ὠργίσθη θυμῷ, VVLG. -tus est). animo: ITALA exod. 22, 24 (Wirc.) -ar a. (ὀργισθήσομαι θυμῷ, *Vulg.* indignabitur furor meus). 32, 19 (Lugd.). furia: ITALA deut. 11, 17 (Lugd.) in vobis. furore (in f.): ITALA num. 25, 3 (Rufin. Orig. in num. 20, 1 p. 185, 20) -tus est f. dominus contra Istrahel (ὠργίσθη θυμῷ, VVLG. -tus . . . ait). 32, 10 (Lugd.) in f. (32, 13 [Lugd.] -tus in f. . . . factus *est.* deut. 6, 15 [Lugd.] ne in f. -atur [*gr. et Vulg. v. l. 32*]. *al.*). deut. 7, 4 (Lugd.) magno f. -etur dominus ad vos. *al.* indignatione (cum i.): ITALA deut. 7, 4 (Aug. loc. hept. 5, 23 p. 604, 11) -etur i. dominus in vos. VVLG. II reg. 12, 5 -tus . . . i. David adversus hominem illum nimis. PHILIPP. in Iob 39 p. 778[B] *equus* sibi . . . plurimum cum i. -ens. *al.* zelo: FILASTR. 13, 2. **2** *subi. est*: animus: ITALA psalm. 123, 3 (Hil. in psalm. 123, 5 p. 593, 3) cum -retur a. eorum adversus nos (ἐν τῷ ὀργισθῆναι τὸν θυμόν, VVLG. furor eorum in nos). furor: ITALA II reg. 6, 7 (Hier. adv. Pelag. 1, 38 p. 532[D]) -tus est furor domini in Ozam (ἐθυμώθη ὀργῇ κύριος, VVLG. -tus . . . est indignatione dominus). *saepe.* indignatio: ITALA iud. 6, 39 (Aug. quaest. hept. 7, 49 p. 488, 8) non -atur i. tua in me (ὀργισθήτω ὁ θυμός, VVLG. furor . . . contra me). *al.* **3** *per part.*: ITALA deut. 6, 15 (Tert. scorp. 2 p. 148, 2) ne -tus indignetur *deus* (ὀργισθεὶς θυμωθῇ, VVLG. -atur furor . . . dei). Ps. AMBR. paenit. 25 p. 999[A] indignatus -itur.

īrātus, -a, -um *pro adi v. p. 374, 6; pro subst. p. 374, 57.*

adv. **īrātē.** *compar.*: *l. 38.* *i. q. modo irati hominis* (*de numine l. 40, canibus l. 38*), *cum ira*: PHAEDR. 4, 25 (26), 14 ut ⌊ne -e⌋ (⌊⌋ *P*, sine ira *NV*) te dimissum *esse* sentiant. COLVM. 7, 12, 5 ut nonnumquam etiam conservos -ius (*v. app. crit.*) intuantur *canes*, semper excandescant in exteros (QVINT. decl. 323 p. 270, 11 ne aspere, ne -e . . . intueri velit *numen*). QVINT. decl. 294 p. 166, 24 paene -e dicit hic accusator. PANEG. 2, 36, 3 *manum hostium* non superbe ut victam, non -e ut ream . . . praeteristi (*opp.* blande liberaliterque). SCHOL. Cic. Gron. D p. 300, 30 *Cicero* laborat, ne ostendat *Deiotarum* -e (iratum C^2) parte multatum *esse* regni.

deriv.: iracundus, irascentia, irascibilis, irascitivus. *compos.*: obirascor, subirascor; obiratus, periratus, subiratus.

1. īrātus, -a, -um *v. p. 374, 6.*

? **2. īrātus,** (-a, -um). GLOSS. II 327, 41 θεοχόλωτος dei (deo *Goetz*) -tus (*ab* dei ira *formatum, i. q. ira dei oneratus* [*cf. DuCange*], *an potius* dei ira ⟨na⟩tus? [*sic Heraeus in schedis, cf. Paul. Fest. p. 69, 12* dirus dei ira natus *et* GLOSS.[L] *II Philox.* DI *141* dirus: θεοχόλωτος, δεινός]. *nisi forte* deiratus *pro compos., gr. illi* θεοχόλωτος *littera tenus respondens*). *Stiewe.*

irc- *v. et s.* hirc-.

[*?* **ircuit** ἔκαμψεν, ἔκυψεν GLOSS.[L] II Philox. IR 20. ⟨c⟩i- (*i.* circuit) *Svennung in plagulis.*]

irelisirica *v. p. 380, 57.*

[VINDIC. epit. alt. 34 p. 481, 16 dicuntur lepiotes (*i. lepidoides*) duo, **irena** (irenea *l. v.*; *an leg.* corona, *i. sutura stephaniaea?*) unum.]

īrēnāceus *v. vol. V 2, 787, 65.*

īrēnarchēs (īrēnarcha *l. 64. 84*, īrēnarchus *l. 77*), -ae *m.*, εἰρηνάρχης (εἰρήναρχος). *scrib.* hir- *in* DIG. (*cod. F*), COD. Theod. (*R, V*). *de formis* (*sg.*): *nom. v. l. 61. acc.* -en *v. l. 72. 73.* -am *p. 377, 1. abl.* -o *l. 77.* GLOSS. II 286, 27 εἰρηνάρχης pacator -a. *is, cui munus delatum est, ut pacis publicae perturbatores adprehendat, interroget, officio praesidis exhibeat* (*sc. in municipiis orientis, v. RE IX 2032, 62 sqq.*): INSCR. Dessau 9414 M. Vlpio Pomponio . . . irenarch., sebastophant. MARCIAN. dig. 48, 3, 6 pr. idem (*sc. ne epistulis eorum credatur*) de -is praeceptum est, quia non omnes ex fide bona elogia scribere compertum est. 48, 3, 6, 1 ut -ae, cum adprehenderint latrones, interrogent eos. *ibid.* per -as perducti *latrones ad praesidem. ibid.* iuberi oportet venire -en et, quod scripserit, exsequi. *ibid. praesidem oportet* denotare -en minus retulisse. CHAR. dig. 50, 4, 18, 7 *muneribus personalibus funguntur* -ae quoque, qui disciplinae publicae et corrigendis moribus praeficiuntur. COD. Theod. 8, 7, 21, 2 -as . . . et actuarios et cornicularios . . . non aliter . . . ordinari. 10, 1, 17 (= Iust. 10, 1, 9) super -o et optione omni antiqua consuetudine observanda. 11, 24, 6, 7 cephalaeotis, -is, logographis chomatum et ceteris liturgis. 12, 14 (= Iust. 10, 77) rubr. de -is. 12, 14, 1 -arum vocabula, quae adsimulata provincialium tutela quietis ac pacis . . . haud sinunt stare concordiam, radicitus amputanda sunt (COD. Iust. 10, 77, 1 -ae, qui ad . . . tutelam quietis ac pacis . . . faciunt stare concordiam, a decurionibus . . . nominentur). *ibid.* cesset rescriptorum -as circiter . . . simplicitas. PASS. Polycarp. 6, 2 -a et Herodes festinabant in are-

[*Hi.*]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

nam eum . . . exhibere (ὁ εἰρήναρχος). 8, 2 habuit *obvium* . . . -am Herodem.

***īrēnē,** *abl.* -ē *f.*, εἰρήνη. *saepe litteris graecis cum contextu latino, e. g.* INSCR. christ. Diehl 2301 Βερονικηνι ⟨βε⟩νεμερεντι ἰρήνη σοι. 2716 Φηλιξ ἐν ἠρήνη (2716^A). 4882 Mariae . . . nutrici, ἐν εἰρήνη. *litteris mixtis*: INSCR. christ. Diehl 2300^A εἰrήνη. 2303 irenε. *v. et l. 25. litteris lat. in textu graeco e. g.* INSCR. christ. Diehl 2731 Elpidius coemate entade meta -e. 4897. 4930. 4975. *scrib.* hi-: INSCR. christ. Diehl 4975. *cf. et l. 15.* er-: INSCR. christ. Diehl 2717 adn. 2717^A. -ae: INSCR. christ. Diehl 4897. *de script. v. et l. 14. notatur*: iren: INSCR. christ. Diehl 2731^A. 4930. ir: CIL VIII 24 509, 4 (*sic solvit Diehl 2715 adn.*). *iungitur c. syn. lat. q. e.* pax: *v. l. 19. 20. 21. 22. 24. 27.* *legitur in formulis sepulcralibus ap. Christianos et Iudaeos.* [*loci dubii*: INSCR. christ. Diehl 4882 adn. eyr⟨ene ?⟩ (*suppl. Diehl*). 3645^B hirenem domum (*voluitne* perennem *? Diehl; vix* ⟨in⟩ -em [*cf.* in pacem] *pro* in -em). *e coni.*: Ps. DAMAS. epigr. 34 (68 Ferrua) hospita in irene (*Svennung in plagulis,* homicii tene *trad.*).]

formulae: **1** *nominativi*: INSCR. christ. Diehl 2300 (*s. II ?*) Antistiano -e. 2300^A βιξιτ ἰν πακε . . .; -η (*v. l. 6*). 2301^A Prima, -e soe (*cf. et l. 5*). 2302 -e tibi cum sanctis, Quinta vale in pace. 2303 in pace . . .; -ε (*v. l. 6*). 2303 adn. -e, Probatius. 2717^A Assyrius in pace, Onesimus -e (*spatio ante* -e *vacante, fortasse* en -e). **2** *abl.* (*sc. dat. gr.*): INSCR. christ. Diehl 2301^B te in -e (2715 Iulia Claudiane in pacae et -e [2715 adn. 4962]. 2718. 2718 adn. ⟨quae vixi ?⟩t in -e an. XXVI. *ibid.* ispirito tu⟨o⟩ inrεnε [*i.* in -e]. 2719 ⟨t⟩εcnon -e [⟨t⟩ecno in -e *explicat Diehl*]. *cf.* 2717 en -e [2717 adn. 3406 Zoticetis ispiritus en -e]). 2731^A Probus cum -e, te in pace (2731^A adn. Augende spiritu(s) cum iren.).

īreōs, īreus *v. p. 379, 32sq. 41.* **irequiēsco** *v. p. 407, 9.*

īrīcius *v. s.* ericius *vol. V 2, 776, 40.*

īricolor, (-ōris) *adi.* *ab* 1. iris *et* color, *cf. Ausoniana* atricolor, lacticolor. *i. q. versicolor, varietatem iridis aemulans*: AVSON. 392, 15 p. 255 P. anites . . . -r vario pinxit quas pluma colore.

īricos, -on *adi. ex* irinos (ἴρινος) *depravatum. i. q. cum iride compositum*: PLIN. VAL. 1, 43 *medicamen* yricon antheron.

1. *īrinus, -a, -um, ἴρινος. *scrib.*: er-: ORIBAS. syn. 5, 9 Ab p. 54^fin. her-: PLIN. VAL. 1, 2. 1, 38. 2, 30^p.in. hir-: DIOSC. 3, 25 p. 389, 5. hyr- *et* yr- *saepius. cf. p. 379, 26 sqq.* *legitur inde a* CELSO. [*variat in codd. c.*: cumino: PLIN. nat. 23, 152 (cum -o *recte*). (h)ircino: PLIN. nat. 28, 241. *e coni.*: CELS. 8, 9, 1^D ex -o (*Targa,* ex lino *trad.*). *dub.*: SCRIB. LARG. 156 (lilii *Ruelle,* -i *Marcell. med. 25, 2,* lilini *Helmreich*). PELAGON. 297 (urini *trad.*, laurini *Ihm,* lirini *Heraeus in schedis, at cf.* VEG. mulom. 2, 88, 17 [yrini *P*, pini *A*]).]

i. q. ex iri herba factus: **1** *c. certis subst.*: myron: DIOSC. 3, 49 p. 399, 24 cum -o miro (*gr. 3, 47 μετ' ἰρίνου μύρου* [*var. lect. corrupta ex αἰρίνου ἀλεύρου, cf. p. 379, 60 sqq.*]). oleum: SCRIB. LARG. 189 o. -um ex ruta tritum et potum. 194. 261 PLIN. nat. 26, 159. 28, 241 *ulcera* purgantur . . . felle taurino cum cyprino o. aut -o (*v. l. 40*). VEG. mulom. 3, 15. 3, 21 MARCELL. med. 30, 13. *al.* SORAN. p. 64, 12 (*gr. p. 116, 7*). Ps. APVL. herb. 83 l. 7 THEOD. PRISC. log. 38. 41. 42. 53. 117. *al.* DIOSC. 1, 61 p. 34, 14 M. (*gr. 1, 56, 1*). *al.* CAEL. AVR. acut. 1, 17, 169. 3, 4, 41. ORIBAS. syn. 1, 18 Aa p. 63, 1 Mø. (*gr. p. 17, 14 ἰρίνου μύρου*). *ibid.* l. 25. 1, 26 p. 79, 20. *saepe.* sucus: PLIN. nat. 30, 127 alvo prius -o suco perunctae. unguentum: CELS. 4, 8, 3 ceratum ex cyprino vel -o u. 5, 18, 5. 5, 18, 7^B adicitur u. -i quantum satis est ad ea mollienda atque cogenda. 5, 19, 16 (*inde* ORIBAS. syn. 7, 15 add. Aa p. 150^in.). 5, 24, 1. 5, 24, 2. 5, 26, 27^C emplastrum liquari ex -o u. 6, 6, 8^E. 6, 7, 1^B. 6, 7, 2^A.

2 *n. pro subst.* (*sc. oleum*): CELS. 2, 33, 5 *calefaciunt* cyprinum -um medulla adeps *eqs.* 3, 18, 12 crocinum unguentum cum -o in caput additum. 4, 6, 5. 4, 27 medulla cervina cum -o *mixta.* 5, 18, 33. 6, 6, 34^B. 6, 6, 37^A. 6, 9, 1. *al.* SCRIB. LARG. 261 (= MARCELL. med. 23, 8) cera -o solvitur. PLIN. nat. 13, 5 *inter unguenta*: -um Corinthi diu maxime placuit, postea Cyzici. 20, 183. 21, 42 optimum antea -um Leucade et Elide ferebatur . . ., nunc e Pamphylia, sed Cilic⟨i⟩um maxime laudatur. 25, 40. *al.* CAEL. AVR. acut. 2, 12, 82. *al.*

2. īrinus *v. s.* irrinos *p. 422, 29.*

īriō, -ōnis *f.* *inc. orig.* *scrib.* er- *l. 71. 75.* *litt. gr. l. 75.* *graece resp.* ἐρύσιμον. *genus herbae* (*sisymbrium irio L. aliaeque varietates generis sisymbrii*): PLIN. nat. 1, 18, 22 de erysimo sive -e (1, 22, 75 -e [er- *pars codd.*] sive erysimo, quod Galli velam [22, 158]. 18, 96 *sesamae* simile est in Asia Graeciaque erysimum idemque erat, nisi pinguius esset, quod apud nos vocant -em, medicaminibus adnumerandum potius quam frugibus. Ps. DIOSC. Vind. 2, 158 p. 223, 19 ἐρύσιμον. . . . Ῥωμαῖοι ἐριωνεμ). 18, 49 frumenti . . . genera . . . aestiva . . . ut milium panicum sesama horminum, -o. 18, 58 *folia* sesamae et -i (trio- *pars codd.*) sanguinea. 18, 96 *sesama* et -e nullum animal vescitur virentibus. 25, 35 *hyoscyami* semen -is (trio- *trad.*) semini simile est. 26, 40 hysopum . . . utilius praesumpto nasturcio aut -e. 26, 137 (*v. p. 379, 74*).

īrīoius *v. vol. V 2, 776, 42.*

1. *īris, -ridis (-ris) *f.*, ἶρις. *de originatione*: SERV. Aen. 5, 606 servatur, ut Mercurius ad concordiam, -is ad discordiam mittatur, unde et -is dicta est quasi ἔρις (9, 2). *de scriptura* (*cf. p. 379, 26*): hi- (*sed aspirationem vetat* CASSIOD. gramm. VII 202, 2 [*ex Eutyche*]): SEN. Oed. 316 (*E*). VVLG. apoc. 4, 3 (*pars codd.* [*item* 10, 1]). *al.* hy-: VVLG. apoc. 4, 3 (*pars codd.* [*item* 10, 1]). HIER. Victorin. Poetov. in apoc. 4, 3 p. 49, 1 (*F*). APRING. in apoc. 4, 3. *al.* y-: VVLG. apoc. 4, 3 (*pars codd.*). CLAVD. carm. min. 37, 5 (*VP*). GREG. TVR. Franc. 6, 44 p. 316, 12 (*A 1*). *al.* *de formis*: *nom. sg.* ir: *v. p. 361, 50.* -im: INSCR. christ. Diehl 1769^A, 5. *v. etiam l. 30.* *gen. sg.*: SACERD. gramm. VI 478, 19 ris (*sc. nom.*) . . . ris vel dis faciunt genetivo: haec -is, huius -is vel -idis (PROB. cath. gramm. IV 27, 27). CHAR. gramm. p. 113, 10 B. in genetivo syllaba crescere debent, ut -is, -idis . . ., sed cum et Latine declinari possint, non est necesse consuetudinem ratione reformare. *v. et p. 361, 52. 56.* -is: CLAVD. DON. Aen. 4, 700 p. 421, 23. 9, 10 p. 186, 5. 9, 15 p. 188, 10. -idis: TERT. coron. 15 l. 7 AMM. 20, 11, 29 SERV. Aen. 5, 610. 8, 402 (*v. adn. cr.*). MACR. Sat. 5, 19, 5. *al.* *dat. sg.*: -i: ISID. orig. 18, 41, 2. -idi: PANEG. 6, 8, 5. *acc. sg.*: CHAR. gramm. p. 113, 17 B. Vergilius -im dicit (p. 169, 13 -im pro -idem [-ide *N*]). -im: VERG. Aen. 4, 694. 5, 606. 9, 2. 9, 803. 10, 38 PLIN. nat. 35, 145. *saepe.* -in: Ov. met. 14, 830 (*F*, -im *M*). VAL. FL. 7, 186 STAT. Theb. 10, 81 APVL. mund. 16. *al.* -ida: APVL. mund. 16. -idem: SOL. 33, 20 AVSON. 435 p. 387, 7 P. *voc. sg.*: -i: VERG. Aen. 9, 18 (*cf.* MACR. Sat. 5, 9, 1 *ad l.*). Ov. met. 11, 585. -is: CLAVD. DON. Aen. 9, 15 p. 188, 13. *abl. sg.*: -ide: AVSON. 422 p. 380, 20 P. SERV. Aen. 3, 209 (*at* iri dea *F*). *nom. pl.*: -ides: APVL. mund. 16. *formae pl. aliae non exstant.* *de notione*: APVL. mund. 16 -in, vulgo arcus, esse aiunt, quando imago solis vel imago lunae umidam . . . nubem . . . colorat *eqs.* (*περὶ κόσμ. p. 395^a, 32 ἶρις*). *ibid.* -is multicolora est et semicirculo figurata . . ., catena clarior est astrumque ambit orbe incolumi, corona non discolora (*περὶ κόσμ. p. 395^b, 1*). *cf. etiam l. 48. 50.* GLOSS.^L I Ansil. IR 23 argus caelestis Graece -im (*v. etiam l. 6 sq.*) dicitur (III Abol. IO 3 -is arcus caelestis. [*al.*]. V Aa I 916 in nubibus. GLOSS. V 305, 19 qui colorem ex igne habet et sulphore). GLOSS. V 523, 11 dea, in cuius capite arcus caelestis a paganis esse putabatur (*al.*). III 245, 12 ἡ ἶρις -is. *legitur ap. poetas inde a* VERG., *in sermone pedestri ap.* PLIN. nat. *et inde ab* APVL.

[*It. mer.* (*Brutt.*) líri, lírin (*i. et arcus caelestis et morbus arquatus*). *R.*]

[*e coni.*: AETNA 237 -is caelo (*Stroux,* caelo terris *codd. praeter G*).]

1 *i. q. arcus caelestis*: **a** *ratione physica* (*nonnumquam per προσωποποιίαν arcus pro deo habetur* [*aliter infra l. 63*]; *nota tamen l. 76*): MANIL. 1, 713 suos arcus per nubila circinat -is. SEN. Oed. 316 imbrifera qualis implicat varios sibi -is colores, parte quae magna poli curvata picto nuntiat nimbos sinu. MART. 4, 19, 10 ne . . . gravis subita te premat -is aqua. 12, 28 (29), 6 casuras alte sic rapit -is aquas (RVT. NAM. 1, 98). APVL. mund. 16 fallunt imaginem -ides (-idis *trad.*) et arcus (*περὶ κόσμ. p. 395^a, 30 ἴριδες*). AVIEN. Arat. 1697 si discolor -is demittat gemino se fornice (*Arat. 940 ἶρις*). AMM. 20, 11, 26 *arcus caelestis ita figuratur*: halitus terrae . . . et umoris spiramina . . . disiecta . . . ac radiorum fusione splendida facta supinantur . . . contra ipsum igneum orbem -imque conformant *eqs.* 20, 11, 29. SERV. Aen. 8, 402 *electrum veneno recepto* varios ad -idis similitudinem reddit colores (*v. adn. cr.*). 8, 623 -in physica ratione describit, quae fit, cum aquosam nubem solis ardor irradiat. 9, 19 cum -is sine nubibus non possit videri. AMBR. Noe 27, 103 p. 484, 14 arcum hunc -im quidam appellant, sed absit *eqs.* (*de arcu gen. 9, 13*: CASSIOD. Ios. antiq. 1, 8, 103 arcus . . . dei apud illos -is esse putatus est. CARM. de Sod. 8). *ibid.* l. 16 arcus, qui -is dicitur, per diem videri solet, nocte non apparet. HIER. in Ezech. 1, 28 p. 31^A arcus similitudinem, quae vulgo -is dicitur *eqs. ibid.* PHYSIOGN. 28 p. 44, 10 sunt . . . circuli *oculorum* tam varii quam est arcus in nubibus, quem Graeci -im vocant (*Adamant. p. 323, 2 ἴρισιν*). ALC. AVIT. carm. 4, 626 arcus . . ., quem nunc Thaumantida Graio, -im Romuleo vocitant sermone poetae. GREG. TVR. Franc. 6, 44 p. 316, 12 circulus magnus . . . ut solet in illo caelestis -is ambitu pluvia descendente monstrari. *al.*

b *ratione mythologica -is dea dicitur nuntia deorum* (*Iunonis praesertim*), *Thaumantis filia* (*v. et l. 59*), *cui nonnumquam signa quaedam arcus caelestis attribuuntur* (*inde abiit in nomen feminarum, equorum*: *v. Onom.*): VERG. Aen. 4, 694 Iuno . . . -im demisit Olympo (9, 803 Iuppiter [VAL. FL. 4, 77 velocem. SIL. 9, 471. 9, 551]. 10, 73. *al. cf.* 5, 606 -im de caelo misit . . . Iuno [9, 2; *syn.* Thaumantias. HOMER. 223 AMM. 20, 11, 30. *al.*]). 4, 700 -is croceis per caelum roscida pinnis mille trahens varios adverso sole colores devolat. 9, 18 -i, decus caeli. 10, 38 actam nubibus -im. Ov. met. 1, 271 nuntia Iunonis varios induta colores concipit -is aquas (*cf. l. 42*). 4, 480 *Iunonem* roratis lustravit aquis Thaumantias -is. 11, 585. 11, 590 induitur velamina mille colorum -is et arcuato caelum curvamine signans *eqs.* 11, 630 -is abit . . . et remeat per quos modo venerat arcus (14, 839. *cf.* SERV. Aen. 5, 610 *arcum* non -im, sed viam -idis dixit). 14, 85. 14, 830. PLIN. nat. 35, 145 -im Aristidis *pictoris tabulam.* VAL. FL. 7, 186 volucrem. 7, 189 SIL. 9, 529. STAT. Theb. 10, 81 in terras longo suspenditur arcu. 10, 136. 12, 138 roribus artus . . . rigat. HYG. fab. geneal. 35 ex Thaumante et ⟨Electra⟩: -is *eqs. et saepe.*

2 *de eis, quae aliquam similitudinem arcus caelestis habent* (*cf. et p. 379, 21*): **a** *de variis coloribus, qui efficiuntur in glacie*: CLAVD. carm. min. 37, 5 nonne vides . . ., ut . . . uda . . . pingatur radiis obstantibus -is? **b** *de signo gloriae caelestis*: VVLG. apoc. 4,

[*Bi.*]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

3 -is erat in circuitu sedis similis visioni zmaragdinae ([ἶρις]. *ad l.*: VICTORIN. POETOV. p. 48, 1 '-is . . . circum solium' ardentem colorem habet; -is autem arcus dicitur, de quo etiam ad Noe . . . locutus est deus [APRING. *ad l.*; *cf. p. 378, 53*]). 10, 1 vidi . . . angelum fortem descendentem de caelo amictum nube et -is in capite eius ([ἡ ἶρις]. TERT. coron. 15 l. 7 accipit et angelus victoriae coronam . . . et alius -idis ambitu ornatur caelesti prato. VICTORIN. POETOV. *ad l.* p. 88, 9 -im *significare* iudicium). c *de circulis, qui variis coloribus picti in animalibus apparent*: LACT. Phoen. 133 alarum pennas insignit desuper -is, pingere ceu nubem desuper acta solet. OPT. PORF. carm. 21, 8 sic facies . . . -im impleri (*figuram carminis* ἶριν *oculorum imitari censet Kluge, HistJb. 45, 1925, 66; etiam de tali circulo, qualis caudam pavonis ornat, cogitare possumus*). AVSON. Mos. 111 *mustelam piscem* quis . . . naturae pinxit color! atra superne puncta notant tergum, qua lutea circuit -is. d *nomen gemmae*: PLIN. nat. 1, 37, 52. 37, 136 *gemma* quae vocatur -is. *ibid.* ex argumento vocatur -is, nam sub tecto percussa sole species et colores arcus caelestis in proximos parietes eiaculatur *eqs.* (*inde* SOL. 33, 20 ISID. orig. 16, 13, 6).

compos.: iricolor.

2. *iris, -ris (-ridis, -reōs) *f. et* īreus, -eī *f.* (*etm. p. 380, 24*). *inc. orig.; antiqui vocem eandem esse volunt atque* 1. iris, *e. g.*: PLIN. nat. 21, 41 floret versicolori specie sicut arcus caelestis, unde et nomen. ISID. orig. 17, 9, 9 -is Illyrica a similitudine -is caelestis nomen accepit, unde et Latinis arcumen dicitur, quod flos eius coloris varietate eundem arcum caelestem imitetur.

de scriptura (*v. et l. 45. p. 380, 56 sqq. cf. p. 378, 1 sqq.*): hi-: CELS. 6, 15, 1 (*V*). PLIN. nat. 27, 104 (*E*). *saepe.* hy-: CELS. 5, 27, 13^{B} (*J, desunt rell.*). DIOSC. 1, 1 p. 4, 4 M. *saepe.* y-: CELS. 6, 11, 2 (*P*). CHIRON 999 DIOSC. 1, 1 p. 3, 57 M. *saepe.* ius: GLOSS. III 539, 51. *v. et p. 380, 27. litt. gr. v. p. 381, 2.*

de formis (*pl. non exstat*): **nom.**: -is *passim. formae gen. adhibitae pro nom.* (*cf. Mørland, Oribas.-übers. p. 86*): -eos (*trad.* idios: GLOSS. III 539, 55): RVF. podagr. 4. *al. v. et p. 380, 23.* -eus: ORIBAS. syn. 2, 53 Aa, La p. 118, 10 Mø. 9, 50 add. Aa p. 375$^{a. med.}$ -eus Illirices. eup. 4, 81 La p. 602$^{fin.}$ RVF. podagr. 25. *al. v. et p. 380, 24.* -ius: MISC. Tir. p. 67, 19 GLOSS. III 546, 69. 564, 68. 583, 32. 591, 25. 595, 30. *saepius.* **gen.**: -is: CATO agr. 107, 1 SCRIB. LARG. 79. 89. 96. 126. 202. *al.* CHIRON 999. MARCELL. med. 1, 23 -is Illyricae (*cf. p. 380, 68*). 11, 36. 20, 122. 36, 12. *al.* -idis: CELS. 5, 18, 3 -idis Illyricae (*al.*). 5, 18, 5. 5, 18, 6. *al.* SCRIB. LARG. 220 PLIN. nat. 23, 63. 25, 157. *al.* MARCELL. med. 1, 13. 1, 14. 1, 24. *al.* -eos (*trad.* iceo: ORIBAS. syn. 9, 3 add. Aa p. 274$^{fin.}$): DIOSC. 5, 69 p. 194, 2 ORIBAS. syn. 2 add. p. 147, 14 Mø. p. 149, 24. 9, 3 add. Aa p. 274$^{in.}$ *al. v. etiam p. 380, 18. 65 sq.* -eus: PHILVM. med. 2 p. 135, 5 M. PHILAGR. 3 p. 167, 16 M. 4 p. 187, 16 ORIBAS. syn. 3, 14 p. 853$^{in.}$ 7, 15 add. Aa p. 150$^{in.}$ (*ex* CELS. 5, 19, 14 -idis). 9, 3 add. Aa p. 273$^{fin.}$ p. 275$^{in.}$ *al. v. et l. 48. 65. p. 380, 67.* -iu: DIOSC. 1, 61 p. 34, 17 M. *v. et l. 64.* -ei: ORIBAS. syn. 5, 7 Ab p. 53$^{fin.}$ erei. 7, 2 Aa, La p. 133$^{in.}$ 8, 45 Aa p. 254$^{med.}$ (-ii *Ab*, -eus *La*). 9, 3 Aa, La p. 273$^{a. med.}$ 9, 49 add. Aa p. 371$^{p. med.}$ 9, 50 add. Aa p. 375$^{a. med.}$ eup. 4, 65 Aa p. 580$^{fin.}$ (-ii *Ab*). *al.* -y: *v. p. 380, 13.* **dat.**: -idi: DIOSC. 1, 2 p. 4, 31 M. *v. et p. 380, 44. 47.* **acc.**: -im: CELS. 5, 27, 13^{B} COLVM. 12, 27. 12, 28, 1 SCRIB. LARG. 89 PLIN. nat. 13, 18. 21, 40. *al.* -in: PELAGON. 66 CAEL. AVR. acut. 2, 29, 160 PAP. Corp. 318 A 4. *al. v. et p. 380, 68. 76. 78. 84.* **abl.**: -i: CATO agr. 107, 1 PLIN. nat. 14, 135. 15, 30. 22, 69 CAEL. AVR. acut. 2, 18, 112 chron. 2, 1, 33. -ide: CELS. 5, 16 PLIN. nat. 20, 244. 26, 55. 26, 142. *al.* CAEL. AVR. acut. 2, 24, 136.

legitur inde a CATONE, CELSO, COLVM.; *poetarum unus habet* OV. medic. 74.

ab interpretibus confunditur c. vocibus similiter sonantibus: αἴρινον ἄλευρον: DIOSC. 2, 104 p. 220, 4 cum polines -in (*gr. 2, 120, 2* μετὰ . . . αἰρίνου ἀλεύρου). 3, 23 p. 387, 11 -in Illirica (*gr. 3, 23, 3* αἰρίνου *ἀ.*). 3, 82 p. 411, 19 cum pollines yrini Illirice (*gr. 3, 74, 3* σὺν αἰρίνῳ *ἀ.*). 4, 152 p. 71, 20 (*gr. 4, 157, 2*). ORIBAS. eup. 4, 112 Aa p. 619$^{med.}$ -ei (yriu *Ab*) pulvis (*paulo ante*: lolii farina. *gr. p. 486, 19* αἰρίνῳ *ἀ.*). *al.* ἄρον: ORIBAS. eup. 4, 37 Aa p. 555$^{in.}$ -eus ([-ius *Ab*]. *gr. p. 451, 14* ἄρου). γῦρις (*cf. vol. VI, 2, 1996, 65, ubi potius gen.* γύρεως *quam adi.* γύρειος *agnosces*): ORIBAS. syn. 3 add. 73 La p. 925$^{a. med.}$ emplastrum dia yreus: gyreus libras II . . .; item dia yreus (*seq. formae* gyreus, cyreus, gireus, gyriu. *cf. et 9, 48 add. Aa p. 368$^{in.}$* gyreos).

[*francog.* (*vascon.*) lirga, lherga (< -is Illyrica). *R.*]

[*variat in codd. c.*: virid-: CELS. 5, 16. 5, 23, 1^{B} PLIN. nat. 25, 157. ederis: PLIN. nat. 25, 157. trite: PLIN. nat. 32, 101. *e coni.*: PLIN. nat. 23, 122 iri (*Jan*, si *trad.*; *subvenit testis* GARG. MART. med. 49). 25, 158 ut -is (*Mayhoff*, utris *trad.*). 26, 137 (irio *trad.*, iris *suspicatur Mayhoff in adn.*). PELAGON. 94 -is pistae (*Ihm, cf. p. 151 ad l.*, tripistae *trad.*, *cf. p. 380, 75*). *deletur*: PLIN. nat. 25, 159. 27, 104.]

nomen herbae cuiusdam aromaticae, gr. ἶρις (*quod singulis locis subesse semel monemus*), *atque radicis eius, cuius praecipuus usus est in medicaminibus unguentisque componendis; adhibetur etiam, ut vinum atque dolia bene oleant* (*cf. Stadler, RE IX 2043 sqq.*):

1 *in universum*: CATO agr. 107, 1 infundito . . . -is aridae contusae heminam et sertam campanicam . . . una cum -i contundas (CELS. 3, 10, 2. 5, 18, 5 SCRIB. LARG. 236. *al.* PLIN. nat. 22, 69. 31, 116. *al.*). OV. medic. 74 nec . . . desit . . . Illyrica quae venit -is humo (*v. p. 380, 55*). CELS. 3, 21, 7 *urinam movet.* 5, 5, 1 purgant . . . -is *eqs.* (5, 16 *mel* cum -ide. PLIN. nat. 20, 244. 27, 49. *saepe*). 5, 11. 5, 15 *mollit.* 5, 19, 14 ut pus moveant, -idis p. Ӿ IV . . . adiciuntur. 6, 15, 1 -idis frictae. *saepe.* COLVM. 12, 20, 2 odores . . . vino . . . apti sunt . . . -is *eqs.* 12, 27 -im bene pinsitam . . . addito (12, 28, 1 -im quam candidissimam pinsito. PLIN. nat. 14, 135 admixto croco pistave -i [*v. adn. cr.*]. PELAGON. 66 -in pinsitam. 94 [*v. p. 379, 75*]. MARCELL. med. 36, 12 -is pistae. *al.*). 12, 28, 1 odoramenta . . ., id est -im cribratam (SCRIB. LARG. 89 -im . . . contundere oportet et cribrare. *al.*). SCRIB. LARG. 225 (= MARCELL. med. 31, 4) -is contusa et ex vino . . . cocta (257. *al. v. et l. 9. p. 379, 81. cf.* MARCELL. med. 20, 122 tunsae). *al.* PLIN. nat. 14, 128 -i⟨s⟩ radicem (CHIRON 999 MARCELL. med. 1, 13. 1, 14. 1, 28. 1, 30. 1, 34. 30, 10. ORIBAS. syn. 5, 9 Ab p. 55$^{in.}$ *infantibus* oportit -y [-ei *La*] radicem siccam in ore tenere. *al.*). 15, 30 *oleum* fit et ex . . . -i (*cf. p. 377, 46*). 21, 39. 21, 67 -is aestate floret. 21, 140 infantibus eam circumligari salutare est, dentientibus praecipue (*cf. l. 13*). *saepe.* ITALA exod. 30, 24 (Rufin. Orig. in cant. 1 p. 99, 1) accipe tibi florem myrrhae . . . quingentos siclos . . . et -eos quingentos siclos (*ad l.*: *ibid.* p. 99, 17 -eos . . . species adhibetur calidissima . . . et ardentissima. IREN. 2, 24, 3. CASSIOD. Ios. antiq. 3, 197 myrram lectam siclos quingentos et totidem -eos). MARCELL. med. 31, 39 ipsa -is in furno diligenter uratur. *al.* PLIN. VAL. 3, 22$^{med.}$ pulvis -is (ORIBAS. syn. 7, 2 Aa p. 133$^{in.}$ -ei pulvis [eup. 4, 65 Aa p. 580$^{fin.}$]). ORIBAS. syn. 3 add. 62 Aa p. 918$^{med.}$ -eos trita superponitur (5, 10 Ab p. 55$^{a. med.}$ -eus . . . tritus. *al.*). *saepe.*

2 *herbae aut eiusdem naturae aut in aliqua re similes*: **a** *eadem atque -is esse dicitur herba*: amelos: GLOSS. III 580, 24 amelos i. yrius sive ius gladiolum. cestris: *v. l. 83.* ephemeron: *v. infra l. 84.* fullonicatoria: GLOSS. III 546, 69. *cf. André, Lex. des termes de botanique p. 143.* gladiolus: MISC. Tir. p. 67, 19 -ius id est gladiolus hortolanus (GLOSS. III 564, 68 g. ortensis [613, 2. 625, 19. *cf.* 591, 36 iris Illyrica: g. hortensis. *al.*]). GLOSS. III 546, 65 hyrius gladiolo (583, 32. 591, 25. *al.*). *v. et l. 27. 34. 82. p. 381, 2.* glaucion: GLOSS. III 546, 47 glaucio flore elisirici (*cf. l. 59*). hyacinthus: PALLAD. 1, 37, 2 iacinthum, qui -is vel gladiolus dicitur similitudine foliorum. lilium caelinum: GLOSS. III 539, 51 -is Illyrica. lilium purpureum: GLOSS. III 539, 66 -is Illyrica. machaerophyllon: PS. APVL. herb. 79 l. 14. solago minor: GLOSS. III 595, 30 -ius. 629, 28 iri[xi]us. soldago: GLOSS. III 540, 5 -is Illyrica id est soldagine. 566, 42. *al.* xyris: PLIN. nat. 21, 142 sunt qui -*im* silvestrem xyrin vocent. PS. THEOD. PRISC. simpl. med. 135 xyris herba, quae ab aliis appellatur -is, virtutis calidae est. *v. et l. 83. p. 381, 1.* **b** *herbae similes*: acoron: PLIN. nat. 25, 157 acoron -idis folia habet . . ., radices nigras . . ., cetero et has similes -idis. DIOSC. 1, 2 p. 4, 31 M. ISID. orig. 17, 9, 10. clymenon: DIOSC. 4, 13 p. 15, 2 *habet* folliculos . . . similes -idi. xifion: DIOSC. 1, 1 p. 3, 57 M. -is Illirica folia habet si[l]fio similia. 4, 20 p. 17, 18 xifion . . . macerida dicunt pro scemate foliorum, quia similia sunt -idi.

3 *de generibus -idis*: **a** *enumerantur diversa*: PLIN. nat. 21, 40 sq. -is radice tantum commendatur unguentis nascens et medicinae; laudatissima in Illyrico . . ., proxima in Macedonia . . ., tertium locum habet Africana . . .; Illyrica quoque duorum generum est, raphanitis a similitudine, quae et melior, rhizotomos. subrufa optima; . . . non improbatur et Pisidica. DIOSC. 1, 1 p. 4, 4 melior es⟨t⟩ . . . que Machedonica -is aut Hillirica fuerit . . .; Livica (*i. Libyca*) etiam albidior est.

b *singula genera*: *α* -is Illyrica: *formae vulgares* (*v. et p. 379, 34*) *syllabarum*: *sex*: ireselirica: GLOSS. III 540, 5. irillinirica: CHIRON 571. irelisirica: GLOSS. III 566, 42. ilirisirica: GLOSS. III 595, 25. *quinque*: irisilica (hy-): GLOSS. III 546, 66. 612, 63. ilisirica (hi-, e-): MISC. Tir. 50, 5. 63, 27. 67, 21 GLOSS. III 546, 47. 583, 36. 625, 7. 632, 26. isilirica (*scriptura hyperurbana* scil-: GLOSS. III 628, 52): GLOSS. III 629, 23. *quattuor*: silirica: GLOSS. III 594, 65. *nonnumquam quasi vocabulum unum in fine tantum flectitur* (*v. Niedermann, Festgabe Blümner, 1914, 332*), *e. g.*: *acc.*: -is Illyricam: VEG. mulom. 3, 13, 4 CASS. FEL. 34 p. 74, 13. 40 p. 91, 11. p. 93, 1. 7. *gen.*: -idis Illyricae *post* CELS. *non occurrit.* -eos Illyricae: SORAN. p. 98, 19. THEOD. PRISC. eup. faen. 25 (*al. in var. lect.*). CASS. FEL. 44 p. 110, 17. *cf.* PHILVM. med. 2 p. 131, 6 M. -eus Illiricis. PHILAGR. 4 p. 179, 2 M. -eus Illerices. *praeterea semper* -is Illyricae. *pro abl.* -in Illirica: DIOSC. 3, 4 p. 378, 9. 3, 115 p. 425, 26. *al. v. et p. 379, 61.* *exempla selecta* (*cf. et p. 379, 84*): CELS. 5, 18, 3. 5, 18, 7^{B}. 5, 18, 24. 5, 23, 1^{B} *al.* COLVM. 12, 20, 5 *inter odores enumeratur.* SCRIB. LARG. 44 (= MARCELL. med. 15, 94) discutit parotidas -is Illyrica contusa cocta ex passo. 79. 89. 96 -is Illyricae radicis. 170. *al.* PLIN. nat. 13, 14 suci nobilia unguenta faciunt: . . . -is Illyrica. 13, 18 *nihil unguentorum* in Europa . . . praeter -im Illyricam et nardum Gallicum gignitur. PELAGON. 16 (trissillyricae *trad.*). 36. 97. *al.* CHIRON 272 -in Illirica (911. 985). *al.* MARCELL. med. 7, 17. *saepe.* THEOD. PRISC. 42 -is Illyricae . . . pulvis (45. 74. *al.*). 49 *in vino* -in Illyricam decoxeris. *al.* CAEL. AVR. acut. 1, 17, 168. 2, 18, 112. *al.*

β cetera genera: Africana (*v. et l. 51. cf. l. 54*): PS. APVL. herb. 79 l. 14 -is Africa (*MCa γ*, Africae *β*). GLOSS. III 562, 29 erisafricae i. gladiolum (565, 68 irisafrica). agrestis: DIOSC. 4, 22 p. 18, 7 xeris aut cestris aut xirida aut -in[a] agreste dicunt, sed Romani gladiolum dicunt. 4, 81 p. 46, 7 efimeron, quem multi -in agreste dicunt.

[*Hi.*]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

Ps. Diosc. Vind. 4, 22 p. 186, 13 ξυρίς· . . . οἱ δὲ ἶριν ἀγρίαν, Ῥωμαῖοι γλαδιόλουμ, οἱ δὲ ἴριμ ἀγρέστεμ. Gloss. III 594, 65. *al.* agria: Ps. Apvl. herb. 79 l. 14 a Graecis dicitur -is agria *eqs. v. et l. 1.* calcidon (?): Gloss. III 566, 38. Calydonia: Marcell. med. 20, 77. candida: *v. l. 10. p. 380, 5. cf.* Plin. nat. 21, 40 candicans (*de Macedonica*). *sim. p. 380, 54.* Graeca: Colvm. 12, 53, 2. Libyce: Ps. Apvl. herb. 79 l. 14 (*HaV*). *v. et p. 380, 54.* Macedonica: Cels. 5, 18, 27. Marcell. med. 27, 93 -is Illyricae, id est Macedonica. *v. et p. 380, 50. 53.* Pisidica: *v. p. 380, 53.* rufa: Plin. nat. 21, 140 -is rufa melior quam candida. *cf. p. 380, 52.* silvestris: Marcell. med. 24, 4 herba, quae -is appellatur, maxime si silvestris erit, inligata lateri dolorem . . . tollit. *v. et p. 380, 39.*

īrītis *f.*, *ἰρῖτις. *nomen gemmae*: Plin. nat. 37, 138 *gemma* est et alia -is (tritis, hirritis, inris, iris *vv. ll.*), cetera similis *iridis*, sed praedura.

īrius *v. p. 379, 35.* **irnea, irnela** *v. s.* hir-. *Hi.*

***īrōnīa,** -ae *f.*, εἰρωνεία. *de mensura*: Gramm. suppl. 173, 31 illa nomina Graeca, quae sunt fortia vel principalia, corripiuntur in paenultima ut allegoria, -a, historia. *de scriptura*: er-: Gloss.[L] III Abol. er 9. *v. et p. 382, 41.* gir-: Gloss. V 298, 34. her-: Schol. Iuv. 4, 46 p. 57, 7 W. *v. et p. 382, 43.* hier-: *v. p. 382, 43* (hieronimia *v. p. 382, 61*). hifo-: *v. l. 38.* hir- *saepius e. g.* Porph. Hor. epist. 1, 16, 57. horon-: *v. l. 37.* hyr-: *saepe e. g.* Schol. Hor. sat. 1, 4, 74. ir- *passim, cf.* Gloss.[L] I Ansil. ir 42 -a per I inveni. yr-: Gloss.[L] I Ansil. yr 7. *et v. e. g. p. 382, 47. al.* -ea: Cic. ac. 2, 74 (-iam A^2B^2). *litteris graecis* εἰρωνεία, ἰρωνία *nonnumquam in codd., e. g. l. 32. 48.* *de notione*: Qvint. inst. 9, 2, 44 εἰρωνείαν inveni qui dissimulationem vocaret (*v. l. 38. 48. p. 382, 21. cf. l. 63. 79*): quo nomine quia parum totius huius figurae vires videntur ostendi, nimirum sicut in plerisque erimus Graeca appellatione contenti. Fronto p. 48, 16 v. d. H. (p. 52 N.) quo ex homine nata inversa oratio videtur, quam Graece εἰρωνείαν appellant? Clavd. Don. Aen. 7, 190 p. 29, 19 iocus cum vituperatione, quae Graeca lingua -a dicitur. Gloss. V 300, 54 hironia, scema. 365, 31 iranonia (inr- *l. v.*) mendax iocus (379, 34). 419, 65 per hironiam, per mendatium. Gloss.[L] I Ansil. hi 162sq. hironia inris⟨i⟩va dictio aliut dicens et aliud significans, sic laudans ut eum vituperare intellegas (III Abstr. ho 10. V Abba ho 24 horonia. *cf. l. 71*). III Abstr. hi 17 hifonia dissimulatio (*v. l. 28*). IV dub. Plac. y 10 plagiloquium. V Abba ir 12 -a derisic. *legitur inde a* Cic. *per totam latinitatem; frequentius apud grammaticos, rhetores, scholiastas.*

[*falso trad. pro gr.* εἴρων: Cic. Brut. 298. 299 de orat. 2, 270 off. 1, 108.]

A *definitur, explicatur* (*cf. Cousin, Et. sur Quint. II, 1936, 70sq.*): **1** *sensu philosophico, de Socrate* (*v. etiam l. 63*), *fere i. q. dissimulatio sapientiae ea, quae fit ad auditorem illudendum*: Cic. ac. 2, 15 Socrates . . . de se ipse detrahens in disputatione plus tribuebat is, quos volebat refellere; ita cum aliud diceret atque sentiret, . . . uti solitus est ea dissimulatione quam Graeci εἰρωνείαν vocant. Brut. 292 ego, inquit *Atticus*, -am illam, quam in Socrate dicunt fuisse . . ., facetam et elegantem puto; est enim et minime inepti hominis et eiusdem etiam faceti, cum de sapientia disceptetur, hanc sibi ipsum detrahere, eis tribuere inludentem, qui eam sibi adrogant. Qvint. inst. 9, 2, 46 in figura totius voluntatis fictio est . . ., cum etiam vita universa -am habere videatur, qualis est visa Socratis; nam ideo dictus εἴρων, agens imperitum et admiratorem aliorum tamquam sapientium.

2 *sensu rhetorico*: *t. t., de certa figura* (*v. l. 73. 80. p. 382, 17. 22*), *schemate* (*v. l. 74*) *vel tropo* (*v. l. 73. 74*), *allegoriae specie* (*v. l. 84*), *quae a sarcasmo vel antiphrasi differt* (*v. p. 382, 7. 9 sqq.*); *i. q. dissimulatio* (*syn.* contrarium *Rhet. Her. 4, 34, 46* [*cf. l. 68. 83. p. 382, 2. 7sq.*], illusio *v. l. 68*), *irrisio* (*sensim ad moralem significationem transit, sc. in malam partem e. g. p. 382, 22; cf. et p. 382, 63*): Cic. de orat. 2, 270 Socratem opinor in hac -a dissimulantiaque longe lepore et humanitate omnibus praestitisse; genus est perelegans et cum gravitate salsum quomque oratoriis dictionibus tum urbanis sermonibus accommodatum (*cf.* Qvint. inst. 6, 3, 68 quid -a? nonne etiam quae severissime fit, ioci prope genus est?). Qvint. inst. 8, 6, 54 in eo vero genere, quo contraria ostenduntur, εἰρωνεία (-a *l. v.*) est: inlusionem vocant; quae aut pronuntiatione intellegitur aut persona aut rei natura: nam si qua earum verbis dissentit, apparet diversam esse orationi voluntatem; . . . laudis adsimulatione detrahere et vituperationis laudare concessum est (*cf.* Isid. orig. 2, 21, 41. *al.*). 9, 1, 3 cum -a tam inter figuras sententiae quam inter tropos reperiatur. 9, 2, 44 εἰρωνεία, quae est schema, ab illa, quae est τρόπος, genere ipso nihil admodum distat; in utroque enim contrarium ei, quod dicitur, intellegendum est; species vero prudentius intuenti diversas esse facile est deprehendere. 9, 2, 48sqq. 9, 2, 97 -a quoque in hoc genere materiae frequentissima est, sed eruditissimum longe, si per aliam rem alia indicetur, ut *eqs.* (*cf.* Aqvila rhet. 7 p. 24, 21 εἰρωνεία simulatio, frequentissima apud oratores figura, ubi aliud verbis significamus, aliud re sentimus. Serv. Aen. 4, 93 Mart. Cap. 5, 523 Pomp. gramm. V 310, 28. Ivl. Rvf. rhet. 1 p. 38, 3 exprimitur, cum aliud in pectore reclusum, aliud in lingua promptum habemus, et sententia enuntiationis in contrarium verbis accipitur). Sacerd. gramm. VI 461, 10sqq. *allegoriae* species . . . necessariae sunt septem, -a, astismos, sarcasmos, antiphrasis *eqs.* . . .; -a est oratio cum inrisione, pronuntiatio dictionis in contrarium redigens intellectum (Char. gramm. p. 363, 29 B. -a est oratio pronuntiationis gravitate in contrarium redigens sensum verborum. *cf.* Don. gramm. IV 401, 29. 30 -a est tropus per contrarium quod conatur ostendens, ut *eqs.* Diom. gramm. I 462, 6. 7 Pomp. gramm. V 311, 1 Isid. orig. 1, 37, 23). 462, 8 inter -am . . . et sarcasmon hoc est, quod -a contrarium dictioni continet sensum cum inrisione, sarcasmos vero *eqs.* Char. gramm. p. 364, 6 B. *antiphrasis* ab -a hoc differt, quod -a adfectu mutat significationem, antiphrasis vero diversitatem rei nominat (Diom. gramm. I 462, 16 pronuntiando et adfectu. *cf.* Avg. doctr. christ. 3, 29, 41 -a pronuntiatione indicat, quid velit intellegi [*inde* Isid. orig. 1, 37, 25] Don. gramm. IV 402, 3 antiphrasis est unius verbi -a). Don. gramm. IV 402, 2 *-am* nisi gravitas pronuntiationis adiuverit, confiteri videbitur, quod negare contendit (*cf.* Serv. Aen. 4, 93 p. 480, 5 -a est, inter quam et confessionem sola interest pronuntiatio. *cf. l. 11sq.*). Aqvila rhet. 20 p. 29, 2 -a sententiae figura . . .: mutabo verba, ordine eorum verso vel tota elocutione aliter explicata, . . . manebit -a eadem neque laedetur verborum immutatione (Mart. Cap. 5, 530. Ps. Ivl. Rvf. schem. dian. 9 p. 61, 36 εἰρωνεία est figura sententiae . . .; Latine dicitur dissimulatio vel irrisio). Cassiod. in psalm. 27, 4 p. 194[D] quae figura dicitur -a, id est irrisio, quoties aliquid quod sub laude dicitur intellectum vituperationis habere monstratur (39, 20 p. 293[C]. 101, 9 p. 710[D]. *al.*).

B *usus varii exempla*: **1** *sensu rhetorico* (*v. p. 381, 57. opp. v. l. 34; cf. et l. 52*): Cic. Brut. 292 in historia . . . vide . . . ne tam reprehendenda sit -a quam in testimonio. 293 bella -a, si iocaremur. ad Q. fr. 3, 4, 4 sine mehercule -a. Sen. contr. 1, 7, 13 Blandus hunc sensum . . . in -am vertit. Qvint. inst. 4, 1, 39 quid . . . agebat *Cicero* aliud -a illa, quam ut Caesar minus se in rem . . . intenderet? 6, 3, 91 ex -a fictio. Don. Ter. Ad. 722 εἰρωνεία, quae semper amarius ponitur quam criminatio manifesta (Eun. 1090 amarior est -a . . . quam veritas. *cf.* Andr. 846 -a maior est quam increpatio). Andr. 755 ⟨'vero'⟩ saepe ad -am refertur (Serv. Aen. 10, 608 [*opp.* ad simplicia verba]). Ambrosiast. in I Cor. 4, 8 p. 204[C] 'iam saturati estis *eqs.*' -a est, ut dicunt; irascentis enim verba sunt, non confirmantis. Avg. retract. 1, 1, 4 illud . . . quod . . . meas nugas esse dixi, . . . quamvis iocando dictum sit et magis -a dicebatur. Macr. Sat. 4, 2, 4 initium *orationis patheticae* ab ecphonesi; deinde secuntur breves quaestiunculae . . . hyperbole . . . -a. Schol. Ter. Bemb. Eun. 89 maiores nostri ubi ponebant 'vero', semper eroniam (*v. p. 381, 19*) significabant (*v. et l. 33*). Haut. 333 stomachosa -a. Cassiod. hist. 4, 16, 1 epistulam ornato quidem stilo compositam, hironia (her-, hier- *vv. ll.*; *Sozom. 3, 8, 4* εἰρωνείας) vero maxime plenam. *al.* *iungitur c. praepp.* (*v. et l. 33*): cum: Porph. Hor. sat. 1, 10, 53 hoc interrogativa figura cum -a quadam pronuntiandum, quia ex contrario intellegendum est. Don. Ter. Andr. 185 'scilicet' semper cum -a ponitur (yr-, roma *vv. ll.*). 436 'vir' . . . modo ad vituperationem cum -a, modo ad laudem sumitur ⟨sine⟩ -a. Comment. Lucan. 8, 241. *al.* in: Comment. Lucan. 6, 48 'nunc vetus Iliacos *eqs.*' in -a legendum. per: Qvint. inst. 9, 3, 29 quae eadem figura (*sc. adiectio*) nonnumquam per εἰρωνείαν ad elevandum convertitur. Iren. 4, 2, 6 *non* per -am . . . dicta esse . . ., quoniam in veritate dicta sunt (Don. Ter. Ad. 176 veteres per -am virtutes pro flagitiis dicebant. *al.* Schol. Iuv. 14, 15 per -am dictus est sensus. *al.*). Hier. in Ezech. 7, 14 p. 69[B] iubentur per -am. *al.* Rvfin. Adamant. 3, 9 per -am interrogare (εἰρωνικὴν πεῦσιν προαγαγεῖν). hist. 2, 18, 8 *scripta* quae per -am de virtutibus attitulavit *Philo* (μετὰ ἤθους καὶ εἰρωνείας). Ps. Rvfin. (= Ivlian.) in Am. 4, 4 p. 1071[C] per -am et insultationem ea, quibus offendatur, enuntiat, quae figura celebratur in liberalibus quoque litteris (*v. p. 381, 57*). Favst. Rei. grat. 1, 9 p. 27, 16 obliqua per -am (hieronimiam *v. l.*) voce. *et saepe.* *metonymice, pro sententia ironice intellegenda*: Porph. Hor. sat. 1, 10, 24 hironiam dicit.

2 *apud ecclesiasticos, sensu morali (in malam partem), fere i. q. duplicitas, falsitas, hypocrisis* (*syn. v. l. 66. 71*): Itala II Macc. 13, 3 (rec. P) *Menelaus* rogabat Antiochum cum magna -a, non ob salutem patriae (εἰρωνείας. fallacia *LXX*; simulatione *BM*). Rvfin. apol. adv. Hier. 1, 2 p. 542[B] nos omissa omni -a et ὑποκρίσεως tergiversatione . . . respondebimus. Hesych. in lev. 7, 19 p. 865[B] hic -am destruit et hypocrisin, haec enim sunt animae immunditiae. 11, 31 p. 915[D] morticina . . . *immundorum animalium* sunt praedictae actiones, id est dolus, furtum, duplicitas sive -a. 24, 4 p. 1101[C] *euangelica conversatio* -a et hypocrisi munda est. Conc.[S] I 4 p. 216, 33 -am sanctae huius appellationis denuda.

īrōnicē *v. l. 82.* **īrōnicōs** *v. p. 383, 4.*

īrōnicus, -a, -um, εἰρωνικός. *saepius scribitur* hir-, hyr-, yr-. [*catal.* ronec, *hisp. dial.* rónego (*i. macie confectus*). *R.*]

fere i. q. irrisorius: Fvlg. myth. 1 praef. p. 14, 4 *virgunculae oris* -um (yr-, hyr- *vv. ll.*) lumen tam rimabunda vernulitate currebat, quo mentes etiam penitus abstrusas temulentis inscriptionibus depinxisset. *m. pro subst.*: Gloss.[L] I Ansil. hi 165 hironi⟨c⟩i sannatores et detractores (detestatores *Gloss. V 109, 19*).

adv. ***īrōnicē.** [*variat saepe cum* ironicos, εἰρωνικῶς (*v. p. 383, 5*).]

i. q. cum ironia, cum irrisione: Serv. ecl. 9, 50 (*nonnisi in cod. R*) invidiose dixerat et -e insere nunc Meliboee piros', cum de

[*Centlivres*]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

tribulatione patriam fugientium ageret (SCHOL. Hor. carm. 3, 29, 64 -e dixit [hir-, hyr-, yr- *vv. ll.*]. PS. ASCON. Verr. p. 219, 9). SCHOL. Ter. 81, 28 -e ([*antea*: irrisorie dictum]. p. 86, 33). *al. v. l. 5.*

adv. ***īrōnicōs**, εἰρωνικῶς. *litt. gr.*: εἰρωνικῶς, ἰρωνικῶς, ἰρονικῶς *in codd. saepius.* [*variat in codd. c.* ironice: SERV. Aen. 7, 556 DON. Ter. Eun. 224. *al.*] *i. q. cum ironia, cum irrisione* (*syn. v. l. 11. 13. 22; opp. v. l. 12. 17*): CHAR. gramm. p. 295, 16 B. (*ex Palaem.*) recipit . . . '*ne*' acuto accentu elatum finitiva, quotiens εἰρωνικῶς accipimus, pro eo quod est apud Graecos ναί, rei factae adfirmatio. PORPH. Hor. epist. 1, 19, 1 hoc totum ἰρωνικῶς dicitur (sat. 2, 1, 53 hironicos. DON. Ter. Andr. 436 [*syn.* iowlariter]. Hec. 436 εἰρωνικῶς . . ., nam non hoc interrogantis simpliciter. HIER. hom. Orig. in Ezech. p. 329, 13. PHILIPP. in Iob 32 p. 723^C [*syn.* risorie]. *et saepe*). DON. Ter. Ad. 187 totum hoc εἰρωνικῶς pronuntiandum est (Andr. 505 potest et εἰρωνικῶς . . . pronuntiari. *al.* SCHOL. Iuv. 14, 15 interrogative pronuntiari potest, sed melius -os. PS. ASCON. Verr. p. 251, 14). 395 εἰρωνικῶς interrogat. 886 εἰρωνικῶς (et bene hoc *l. v.*) addidit. Eun. 237 (*opp.* simpliciter). 1090 'secundum facta et virtutes tuas impetravi' et hoc ἀμφίβολον, nam 'virtutes' εἰρωνικῶς, pro vitiis ponuntur (*cf.* CLAVD. DON. Aen. 11, 410 p. 478, 21). SCHOL. Hor. epod. 17, 49 hironicos . . . laudat omnia. SCHOL. Iuv. 6, 531 -os legendum (EVCHER. instr. 1 p. 125, 13 quasi εἰρωνικῶς [hironicos, hironicus *ll. vv.*]). AVG. in Iob p. 538, 25 inridenter haec pronuntianda . . . et hic -os (hyr- *l. v.*). *Centlivres.*

īror, -ārī. *a perf.* iratus sum (*p. 375, 59*) *retrograde formatum pro* irasci, *v. Thielmann, ALL 3, 1886, 542; Heraeus, Kl. Schr. 129.* GLOSS. III 453, 13 (= 483, 32) -or ὀργίζομαι. *i. q. irasci*: MART. BRAC. ira 4 l. 14 *animus, qui in negotia multa discurrit*, ex levissimis -atur (*sic trad. sec. Barlow, fortasse per compendium pro* irascitur [*Migne*]) causis, nunc personae, nunc negotio, nunc tempori, nunc loco, nunc sibi (*e Sen. dial. 5, 6, 5* irascatur). *v. et p. 429, 34.* *Stiewe.*

irp-, irqu- *v. s.* hirp-, hirqu-.

irradiātio, -ōnis *f.* *ab* irradiare. *scrib.* inr-. *fere i. q. radiorum, lucis emissio* (*in sermone mathematicorum, cf. infra l. 57*): SERV. Aen. 10, 18 bona Iovis -o honores hominibus tribuit. 10, 625 bonam stellarum -em Turni fata differre non posse.

***irradio**, -āvī, -ātum, -āre. *ab* in *et* radiare. *scrib.* inr- *saepe. legitur inde a* STATIO, HIL. [*hisp. vet.* arrayar, *port.* arraiar. *R.*] [*variat in codd. saepe c.* radiare.]

I *transitive*: **A** *c. obi. externo*: **1** *fere i. q. fulgore sim. ornare*: **a** *-ant gemmae, purpura* (*virtutes sicut aurum l. 43*): STAT. Theb. 6, 64 hoc (*i. ostrum*; huc *P* [*cf. p. 384, 22 sqq.*]) undique gemmae -ant. SERM. Corp. Vind. 21, 27 p. 331, 31 (*in imag.*) in hoc *viro* aurea verecundia et sinceritas pretiosa frontem mentis -at. ENNOD. opusc. 1, 89 p. 285, 19 regii vultus purpura ostrum dignitatis -at. **b** *-ant homines* (terra *l. 47*) *aliquid aliqua re* (*sc. ornatu sim.*): CLAVD. 17, 85 Graiorum obscuras Romanis floribus artes -as. ENNOD. carm. 2, 80, 10 terra . . . nobilibus mundum partubus -at. CASSIOD. hist. 12, 4, 30 Helena Augusta . . . locum . . . memoriis mirabilibus adornavit hanc sacratissimam speluncam decenter -ans (*Euseb. vit. Const. 3, 43* φαιδρύνουσα).

2 *fere i. q. radiis, lumine sim. aliquid* (*aliquem*) *collustrare, illuminare, lucidum reddere*: **a** *homines, res varias*: **α** *lumine naturali*: SERV. Aen. 4, 700 *Iridi* varios colores illa dat res, quia aqua tenuis, aer lucidus et nubes caligantes -ta varios creant colores ([*Thilo*; inradiant ista et v. *F*; irrideat et v. *C*; inradiata ista *Isid. orig. 13, 10, 1*]. 8, 623). 6, 129 quos in ortu benignus siderum aspectus -at (*sim. ratione astrologica*: SERV. auct. Aen. 2, 690 secundum mathematicos . . ., quidquid Iuppiter -verit, felix facit. *cf. etiam l. 33*). GREG. M. moral. 20, 10 p. 141^A *lux corporea* oculos sanos -at, infirmos obscurat. 27, 16 p. 407^C qui . . . orientem solem contemplari non valet, -tos montes aspicit. *al.* **β** *lumine divino* (*syn. l. 65*): HIL. in psalm. 66, 3 p. 271, 7 ut tenebrosa corda nostra cognitionis suae (*i. dei*) lumen -et (*al.*). 118 Phe 12 p. 513, 17 deflexus in nos misericordiae suae vultus ad gratiam spiritalis virtutis -at (*sc. nos; vix intransitive; cf. et p. 384, 34 sqq.*; *syn.* inluminabit). AMBR. in psalm. 118 serm. 12, 13 p. 258, 26 *Christus* universa totius orbis -ans. 13, 2 p. 282, 1 ignis . . . (*i. deus*) -at in nobis cor nostrum. MIRAC. Steph. 1, 3 p. 836 *mulier* nondum quidem corpore illuminata, sed iam luce fidei -ta. AVELL. p. 611, 28 quos idem regnum continet eiusdemque fidei cultus -at (*al.*). PETR. CHRYS. serm. 30 p. 285^A *publicanus* totum orbem splendore euangelicae praedicationis -at (*al.*). PRIMAS. in apoc. p. 925^A *apostolos et prophetas* sol iustitiae Christus principaliter -vit (p. 928^B. *al.*). ARATOR act. 1, 120 spiritus . . . sanctus . . . -at fulgore locum. GREG. M. dial. 2, 21 p. 111, 10 M. prophetiae spiritus . . . prophetarum mentes non semper -at. moral. 8, 49 p. 832^C superna gratia carnalem cogitationem nostram . . . -at. *al.* **γ** *lumine claritatis, pulchritudinis, virtutis sim.* (*per imag.*): SYMM. epist. 1, 94 ut . . . merita in occulto sita testimonii splendor -et (CASSIOD. var. 8, 19, 1 *senatus* splendore semper -etur [-et *l. v.*, *cf. p. 384, 48 sqq.*]. GREG. M. moral. 22, 14 p. 221^C nos de vita proximi famae splendor). HIL. AREL. vita Honorat. 10 l. 8 dum unusquisque sub umbra alterius obscurari volebat, tamquam repercussa claritas utrumque -bat (radiabat *l. v.*). EVSTATH. Basil. hex. 2, 1, 1 vestibulum templi sic decorum . . ., ut elegantia suae pulchritudinis oculos nostrae mentis -et (περιαστράπτοντα). ENNOD. epist. 9, 18, 2 p. 241, 21 vos supra claritatem seniorum sanctae viduitatis in vobis fulgor -at. 9, 30, 9 p. 254, 4 *rex homines* novos splendore inopinati fulgoris -at. opusc. 6, 16 p. 407, 24 nobilia germina . . . orbem totum sole clarae perfectionis -ant.

b *obscuritatem, tenebras* (*syn. l. 7*): GREG. M. moral. 8, 48 p. 831^B erroris nostri obscuritas veritatis cognitione -atur (*syn.* fulgor illuminat). 19, 18 p. 107^C sacra eloquia tenebras nostrae mentis -ant.

B *c. obi. interno q. d., sc. lumen sim., fere i. q. inducere, infundere*: MAX. TAVR. serm. 38 p. 613^B *dies paschalis* caligantibus mortalium oculis lucem perpetuitatis -at. PS. AVG. serm. 138, 1 p. 2017 gratiam lucis in die lucis filius lucis -at. *de Christo se infundente*: CASSIOD. Didym. in I Petr. 1, 11 p. 12, 30 sanctificavit eos, quibus semet ipsum decenter -vit.

II *intransitive, fere i. q. radiis, lumine sim. fulgere, lucere, splendere*: **A** *-ant res variae* (*syn. l. 24. 27. 33*): *stellae, dies*: AMBR. epist. 44, 3 p. 1137^A septentrio . . . inde latine nomen accepit, quod septem in eo fulgor stellarum -et. hex. 6, 67 p. 255, 7 cur . . . *vesperus* vespertinus, . . . *lucifer* matutinus -et. AVELL. p. 320, 16 (= COD. Iust. 1, 1, 8 pr.) inter . . . laudes . . . puriore luce tamquam aliquod sidus -at, quod *eqs.* SEDVL. carm. pasch. 5, 316 coeperat . . . felix -are dies (*al.*). INSCR. christ. Rossi II 5, 2, 3 pontificalis apex . . . ut iubar -at. *fucus, metalla, homo velut aurum* (*l. 26*), *gemmae*: AMBR. apol. Dav. I 8, 45 p. 328, 2 non una infusione velleris statim pretiosus fucus -at (*syn.* inrutilet). HIER. in Ezech. 22, 17 p. 212^B qui inter duo dormierit . . . . testamenta, . . . auri . . . in cordis thesauro fulgore -bit. EVCHER. epist. ad Val. p. 717^A textis -ba[n]t metallis diadema (*syn.* fulserunt, intermicabant, splendebat, rutilabant). APON. 6 p. 114^{fin.} gemmarum varietate -ante. CASSIOD. in psalm. 118, 127 p. 881^D *gemmam* si polire velis, obscuras, si naturae propriae relinquas, -at. *loca lumine collustrata*: MAR. VICTOR aleth. 2, 20 honor ille sacri nemoris (*i. paradisi*) maiore sereno -at. RVST. HELP. benef. 71 claro sidere mundus -ans. *al.* *oculi*: GREG. M moral. 9, 18 p. 869^B *oculi* magna luce -ant (*syn.* coruscant).

B *deus et res divinae, fides, gratia sim. necnon quae a divina gratia illustrantur* (*syn. l. 44. 46. acced. dat. l. 37*): AMBR. Iob 4, 8, 30 p. 291, 27 orabat, ut . . . lux *dei* -ret. Isaac 4, 14 p. 652, 9 *anima* -ante sibi verbi splendore . . . dicit (CONC.^S I 5 p. 371, 12 orthodoxae religionis [*gr. I 1, 7 p. 73, 25* γεγονυῖαν ἔκλαμψιν]). PRVD. cath. 3, 8 *Christe* flecte salutiferam faciem, fronte serenus et -a. AVELL. p. 616, 12 fides splendore catholico semper -ans. SACR. Gelas. 1, 42 p. 564^{fin.} quod . . . fuerat in servitute damnatum, . . . splendore libertatis -at. PETR. CHRYS. serm. 87 p. 444^B ut -et partus virginei sacramentum. CASSIOD. inst. 1 praef. 8 in *sacra scriptura* spiritus sancti virtus evidenter (*syn.* resplendeat. *al.*). VEN. FORT. carm. app. 1, 136 p. 374 domini iubaris -vit apex. GREG. M. moral. 9, 13 p. 866^B *ecclesia* claritate summae virtutis -ans (*syn.* fulget, lucet). 11, 55 p. 978^B -ante gratia dilectionis. *al.*

C *homines* (*v. et l. 22*), *hominum virtus, gesta, fama sim.* (*syn. l. 56. 60. opp. l. 60. acced. dat. l. 50*): CONC.^S II 3, 2 p. 86, 37 cunctis pietatis vestrae fulgor -at (*antea*: lucet lux meritorum vestrorum coram cunctis hominibus). ENNOD. dict. 3, 2 p. 434, 1 thesaurus cordis -at in egestate verborum. DECRET. Gelas. p. 40, 205 *gesta martyrum* multiplicibus tormentorum cruciatibus et mirabilibus confessionum triumphis -ant. CONC. Carth. a. 525 Mansi 8, 641^B infulatus sacerdos praesides et primus palmatus -as. CASSIOD. var. 3, 6, 2 serenitatis nostrae luminibus Deciorum sanguis -at (*syn.* splendet). MVTIAN. Chrysost. hom. 2, 5 p. 250^{fin.} Christianus . . . in pauperie constitutus quam in divitiis magis -at (*gr. p. 26^{med.}* διαφαίνεται). IORD. Get. 291 ut . . . fama vestrae pietatis -et. GREG. M. moral. 16, 77 p. 1158^B iustus quisque iustitiae luce -ans (*syn.* lucet; *opp.* perversus quisque . . . tenebrescit). 26, 82 p. 397^C *mens* apud se dudum virtutum dulcedine -ante claruerat.

deriv.: irradiatio.

irrādo, (-āsī), -āsum, -ere. *ab* in *et* radere. *scribitur* inr-. *de notione*: GLOSS.^L II Philox. IN 429 -it ἐπιξύει. *i. q. aliquid in aliquam rem radere* (*et infricare, miscere*): CATO agr. 157, 7 eodem (*i. in brassicam*) silpium -ito, bonum est. *ibid. brassicam crudam* si edes concisam . . . et sirpicium -sum (-sam *trad.*). CHIRON 441 cornu cervinum -ito. MARCELL. med. 20, 140 radicem ficulneam vini veteris cyatho uno -e.

1. irrāsus, -a, -um *v. s.* irrado.

2. irrāsus, -a, -um. *ab* in *negat. et* rasus. *scribitur* inr-. **1** *i. q. non rasus, intonsus*: PLAVT. Rud. 1303 (*ad lenonem*) di te ament cum -o capite. **2** *fere i. q. impolitus, rudis*: SIL. 8, 584 quae Buxentia pubes aptabat dextris -ae robora clavae. *Centlivres.*

***irratiōnābilis**, -e. *ab* in *et* rationabilis. *scribitur in codd.* inr- *et rarius* irr-; *apud scriptores posteriores etiam* inrac- (*v. e. g. p. 389, 30*). *superl. deest.* *de comparativo v. p. 385, 52. 65. 82 sqq. 386, 11. 13. 21. 387, 44. 388, 74.* GLOSS. ἀπότομος. ἄλογος. *graece respondere solet* ἄλογος, *alia in singulis exemplis adnotantur.* *de usu*: *pro subst. n. p. 388, 36. m. p. 388, 76. f. p. 389, 5.* *in figura q. d. oxymoron*: -is ratio *p. 385, 28 sqq.* *in figura q. d. litotes p. 387, 79. 81. 82. 388, 11.* *ex locutionibus q. s.* '-e est' *sim. pendet*: *inf. p. 385, 42. 387,* [*Ruhstaller*]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

21sqq. 388, 11; acc. c. inf. p. 387, 15sqq.; enuntiatum per: quod p. 387, 28. ut p. 387, 31. si p. 387, 34. legitur inde a QVINT., APVL., TERT., numquam ap. poetas. [variat in codd. saepissime cum irrationalis (quod nos paucis tantum locis indicamus). vix recte mutatur a Stoer in inrationalis apud QVINT. inst. 10, 7, 11 (v. l. 14. cf. decl. 325 [v. l. 15]). falsa versio refutatur a BOETH. in Porph. comm. pr. 2, 6 p. 95, 19sq. in loco, ubi Victorinus hoc modo habet scriptum: '... ipsa autem forma -is est', tollendum est '-is est' et dicendum 'proportionabilis est' (antea: Porphyrius ἀνάλογον dixit).]

i. q. non rationabilis: I de iis, quae ratio seu intellectus deficit: A spectat ad homines, qui ratione vel intellectu parum utuntur: 1 de qualitatibus vel actibus humanis: a de qualitatibus vel actibus inconsideratis: QVINT. inst. 10, 7, 11 est ... usus quidam -is (sic codd.; v. l. 5), quam Graeci ἄλογον τριβήν vocant. decl. 325 p. 281, 10 sunt quidam -es impetus animorum, quaedam gratuita ... odia (CONC.[S] I 2 p. 84, 18sqq. -em ... insolentiam, ... -em ... impetum. al. ORIG. in Matth. 13, 4 p. 191, 12). APVL. Plat. 2, 16 formae iudicio -i errore distrahitur homo. IREN. 5, 8, 2 homo assimilatur iumentis -em aemulans vitam. AMBR. Cain et Ab. 2, 1, 4 p. 380, 6 genus indomitum sensuum proruat ad -es corporis delectationes (CASSIOD. Didym. in 1 Ioh. 2, 16 p. 48, 8). 2, 6, 20 p. 395, 22 sermo ... scripturarum ... rationabilia ... inventa corroborat dissolvitque omnem vim -ium passionum (al. AVG. civ. 9, 3 p. 370, 11 D. passionibus animi -bus nequaquam cedere. cf. ORIG. in Matth. 15, 16 p. 396, 2 voluptas, -is constituta elevatio animae, passio est). Iac. 1, 1, 3 p. 5, 7 -em quandam concupiscentiam passus David desideravit aquam (al. cf. GREG. M. moral. 6, 58 p. 763[B] mens -bus desideriis subdita). RVFIN. apol. Orig. 4 p. 565[C] dei natura verbum est vel ratio, quae utique -is effici non potest (epist. Clement. 14, 4 qui -i fidem nostram ratione discutiunt. RVRIC. epist. 2, 6 p. 381, 13). Orig. in cant. 2 p. 169, 16 sensus -is et alienus a sapientia dei ... fecit eum immundum (Orig. in gen. 10, 5 p. 100, 1). AVG. civ. 2, 1 p. 53, 14 D. insipientes -es motus suos etiam post rationem plene redditam ... tamquam ipsam rationem veritatemque defendunt (pecc. mer. 2, 29, 48 p. 119, 6 motibus -bus perturbantur, nulla ratione ... cohibentur. al. GREG. M. moral. 7, 36 p. 786[D] peccati asperitas ad -es motus tendit ... ad -em effectum trahit. al.). mor. eccl. 1, 34, 75 p. 1342[med.] superstitione. quaest. hept. 2, 10 p. 95, 28 perturbationem (FAVST. REI. epist. 6 p. 198, 6. 9 p. 212, 22). CASSIAN. inst. 9, 13 -i mentis confusione (10, 2, 3). CANON. Turner II 2 p. 274 rec. II temeritatis (cf. rec. III coepti. rec. IV audaciae). CONC.[S] I 3 p. 182, 9 -i et insensata et praesumptione plena religione (gr. I 1, 3 p. 69, 8 παραλόγου ... θρησκείας). pendet inf.: CASSIOD. hist. 5, 2, 3 -e iudicans in tanta confusione populum derelinquere.

b de actibus immoderatis: LACT. inst. 5, 21, 2 pergitur ... caeco et -i furore (al. SCHOL. Hor. carm. 3, 4, 42 HEGES. 3, 18, 1. PASS. Paul. 7 tempera furorem -em. cf. LVCIF. moriend. 12 p. 309, 6 caeco et -i furere ... instinctu). AMBR. Cain et Ab. 1, 6, 24 p. 361, 1 -em et superflui vulgarisque sermonis loquacitatem. HEGES. 1, 28, 9 contentione. HIER. hom. Orig. in Luc. 25 p. 161, 21 inordinatam et -em caritatem. RVFIN. Greg. Naz. orat. 9, 7, 2 p. 272, 23 -em tristitiam depellere (CASSIAN. inst. 9, 11. 12, 29, 2). PAVL. NOL. epist. 13, 10 p. 91, 26 inmoderato et -i cruciatu. AVG. civ. 14, 15 p. 37, 28 D. ista ira, licet -ior, tamen quaedam ulciscendi libido est (in euang. Ioh. 41, 12 p. 1698. in Iob p. 515, 17 stultus est et ira -i interimitur). quaest. hept. 4, 59 p. 366, 27 sunt multae abstinentiae cerimoniarum -es. PS. AVG. serm. ed. Caillau 2 app. 56, 5[med.] ad -ia festinavimus gesta. CASSIAN. conl. 2, 16, 2 vigiliae ... et pernoctationes. 4, 12, 5 virtutum -es adpetitus. inst. 3, 8, 4 nimietate. SACR. Leon. 164 saevitiam persequentum. CONC.[S] I 2 p. 84, 39 petulantiam (al.). ORIBAS. eup. 4, 120 La p. 624[a.med.] vini potiones.

2 de ipsis hominibus: a de hominibus stultis, qui ratione uti minus possunt: IREN. 2, 26, 3 delirus hic talis et -is ab omnibus, qui sensum habent, iuste dicetur. 4, 38, 4 -es ..., qui ... suae naturae infirmitatem adscribunt deo. HIL. trin. 10, 29 p. 368[B] nisi forte tam -is fuerit, ut pati timuerit eqs. AMBR. hex. 5, 10, 29 p. 163, 17 si -i -ior deprehendaris. PS. ORIG. in Iob p. 487[D] innumerae ... -es demonstrantur mulieres (antea: insipientes. p. 488[B]). PS. AVG. quaest. test. I 114, 29 p. 316, 8 vulgus (GILD. Brit. 15 chron. III p. 33, 22 murus -i vulgo absque rectore factus). CONSVLT. Zacch. 1, 1 p. 8, 14 vestrae ... credulitatis secta ... -is est. al.

b de hominibus malis, qui ratione non vel perverse utuntur: IREN. 2, 31, 1 haereticos feroces ... et horribiles et -es effugabis a te longe. 5, 8, 3 qui ... in suis concupiscentiis irrationabiliter ambulant, ... consuetudo ... pecora et -es interpretata est (cf. PELAG. in I Cor. 12, 2 p. 195, 4. al. RVFIN. Orig. in gen. 10, 2 p. 95, 20 -es et perversi videntur. CASSIAN. conl. 21, 14, 4 inconditus atque -is habeatur). PHILIPP. in Iob 12 p. 645[B] possunt homines inconditi et -es moribus iumenta intellegi (GREG. ILIB. in cant. 2, 12 p. 161, 4 [p. 70, 9 V.] peccatores ... et -es. GREG. TVR. vit. patr. 8, 3 p. 694, 9 non est dignum, ut homines rationabiles -ium hominum procacia verba suscipiant. PASS. Clem. 4, 1sq. [BHL 1848]). PS. AVG. serm. ed. Caillau 2 app. 56, 5[med.] iumentis -iores fuimus, ... avibus -iores invenimur (cf. 56, 5[fin.] asinis et bobus -iores ostendimur. EVSTATH. Basil. hex. 7, 4, 8 ne ... piscibus -ior aestimeris).

B spectat ad illa, quae ratione instructa non sunt: 1 generatim: a de animantibus rationalibus (de angelis, de Christo, de hominibus): α de dispositionibus vel partibus animae humanae ratione non instructis: APVL. Plat. 1, 6 altera essentia opinione sensibili et -i aestimanda est (CHALC. comm. 302 intelligibilia ... sunt, quae intellectu conprehenduntur rationabili indagine, sensilia vero, quae -i opinione praesumuntur. cf. transl. p. 28[A] opinione cum -i sensu opinabile). CHALC. comm. 206 anima puerilis ... ob -em mentis inbecillitatem nondum ratione firmata. DIONYS. EXIG. Greg. Nyss. creat. 14 p. 367[B] imaginationes ..., quas -is pars animae ... confingit ([gr. Migne 44, 168[C] τῷ ἀλογωτέρῳ τῆς ψυχῆς εἴδει]. p. 370[A] -ior [gr. Migne 44, 173[C] τῆς ἀλογωτέρας διαθέσεως ἐν τῇ ψυχῇ]). p. 368[A] per somnum ... in nobis ... obtinet id, quod -ius esse probatur (gr. Migne 44, 169[B] τοῦ ἀλογωτέρου). sim. de anima et passione Christi: HIER. epist. 98, 4, 5 (Theophil.) si ... secundum illos -is et absque mente ac sensu est anima salvatoris eqs. DIONYS. EXIG. Conc.[S] I 5 p. 302, 11 qui ... dicit dominum nuda carne perpessum, -em et non spontaneam eius asserit passionem (syn. Rustic. Conc.[S] I 4 p. 239, 10 inrationalem).

β de ipsis animantibus rationalibus quasi ratione non instructis: de angelis: IREN. 2, 6, 3 si ... mutis animalibus -iores noluerint angelos esse eqs. de hominibus: AMBR. in psalm. 118 serm. 14, 23, 2 omnia facias cum ratione, nihil sine ratione, quia non es -is, o homo, sed rationabilis. IOH. MAXENT. Conc.[S] IV 2 p. 9, 14 Adam iumentis similem factum, non quo -is sit effectus eqs.

b de bestiis: α de ipsis bestiis (in imagine pro hominibus v. infra l. 57): TERT. paenit. 12, 6 mutae ... animae et -es (irrationales l. v., cf. Vig. Christ. 5, 1951, 73 adn. 21) medicinas sibi divinitus adtributas in tempore agnoscunt (CHALC. comm. 219. AVG. civ. 5, 11 p. 210, 29 D. deus et animae -i dedit memoriam, sensum, adpetitum, rationali autem insuper mentem, intelligentiam, voluntatem). ITALA psalm. 48, 21 (Tert. resurr. 52 p. 108, 19) adsimilatus est homo -bus iumentis (ἀνοήτοις, Vulg. insipientibus. HIER. epist. 98, 4, 5 [Theophil.]. al.). IREN. 2, 30, 3 multitudinem animalium ... partim ... rationabilium, partim autem -ium (al. LACT. ira 7, 2 nemo rationale animal cum mutis et -bus coaequavit. FILASTR. 139, 1 -ia animalia, id est non rationis capacia. PELAG. in Rom. 1, 16 p. 12, 2 Iovem ... in animalia -ia et insensibile aurum ... mutatum. al. saepe). AMBR. in psalm. 1, 30, 1 -i pecudi ..., cui nulla vis consilii, nullus sensus erroris est (al.). 118 serm. 19, 13, 1 in animantibus rationabilibus ⌊vel etiam -bus⌋ (om. v. l. PAVL. NOL. epist. 34, 1 p. 303, 7 AVG. conf. 13, 32, 47. al. SACR. Leon. 1246). HIER. in Matth. 24, 28 p. 179[C] volucres (cf. AVG. gen. c. Manich. 1, 3, 6 p. 176[fin.] avium. BOETH. in Porph. comm. sec. 5, 10 p. 313, 14 corvo). quaest. hebr. in gen. p. 24, 27 victimis immolandis. VVLG. II Petr. 2, 12 hi homines ... velut -ia pecora ... peribunt (IVLIAN. Aug. c. Iulian. op. imperf. 4, 59 p. 1374 homines ... rationabiles facti sunt, pecora vero -ia. VEREC. in cant. 8, 8 p. 105[a]). PHILIPP. in Iob 12 p. 645[B] quae -ia atque insensibilia sunt (al.). RVFIN. Orig. in Rom. 1, 18 p. 865[B] belluarum. PAVL. NOL. epist. 37, 6 p. 322, 5 -is creaturae animal (ALC. AVIT. hom. 6 p. 111, 33). AVG. quaest. hept. 1, 153 p. 80, 4 rationem debere dominari -i vitae (hominem sc. pecoribus). EVSTATH. Basil. hex. 7, 4, 8 pisces muti sunt et -es. BOETH. in Porph. comm. sec. 5, 4 p. 298, 17 'animal' ... non modo de hominibus individuis, verum etiam de ceteris -bus individuis dicitur. ORIG. in Matth. ser. 50 p. 109, 17 -es ... equi, in quibus visus est adsumi Helias. DIONYS. EXIG. Greg. Nyss. creat. 17 p. 373[D] -em brutamque naturam. in imagine pro hominibus: IREN. 5, 8, 2 nos ... huiusmodi homines iumenta et pecora -ia dicimus (AMBR. Iob 3, 9, 26 p. 263, 2 comparatione ... caelestium homo quid est nisi iumentum -e? HIER. epist. 147, 2, 1 homines, qui non sunt, ut tu, -ia iumenta). MAX. TAVR. hom. 45 p. 330[B] Moyses ante deum animal se -e profitetur (cf. exod. 6, 12. VICT. VIT. 3, 18 numquid animalia nos -ia sumus?).

β de qualitatibus bestiarum: LACT. opif. 3, 12 non tam pecudes sunt, ut non malint ... humanam quam illam -em firmitatem. CHALC. comm. 182 cupiditas ... atque iracundia vel agrestium vel mansuetorum adpetitus -is est, hominis vero ... rationabilis.

c de rebus inanimatis: IREN. 4, 4, 3 frumentum ... et paleae, inanimalia et -ia existentia, naturaliter talia facta sunt, homo vero rationabilis eqs. GAVDENT. serm. 12, 4 p. 110, 34 G. elementorum -ium naturas (SERV. Aen. 6, 724 p. 100, 4 elementa -ia sunt. FAVST. REI. spir. 2, 3 p. 137, 7 VEREC. in cant. 2, 1 p. 9[b]. cf. FILASTR. 55, 1 -is materia elementorum. BOETH. c. Eut. 4, 79 -es substantiae [antea: elementa]). HIER. hom. Orig. in Luc. 22 p. 148, 20 lapides -es corporeosque. PAVL. NOL. epist. 43, 7 p. 369, 11 creator in creaturis -bus animae rationabili speciem suae conformitatis expressit. CASSIOD. in psalm. praef. 2 p. 14[A] rationabilis pars pertinebat ad humanam vocem, -is ad instrumenta musica. ORIG. in Matth. ser. 50 p. 109, 16 ne sine anima et -e esset vehiculum filii hominis glorificati (i. nubes). PALLAD. hist. mon. I 1 p. 251[C] -em cibum sumens.

2 speciatim apud Boeth. pro t. t. Aristotelis q. e. ἄλογος δύναμις, i. e. -is potestas (vis), fere i. q. necessarium, non liberum: BOETH. herm. pr. 2, 13 p. 200, 3 -es (irrationales l. v.) ... potestates non omnes ipsae eaedem sunt plurimorum etiam contrariorum, sed, quemadmodum dictum est, ignem non est possibile calefacere et non. p. 200,

[Ruhstaller]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

11. 13. herm. sec. p. 446, 23 ignis calfactibilis *est* et habet vim -em. p. 447, 3 aliqua ... possunt et secundum -es potestates simul quaedam opposita. p. 448, 17 cum ... -es potestates ... opposita agendi non habeant facultatem (*postea*: quicquid ex voluntate et ratione conceptum est, ad utrumque valeat). p. 449, 1 in his ... quae sunt -ia (p. 451, 7 cum aqua frigendi habeat potestatem, quod est -e *eqs.*). p. 452, 14sq. cum ignis potestas cum aliis omnibus potestatibus -bus sub eadem sit specie, quod -is est potestas, tamen non valet opposita. *al.* *inde etiam de actu*: BOETH. herm. sec. 6, 13 p. 447, 21 sunt ... plura quae unam tantum vim continent et ad negationem nullo modo sint apta, ut in his possibilitatibus, quas -is actus efficit (*cf. Aristot. p. 23ᵃ, 3 οὐδ' ὅσα ἐνεργεῖ ἀεί*).

II *de iis, quae rationi vel intellectui non congruunt*: **A** *de opinionibus vel actibus, quae procedunt ex ratiocinatione incongrua*: **1** *ex locutionibus q. s.* '-e est' *sim. pendet: acc. c. inf.*: IREN. 2, 18, 7 exquirere ... et investigare perfectum patrem et concupiscentiam ... sibi ... salutare fieri ... quomodo non per omnia incongruum et fatuum et -e? 2, 21, 1 -e est ... aeones ... minores ostendi ..., meliores non iam praeostendi (2, 22, 6. *al.*). ORIG. in Matth. 15, 14 p. 389, 4 suspiciones exponere me debere et rationes causasque suspicionum non esse -e existimavi. *inf.*: IREN. 4, 35, 1 dicimus valde -e esse in tantum inopiae deducere patrem universorum. RVFIN. Adamant. 4, 2 p. 141, 13 -e mihi videtur haec ipsi ascribere (LEO M. serm. 70, 3 p. 381^{C} inconsequens ... et -e videbatur recipere animo, quod *eqs. al.*). CASSIOD. Ios. antiq. 4, 31 cum sit ... nimis -e ... securitatem ... contemnere. MVTIAN. Chrysost. hom. 21, 3 p. 369$^{med.}$ reliquis non credere -e est (COD. Iust. 6, 43, 3, 2ᵃ absurdum est et -e. ORIG. in Matth. ser. 43 p. 87, 11). *v. et p. 385, 42. 388, 11.* *enuntiatum per*: quod: RVFIN. Adamant. 4, 8 p. 157, 23 valde mihi videtur inconsequens et -e esse, quod a Valentino ... proponitur (RVSTIC. c. aceph. p. 1197^{B}). CASSIOD. Ios. c. Ap. 1, 271 -e est, quod ait. ut: CASSIOD. Ios. c. Ap. 1, 15 quomodo ... non est -e, ut tali fastu vegetentur Graeci. SALV. gub. 4, 62 nonnulli -e atque absurdum arbitrantur, ut ... deteriores ... barbaris iudicemur. si: CONC.^{S} I 5 p. 194, 13 non -e omnino sit, si et in homine spiritus suus inhabitare dicatur (*gr. p. 223, 4 πῶς οὐκ ἀμώμητον ... τὸ ... λέγεσθαι*).

2 *usu vario*: AVG. epist. 120, 1, 3 si hoc praeceptum rationabile non est, ergo -e est. PS. AVG. quaest. test. I 109, 5 p. 259, 21 si, quae -ia videntur, praecipiat (*cf.* CASSIOD. Ios. c. Ap. 2, 24 probatur hoc -e vehementer). CONC.^{S} I 2 p. 84, 17 (= I 3 vers. Tur. p. 110, 18) hoc visum est nobis tamquam -e contemnere (contemnendum *vers. Tur.*). I 3 vers. Tur. p. 110, 11 quae sic -ia sunt (*gr. I 1, 3 p. 29, 20 παράλογα.* COD. Iust. 7, 37, 3, 1a quod satis -e est). SALV. gub. 4, 41 nullum ... *scelus* est ... vel -ius vel insanius.

B *de iis, quae intellegi non possunt*: **1** *de iis, quae in se ipsis intellegi non possunt*: **a** *in sua natura*: **α** *de iis, quae ratione praevideri non possunt, i. de casu, fortuna sim.*: PS. QVINT. decl. 9, 16 sive caelestis providentia sive -is casus sive adsignata ... necessitas ... pectora nostra distinxit (*cf.* CHALC. comm. 158 fortunae ... -is et cum admiratione proventus inopinus. EVSTATH. Basil. hex. 8, 4, 3 -es exitus urnae). AMM. 31, 12, 15 verebatur *hostium* ... -es motus (*cf.* NOVELL. Iust. 15, 3 pr. iudicum forte -es nutus atque praeceptiones).

β *de iis, quae aut omnino nihil aut nihil intellegibile significant, i. de verbis, doctrinis sim.*: FORTVN. rhet. 1, 3 p. 84, 3 aliae ... ne controversiae quidem dici debeant, sed plasmata -ia, id est ἄλογα (*cf.* GRILL. rhet. p. 53, 9 M. ἀπερίστατον [*sc. genus asystatarum*], hoc est inconstans et -is [-e *l. v.*] et sine substantia. AVG. rhet. 15 p. 146, 2 plegmata -ia). DON. Ter. Phorm. 303 sola -is exclamatio relinquitur seni (CAEL. AVR. chron. 4, 8, 110. *cf.* AVG. in psalm. 82, 3 *vocem* plane -em, ut sonitus magis quam locutio vel sermo dicendus sit. GREG. TVR. Franc. 5, 20 p. 228, 9 sermonibus). HIER. tract. in Marc. p. 345, 16 *Iudaei* rationabiles prophetas non vident quasi homines, sed quasi arbores, id est -es, inintellegibiles. POSSID. vita Aug. 17 p. 48 quid callida et -is haeresis ad seducendum et decipiendum profiteatur (*cf.* FVLG. RVSP. c. Arrian. 3 p. 208^{D} profitemur sine aliqua ambiguitate -i. GREG. M. moral. 3, 42 p. 621^{B} haeretici ... *ecclesiam* quasi quibusdam iaculis -bus verbis transfigunt).

b *in suis causis*: **α** *de iis, quorum causa efficiens intellegi non potest, i. q. sine causa rationabili*: DON. Ter. Eun. 864 ne videatur -is audacia ingenui a poeta inducta esse. AMBR. Hel. 16, 60 p. 447, 14 *ebrii* -is (-es *l. v.*) cernunt pavores. in psalm. 118 serm. 5, 38, 1 non sit ... -is timor (CASSIOD. Didym. in I Petr. 2, 18 p. 27, 7 hist. 4, 18, 7. *cf.* HEGES. 1, 32, 6 p. 61, 22 metus [*gr. 1, 373 παραλογώτατα ... δοκεῖ τὸ ... δέος*]). HEGES. 2, 9, 1 p. 145, 17 spes libertatis, praedulcis ad expetendum, sed plerumque -is ad adipiscendum (*gr. 2, 346 ἐλπὶς ἀλόγιστος ἐλευθερίας.* ORIG. in Matth. 14, 24 p. 344, 22 spe -i [*φαντασίᾳ*]. *cf.* THEOD. PRISC. log. 26 -is animi desperatio repentina). FAVST. Aug. c. Faust. 22, 3 p. 593, 9 non -is accusatio. AVG. mus. 5, 5, 10 p. 1152$^{in.}$ vera et certa ratione hoc, non -i opinione discernitur. PS. AVG. quaest. test. I 93, 3 p. 164, 25 non -em esse fidem nostram. LEO M. epist. 16, 1 p. 696^{B} -em novitatem usurpare. AVELL. p. 150, 19 non -em cognoscimus fuisse famulatum. SALV. eccl. 3, 67 curam. RVSTIC. Conc.^{S} I 4 p. 16, 8 satisfactionem. CONC.^{S} IV 2 p. 66, 41 -es ... videbuntur ... poenae. FAVST. REI. grat. 1, 2 p. 12, 13 quam -is et plena iniquitatis obiectio. OP. imperf. in Matth. 37 p. 835$^{a.med.}$ patientia. SCHOL. Ter. p. 131, 10 misericordia. CASSIOD. Ios. antiq. 5, 280 -em eius (*sc. mariti*) tristitiam mitigare. var. 1, 5, 3 sicut nolumus oppressis negare iudicium, ita -bus querelis non praebemus assensum.

β *de iis, quorum causa finalis intellegi non potest, i. q. sine certo eventu vel fructu*: AMBR. in psalm. 118 serm. 3, 12 -es duxit dies *Nazaraeus.* DIOSC. 1, 11 p. 10, 10 M. inanes et -es habentur *casiae* (*gr. 1, 13, 2 εὐτελεῖς*). OP. imperf. in Matth. 39 p. 845$^{med.}$ -is terra, quae secus viam posita est, semper conculcatur. ALEX. TRALL. 1, 110 quibus ... dolor non grandis est, his nihil est -e eis, quae amplius mordent purgantque, uti.

2 *de iis, quae ordini, qualis ratione intellegitur, contradicunt*: **a** *usu q. d. mathematico, i. quod metiri non possumus*: AVG. mus. 1, 9, 15 p. 1092$^{med.}$ appellemus ... illos *motus*, qui inter se dimensi sunt, rationabiles, illos autem, qui ea dimensione careant, -es. MART. CAP. 9, 949 alia *diastemata* logica, alia aloga memorantur; ac rationabilia illa sunt, quorum consensus possumus praestare proportionem, -ia, quibus non subest ratio. 9, 975 alios ... *pedes compositos ἀλόγους*, hoc est -es, nominamus, quorum[que] ratio nulla praestatur, sed incondita quaedam compositio profertur (*cf.* 9, 992 sunt ... *numeri*, qui etiam -es esse dicuntur, quos alogos vocitamus).

b *usu q. d. morali*: **α** *i. q. contra ius fasque*: CONC.^{S} II 3, 2 p. 123, 21 -is est facta damnatio. PALLAD. hist. mon. I 51 p. 335^{A} ne ... et ego -i nota deformer. CASSIOD. var. 3, 35 nec ... metuas -em quaestionem. COD. Iust. 5, 9, 10, 5 odium. NOVELL. Iust. app. 7, 14 modo. ORIG. in Matth. 13, 5 p. 191, 23 prolatione (*postea*: sine ratione non agat). CAES. AREL. serm. 224, 2 p. 841, 31 non est -e, quod requiro (*antea*: rationabiliter ac mediocriter praeparata).
β *i. q. contra naturam, sc. quod naturaliter explicari non potest*: CAEL. AVR. acut. 1, 12, 101 audacia et -is fortitudo peiorantis est passionis *phreniticorum.* chron. 5, 10, 103 harum omnium eruptionum plerique alias rationabiles dicunt, aliquas -es (*cf.* 104 -es ... dicunt eas [*sc. eruptiones*], quae in diaphragmate vel hypozygo membrana aut iecore aut liene generatae rumpuntur).

n. pro subst.: **A** *de iis, quae ratione instructa non sunt* (*cf. p. 386, 1*): **1** *in universum*: **a** *de bestiis* (*cf. p. 386, 26. de bestiis et de inanimatis v. l. 48*): **α** *pl.*: IREN. 4, 37, 6 -ia sive inanimalia, quae sua voluntate nihil possunt agere. AMBR. hex. 6, 4, 21 p. 216, 17. *al.* HIER. hom. Orig. in Ier. 3, 4 p. 313, 24 RVFIN. Orig. in num. 4, 3 p. 24, 9. *al.* AVG. civ. 19, 15 p. 381, 18 D. PS. AVG. serm. ed. Caillau 2 app. 56, 5$^{med.}$ facti sumus -bus insensatiores. *al.* AVELL. p. 283, 24 nullam differentiam ad -ia haberemus. CONC.^{S} I 3 vers. Tur. p. 158, 13. *al.* BOETH. in Porph. comm. pr. 1, 8 p. 21, 20 cum equus cum bove atque cane sub eadem differentia sit, quod -ia sunt omnia. *al.* ENNOD. epist. 3, 15, 2 p. 83, 2 erga curam sobolis posterior ab -bus invenitur. DIONYS. EXIG. Greg. Nyss. creat. 16 p. 371^{C}. *al.* RVSTIC. c. aceph. p. 1196^{A}. *de bestiis et de inanimatis*: ISID. diff. 1, 85 clamor rationabilium, clangor -ium, ut anserum vel tubarum. **β** *sg.*: AMBR. hex. 5, 10, 29 p. 163, 17 *v. p. 385, 65.* BOETH. in Porph. comm. sec. 5, 1 p. 287, 19 dicitur ..., quod rationabile est, esse animal et rursus, quod -e est, esse animal.

b *de ceteris rebus*: **α** *generatim*: LACT. inst. 2, 2, 17 adorant ... insensibilia qui sentiunt, -ia qui sapiunt (*sc. simulacra. cf.* epit. 20, 15). AMBR. in psalm. 118 serm. 3, 12 p. 47, 11 *Nazaraeus* -i adpropinquaverat (*i. mortuo*). BOETH. mus. 1, 2 p. 189, 3 *anima* ex rationabili -ique coniuncta est. **β** *speciatim apud Boeth. de rebus, quae necessarie nec libere agunt* (*cf. p. 386, 80*): BOETH. herm. pr. 2, 13 p. 200, 7 omnis ... secundum rationem potestas opposita quoque valet, -ium vero non omnis potestas huiusmodi potestas est. herm. sec. 6, 13 p. 449, 11 illa ... potestas, quae opposita non valet, in solis -bus invenitur. p. 452, 5sq. quaedam contraria non possunt, ut ea, quae sunt -ium; nam cum omnium -ium in eo, quod -ia sunt, *eqs. al.*

2 *technice in logica de statu irrationabilitatis* (*cf. p. 390, 69*): BOETH. in Porph. comm. sec. 4, 2 p. 246, 10 est aliud, quod rationabili atque -i (rationali atque irrationali *l. v.*) differentiis disgregatur. 5, 1 p. 287, 22 -e et de equo praedicatur ac bove.

B *de iis, quae rationi non congruunt* (*cf. p. 387, 13*): CONC.^{S} I 2 p. 84, 10 perferre ausi sunt sic -ia (*gr. I 1, 3 p. 29, 20 παράλογα*). I 5 p. 150, 32 -ia multa eveniunt (*gr. I 1, 6 p. 122, 6 ἄτοπα*). GREG. TVR. vit. patr. 8, 3 p. 694, 11 -ia ... non solum admirare, sed nec audire desidero. GREG. M. moral. 6, 52 p. 757^{B} *motus carnis* mentem nostram -ia suadendo lacessunt. *comparativus*: PS. AVG. serm. ed. Caillau 2 app. 56, 5$^{med.}$ ecce avibus deteriora sentimus, -iora cogitamus.

m. (vel f.) pro subst. (*pro f. v. p. 389, 5*): **1** *de hominibus, qui ratione minus, i. stulte (cf. p. 385, 61) vel perverse (cf. p. 385, 71) utuntur*: **a** *pl.*: IREN. 2, 27, 3 affirmare relinquentes, quod certum et indubitatum et verum est, valde praecipitantium se in periculum et -ium *est.* SCHOL. Hor. gloss. Γ sat. 1, 3, 100 'mutum ... pecus' -es. HIER. in Agg. 1, 11 p. 1398^{C} rationabiles ... et -es, id est doctos et indoctos. *al.* RVFIN. Orig. princ. 1, 3, 6 p. 57, 4 participatio dei patris pervenit in omnes tam iustos quam peccatores et rationabiles atque -es. CONC.^{S} I 3 vers. Tur. p. 158, 14 *dominus* positus cibus -bus

[Ruhstaller]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

(Rvstic. -ioribus) factus est (*gr. I 1, 2 p. 86, 23 ἀλογωτέροις*). *al.*
b *sg.*: Evcher. form. 4 p. 27, 5 mulus: -is quisque; in psalmo: nolite fieri sicut equus et mulus, quibus non est intellectus.

2 *de bestiis*: Dionys. Exig. Greg. Nyss. creat. 16 p. 371C in rebus carnalibus -es nobis sunt compares et aequales. *videntur esse feminini vel communis generis*: Evseb. Emes. serm. 21, 13 p. 110, 3 et -bus (*sc. bestiis feminis*) figurantur *pulli*. 15 p. 110, 25 numeri ... mensium matricibus et -bus positi sunt. 17 p. 112, 9 quaerito ... ipsam positionem fontis escarum (*sc. uberum*), qualis apud nos et qualis apud -es habeatur. *al.*

adv. ***irratiōnābiliter.** *i. q.* ἀλόγως (*quod, ubicumque exemplis e gr. versis subest, non affertur*). *iungitur fere c. verbis, c. adi. l. 27. legitur inde a* Tert.

A *i. q. eo modo, qui ratione caret*: **1** *de actibus vel dispositionibus humanis*: **a** *i. q. modo malo atque perverso* (*cf. p. 385, 71*): Tert. paenit. 1, 4 quam ... in paenitentiae actu -r deversentur *eqs.* Iren. 2, 15, 3 si -r aliquid fecit ([*syn.* vane et improvide]. Hier. tract. in Marc. p. 361, 28. *cf.* Rvstic. Conc.S I 4 p. 146, 38 ut nihil -r fieret). 2, 28, 6 -r ... inflati (*cf.* Hier. hom. Orig. in Ier. 9 p. 654C alius -r [irrationabili *l. v.*] et stultorum more ... effertur. Orig. in Matth. 13, 16 p. 220, 28 -r extolluntur homines). 4, 4, 3 -r vivens (5, 8, 2 Ferrand. canon. 148. *v. et l. 35*). 5, 8, 3 qui ... in suis concupiscentiis -r ambulant (*cf.* Ambr. Iac. 1, 1, 3 p. 5, 17 humanum ... passus est David, ut -r concupisceret. Greg. M. in cant. p. 170, 39 -r ad suae voluptatis intellegentiam flectunt *scripturam sacram*). Lact. epit. 47, 5 -r oderunt. Heges. 5, 37, 2 p. 379, 10 neminem -r insultare. Hier. c. Lucif. 4 p. 158C -r inclementes. Pelag. in Eph. 6, 4 inmoderate et -r verberando. Rvfin. Orig. in gen. 1, 17 p. 21, 11 si ... -r agatur ira (Greg. Tvr. Franc. 10, 8 p. 489, 5. *al. cf.* Greg. Tvr. Franc. 4, 13 p. 144, 7 multae ... causae tunc ... -r [inrac- *l. v.*] gerebantur. 4, 21 p. 154, 8 conmiserat). Canon. Turner II 1 p. 92 rec. III περὶ τῶν ἀλογευσαμένων ἢ καὶ ἀλογευομένων τοιόνδε, quae nos latine possumus dicere 'de his qui -r versati sunt sive versantur' (*cf.* p. 93 rec. VI 'de his qui fornicantur -r', id est, qui miscentur pecoribus aut cum masculis polluuntur. p. 101 rec VI vixerunt). Conc.S II 2, 1 p. 59, 12 nihil -r et praeter aequum postulamus (*gr. II 1, 1 p. 154, 15 οὐδὲν ἄτοπον.* Bened. reg. 31). II 5 p. 10, 16 impetu vesano -r utentes. Ivnil. 2, 30 fides ... super rationem ... est, non tamen temerarie et -r adsumitur. Cassiod. hist. 4, 13, 4 populus ... -r ei resistebat (*Socr. 2, 13 ἀλογωτέρας ἐποιεῖτο ... τὰς ὁρμάς*). Greg. Tvr. Franc. 2 praef. p. 36, 9 non ... -r accipi puto, si ... memoremus *eqs.* Pallad. hist. mon. II 2 p. 346D mori -r. *al.*

b *i. q. modo stulto* (*cf. p. 385, 61*): Hil. syn. 71 *non est* -r praedicanda *una patris et filii substantia*. Hilarian. curs. temp. p. 156, 17 ne ... opuscula ... condimentis sapientiae aliena -r conderentur. Hier. tract. in Is. p. 115, 16 insipienter et -r ... laudare (*antea*: rationabiliter atque prudenter dicunt). Tract. Pelag. p. 135, 14 dure et -r definitis. Boeth. top. Arist. 8, 1 p. 995B negare. Fvlg. Rvsp. c. Arrian. 4 p. 212B dicere (Greg. M. moral. 5, 27 p. 693C). Act. Archel. 5, 4 ne ... -r et simpliciter utraque indiscrete permisceas.

2 *respicitur modus effectuum, qui producuntur rebus ratione non instructis*: **a** *i. q. modo necessario nec libero* (*cf. p. 386, 80*): Boeth. herm. sec. 6, 13 p. 450, 11 esse quasdam *potestates*, in quibus non sit verum dicere, quoniam opposita valent; ... in his quidem primum *exemplum* quae -r possunt, id est non secundum aliquam rationem ..., hoc namque *illis* ... naturaliter adest. **b** *eo modo, qui sine ratione fit*: Greg. M. moral. 5, 83 p. 727C *ira* -r devictae menti dominatur. Pass. Clem. (BHL 1848) 17, 2 nos homines sumus rationabiles, et illi sunt canes -r latrantes.

B *i. q. eo modo, qui rationi non congruit*: **1** *eo modo, qui causa rationabili non nititur* (*cf. p. 387, 69*): **a** *in figura, q. d. litotes* (*v. et l. 40. p. 390, 9*): *i. q. secundum ipsas rerum rationes*: Char. gramm. p. 71, 7 B. 'canitia' nec -r nec abhorride dicitur (Prisc. gramm. II 355, 4 Orig. in Matth. 13, 17 p. 225, 26. *al.* Rvstic. c. aceph. p. 1187B. *al.*). Prisc. gramm. II 10, 7 *liquidis* quidam addunt non -r 'm' et 'n'. 33, 12. 362, 12 in omnibus produci invenio casibus haec nomina, nec -r (378, 7. *cf.* Cael. Avr. acut. 2, 37, 199 est ... possibile ... unctionem facere constrictivam, non -r). *al.* Hier. hom. Orig. in cant. 2, 2 p. 43, 10 respondet. Avg. doctr. christ. 1, 30, 31 p. 31in. quaeri potest (*cf.* epist. 120, 2 p. 706, 15 flagitas, ut *eqs.*). gen. ad litt. 4, 23 p. 123, 7 vita fidelium ... non -r lux ... appellatur (*cf.* Cassiod. Ios. c. Ap. 1, 92 'captivi' non -r ab Aegyptiis sunt vocati *progenitores nostri*). serm. 51, 8, 13 p. 340in. Iechonias ... non -r bis numeratur. Svlp. Sev. dial. 2, 4, 9 *Martinus dixit* non -r in campo catechumenos fieri, ubi solerent martyres consecrari. Avell. p. 422, 4 non -r ... illud concurrit, ut *eqs.* Conc.S I 5 p. 155, 7 *sermones* non -r habitos (*syn. p. 268, 32* non sine decenti ratione, *gr. I 1, 6 p. 129, 2 τοῦ πρέποντος οὐκ ἠμοιρηκότας*). p. 189, 11 verbi adunatio ... non -r rebus nostris comparetur (*gr. p. 221, 7 οὐκ ἀπὸ σκοποῦ*). Epist. pontif. 602 Schwartz p. 76, 16 opinamur (*cf.* Cassiod. in psalm. 85, 13 p. 615D arbitramur). Cassiod. Ios. antiq. 3, 22 non ... -r (rationaliter *l. v.*), sed necessitate fecisse. *al.*

b *extra figuram q. d. litotes, i. q. sine rationabili causa*: Amm. 19, 10, 1 vi ... plebis ... Tertullus vexabatur, ... -r plane. Schol. Hor. carm. 1, 24, 11 'frustra' ... -r et sine remedio. Avg. epist. 120, 5 p. 708, 14 quid ... est ... quod -r fecerit deus? (retract. 1, 3, 2 p. 21, 3). Cassiod. in psalm. 72, 2 p. 516C cui administratio domini -r displicebat. Orig. in Matth. 17, 2 p. 581, 21 rationabiliter aut -r ⟨...⟩ excitati. Ps. Orig. hom. in Matth. 1, 3 p. 242, 9 quare inprudenter cogitas, quare -r meditaris?

2 *i. q. eo modo, qui nihil significat* (*cf. p. 387, 54*): Avg. serm. 288, 3 p. 1304med. vox ... etsi tantummodo sonet et -r perstrepat, ... vox dici potest, verbum dici non potest.

3 *i. q. eo modo, qui iustitiae et ordini rerum non respondet* (*cf. p. 388, 23; in figura q. d. litotes v. l. 14*): Rvstic. Conc.S I 4 p. 33, 21 si quis -r agere aliquid tale praesumeret. Conc.S IV 2 p. 171, 17 iniuste et -r suscepit eum (*i. Eutychen*) Dioscorus. Cassiod. hist. 5, 17, 16 ita -r adiudicandus est homo, qui non est examinatus? 11, 3, 5 quemadmodum *Theodosius* -r episcopatu fuisset expulsus (*Socr. 7, 3 παραλόγως. cf.* Greg. M. epist. 13, 47 p. 412, 15 constet eum non -r esse depositum). Ios. antiq. 2, 117 nec alimentum ... propter puerum -r auferendum (var. 1, 11, 2 abstulisse). var. 2, 18, 2 defendere (*cf.* Greg. M. epist. 9, 204 p. 192, 7 defensare). 5, 30 nec cuiquam -r (rationabiliter *l. v.*) fas sit imponi *opera servilia*. 5, 37, 3 sustinere dispendia (Greg. M. epist. 1, 61 p. 84, 1. *al.*). 6, 23, 2 perdidisse. 12, 15, 1 vexari (*cf.* Greg. M. epist. 3, 27 p. 185, 16 iniquum est, quibusdam adflictionibus quemquam -r subiacere. 6, 33 p. 412, 2 eis -r molestus existat. 9, 171 p. 168, 27 molestiis subiacere. 11, 32 p. 302, 13 fatigari). Greg. Tvr. Franc. 9, 20 p. 440, 15 quae -r in regione propria fiebant. Novell. Iust. 2, 3 pr. si ... filius ... -r exheredatam fecerit *matrem*. 22, 15, 3 si ... persona -r repudium miserit. 74, 5 pr. si ... -r expellat *mulierem* de domo. Greg. M. epist. 1, 63 p. 85, 2 domum ... -r titulatam. 6, 16 p. 396, 2 hunc ... iniuste ac -r neglegentes. 6, 29 p. 408, 3 impediri (*cf.* 13, 15 p. 383, 13 arcere). 8, 3 p. 5, 4 -r iuri suo mancipia competentia detinere (*al.*). 8, 14 p. 16, 28 *parochiae* -r occupatae (*al.*). Bened. reg. 31, 7 si quis frater ... aliqua -r postulat, ... rationabiliter ... deneget.

***irratiōnābilitās**, -ātis *f. ab* irrationabilis. *scribitur in codd.* inr- *et rarius* irr-. *legitur inde a* Ps. Apvl., Iren. [*variat in codd. apud Boeth. aliquoties cum* irrationalitas (*v. l. 73. 76. 77*).]

i. q. defectus rationis: **1** *defectus congruentiae cum ratione rei*: Ps. Apvl. Ascl. 26 haec et talis senectus veniet mundi: inreligio, inordinatio, -s bonorum omnium. Iren. 2, 19, 3 quomodo hoc (*sc. opiniones adversariorum*) non super omnem -em est? 4, 34, 5 quiescant a tanta -e. Ps. Rvfin. Ios. bell. Iud. 2, 17 p. 688in. -em causae ipsius arguebant (*gr. 2, 412 τὸ ἄλογον*). Evstath. Basil. hex. 6, 7, 7 quanta -s est bonum malumve non pro sua cuiusque dignitate distinguere (τὸ ἄλογον). Boeth. herm. sec. 6, 13 p. 457, 8 hoc omnem modum -is excedit. Mvtian. Chrysost. hom. 11 p. 316med. ad hoc -is venimus (*gr. p. 96in. ἀλογίας. cf.* Orig. in Matth. 15, 16 p. 396, 23 ad -em venimus dicentes *eqs.* [ἀτόπῳ]).

2 *defectus rationis seu intellectus*: **a** *respicit ad homines ratione instructos, i. q. defectus rationis debitae*: α *fere i. q. malignitas* (*cf. p. 385, 71*): Anian. Chrysost. laud. Paul. 1 p. 475in. *Paulus* excludens omnem -em atque ferocitatem mansuetudinem spiritus introduxit (ἀλογίαν). Ps. Orig. in Iob 2 p. 488B Eua ... prima in insipientia, maxima in -e ..., quae singularem -em omnium mortalium saeculo induxit. 3 p. 509C maximam notam -is hanc esse existimantes, si *eqs.* Avell. p. 413, 6 *rationabilis creatura* ordinem legitimae rationabilitatis excedens in -is abruptum ... abducta est. β *fere i. q. stultitia* (*cf. p. 385, 61*): Op. imperf. in Matth. 37 p. 835in. inventa est -s *hominum* ... esse simplicitas et stultitia eorum mansuetudo; nam simplicitas ... hominis -s est, et mansuetudo, si non sit propter deum, stultitia est. Cassiod. hist. 1, 14, 29 vecors est dicere ... -is *fuisse capabilem dei* verbum (*Theodoret. 1, 4, 30 ἀλογίᾳ*). Facvnd. defens. 4, 2 p. 621A Diodorus ... acuens -em acutus apparuit sophista religionis agrestis. γ *i. q. defectus libertatis*: Theod. Mops. in Gal. 2, 16 p. 29, 15 -e quadam videbamur ... in bonis mansisse (*antea*: quod ... hoc primitus nobis necessarie adesse conveniebat).

b *respicit ad alias creaturas ratione non instructas*: α *usu generali, i. q. defectus rationis* (*sc. non debitae*): Avg. gen. ad litt. imperf. p. 474, 26 tertium lucis genus in creaturis intellegi potest, quo ratiocinamur; huic contrariae tenebrae sunt ⌊-s, sicut sunt⌋ (⌊⌋ *om. L*) animae bestiarum. Dionys. Exig. Greg. Nyss. creat. 29 p. 396D -e piscium (*gr. Migne 44, 232A ἀλογίας*).

β *usu speciali in logica apud Boeth., i. q. defectus rationis, qui potest praedicari de bestiis tamquam differentia* (*cf. p. 388, 64*): Boeth. in Porph. comm. pr. 2, 4 p. 92, 11 rationabilitatem ... et -em, id est hominis vel equi differentias *eqs.* 2, 5 p. 93, 14 equus semper inrationalis, et eius -s (inrationalitas *l. v.*) in actu posita est. p. 94, 4 dicitur ... et ad equum et ad bovem et ad piscem et ad avem. 2, 7 p. 97, 16 ista rationabilitas et -s in substantia ipsarum specierum est. p. 97, 18 neque equus potest esse sine -e (inrationalitate *l. v.*) neque homo sine rationabilitate. 2, 9 p. 101, 27 -s (inrationalitas *l. v.*) in substantia hominis non est. comm. sec. 4, 1 p. 241, 9 homo atque equus differentiis substantialibus discrepant, rationabilitate atque -e. *al.*

irratiōnābiliter *v. p. 389, 11.*

***irratiōnālis**, -e. *ab* in *et* rationalis. *scribitur in codd.* inr- *et rarius* irr-. *compar.* (*cf. p. 384, 79*) *et superl. desunt; nota* plus -is *p. 391, 75.* Gloss. ἄλογος. *graece respondere solet* ἄλογος (*quod ad singula exempla non affertur*). *de usu: pro subst. n.*

[*Ruhstaller*]

25*

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

p. 392, 32. m. p. 393, 1. f. p. 393, 5. in figura q. d. oxymoron: rationalis -is *l. 55*, -is rationalis *p. 393, 6 (cf. etiam l. 83). ex locutionibus q. s.* '-e est' *sim. pendet: inf. l. 71. p. 392, 7 sqq.; enuntiatum per* ut *p. 392, 11. legitur inde a* CELSO, SEN., QVINT., TERT.; *in poesi semel ap.* VEN. FORT. *v. l. 81.*

[*variat in codd. saepe c.* irrationabilis. *ex traditione dubia*: SEN. epist. 113, 17 omnia animalia aut rationalia sunt, ut homines, ut di, ⌊aut -ia, ut ferae, ut pecora⌋ (⌊ ⌋ *om. codd. vetustiores*). *e coni.* (*v. et p. 385, 5*): Ps. APVL. Ascl. 35 mortalis vel immortalis vel rationalis ⟨vel -is⟩ (*e cod. Pragensi, ubi pro* vel rationalis *exstat, in textum recep. Ciro, Goldbacher, Nock*). TERT. anim. 16, 3 Plato soli deo segregans rationale duo genera subdividit ex ⟨in⟩rationali. *falsa versio refutatur a* BOETH. in Porph. comm. pr. 2, 6 p. 95, 17 quod Porphyrius ἀνάλογον dixit, id est 'proportionale', *Victorinus* sic accepit, quasi ἄλογον diceret, id est '-e' (*cf.* VICTORIN. Boeth. in Porph. comm. pr. 2, 6 p. 95, 23 BOETH. in Porph. comm. pr. 2, 6 p. 96, 1).]

i. q. non rationalis: **I** *de iis, quae ratio seu intellectus deficit*: **A** *spectat ad illa, quae ratione instructa non sunt*: **1** *generatim*: **a** *de bestiis* (*huc spectant etiam l. 8. p. 393, 3*): CELS. 1 praef. 38 -e animal hanc artem posse praestare (QVINT. inst. 7, 3, 24 est equus animal, sed -e. NOVATIAN. cib. Iud. 3 p. 230, 12 LACT. inst. 5, 17, 31 AVG. civ. 9, 13 p. 386, 12 D. *al.* MART. CAP. 4, 349 BOETH. in Porph. comm. pr. 1, 10 p. 27, 8. *saepe. aliter infra l. 58*). QVINT. inst. 2, 16, 16 quia carent sermone, quae id faciunt, muta atque -ia (-abil- *l. v.*) vocantur. TERT. scorp. 10 p. 166, 11 *homines* -bus iumentis adaequavit (ITALA psalm. 48, 21 [Tert. anim. 32, 8] assimilatus est homo -bus iumentis [ἀνοήτοις, *Vulg.* insipientibus]). HIER. in Ier. 1, 86, 2 p. 62, 15 iram . . . dei et muta sentiunt elementa et -ia pertimescunt animantia (AVG. anim. 4, 9, 13 p. 392, 4 me . . . -bus similem animantibus iudicas? *al.*). AVG. anim. 4, 23, 37 p. 415, 14 -ia *pecora* (quaest. hept. 3, 74 p. 299, 7). RVSTIC. Conc.^{S} I 4 p. 42, 28 ovium. OP. imperf. in Matth. 9 p. 679$^{med.}$ equus (BOETH. in Porph. comm. pr. 2, 4 p. 93, 14). BOETH. in Porph. comm. pr. 1, 10 p. 28, 3 -em *speciem* (1, 19 p. 57, 9). Porph. isag. p. 35, 3 aquilum esse vel simum vel rationale vel -e inseparabilia sunt. *al.*

b *de hominibus*: **α** *de actibus vel partibus hominis ratione non instructis* (*de anima rationali v. l. 55. huc spectat et p. 393, 6*): SEN. epist. 71, 27 memini ex duabus . . . *hominem* partibus esse compositum: altera est -is, . . . altera rationalis (*cf.* 92, 8 -is pars animi duas habet partes). TERT. anim. 16, 7 *apostolus* -e indignativum suggillat, quod non sit ex ea natura, quae a deo est, sed ex illa, quam diabolus induxit (*cf.* 17, 2 Plato . . . -em pronuntians sensualitatem et opinioni coimplicitam). HIER. epist. 98, 6, 4 *anima* nec -is nec absque mente et intelligentia dici potest, sed e contrario rationalis et intelligibilis et mentem habens ac sentiens (AVG. civ. 19, 13 p. 376, 30 D. pax animae -is ordinata requies appetitionum. *al.* CLAVD. MAM. anim. 1, 23 p. 82, 2 administrat -is anima corpus animale. *al.* PRISC. LYD. solut. 1 p. 44, 32. 45, 4. *cf.* AVG. nat. bon. 5 p. 857, 18 melior est . . . corruptus . . . spiritus rationalis quam -is incorruptus). AVG. civ. 14, 22 p. 46, 17 D. de animo rationali, qui regit et -i cupiditate, quae regitur *eqs.* gen. ad litt. 7, 7 p. 206, 23 -is . . . vita materies erat animae rationalis? (*al.* PRISC. LYD. solut. 8 p. 88, 26). FACVND. defens. 9, 4 p. 755^{D} caro *est* . . . mortalis et -is. *v. et p. 386, 19. nota per confusionem oppositorum de anima rationali*: FACVND. defens. 9, 4 p. 755^{D} rationalis (*sc. anima*) -is *est.*

β *de hominibus ipsis ratione quasi non instructis*: SEN. epist. 118, 14 *infans* -is est, *pubes* . . . rationalis (*cf.* 124, 9 *infans* est aliquod -e animal [in ratione *BA*], est aliquod nondum rationale, est rationale, sed imperfectum. *ibid.* in eo, quod -e est [*i. infante*], numquam erit bonum). *homo quasi describitur in pl. n.*: IREN. 3, 25, 1 necesse est . . . ea, quae providentur et gubernantur, cognoscere suum directorem, quae quidem non sunt -ia neque vana *eqs.*

c *de rebus inanimatis*: HIER. in Ier. 6, 23, 4 p. 399, 15 -em et insensibilem montem. AVG. conf. 1, 6, 9 rerum. BOETH. c. Eut. 2, 21 *substantiae. paulo aliter*: IREN. 5, 9, 3 sanguis -is (*i. quem habent bestiae -es; nisi forte agnoscendus est gen. n. pro subst.* [*v. p. 392, 42*]), velut aqua effusa in terram (*cf. deut. 12, 16; opp. postea*: homo vivens, sanguis rationalis).

2 *speciatim apud Boeth.* -is potestas *pro t. t. Aristotelis q. e.* ἄλογος δύναμις, *fere i. q. necessarium, non liberum* (*cf. p. 386, 80*): BOETH. herm. sec. 6, 13 p. 448, 11 ignem calefacere -e est. p. 450, 17 haec . . . ignis potestas non valet opposita, scilicet ⟨cum⟩ sit -is.

B *spectat ad homines, qui ratione vel intellectu minus vel perverse utuntur*: **1** *de ipsis hominibus* (*v. et p. 393, 2*): IREN. 4, 38, 4 plus -es sunt quam muta animalia. HIER. in Hab. 2, 3 p. 1318^{D} Moyses loquitur ad dominum: 'ego autem sum ἄλογος', id est '-is' (*cf. Itala exod. 6, 12* [*Lugd.*] indoctus, *LXX* ἄλογος, *sed 6, 30* ἰσχνόφωνος *pro eodem textu hebr., Vulg.* incircumcisus labiis [*cf. ad l. Hier. hom. Orig. in Luc. 5 p. 32, 16* absque sermone sive ratione. *Max. Taur. v. p. 386, 61*]). CONC.^{S} II 5 p. 82, 17 *corpus sacerdotis* diversis contumeliis sauciatum et -i populo lusus effectum. VEN. FORT. Mart. 4, 539 *Brictio* -is. Ps. QVINT. decl. exc. Paris. 12 p. 411, 3 rationem quaerit, qui omnes nos -es fecit?

2 *de qualitatibus vel actibus humanis*: IREN. 5, 8, 2 prophetae . . . irrationabilibus animalibus assimilant eos propter -em conversationem illorum. AVG. lib. arb. 1, 65 -es animi motus (CASSIOD. hist. 1, 11, 6). CHRYSOST. ed. Froben I 874^{C} passionibus. *al.*

II *de iis, quae rationi vel intellectui perspicua non sunt*: **A** *de actibus vel opinionibus, quae procedunt ex ratiocinatione incongrua* (*c. inf. v. l. 7. 9; c. propositione subordinata per* ut *v. l. 11*): TERT. anim. 16, 2 -e . . . omne delictum. IREN. 2, 8, 3 -e est . . . et impium adinvenire locum, in quo cessat et finem habet . . . propator et proarche et omnium pater *eqs.* 2, 10, 1 perquam . . . -e est . . . quaerere, si est super . . . *deum*, qui non est. HIER. in Ier. 5, 55, 4 p. 340, 20 *septuaginta interpretes* -e arbitrati, ut deus loqueretur ad columnas *eqs. al.*

B *de iis, quae intellegi non possunt*: **1** *de iis, quae ordini ratione intellecto contradicunt*: **a** *usu q. d. morali*: **α** *i. q. contra ius fasque*: TERT. adv. Marc. 1, 23 p. 320, 25 exigo rationem bonitatis, quia nec aliud quid bonum haberi liceat, quod non rationaliter bonum sit, nedum ut ipsa bonitas -is deprehendatur (p. 322, 21 si rationalis bonitas talem facit, qualem faceret -is? 1, 25 p. 326, 18).
β *contra naturam ipsius rei*: TERT. adv. Marc. 1, 28 p. 329, 26 o deum usquequaque perversum, ubique -em, in omnibus vanum.

b *usu q. d. mathematico, i. quod metiri non possumus* (*cf. p. 388, 14*): CASSIOD. inst. 2, 6, 2 p. 151, 22 My. geometria dividitur: in planum, in magnitudinem numerabilem, in magnitudinem rationalem et -em, in figuras solidas (p. 152, 4 *magnitudines* -es . . ., quorum mensurae quantitas cognita non habetur [*inde* ISID. orig. 3, 11, 3]).

2 *de iis, quae in se ipsis intellegi non possunt*: **a** *de signis, quae nihil significant*: DIOM. gramm. I 420, 13 *vox* confusa est -is vel inscriptilis, simplici vocis sono animalium effecta, quae scribi non potest. **b** *de rebus quibuslibet, quarum causa non videtur, i. q. sine causa*: VINCENT. LER. 20, 5 -i metu etiam quae certa sunt expavescunt.

n. pro subst.: **A** *de iis, quae ratione instructa non sunt*: **1** *in universum*: **a** *de partibus animae humanae*: SEN. epist. 92, 1 in hoc principali est aliquid -e, est et rationale. TERT. anim. 16, 1 Plato bifariam partitur animam per rationale et -e (rationalem et -em *l. v.*). *ibid.* -e . . . posterius intellegendum est. 16, 2 si . . . -e naturae adscripserimus, . . . aeque -e de deo erit; . . . igitur a diabolo -e, . . . extraneum a deo, a quo est -e alienum. 16, 5 apud nos non semper ex -i censenda sunt indignativum et concupiscentivum. AVG. in euang. Ioh. 23, 6 p. 1585$^{fin.}$ erat . . . in Christo . . . tota anima, non -e tantum animae, sed etiam rationale, quod mens dicitur.

b *de bestiis* (*comprehendi videntur etiam inanima l. 44*): **α** *pl.*: QVINT. inst. 8, 6, 13 secantur . . . *translationes* in pluris ⟨species⟩, ut a rationali ad rationale et item de -bus et haec invicem. AVG. civ. 12, 4 p. 516, 14 D. de ⌊natura -ium⌋ (⌊ ⌋ naturis -abil- *l. v.*) aut vita carentium. IVLIAN. Aug. c. Iulian. op. imperf. 3, 167 p. 1317$^{in.}$ *concupiscentiam vel voluptatem* nihil aliud esse quam unam de instrumentis corporis rationalibus et -bus aeque inditam. BOETH. in Porph. comm. pr. 1, 25 p. 76, 12 rationale ab -bus *differentia est.* **β** *sg.*: AVG. serm. coll. Morin p. 315, 15 homo factus pecus, rationale quiddam factum erat -e. MART. CAP. 4, 398 quiddam inanimum, -e, immortale non est homo; quidam homo non est inanimum, -e, immortale. CLAVD. MAM. anim. 1, 20 p. 71, 7 rationali atque -i meminisse commune sit. BOETH. in Porph. comm. pr. 1, 16 p. 48, 22 dicitur . . . rationale nigrum et -e nigrum, quippe si equus et homo Aethiops nigri sunt.

2 *technice in logica de statu irrationabilitatis* (*cf. p. 390, 69*): QVINT. inst. 7, 3, 3 *equi* genus est animal, species mortale, differentia -e . . ., proprium hinniens (BOETH. in Porph. comm. pr. 1, 14 p. 42, 3 rationale et -e, quae sunt differentiae. 2, 7 p. 96, 14 homo atque equus rationali atque -i differentia [*appos.*] discrepant. comm. sec. p. 258, 1. p. 258, 5 est . . . constitutiva -is [*gen.*] differentia. Porph. isag. p. 36, 5 mortalis et immortalis . . . et rationalis et -is divisivae sunt animalis differentiae [*gr. p. 3*^{b}*, 15* ἡ . . . τοῦ ἀλόγου διαφορά]. p. 36, 9. 11. *al.*). BOETH. in Porph. comm. pr. 1, 10 p. 27, 5 sub animali rationale atque -e contraria sunt (*cf.* 2, 4 p. 92, 10 animal sub se habet species rationale et -e. p. 92, 24 si rationale atque -e aequaliter sub eodem genere sunt. *al.*). 2, 4 p. 92, 14 si animal, quod genus est, neque rationale neque -e est, species . . . istas differentias non habebunt (p. 93, 3 quodsi . . . genus istas differentias habet, ut . . . animal rationale sit et -e *eqs. cf.* p. 93, 17 potest . . . ex se *animal* rationale atque -e profundere). p. 93, 15 ipsum animal rationale vel -e non ipsum agit neque est in eorum (*sc. rationalis atque -is differentiarum* [*v. l. 60*]) actu positum, sed in potestate. comm. sec. 4, 6 p. 258, 4 -e iunctum cum mortali substantiam pecudis facit. Porph. isag. p. 40, 8 -e . . . et de equis et de bubus praedicatur (*gr. p. 4*^{a}*, 40* τὸ ἄλογον).

B *de iis, quae rationi non congruunt*: **1** *usu q. d. morali, i. q. stultum, inhonestum*: SEN. epist. 92, 4 quid turpius stultiusve quam bonum rationalis animi ex -bus nectere? 92, 6 adicimus rationali -e, honesto inhonestum. ANIAN. Chrysost. hom. 4, 8 p. 1015$^{in.}$ longe ferarum -e stultumque transgrederis (*gr. Migne 57, 49*$^{in.}$ ἀλογίας).
2 *usu latiore, i. q. ineptum*: TERT. coron. 8 l. 24 provocans . . . *utensilium communionem* ad rationalium et -ium distinctionem (10 l. 58 illam interstruximus distinctionem differentium rationalium et -ium).

[*Ruhstaller*]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

***m.** vel **f. pro subst.** (huc spectat et p. 391, 10):* *de hominibus stultis*: HIER. in Ier. 2, 75, 3 p. 121, 17 ab his . . ., qui possunt in sublime ascendere, usque ad -es et simpliciores quosque (*cf. antea*: aves aeris . . . pisces aquae). CONC.^{S} I 3 vers. Tur. p. 158, 9 ut licentiam habeat rationalis et -is participari cibo salutis. *f., de re ratione non instructa*: FACVND. defens. 9, 4 p. 755^{D} quia . . . -is (*sc. caro*) rationalis.
adv. **irratiōnāliter.** *i. q. irrationali modo* (*c. adi. v. l. 10*): TERT. fug. 4, 3 si -r quis aut perit apud dominum aut salvus est. adv. Marc. 2, 6 p. 341, 11 nec ratio . . . sine bonitate ratio est, nec bonitas sine ratione bonitas, nisi forte penes deum Marcionis -r bonum. adv. Prax. 3 p. 230, 17 unitas -r collecta.

[**irratiōnālitās,** -ātis *f.* *ab* irrationalis. *variat in codd. cum* irrationabilitas *apud Boeth. cf. p. 390, 33.*]

irratiōnāliter *v. l. 7.* *Ruhstaller.*

irraucio (*?, an* -rāvio *vel* -raucēsco *?*), -rausī (*an* -raucuī [*v. l. 19*]*?*), (-raucīre [*an* -rāvīre *vel* -raucēscere *?*]). *ab* in *et* raucire (*cf. l. 21. an* ravire *?*). *i. q. raucum fieri*: CIC. de orat. 1, 259 nos *oratores* raucos saepe attentissime audiri video . . ., at Aesopum, si paulum -erit (inraucuerit *P*, inracuerit *V*), explodi (*locum affert* PRISC. gramm. II 539, 3 *verba quartae coniugationis in 'cio' desinentia* in 'si' mutata faciunt praeteritum, ut sarcio sarsi, farcio farsi, raucio rausi . . .: Cicero *eqs.* [*Prisc. analogia perperam usum esse censet Neue-Wagener*^{3} *III 405; cf. et Sommer, Handb.*$^{2.3}$ *p. 556*]).
deriv.: irraucus (*retrogr.*).

? **irraucus,** -a, -um. *ab* irraucire (irravire, irraucescere *?*) *retrograde q. v. derivatum.* *e coni.* *i. q. raucus*: PLIN. VAL. 1, 1 $^{fin.}$ *describitur catarrus*: voce obscura aut -a (irata *ed. princ.*) cum sensu praefocationis.

irreceptibilis, -e. *ab* in *et* receptibilis. *scrib.* inr-. *quem aliquis pro vero recipere non possit* (*in fig. q. d. litotes*): CONC.^{S} I 5 p. 261, 12 licet contemplatio in eo (*i. homine, qui constat ex anima atque corpore*) facta non -em habeat secationem atque divisionem (*gr. I 1, 6 p. 120, 10 ἀπαράδεκτον*).

irrecessibilis, -e. *ab* in *et* recedere (recessum). *scrib.* inr-. *qui ab aliquo recedere, separari non potest*: ORIG. in Matth. ser. 63 p. 146, 9 ⟨sub⟩sequuntur seipsas . . . virtutes, quae sunt . . . Christus, ita ut, qui unam habuerit, omnes habeat . . .; Christus enim a seipso -is est. ACT. Petr. 37 p. 93, 1 o natura hominum, . . . qui non recedunt ab ea *cruce*; o amor -is (*ἀχώριστε. syn. Pass. Petr. 12 p. 34, 20 S.* inseparabile).

irrecitābiliter *adv.* *ab* in *et* recitare. *i. q. ineffabiliter* (*pro qua voce metri causa fictum est*): VEN. FORT. carm. 3, 9, 49 Christe . . ., -r (inr-) manans de corde parentis.

[TERT. castit. 4 l. 13 quasi **irrecōgitātionem** excessus sui (inr- *l. v. teste Oehler. deest A*, iam recogitationem *Rhenanus recte*).]

irrecōgitātus ἀνεπιλόγιστος GLOSS. II 226, 1. *ab* in *et* recogitare.

irreconciliābilis, -e. *ab* in *et* reconciliare, *cf.* inexorabilis. *qui reconciliari, in gratiam redire non potest*: HEGES. 1, 40, 8 p. 88, 7 *Herodes* insimulatis -is, amicis incredulus . . ., inmitis reis (*gr. aliter*).

irrecordābilis, -e. *ab* in *et* recordari, *cf.* recordabilis. *qui aliquid memoria repeti non sinit*: ARNOB. nat. 2, 28 p. 71, 7 gesta -i (inr-) . . . oblitteratione deperdere.

irrecuperābilis, -e. *ab* in *et* recuperare. *qui in integrum restitui non potest*: TERT. pudic. 14, 16 cadaver . . . immunditia -i (inr- *cod.*) tabiosum. ROMVL. fab. 19, 10 rec. gall. (cod. B) post -e (inr- *cod.*) factum [damnum] quid iuvat paenitere? (*cf. adn. et Du Cange s. v.*). PASS. Const. 1 (BHL 1938) p. 925 deus providens . . . *Adam* -em sine sua incarnatione . . . descendit de caelis (*seq.* recuperati sumus).

irrecūsābilis, -e. *ab* in *et* recusabilis. *scrib.* inr- *saepius in codd.* GLOSS. ἀπαραίτητος. *qui recusari non potest*: HIER. epist. 60, 14, 3 -is mortis necessitas (NOVELL. Iust. 6, 5). CONC.^{S} I 2 p. 32, 9 praesentium . . . causarum quaestio utilem et -em eam *synodum* ostendit (*gr. I 1, 1 p. 115, 19 ἀπαραίτητον*). II 3, 2 p. 136, 27 synodus . . . decrevit . . . *Nicaenam* fidem -em permanere (intemptabilem, intemerabilem *vv. ll., gr. II 1, 2 p. 129, 1 ἀπαρεγχείρητον*). RVSTIC. Conc.^{S} I 4 p. 199, 7 alii . . . agnoscentes et quod est -e et quod est impossibile et quod placitum deo . . . a discordia . . . recesserunt. COD. Iust. 3, 1, 13, 8^{a} vel morte . . . vel alia -i occasione. RVSTIC. c. aceph. p. 1226^{D} duae naturae sunt; connumeratis per adiectionem duabus . . . circa -em numeri computum *quaternitas efficitur*.
adv. **irrecūsābiliter.** *i. q. sine recusatione*: RVSTIC. c. aceph. p. 1218^{D} ubi . . . coadesse et referre, illic -r quantitas secundum naturam. p. 1247^{B} vos eidem sententiae -r crebreque succumbitis. p. 1251^{D} cogita illic (*i. in gehenna*) inutilem paenitentiam . . .: dum potes -r, . . . converte te ad veritatem.

irrecūsātus, (-a, -um). *ab* in *et* recusatus. GLOSS. II 233, 12 ἀπαραίτητος inexcusabilis inexcusatus -us (inr-).

irreddibilis, (-e). *ab* in *et* reddere. *cuius redditio non debetur*: BOETH. top. Arist. 4, 4 p. 948^{C} donum datio est -is (*gr. p. 124^{a}, 18 ἀναπόδοτος*).

? **irredibilis,** -e. *ab* in *et* redire. GLOSS.^{L} III Abol. IN 140 inremea⟨bi⟩libus -bus (*sic* [inr-] *cod. v, cf. p. 398, 26*). *cf. Du Cange s. v.*

[**irredublum** *vox corrupta ex* semilibra GLOSS. III 197, 64 imilitron pondera; stadmion inr- (*interversis explicationibus, cf. 270, 4 et 6*).]

irredux, -ducis *adi.* *ab* in *et* redux. *qui non reducit*: LVCAN. 9, 408 *Cato* incendit virtute animos . . . -emque (inr-) viam . . . carpit.

irrefectus, (-a, -um). *ab* in *et* refectus. *i. q. non refectus, incenatus*: PS. AVG. serm. 85, 3 p. 1911 (= PS. FVLG. RVSP. serm. 80 p. 952^{D}) nec hospes ab hospite -us discessit.

irreflexus, -a, -um. *ab* in *et* reflexus. *i. q. non flexus*: BOETH. cons. 4 carm. 7, 29 *Hercules* caelum . . . -o (inr-) sustulit collo.

irreformābilis, -e. *ab* in *et* reformare. *qui reformari non potest*: **1** *de eis, quae perdita in pristinam formam restitui non possunt*: TERT. resurr. 5 p. 32, 1 si universitas -is post decessum, quid portio? HIL. in psalm. 2, 39 p. 67, 1 ne per testae fragmentum -e vas posset intellegi. **2** *i. q. incommutabilis*: TERT. adv. Val. 29 p. 205, 11 malas animas numquam capere salutaria; inmutabilem enim et -em naturae naturam pronuntiaverunt *Valentiniani*. virg. vel. 1, 4 regula . . . fidei una . . . est, sola immobilis et -is.

irrefrāgābilis, -e. *ab* in *et* refragari. *cui obsisti non potest*: HESYCH. in lev. 21, 9 p. 1058^{B} vera et -is est spiritalis legis contemplatio. CONC. Tolet. a. 527 Mansi 8, 787^{A} regulam . . . -i auctoritate *servare*.
adv. **irrefrāgābiliter.** GLOSS. inreprobabiliter, inseparabiliter. *i. q. inconcusse, firme*: NOVELL. Iust. 2, 3 pr. mater . . . *hereditatem* -r habeat (ἀναφαιρέτως, *syn. antea* firme). VEN. FORT. vita Hil. 1, 1 -r (inr- *G*) veteris dispositionis ac catholici dogmatis fundamentum custos observans.

irrefrēnābilis, -e. *ab* in *et* refrenare. *scrib.* inr-. *qui contineri, retineri non potest*: CHALC. comm. 106 praesentia . . . neque plane esse neque omnino non esse propter instabile atque -e (infraenabile *l. v.*) momentorum agmen. 325 more torrentis -i quodam inpetu proruentis. AVG. bon. coniug. 5, 5 p. 194, 16 -em carnis infirmitatem. AVELL. p. 527, 13 -i fletu.

irrefūtābilis, -e. *ab* in *et* refutare. *scrib.* inr- *saepius.* *qui refutari non potest*: ARNOB. nat. 4, 18 p. 156, 3 vos, veritas quae sit, exponite et -e aperite secretum. PS. ORIG. in Iob 1 p. 374^{C} huius . . . rei evidens atque -e indicium est hoc, quod *eqs.* 2 p. 470^{D} quod . . . testis lacerati . . . fuerint . . ., manifestum est atque -e. RVSTIC. Conc.^{S} I 4 p. 189, 1 absque . . . necessitate -i. VIGIL. THAPS. c. Eutych. 3, 13 p. 118^{D} -i . . . divinae scripturae auctoritate. RVSTIC. c. aceph. p. 1188^{B} audi . . . -es rationes, quae vestrum mendacium evertunt.
adv. **irrefūtābiliter.** *i. q. eo modo qui nullam admittit refutationem*: PS. ORIG. in Iob 2 p. 474^{B} hoc . . . brevissimo mensium tempore -r consummatum est, huius namque rei testis comprobatur . . . ipse Iob. IVLIAN. Aug. c. Iulian. op. imperf. 1, 48 p. 1069 his -r concessis. 1, 63 p. 1082 -r diaboli est. 2, 16 p. 1148 -r apparuit non posse *eqs.* (2, 113 p. 1188). 2, 28 p. 1153 -r illatum est . . . nullam remansisse rimam. 2, 57 p. 1166 -r confectum est *eqs.* 2, 142 p. 1200 -r approbatum est *eqs.* (4, 63 p. 1376). 4, 51 p. 1369 -r necesse est dici *eqs.* 5, 24 p. 1460 cum -r constet *eqs.* 5, 63 p. 1501 -r . . . dictum est, quia *eqs.* 6, 22 p. 1551 -r consequitur *eqs.*
deriv.: refutabilis (*retrogr.*).

irrefūtātus, -a, -um. *ab* in *et* refutatus. *i. q. non refutatus*: LACT. inst. 5, 16, 13 arguta haec . . . sunt et quae Marcus Tullius non potuerit refellere; nam . . . -a (inr-) haec tamquam foveam praetergressus est.

irregibilis, -e. *ab* in *et* regibilis. *qui regi non potest*: CHIRON 258 *iumentum freneticum* parietibus ⌊et exfrenat⌋ (⌊ ⌋ ut exfrenatus *Heraeus*) et -is (inr-) impingit (VEG. mulom. 2, 3 ut . . . *animal* parietibus . . . tamquam -is impingat). AMBROSIAST. in I Cor. 15, 43 p. 269^{B} *quod mortuum est,* immobile est et -e. CAEL. AVR. acut. 1, 14, 107 defectionem . . . atque corporis fluxam et -em laxitatem. PS. FVLG. RVSP. serm. 16 p. 879^{D} antenna *navis* sub ictu *fluctuum* tremens -is fuit.

irregnātus, (-a, -um). *ab* in *et* re(g)natus. *i. q. non renatus*: AVX. Maximin. c. Ambr. 42 p. 73, 21 *deum patrem* -um (inr-) increatum infectum.

irregressibilis, (-e). *ab* in *et* regredi. *a quo regressus non fit*: AVG. civ. 8, 22 p. 353, 31 D. *daemones de caelo* deiecti merito -is (inr-) transgressionis (*nota adnominationem*).

irrēgulāris, (-e). *ab* in *et* regularis. *scrib.* inr-. *gr. respondet* ἀκανόνιστος. *qui contra regulam est*: **1** *generaliter*: RVSTIC. c. aceph. p. 1197^{C} *Christus* non secundum consuetudinis legem factus est, . . . sed . . . nova et singulari atque -i lege factus est. **2** *c. respectu iuris canonici*: **a** *de rebus, quae contra canones ecclesiasticos sunt*: CONC.^{S} I 3 vers. Tur. p. 104, 1 -is sententia . . . Iohannis (*seq.* contra leges ecclesiasticas excessit. *syn. I 2 p. 79, 4* inordinata). p. 114, 9 tamquam . . . concilium suscepisset -em nefandamque factam damnationem a . . . haereticis. p. 116, 2 eius indisciplinatam et -em voluntatem (p. 116, 11 arrogantiam atque -em voluntatem Iohannis). p. 116, 5 insolentia et -is fragilitas. **b** *de hominibus, qui ad ministerium ecclesiasticum iuste adeundum idonei non sunt*: CONC.^{S} II 5 p. 85, 1 -es homines et mendaces in locis *clericorum et monachorum* expulsorum temptavit evehere.
adv. **irrēgulāriter.** *gr. respondet* ἀκανονίστως (*aliter p. 395, 7*). *i. q. contra canones ecclesiasticos*: CONC.^{S} I 2 p. 84, 37 (= I 3 vers. Tur. p. 111, 1) -r tam ipsum quam qui cum eo fuerunt inordinate agentes et extra consequentiam ecclesiasticam *excommunicavimus.* I 3

[Hi.]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

Rustic. p. 104, 17 in omnibus -r Iohanne moto (*syn. vers. Tur.* inordinate). I 3 vers. Tur. p. 114, 15 quae ab illis -r sunt gesta (l. 20). II 3, 2 p. 46, 1 Eutychem . . . regulariter . . . damnatum . . . -r in communione suscepit. p. 83, 27 Eutychi . . . legitime abdicato . . . sacerdotium . . . -r reddidit (RVSTIC. Conc.S I 4 p. 243, 27 communionem vel gradum). RVSTIC. Conc.S I 4 p. 54, 22 -r eos fecisse damnationem Cyrilli. p. 76, 36 illicite atque -r sacerdotium gerunt (*gr. I 1, 7 p. 76, 20* παρὰ τοὺς κανόνας).

irreligātus, -a, (-um). *ab* in *et* religatus. *de nave, quae numquam ad ripam alligatur*: ELEG. in Maecen. 1, 5 -a (inr-) ratis *Charonis*, numquam defessa carina, it redit. *respiciuntur crines feminae, fere i. q. solutus* (*transfertur ad hominem*): Ov. ars 1,530 *Ariadne* nuda pedem, croceas -a comas. *Hi.*

irreligio, -ōnis *f.* *ab* irreligiosus *derivatione retrograda q. d. sec.* religio, religiosus. *scrib.* inr- *l. 19.* [*in var. lect. falsa* RHET. Her. 2, 21, 34 (religio *M, cf. Frisk, Göteborgs Högskolas årsskrift 53, 3, 1947, 29*).]

i. q. irreligiositas: Ps. APVL. Ascl. 26 haec et talis senectus veniet mundi: -o (inr-), inordinatio, inrationabilitas bonorum omnium. EVSEB. EMES. serm. 11, 9 p. 262, 15 caeci . . . religionem operati sunt, illi vero increpantes -em operati sunt. OP. imperf. in Matth. 1 p. 619in. qui . . . recipiunt uxores . . . non religionis intuitu, . . . ad poenam -is suae . . . videntur filios genuisse (*cf. l. 36*).

irreligiōsē *v. p. 398, 1.*

***irreligiōsitās**, -ātis *f.* *ab* irreligiosus. *scribitur in codd.* inr- *et rarius* irr-. *pl. v. l. 59. 69.* *legitur inde a* TERT., IREN. [*varias lect. v. l. 31. 47.*]

i. q. defectus religiositatis: **1** *generatim: i. q. defectus reverentiae religiosae*: **a** *in universum: i. q. dispositio vel actio inreligiosa*: TERT. apol. 24, 2 veram religionem veri dei . . . expugnando in verum committitis crimen verae -is ([religiositatis *l. v.*]. *cf.* 24, 6 -is elogium. MAR. VICTORIN. rhet. 2, 54 p. 302, 37 religio virtus est, -s vitium. HIL. in psalm. 118 iod 16 p. 448, 20 qui in peccatis et in -e versantur. Ps. PHILO antiq. 44, 5 erat iniquitas eius multiformis et -s eius astuta. EVSEB. EMES. serm. 19, 9 p. 50, 27 quod peccatum maius est -e? *al.* OP. imperf. in Matth. 1 p. 620in. poena condigna -is). 25, 14 quomodo ob religionem magni, quibus magnitudo de -e provenit? (SALV. eccl. 2, 44 si haec ita sunt, tutior . . . est -s quam religio. Ps. VIGIL. THAPS. trin. 12, 2 ab -e ad religionem convertere). IREN. 2, 14, 2 de veteribus dogmatibus ignorantiam et -em olentibus. HIL. in Matth. 5, 13 p. 950A inexpiabilis -s. myst. 1, 26, 5 p. 22, 11 se in fidei libertatem ex -is servitute *transtulisse* (EVSEB. EMES. serm. 14, 8 p. 327, 18 *apostoli* per signa eiecerunt -em et plantaverunt fidem). in psalm. 118 zain 5 p. 421, 12 non neglegenter . . . neque -is nostrae modo divina eloquia . . . legit (*cf.* trin. 4, 26 p. 116A quae -is temeritas, . . . haec . . . negligere? AVG. cur. mort. 10, 12 p. 640, 23 *sepultura* culpanda . . . -e [in religione *l. v.*] neglegitur). 146, 11 p. 852, 25 non . . . erroris, sed -is extremae est (*cf.* SALV. eccl. 3, 31 miserrima infidelitas et paganicae . . . -is error). *al.* AVG. civ. 4, 12 p. 163, 6 D. quanta impietas et -s (Ps. ORIG. hom. in Matth. 2, 1 p. 246, 12). EVSEB. EMES. serm. 18, 8 p. 12, 12. *al.* SALV. gub. 6, 86 -s an stultitia, luxuria an amentia. MAX. TAVR. hom. 100 p. 485A ut -s eius (*i. populi*) penetraret ad coelum. Ps. VIGIL. THAPS. trin. 12, 52 timetis -is notam. Ps. ORIG. hom. in Matth. 4, 2 p. 265, 10 -is ⟨. . .⟩ et infidelitatis fructum (*al. cf.* 4, 3 p. 265, 20 ab omni infidelitate et -e infructuosus est). 4, 7 p. 269, 16 ab omni te immunditia et -e *abstinere*.

b *de certis et determinatis defectibus reverentiae religiosae*: HIL. in psalm. 134, 26 p. 711, 3 ut humanum errorem a stultissimis his -um (*sc. simulacrorum*) studiis avertat (*cf.* EVSEB. EMES. serm. 19, 7 p. 49, 13 quia colebant idola, primam istam -em admittentes). EVSEB. EMES. serm. 1, 3 p. 14, 18 -s . . . erat persequi Christum? 2, 3 p. 46, 14 invenitur . . . *haereticorum* et pudicitia -s. 7, 26 p. 193, 7 virgo, quae -em (*i. fornicationem*) admittit *eqs.* 15, 18 p. 356, 7 pecuniae . . . -s.

2 *speciatim de falsa doctrina circa fidem Christianam*: **a** *i. q. haeresis*: IREN. 2, 16, 3 tutius . . ., quod est verum, statim initio confiteri, . . . quam post tantam -em . . . cogi (*cf.* HIL. trin. 1, 23 p. 40A sine deo Christo unum deum confiteri -s *est*). SYNOD. Hil. coll. antiar. p. 46, 6 certa edita epistolis suis novae temeritatis -s. HIL. trin. 1, 36 p. 48B amotis vitiosarum praedicationum . . . -bus. 4, 11 p. 104B -is . . . doctrinam. *al.* EPIST. (RevBén. 34, 1922, 270) 2 l. 14 si sub religioso habitu aliquid -is occultet.

b *i. q. voluntas ad doctrinam haereticam tendens*: HIL. trin. 3, 18 p. 86C non nosmetipsos -is arguimus. 4, 1 p. 97B quae doctrinae eorum temeritas sit, quodve -s periculum (*cf.* 5, 18 p. 140B angustum . . . -e [-is *l. v.*] sensum religiosae doctrinae institutio non adit. 10,2 p. 345B stultae -is furor . . . sanam doctrinam non sustinens). 6, 15 p. 169A -is voluntas. 10, 5 p. 347A ut . . . ignorantiam excusare non liceat, sed -em necesse sit confiteri. 10, 50 p. 382D ad -is huius . . . viam . . . ingenia haeretica contendunt.

***irreligiōsus**, -a, -um. *ab* in *et* religiosus. *scribitur in codd.* inr- *et rarius* irr-. *de formis: compar. v. p. 396, 31. 37. 54. 58. 65. 67. cf. p. 398, 8* (magis -i *v. p. 396, 66*; satis -um *v. p. 396, 25*). *superl. (deest adverbio) v. p. 396, 38. 77. 397, 45* (-us nimium *v. p. 396, 80*; admodum -i *v. p. 397, 31*). *de usu: pro subst.: n. v. p. 396, 50. 397, 39. m. v. p. 397, 3. 47.* *in figura q. d. litotes v. p. 397, 31. cf. p. 398, 9. 18. 21.* *graece respondet* ἀνόσιος, *aliter l. 25. 51. p. 397, 1. 84.* *legitur inde a* TAC. (*adv. tantum et semel*), PLIN. epist., APVL., TERT.

[*varias lect. v. p. 397, 22 sq. 38. cf. p. 398, 9.* *falso traditur*: LIV. 5, 40, 10 salvo etiam tum discrimine divinarum humanarumque rerum, [ir]religiosum (*corr. Vaassen confirmante cod. Veronensi*; in religiosum, -um *rel. codd.*) ratus *eqs.* *e coni.*: MAXIMIN. c. Ambr. 75 p. 26, 4 in modum Iudaeorum . . . -e (in religione *cod.; coni. Kauffmann*) succlamaverunt. 89 p. 34, 19 inreligio⟨so sermon⟩e (*suppl. Kauffmann*). 91 p. 35, 5 ⟨inreli⟩g⟨io⟩sum propositum (*suppl. Kauffmann*). EPIST. pontif. 622 Schwartz p. 16, 7 in religione (-e *haud recte Thiel*).]

i. q. non religiosus (*saepe in eodem textu proxime positum invenitur* impius *vel* impietas, *e. g. l. 52. p. 397, 42.* *ex locutionibus q. s.* -um est *sim. pendet: inf. v. l. 22. p. 397, 41. 66.* *enuntiatum per*: ut *v. l. 26*; si *v. l. 30.* *ad designandum obiectum q. d. accedit*: erga *c. acc. v. l. 29. 60* [*cf. et p. 398, 13*]; in *c. acc. v. l. 60. 68. p. 397, 80* [*cf. et p. 398, 11*]; adversus *c. acc. v. p. 397, 20*; *dat. incommodi q. d. v. p. 397, 79*): **I** *refertur ad deos (deum) resve divinas*: **A** *generatim apud paganos et Christianos: i. q. sine reverentia deis (deo) rebusve divinis debita*: **1** *de rebus*: **a** *ex locutionibus q. s.* -um est *sim. pendet*: **α** *inf.*: PLIN. epist. 4, 1, 5 *templi* dedicationem . . . differre longius -um est. TERT. ieiun. 10 p. 287, 29 -um est ante (*adv.*) famulorum carnem refrigerari quam domini. CHALC. transl. p. 40E deorum filiis . . . non credi satis -um (ἀδύνατον). CLAVD. DON. Aen. 3, 60 p. 272, 25 -um esset illic remorari. **β** *enuntiatum per*: ut: CYPR. epist. 19, 2 p. 526, 9 quam -um est, . . . ut . . . quidam de lapsis confessores ipsos praevenire . . . festinent. AMBR. exc. Sat. 2, 8 hoc ipsum -um puto erga ipsorum memoriam, . . . ut oblivisci eorum malimus, quam *eqs.* si: AVG. nupt. et concup. 2, 9, 22 p. 275, 11 quid nobis esset ingratius, quid -ius, si . . . de dei confunderemur operibus?

b *res variae*: Ps. APVL. Ascl. 1 tractatum . . . tota numinis maiestate plenissimum -ae (-e, -is *vv. ll.*) mentis est multorum conscientia publicare (*antea*: religiosissimus sermo. NOVELL. Maior. 6, 12 remotis -arum mentium fraudibus impiisque commentis). MIN. FEL. 8, 1 -a . . . prudentia tumescentem. 25, 3 quid -ius, quid audacius? TERT. orat. 16, 6 factum istud -issimum est. IREN. 1, 25, 4 quaecumque sunt -a et impia (*cf.* 1, 25, 5 quae sunt -a et iniusta et vetita). CYPR. patient. 24 p. 415, 12 -a et inverecunda festinatione. *al.* IVL. VAL. 3, 25 p. 133, 10 contagio. ARNOB. nat. 5, 23 p. 195, 2 opinionibus (*al.*). FIRM. err. 16, 3 lege. math. 3, 5, 16 contra divinitatem -a proferant verba. 5, 5, 1 inpudentiam suam -a (-i *l. v.*) periurii defensione conmunient. HIL. in psalm. 2, 8 p. 42, 9 impio -oque consilio (*cf.* EVSEB. EMES. serm. 27, 29 p. 210, 11 proposito). trin. 6, 15 p. 168C -os aestus suos calor haereticus non continet (*cf. ibid.*: furoris [*al.*]). 7, 24 p. 220C -a huius nominis (*sc. dei*) usurpatio. EVSEB. EMES. serm. 19, 17 p. 57, 21 oculis. CASSIOD. var. 6, 8, 4 p. 182, 8 ne quis *sepulcrorum* columnarum decorem -a temeritate praesumeret.

c *n. pro subst.*: *pl.*: IREN. 1, 6, 4 alia multa odiosa et -a facientes (μυσαρὰ καὶ ἄθεα). CHALC. comm. 252 non -a modo, verum etiam impia *somniamus*. EVSEB. EMES. serm. 19, 7 p. 49, 23 -a gerens (*i. idola colens*). *al.* Ps. ORIG. hom. in Matth. 4, 1 p. 263, 27 omnia -a implere. *sg.*: ARNOB. nat. 5, 40 p. 209, 24 potest -ius quippiam vel existimari vel credi?

2 *de hominibus*: **a** *praedicative*: APVL. apol. 27 ut . . . eos, qui corporum causas meras . . . rimantur, -os putent eoque aiant deos abnuere. TERT. nat. 1, 10, 20 quanto -iores deprehendimini *quam Christiani*? (2, 9, 5. apol. 13, 1 vos . . . inpii et sacrilegi et -i erga deos vestros deprehendimini [28, 4]). 1, 17, 2 -i dicamur in Caesares (ARNOB. nat. 5, 30 p. 201, 21 dicere quemquam . . . atheum, -um, sacrilegum, qui deos esse . . . negent *eqs. cf.* AVX. Maximin. c. Ambr. 49 p. 18, 2 *Vlfila* omnes haereticos . . . non pios sed impios, non religiosos sed -os . . . adserebat). castit. 3 p. 130, 36 non videbor -us. ieiun. 16 p. 296, 13 tu eo -ior, quanto ethnicus paratior (*sic in comparatione*: LACT. inst. 5, 20, 2 deos suos destruunt . . ., magis -i quam qui omnino non colunt. HIL. trin. 7, 23 p. 219B quanto tu -ior Iudaeo?). IREN. 2, 19, 9 *haeretici* non . . . in fabricatorem tantum -i sunt (PORPH. Hor. carm. 2, 8, 9 impii atque -i. ARNOB. nat. 3, 16 p. 122, 28 FIRM. math. 1, 2, 6. *al. cf.* PORPH. Hor. carm. 1, 34, 1 quod Epicuream sectam secutus -us extiterit *Horatius*). ARNOB. nat. 3, 28 p. 130, 23 quantumlibet nos impios, -os vocetis aut atheos (*al.*). AVG. serm. 220 p. 1089fin. quos . . . fecit doctos praedicata veritas, absit, ut faciat -os deserta sollemnitas (*sc. paschae*). COMPVT. cod. Col. prol. 13 p. 234fin. -us et veritati inimicus . . . iudicabitur.

b *attributive*: IREN. 2, 14, 2 Anaxagorae -i semina (*cf.* EVSEB. EMES. serm. 15, 19 p. 357, 11 Nabuchodonosor -issimus. PASS. Petr. Paul. long. 58 p. 169, 14 Paulo -o). MAR. VICTORIN. defin. p. 22, 4 religioso viro -us inimicus est (VVLG. Sirach 37, 12 [*gr. deest*]). GAVDENT. serm. 13, 12 G. *Iudas* -us nimium et satis inopportunus dispositor (*postea*: sub specie religionis). AVX. Maximin. c. Ambr. 58 p. 21, 8 ab -o et sacrile⟨go⟩ iudice Gothorum. AVG. civ. 8, 26 p. 365, 18 D. homines multum errantes, increduli et -i (EVSEB. EMES. serm. 28, 13 p. 217, 9 nec mortui homines homines sunt nec in vivis -i et impii.

[*Ruhstaller*]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

Pass. Petr. Paul. long. 58 p. 169, 7 [θρησκεύοντας κακῶς]. *huc fortasse pertinet etiam l. 77*).

c *m. pro subst.*: *pl.*: Apvl. met. 11, 15, 4 videant -i, videant et errorem suum recognoscant. Tert. resurr. 26 p. 63, 4 *deus fructus agri* etiam -is et blasphemis ... communicat. Firm. math. 3, 7, 19 *Mercurius* faciet -os, sacrilegos (3, 11, 14 periuros). *al.* Mar. Victorin. in Eph. 4, 26 p. 1280^C ne ... seducantur ... vel ab haereticis vel ab -is (Ps. Orig. hom. in Matth. 4, 2 p. 264, 4). Hil. in psalm. 65, 10 p. 254, 18 ut terror damnationis -orum metu religionem inchoaret. Clavd. Don. Aen. 5, 795 p. 519, 3 -orum nefas. Evseb. Emes. serm. 27, 18 p. 204, 11 peremptione. *sg.*: Apvl. Plat. 2, 8 *exemplum* unius divini ac tranquilli ac beati, alterius -i et inhumani ac merito intestabilis. Ps. Apvl. Ascl. 25 religiosus pro insano, -us putabitur prudens. Lact. inst. 3, 17, 4 *apud Epicurum* -us audit deos nihil curare. Salv. eccl. 2, 44 p. 259, 7sqq. Evseb. Emes. serm. 15, 11 p. 352, 2 ut *dominus omnium* adoraret -um et impium (*i. diabolum*).

B *speciatim apud Christianos, ubi agitur de falsa doctrina circa fidem: i. q. haereticus*: **1** *de ipsa falsa doctrina*: **a** *attributive vel praedicative ad subst.* (*huc pertinent et p. 396, 10. 11*): Iren. 2 pr. 1 -a dogmata. 2, 9, 2 impias et -as adversus fabricatorem ... doctrinas (Hil. trin. 4, 11 p. 103^B. *al.*). 5 pr. sententias (*cf.* Pelag. in II Tim. 2, 16 p. 514, 6 -as [-a, religiosas *vv. ll.*] fabulas). Cypr. epist. 67, 7 p. 741, 12 dei timor -us (irreligiositate [*ex* -um] *l. v.*) vacillat. 69, 9 p. 758, 13 temeritate (*cf.* Hil. trin. 9, 45 p. 317^C -a perversitas impietatis suae defendit errorem). Hil. syn. 41 p. 513^C confessio (*al.*). trin. 1, 34 p. 47^C -ae ... intelligentiae temeritatem (11, 9 p. 404^C cum ... voluntas -ae intelligentiae detegatur). 4, 6 p. 99^B -am de deo sollicitudinem. 4, 14 p. 107^C -as et impias de deo institutiones. 5, 6 p. 133^C profanum -umque iter. 5, 18 p. 140^B mens (*antea*: sensum religiosae doctrinae. *cf.* 8, 55 p. 277^C ingenii [12, 50 p. 466^A inopis ingenii ... non admodum -i]). 7, 22 p. 217^C fidem (*al. cf.* 10, 63 p. 392^A -a et divini sacramenti incapax infidelitas). 9, 19 p. 295^C occasionem ... -ae unionis *naturarum* exclusit *Christus*. Ps. Leo M. humil. 5 p. 166^A tam -a persuasio, ut ... credatur. Conc.^S I 2 p. 86, 21 (= I 3 vers Tur. p. 170, 29) -as voces suis expositionibus inseruit (*gr. I 1, 3 p. 7, 5* ἀνοσίους). p. 86, 26 (= I 3 vers. Tur. p. 170, 35) -am ... et abominabilem haeresim (*gr. I 1, 3 p. 7, 11* ἀνοσίαν). Evseb. Emes. serm. 4, 18 p. 116, 11 -i (hi religiosi *l. v.*) sermones.

b *n. pl. pro subst.*: Hil. ad Const. 2, 6, 2 p. 202, 5 -a praesumimus. trin. 1, 4 p. 28^A ridicula et foeda et -a sectantes.

c -um est *sim. c. inf.*: Hil. trin. 5, 1 p. 129^C ut, quod -um est negare, idipsum -um sit confiteri, cum pietas confitendi impietatem condemnet negandi. 8, 12 p. 245^A non credidisse. 9, 58 p. 328^A ad huius ... intelligentiae impietatem haereticorum furor ... compellit, ut ... videri -issimum possit, professionis eius de se protestationem ... corrumpi.

2 *de hominibus, sc. de haereticis*: **a** *m. pro subst.*: *pl.*: Hil. in Matth. 1, 3 p. 921^A plures -i et a spiritali doctrina admodum alieni (*cf.* Ps. Orig. in Matth. 4, 5 p. 268, 11). in psalm. 138, 17 p. 756, 16 'unum sumus' plerique -orum ad voluntatis tantum *patris et filii* concordiam rettulerunt. trin. 1, 25 p. 40^C verbis -orum. Consvlt. Zacch. 2, 18 p. 88, 19 -orum pertinacia. *sg.*: Hil. trin. 10, 33 p. 369^C non tenes, -e, rerum naturalium causas (*postea*: impietatis atque erroris spiritu plenus ... hebetudine haeretica).

b *praedicative vel attributive*: Hil. trin. 8, 3 p. 238^B *isti haeretico furore amentes* impietatis suae ingenio ... *laborant*, ut adversus ... *religiosos* vincant esse -i. Avg. c. Gaud. 1, 2, 3 p. 202, 15 *quomodo dixisti* 'religionis tuae' homini, quem potius -um putas? Conc.^S I 2 p. 88, 9 (= I 3 vers. Tur. p. 173, 3) -orum Pelagianorum (*gr. I 1, 3 p. 9, 15* ἀνοσίων). Evseb. Emes. serm. 14, 23 p. 339, 20 linguā ... -i sunt. Salv. eccl. 1, 23 heredibus passim vel -is vel locupletibus. Ps. Orig. hom. in Matth. 4, 5 p. 268, 1 -os idolorum doctores et falsos Christianos.

II *refertur ad profana, erga quae reverentia debita deest*: **A** *de actionibus vel dispositionibus*: **1** *ex locutionibus* -um putem *sim. pendet inf.*: Plin. epist. 9, 35, 1 eam reverentiam cum litteris ipsis tum scriptis tuis debeo, ut sumere illa nisi vacuo animo -um putem. Avg. serm. 343, 1 p. 1505^fin. *domui Susannae* -um videbatur senioribus non credere.

2 *attributive ad subst.*: Novell. Maior. 6, 8 quidquid ... fuerit -o alienatum translatumque commento, id totum ab ... filiis vindicetur. Ennod. epist. 1, 23, 2 p. 35, 3 -um ... circa amantem tui in meliorem partem verte propositum. 5, 8, 1 p. 130, 22 -a silentia. Cassiod. inst. 1, 10, 5 p. 35, 9 My. -o stupore torpere.

B *de hominibus*: Ps. Apvl. Ascl. 21 ne vulgo inridentibus inperitis utriusque naturae divinitas ex commixtione sexus cogatur erubescere, multo magis etiam, si visibus -orum hominum subiciantur (*v. etiam l. 2*). Tert. adv. Marc. 1, 23 p. 322, 19 ut eum efficiat deo impium, patri -um, educatori ingratum, domino nequam. Clavd. Don. Aen. 10, 7 p. 289, 20 vos ... -i in regem et iniqui in homines. Favst. Aug. c. Faust. 14, 1 p. 401, 13 quis ... -us adeo est, ut eum libenter aspiciat, qui suo maledixerit patri? Orig. in Matth. 16, 22 p. 549, 26 qui tradunt ecclesias avaris et tyrannicis et indisciplinatis et -is episcopis (ἀνευλαβέσιν).

adv. ***irreligiōsē.** *i. q. modo, quem reverentia deficit*: **1** *dirigitur in homines* (*cf. p. 397, 64*): Tac. ann. 2, 50, 2 si qua de Augusto -e dixisset *Appuleia rea maiestatis*. Salv. eccl. 3, 18 *sunt*, quibus non solum pie aliquid relinquatur, sed etiam -e non relinquatur.

2 *dirigitur contra deum resve divinas* (*cf. p. 396, 19*): **a** *generatim* (*huc spectat et p. 396, 9*): Cypr. epist. 69, 8 p. 757, 6 sacrificia -e et inlicite contra ius divinae dispositionis oblata. Arnob. nat. 1, 24 p. 16, 1 -e opinata et -ius credita. Hil. trin. 7, 24 p. 220^C *Christus praecellit* ceteros, qui cognominare se non -e (non religiose *l. v.*) deos possunt. Vvlg. IV Esdr. 15, 8 non silebo de impietatibus eorum, quae -e agunt (Evseb. Emes. serm. 1, 40 p. 42, 21 quae -e in deum egimus. *al.*). Avg. civ. 2, 12 p. 66, 28 D. erga se quidem satis honeste constituerunt, sed erga deos suos superbe et -e (serm. coll. Morin p. 465, 15 qui impie, luxuriose, superbe, -e *vivunt*).

b *speciatim: i. q. modo haereticorum vel haeretico* (*cf. p. 397, 17*): Chalc. comm. 175 p. 225, 8 quae -e dicuntur atque existimantur (Hil. trin. 6, 14 p. 168^A. *al. cf.* syn. 84 p. 536^A ipsam ... religiose ... scriptam fidem ... sermoni nostro non -e inseremus). Hil. ad Const. 2, 7, 1 p. 202, 16 -e et impie scripta. trin. 7, 5 p. 203^B naturae ... indissimilis unitas -e ad unionis profecit errorem. Ps. Prosp. vocat. gent. 2, 23 p. 709^C non -e arbitror credi *eqs.*

deriv.: irreligio, irreligiositas. *Ruhstaller.*

irremeābilis, -e. *ab* in *et* remeare. *in codd. et* inr- *et* irr- *promiscue scribitur.* Not. Tir. 80, 44. Gloss.^L II Philox. IN 428 -is ἀνυπόστροφος. III Abstr. IN 204 -e, non repetendum, non reambulandum. Abol. IN 140 -is inrevertibilis (*cf. p. 393, 81 sq.*). Gloss. II 231, 18 inreparabilis. *legitur imprimis apud poetas inde a* Verg. Aen., *in sermone pedestri inde ab* Arnob. [*e coni. pro trad.* -media-: *l. 41 sq. cf. vv. ll. l. 48. p. 399, 7.*]

irrequiēs, (-ētis) adi. ab in et requies, cf. inquies. scrib. inr-; irr- AVSON. 342, 11 (l. v.). vox poetica, non legitur nisi nom. et vocativus (l. 6). i. q. irrequietus: AVSON. 153, 16 p. 8 P. (= PAVL. NOL. carm. 5, 16) deus -s, cuncta ipse movens, vegetator inertum. 341, 5 p. 159 palpitat -s vegetum . . . cor. 342, 11 p. 160 Aethiopum . . . pervigil -s gens.

? **i⟨r⟩requiēsco,** -ere. ab in (praep.) et requiescere, cf. 3. insitus. fere i. q. quiescentem inesse: INSCR. NSc. 1915 p. 61 hic irequ⟨iescit in⟩ somno pa⟨cis . . .⟩ h(onesta) p(uella) eqs.

irrequiētus, -a, -um. ab in et requietus. scrib. inr- passim. GLOSS.L III Abstr. IN 202 -a, semper vigilans. legitur inde ab Ov., SEN. philos. [variat in codd. c. inquietus: HIL. AREL. vita Honorat. 38 l. 13 -is (inquietis PLer.) animae desideriis. al. v. et vol. VII 1, 1807, 22. irreprehensus: v. l. 28. e coni. v. l. 42.]

A vi temporis perfecti non vigente: 1 fere i. q. numquam ab opere sim. cessans: a de eis, qui aliquid sine remissione agunt: α c. respectu actionis continuae: Ov. met. 1, 579 -us Enipeus flumen. 5, 443 Ceres filiam quaerens faces tulit -a per tenebras. 13, 730 -a Charybdis. SEN. dial. 12, 7, 2 sidera -a semper cursus suos explicant. SIL. 3, 353 Callaici coniux . . . -a mariti. 14, 60 Aetna . . . tonat -a . . . nocte dieque simul. STAT. silv. 5, 1, 188 Caesarem -us ama (ANTH. 940, 16). LACT. ira 17, 3 corpus quidem quiescit, animus tamen -us agitatur. AVSON. 157, 35 p. 15 P. -a . . . nubila. β c. respectu actionis, quae certis temporum intervallis (sc. cottidie l. 30, quotannis l. 28) repetitur: Ov. trist. 2, 542 te (i. Augustum equites recensentem) delicta notantem praeterii totiens -us (iure quietus, inreprehensus dett., inrevocatus Bentley, iure citatus Luck, Philol. 106, 1962, 148 sqq.) eques. MART. 4, 78, 4 nec ulla cathedra est, cui non mane feras -us 'have'.

b de actionibus, motibus, temporibus sim., quae sine remissione aguntur: α in rerum natura: Ov. met. 2, 386 Sol: satis . . . ab aevi sors mea principiis fuit -a. SEN. dial. 10, 10, 6 mundus aut sidera, quorum -a semper agitatio numquam in eodem vestigio manet. PLIN. nat. 2, 6 mundi aeterno et -o ambitu. 2, 11 -o mundi . . . circuitu. LACT. ira 10, 9 atomi per inane -is motibus volitant (inde ISID. orig. 13, 2, 1. v. et l. 44). 13, 4 -is cursibus solis (v. et l. 44). CYPR. GALL. gen. 332 tempora . . . anni -a (cf. Vulg. gen. 8, 22 non requiescent). β in universum: Ov. trist. 2, 236 bella . . . -a geris. PS. QVINT. decl. 6, 6 p. 116, 1 adsiduos planctus et -as . . . lacrimas. AVSON. 422, 3 p. 379 P. non Iovem pervigilem nox -a . . . leniit. AMM. 14, 2, 1 Isauri . . . perduelles spiritus -is motibus erigentes (16, 12, 30 arma in⟨re⟩quietis motibus poscebatis [v. vol. VII 1, 1804, 59]. 16, 12, 33. 25, 5, 8. v. et l. 36). 18, 6, 12 hostes nos -is cursibus sectabantur (v. et l. 37). 22, 16, 11 opus . . . -is laboribus consummari. SIDON. epist. 6, 12, 3 excubiis, precibus, expensis.

2 fere i. q. turbatus: SIDON. carm. 23, 419 Ossa crebras -a per procellas. SCHOL. Stat. Theb. 7, 42 domus Martis immansueta: -a, sine quiete.

B vigente vi perfecti, i. q. quiete, somno non refectus: PS. QVINT. decl. 6, 18 p. 127, 14 impositum nuda trabe -um latus captivi. FRONTIN. strat. 2, 9, 1 Marius insomnem hostem detinuit ex eo adsecutus, ut postero die -um facilius debellaret.

irrequisītus, -a, -um. ab in et requisitus. scrib. inr-. fere i. q. indiscussus: 1 de homine: SIDON. epist. 9, 3, 2 custodias . . . nequaquam tabellarius transit -us. 2 de criminibus: GREG. M. epist. 5, 29 p. 309, 12 ea, quae ad notionem pervenerint, minime . . . -a relinquere (6, 3 p. 382, 18). 5, 39 p. 329, 9 alia . . . perversa illius . . . -a praeterire non possum (6, 25 p. 403, 30). 7, 17 p. 460, 20 ne . . . -a, quae ad nos perlegata fuerant, remanerent.

irresectus, (-a, -um). ab in et resectus. scrib. inr-. i. q. non resectus: HOR. epod. 5, 47 -um . . . dente . . . Canidia rodens pollicem.

? **irreserābiliter** v. vol. VII 1, 1868, 79.

irreserātus, (-a, -um). ab in et reseratus. i. q. non reseratus: PS. HIER. epist. 6, 6 p. 84B sola . . . Maria . . . -o aditu seminali clauso utero concepit.

irresolūbilis, -e. ab in et resolvere. scrib. inr-. GLOSS.L IV Plac. I 30 inextricabile: -e, quod numquam finitur. qui resolvi non potest: APVL. Plat. 2, 13 pares paribus (i. amici amicis) -i nexu iunguntur (AMM. 30, 4, 13 mali advocati -i [inresubilo trad.] nexu vincientes negotia . . . nodosis quaestionibus . . . iudicia circumscribunt. cf. l. 84). THEOD. MOPS. epit. in psalm. 67, 16 (Arch. glottolog. it. 5, 1878, 337, 17) sicut impossibile est caseum in originem suam, id est liquorem lactis resolvi, sic ubertas montis huius -is est (οὐκ ἐπιδεχόμενον λύσιν).

deriv.: resolubilis (retrogr.).

irresolūtus, -a, -um. ab in et resolutus. scrib. inr-. 1 i. q. non resolutus: Ov. Pont. 1, 2, 22 semel intentus . . . arcus . . . vincula semper habens -a manet. 2 i. q. indivisus: MAXIMIN. c. Ambr. 36 nefas est cogitare . . . tres (i. patrem et filium et spiritum sanctum) -os, quod . . . Sabelli continet perfidia (129 vos tres . . . deos credendos dixistis . . ., tres -os. 137). 3 i. q. insolubilis: BOETH. cons. 3 carm. 2, 4 quibus . . . legibus natura . . . stringat . . . ligans -o singula nexu (cf. l. 69).

irrespīrābilis, -e. ab in et respirare, cf. respirabilis. scrib. inresper- (ed. princ., deest cod.). qui respirandi locum non habet (v. Leumann, Adj. auf -lis p. 106): TERT. idol. 24 p. 57, 18 inenatabile excussis profundum est, inextricabile inpactis naufragium est, -e devoratis hypobrychium in idololatria.

irrestīnctus, -a, -um. ab in et restinctus. i. q. non restinctus: SIL. 3, 29 -a . . . servant altaria. MART. CAP. 9, 915 v. 18 -us (inrestrictus M, inr- rell.) aquis triumphat ardor.

? **irresurrectio,** (-ōnis) f. ab in (praep.) et resurrectio. scrib. inr-. in versione vocis gr. q. e. ἀνάστημα (i. progenies, creatio): IREN. 5, 29, 2 diluvium advenit terrae delens -em terrae propter nequissimam generationem (gr. Reynders, Lex. comparé . . . de St-Irénée p. 36fin. ἐξαλείφων τὸ ἀνάστημα τῆς γῆς, cf. LXX gen. 7, 4. 7, 24. confusio intervenisse videtur c. ἀνάστασις [resurrectio], v. Lundström, Neue Stud. z. lat. Iren.-übers. p. 185 sqq.).

irreticentia, (-ae) f. ab in et reticentia. scrib. inr-. pro t. t., de figura rhetorica q. e. licentia, gr. παρρησία: CARM. de fig. 130 -a, cum verum reticere negamus (cf. Rut. Lup. 2, 18 p. 20, 26 nec reticebo).
Hi.

***irrētio,** -īvī, -ītum, -īre. ab in et rete. scrib. inr- et irr- in codd. promiscue. -rit-: PAVL. NOL. carm. 24, 719 (O, -ric- B). NOVELL. Theod. 9, 1 (H). COMPVT. Carth. 2, 12 p. 293, 14 GREG. TVR. glor. conf. 28 p. 765, 15. al. formae perf. breviores (longiores praeter -vit non exstant): -isti: ACT. Petr. 8. -ierat: v. infra l. 81. -isses: v. l. 79. NOT. Tir. 90, 14. de notione: SYNON. Cic. p. 430, 29 B. inducere. inplicare. incestare. convenire. fallere. circumscribere. p. 444, 14 v. p. 409, 76. CHAR. gramm. p. 473, 3 B. inlecebro ⌊-o⌋ (⌊ ⌋ glossa irrepsit inter verba coniug. primae). GLOSS.L I Ansil. IN 1428 -ire, rete comprehendere. III Abol. IN 25 -tus suasus vel captus (al.). GLOSS. colligatus. σαγηνεύω. p. p. p. m. pro subst. e. g. p. 409, 6. 9. 10. legitur inde a LVCIL., CIC. per totam latinitatem. [e coni.: v. p. 409, 13.]

I proprie: A c. obi. externo: i. q. rete sive aviario sive iaculo sim. involvere, implicare, illaqueare: 1 strictius: a animantes: EVAGR. vita Anton. 24 p. 879 passer ad ludum -tus ([δέδεται. cf. Vita Anton. 24 p. 39, 8 alligatus]. CASSIOD. in psalm. 101, 8 p. 710B passer est avis parva . . . quae nec facile laqueis -itur). AMBR. bon. mort. 5, 16 p. 718, 8 avis . . . quibuscumque -itur insidiis. PRVD. ham. 140 ars olli captare feras, animalia bruta -ire plagis. CASSIOD. in psalm. 93, 3 p. 651C venantes ad capiendas feras retium laqueos ponunt, ut ignorantes possint dolosis insidiis -ire. in imag.: VVLG. Is. 8, 15 et conterentur et -entur et capientur. AVG. fid. et op. 17, 32 p. 77, 8 ne male vivens pisces domini sui malis retibus -ret (AVG. [?] un. eccl. 18, 48 p. 294, 26 pisces boni, qui . . . tolerant pisces malos pariter -tos. cf. de apostolis piscatoribus homines quasi rete capientibus: AVG. serm. 51, 3, 4 p. 336 quanti periti, quanti philosophi huius mundi ab illis piscatoribus -ti sint. PETRON. BONON. serm. 2, 67 [Morin, Rev. Bén. 14, 1897, 5] tunc . . . pisces, nunc homines Petrus sagenis spiritalibus -vit). b res inanimas (in comparationibus: quasi l. 51. 53. velut l. 51): COLVM. 3, 11, 2 inferius solum plurimis radicibus sit inpeditum ac velut -tum. 4, 2, 2 vitis inferius solum quasi cancellavit atque -vit. GELL. 11, 17, 4 retas appellatas . . . esse a retibus, quod praetereuntes naves inpedirent et quasi -rent.

2 laxius, i. q. veste, vinculis sim. (de cervi cornibus implicatis l. 62) involvere: a c. notione impediendi: CIC. carm. frg. 33 (Tusc. 2, 20), 6 haec me -vit veste furiali (Soph. Trach. 1051 καθῆψεν . . . Ἐρινύων ὑφαντὸν ἀμφίβληστρον). Mil. 54 paenula -tus. MAR. VICTORIN. rhet. 1, 1 p. 155, 31 acies quamvis perfectae animae quodam corporis crasso tegmine -itur et circumfunditur. HEGES. 5, 53, 1 p. 409, 9 anima non se facile attollere potest . . . nervis -ta. AVG. serm. 67, 2, 3 p. 434 Lazarus nondum liber ambulabat vinculis -tus. ROMVL. fab. 57, 6 (rec. gall. cod. F) cervus cornibus -tus est nec ultra progredi potuit. i. q. vincire: CASSIOD. hist. 3, 2, 28 Iacobus . . . meruit -iri (paulo infra: miserunt eum rursus in vincula. Sozom. 2, 13, 2 ὑπὸ τὸν αὐτὸν ἐγένετο δεσμόν). b c. notione ornandi: CALP. ecl. 6, 39 aspicis, ut niveo frons -ta capistro lucet.

B -ire lusum, fere i. q. per lusum orbes implicare, ut vid. (an de lusibus, quibus aliquem -at, circumveniat?): AVG. serm. ed. Mai 1, 2 de diabolo serpente: -tis lusibus sua colla reflectens.

II translate (imagine retis saepius pellucente, e. g. DON. Ter. Andr. 82 'captus est' tenetur et -itur, ex translatione ferarum atque venatus. additur abl. passim, praep. per p. 409, 21. 52. nude e. g. p. 409, 9. 28. 41. 47): A homines (mentem l. 75. animum l. 79. p. 409, 6. obi. non expresso p. 409, 28. 41): 1 amore, voluptatibus, vitiis sim. devincire: LVCIL. 990 sic laqueis (sc. amoris) . . . mens -ta est (MACR. somn. 1, 13, 17 -itur laqueo passionis. CONC.S I 5 p. 191, 30 hominis natura . . . peccati laqueis -ta errabat [gr. p. 227, 18 ἐνειλημμένη]. cf. et p. 409, 17). CIC. Catil. 1, 13 adulescens, quem corruptelarum inlecebris -isses (TERT. paenit. 7, 9 animum inlecebris saecularibus -ire. PETR. CHRYS. serm. 13 p. 226B cubiculi). Tusc. 5, 62 Dionysius se adulescens . . . -ierat erratis. fin. 5, 49 si cantiunculis tantus -tus vir (i. Vlixes) teneretur. TERT. idol. 11 p. 41, 10 qua cupiditate quidam -ti circa fidem naufragium sunt passi (LACT. inst. 3, 29, 15 deo credentes diabolus adgreditur, ut cupiditate aut libidine -at. AVG. in psalm. 48

[Kortekaas]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

serm. 1, 2 p. 544). Ambr. Abr. 2, 2, 7 p. 569, 15 qui ... amatores corporis sunt, delectationibus eius -untur. Noe 8, 25 p. 429, 7 *luxuria et lascivia* iuventae -tus tempore. Avg. civ. 1, 9 p. 16, 1 D. coniugalibus vinculis -ti. quaest. Simpl. 1, 2, 22 p. 127 quam minimis peccatis -tus atque maculatus. serm. 278, 1, 1 p. 1269 magnis sceleribus -tus. Macr. Sat. 7, 1, 22 vitiis -tos ... feriet philosophia. somn. 1, 9, 10 animis ... desiderio corporis -tis. Hil. Arel. vita Honorat. 6 p. 53, 4 mundi voluptatibus (vanitatibus *l. v.*) -ire. Epist. pontif. 609 Thiel Felix 13, 4 succurrendum est -tis. 636 Thiel Gelas. 14, 19 daemoniis similibusque passionibus -tis. Ven. Fort. virt. Hil. 1, 3 vel -tus inscientia vel inpulsus offensa. *al.* 2 *negotiis, iudiciis, verbis, condicionibus, fallaciis, dolis sim. circumvenire, obstringere*: Cic. p. red. ad Quir. 11 *consules* provinciarum foedere -ti (*ed. Crat.*, irinati, irritaqui, irritati *codd.*; infrenati *Koch, alii alia*). Vat. 12 cum homines ... negotii gerentes iudiciis iniquissimis -res (*al.*). Mil. 40 *cum Antonius* illam beluam (*i. Clodium*) iudici laqueos declinantem iam -tam teneret. de orat. 1, 43 Stoici ... disputationum suarum atque interrogationum laqueis te -tum tenerent (Hier. epist. 1, 15, 2 factionis laqueis -tum. Rvfin. Basil. hom. 2, 2 p. 1736^B [*gr. p. 204* ταῖς παγίσιν ἁλούς]. Cod. Theod. 8, 4, 28 condicionum. Novell. Theod. 9, 1 legis. Cod. Iust. 1, 49, 1, 7 per inscriptionum laqueos -tus. *al. cf. et p. 408, 75. nota struct. activam l. 28*). ac. 2, 94 quid ... ad illum, qui te captare vult, utrum tacentem -at te an loquentem? Fronto p. 45, 10 v.d.H. (= p. 49 N.) *omne oraculum aliquid habeat,* quo inprudentior -atur. p. 48, 14 (= p. 52 N.) quibus ille (*i. Socrates*) modis ... sophistas ... versare atque -ire solitus? Tert. resurr. 2 p. 27, 23 sic (*per diversitatem deorum*) multos -tos videmus. Novatian. Cypr. epist. 30, 3 p. 550, 24 quasi hoc evasuri -entes illos diaboli laqueos viderentur. Lact. inst. 4, 14, 17 -ti daemonum fraudibus (4, 30, 9 Firm. err. 26, 4. Iord. Get. 58, 302 Francorum). ira 2, 5 a philosophis -ti et falsis argumentationibus capti. Frg. Vat. 294, 4 -iri sane condicionibus indefensos minores ... non placuit. Synod. Hil. ad Const. 1, 3 p. 185, 15 sub praetextu nominis Christiani raptos atque -tos. Amm. 15, 5, 32 quibus *calumniis* factione iniquorum -tus est *Silvanus.* Heges. 4, 7 p. 251, 13 -ti mendaciis. Hier. in Abd. 7 p. 1106^B quibus *sacramentis magnificis* prius populi fuerant -ti. 14 p. 1110^A facilius ... ab ethnicis captum liberes quam haereticorum praestigiis -tum. hom. Orig. in Ezech. 7 p. 745^B falsis sermonibus -ire (Vvlg. prov. 7, 21). in Nah. 1, 13 p. 1241^B quibus *sophismatibus et decipulis* dei populus -batur. Rvfin. hist. 5, 16, 2 plurimos ab eis (*sc. haereticis*) -tos (*gr. aliter*). 10, 14 in qua *perfidia* callide -tus tenebatur *Constantius.* Pavl. Nol. carm. 24, 719 -entis saeculi pompam inlicem. Avg. civ. 9, 2 p. 369, 27 D. -tus malignorum spirituum deceptusque fallacia. 10, 10 p. 418, 10 *diabolus* miseras animas ... fallacibus sacris cupiens -ire. c. Cresc. 3, 48, 52 p. 460, 11 lege se -tum videbat (*cf.* 4, 48, 58 p. 555, 17). adv. Don. 32, 55 p. 156, 18 alienis criminibus -iri (c. Parm. 2, 10, 20 p. 66, 19 schismatis. *al. cf. et l. 58*). epist. 243, 4 p. 571, 4 unde te nunc -tum involvit. gen. ad litt. 2, 17 p. 62, 3 ne ... animam deceptam pacto quodam societatis -ant. c. Parm. 1, 2, 3 p. 22, 21 credulas mentes superbia sui nominis -tas (*cf.* 3, 1, 1 p. 98, 20). Cod. Theod. 7, 20, 12, 7 necessitatibus -tus. 10, 15, 3 si fiscus aliqua circumscriptione fuerit -tus. Compvt. Carth. 2, 12 p. 293, 14 desine ... miseros populos per fallaciam tuis everriculis -ire. Greg. Tvr. glor. conf. 28 p. 765, 15 populum vanis superstitionum ritibus -tum. Cod. Iust. 1, 3, 25 pr. (*a. 456?*) clericos litibus -ire (*syn.* innectere). Pallad. hist. mon. I 25 p. 310^A multis -tus ... officiis (*gr. p. 117, 16 B.* κατεχόμενος). *al.* 3 *odio, reatu sim. implicare*: Cic. har. resp. 7 -tus odio bonorum omnium. Epist. pontif. 230 Migne 13, 21^D nullus servus, nullus libertus, ... nullus criminibus -tus (*cf. et l. 45*). Avg. c. Iulian. op. imperf. 6, 21 p. 1550 parentum reatu etiam posteros -iri ... ostendit.

B *res: fere i. q. vel intricare, implicare vel circumvenire* (*syn. l. 69*): Cic. Vatin. 2 ut ... loquacitatem paucis meis interrogationibus -tam retardarem. Lact. inst. 1, 20, 15 quae *aetas* prius -iri et in laqueos potest cadere quam cavere. Grill. rhet. p. 85, 14 M. 'obscurum genus causae ...', quoniam multiplex (*an* multiplici *? cf. vol. III 1157, 54*) circumplexione -itur. Hil. trin. 3, 10 p. 81^B sophistae ... syllogismis suis veritatem -ant. Ambrosiast. in Col. pr. p. 421^A ut ... philosophicis disputationibus -rent simplicitatem mentis eorum. *al.* Heges. 1, 40, 10 senum prudentia circumscribentium versutiis -itur. Leo M. epist. 33, 2 Conc.^S II 4 p. 16, 6 sensus haereticos, quibus imperitia eius fuerat -ta. Ioh. Bicl. chron. II p. 219, 25 (*a. 590?*) *Ariana haeresis* ipsas insulas sua perfidia -vit. Cassiod. var. 7, 7, 3 ut latronum versutias -ire possitis (*agitur de praefecto vigilum*).

deriv.: irretito.

irrētīto, -āre. *ab* irretire. Synon. Cic. p. 444, 14 B. implicat. inretitat. inescat. inretit. *Kortekaas.*

irretortus, (-a, -um). *ab* in *et* retortus. *scrib.* inr-. *qui non detorquetur* (*sc. a recto proposito*): Hor. carm. 2, 2, 23 quisquis ingentes oculo -o spectat acervos *argenti* (*cf. Hora, ZöG. 66, 1915, 865 sqq.*).

irretractābilis, -e. *ab* in *et* retractare. *scrib.* inr-. Synon. Cic. p. 425, 20 fixum. inmobile. inmutabile. -e. *legitur apud Eccl. (praeter l. 82).*

qui retractari non potest: Avg. conf. 10, 33, 50 adducor non quidem -em sententiam proferens ... consuetudinem approbare (Cassian. conl. 9, 32 -is ... est domini nostri illa sententia. Facvnd. defens. 12, 5 p. 852^C *futuri iudicii*). Leo M. epist. 120, 1 Conc.^S II 4 p. 78, 25 *dominus*, quae nostro prius ministerio definierat, universae fraternitatis -i firmavit assensu. Epist. pontif. 1056 Conc.^S IV 2 p. 132, 32 fidem ... Chalcedonensis synodi inlibatam ... servamus eiusque definitiones ... -es nunc usque tenuimus et vel morte proposita -es custodimus. Vitae patr. Iurens. 2, 5 p. 146, 9 *hoc* ex oboedientia -i utique discussione iudicio facturus es regulari.

adv. **irretractābiliter.** *i. q. sine retractandi facultate, immutabiliter*: Avell. p. 231, 24 quaecumque ... definita ... sunt, inconcusse inviolabiliter ... atque -r sine adiectione vel inmutatione aliqua nos promittimus secuturos nec quicquam ..., quod ad ... retractationem ... pertineat, admissuros. p. 232, 1 universa ... -r atque impermutabiliter conservamus. Greg. M. epist. 1, 39^a p. 54, 1 cuncta haec -r corrige. moral. 18, 15 p. 46^C *dei* iudicium ad extremum -r damnat. 26, 36 p. 370^C *deus iram* -r effundit. Facvnd. defens. 12, 3 p. 841^D decreverunt -r esse custodienda ... decreta concilii.

irretūsus, (-a, -um). *ab* in *et* retusus. *i. q. non retusus, acutus*: Ter. Mavr. 307 dum *oratio* ... rebus minutis, quas pedum liber quoque vix queat proferre sermo noster offensa sine, labili versu ministret -os (in r- *trad.*) exitus.

irreverberātus, -a, (-um). *ab* in *et* reverberatus. *qui non obtunditur*: Greg. M. in Ezech. 1, 4, 2 p. 815^C aquila ... -is oculis solis radiis intendit (moral. 9, 48 p. 884^D ut -a acie radios solis aspiciat).

irreverendus, -a, (-um). *ab* in *et* reverendus. *i. q. non reverendus, contemptibilis*: Ps. Hier. (Evtr.) epist. 19, 8 p. 196^A dominus ... procuravit, ut et forma servi despicabilis haberetur et ... -a in ipso iuxta saeculum videretur humanitas.

irreverēns, -entis *adi.* *ab* in *et* reverens. *scrib.* inr- *in titulis (infra l. 52. 54) et passim in codd.* *de notione*: Synon. Cic. p. 431, 13 inpudens. inverecundus. inmodestus. improbus. -s. inhonestus. p. 434, 24 maledicus. insectator. contumeliosus ... iniuriosus. -s ... inpudicus. Avg. in psalm. 68 serm. 1, 12 p. 850^fin. quasi vitium videtur, cum dicitur: -s homo est. Gloss. inprobus. ἀνέντροπος. *comparativus non exstat* (magis *v. l. 83*), *superl. v. l. 54. 67. 76. cf.* nimis *l. 84. p. 411, 7.* *legitur inde a* Plin. epist. [*francog. vet.* enrievre. *R.*]

A *sensu strictiore, i. q. reverentiam alicui debitam non exhibens (fere de hominibus; de diabolo l. 63, de rebus l. 46. 64 sqq.)*: 1 *indicatur, quis (quid l. 44. 57) despiciatur, neglegatur, per*: a *casus*: *gen.*: Plin. epist. 8, 21, 3 sum ... deprecatus, ne quis ut -em (-i *a*) operis argueret, quod recitaturus ... foro ... non abstinuissem. *dat.*: Itala prov. 30, 17 (Ps. Aug. spec. 21 p. 389, 11) oculum -em patri et contumeliosum senectae matris (καταγελῶντα πατρός, *Vulg.* qui subsannat patrem). Spart. Carac. 2, 5 dixit ... matri eum inre⟨vere⟩ntem fuisse. Rvfin. Orig. in lev. 11, 3 p. 453, 20 servus si domino -s sit. Evseb. Emes. serm. 13, 35 p. 318, 12 *Christianus* claudo ... non sit -s, sed potius impertiat. Max. Tavr. hom. 85 p. 448^B quisquis ... his (*i. clericis*) -s aut contumeliosus exstiterit. Inscr. Tun. Merlin 1107, 4 pue⟨r⟩ disciplina nemini numquam inreverns (*sic*). b *praepp.*: erga: Tert. nat. 1, 10, 36 doctissimi ... et -iss⟨i⟩mi erga deos vestros semper exsistunt. CIL X 7024, 10 erga procuratorem vestrum. in *c. acc.*: Tert. adv. Marc. 2, 15 p. 355, 3 pueris ... -bus in prophetam (*ad Vulg. IV reg. 2, 23*). iuxta: Clavd. Don. Aen. 9, 45 p. 193, 10 iuxta regis praecepta.

2 *nude*: a *de animantibus*: Macer dig. 49, 16, 13, 4 -s miles ... coercendus est (*i. qui imperium detrectat, centurioni resistit sim.*). Symm. epist. 8, 28 non eris tam -s, ut provocatus (*sc. ad scribendum*) abstineas. Ambrosiast. in Rom. 9, 32 p. 141^C *Iudaei* erant -es et infidi (*sic erga deum*). Ps. Avg. quaest. test. I 118, 8 p. 357, 11 temtator -s est. vit. christ. 2 p. 1034^p.med. o stulte, o -s et ingrate). b *de rebus* (*sc. actibus hominum*): Clavd. Don. Aen. 2, 745 p. 248, 16 ut ... -bus verbis adpeterem deos. Ambr. Hel. 5, 11 p. 419, 15 risus -s (*antea*: manebat ... paternae pietatis reverentia). Cassiod. in psalm. 93, 5 p. 666^B quando -issimum aliquid de domino contingit audire *servo.* *nota locutionem* -s est *c. inf.*: Tert. orat. 16, 6 -s est assidere sub conspectu ... eius, quem ... reverearis ac venereris.

B *sensu laxiore, fere i. q. improbus, impudicus*: Ambrosiast. in Rom. 5, 6 p. 90^B *Christus* apud inferos ... -es et nequam spiritus iudicabat. 12, 18 p. 161^C si ... -s et blasphemus quis sit et pacem cum illo habere non possis. Vvlg. Sirach 23, 6 animae -i et infrunitae ne tradas me (ἀναιδεῖ). Avg. civ. 2, 2 p. 55, 13 D. in eos, qui ... pudorem humiliatarum feminarum ... protervitate inpudentissima exagitant, cum sint nequissimi et -issimi. *masc. et fem. pro subst.*: Ambrosiast. in Gal. 3, 21 p. 358^A *lex* provocans homines ad bonam vitam, -es puniens. Ps. Ambr. apol. Dav. II 3, 14 p. 366, 1 ab omnis -is oculis cave (*syn. antea*: cavere meretricem).

adv. **irreverenter.** 1 *sensu strictiore, i. q. sine reverentia*: Plin. epist. 2, 14, 2 adulescentuli obscuri ... *ad centumvirales causas agendas* transierunt tam -r et temere, ut *eqs.* 6, 13, 2 egit ... Capito -r magis quam constanter, ut qui senatus consultum apud senatum accusaret. Apvl. apol. 86 *epistulam* nimis -r, nimis contumeliose et tur- [*Hi.*]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

piter de matre tua scriptam. met. 5, 30, 1 maiores tuos -r pulsasti. IREN. 3, 23, 4 sic audaciter et -r respondere omnia scienti deo (*sim. violatur reverentia dei vel deorum*: CLAVD. DON. Aen. 7, 115 p. 20, 8 ut, quod venerari soliti sumus, -r cogamur adsumere. PS. AMBR. [VICTOR CART.] paenit. 16 p. 990^{A}. RVSTIC. Conc.^{S} I 4 p. 146, 26 mysteriorum consecrationem -r sibi continuo praesumpserunt). PS. CYPR. rebapt. 1 p. 70, 30 episcopos ... turpitudinem matris ecclesiae ... nimis -r cum ipsa ipsorum turpitudine ... non vereri detegere. EPIST. pontif. 632 Schwartz p. 23, 19 supra haec -r insiliens (*sim. de dogmatibus contemptis*: CONC.^{S} II 2, 1 p. 23, 10 Eutyches ... -r et inpudenter circa multos proferre propria⟨m impietatem ausus est⟩ [*gr. II 1, 1 p. 38, 22* ἀπηρυθριασμένως, *syn. II 3, 1 p. 9, 22* inverecunde]). PETR. CHRYS. serm. 175 p. 656^{C} decreto beati Petri ... servus adhuc aliquis -r obsistit? (*sim. despiciuntur sacerdotes*: CASSIOD. var. 8, 24, 3 conventionibus -r expositi. VEN. FORT. vita Pat. 5, 16 plebs reverendos viros -r despiciens). COD. Iust. 2, 12, 21 pr. (*a. 315*) ne feminae *litigantes* ... in contumeliam matronalis pudoris -r inruant.

2 *sensu laxiore, i. q. improbe, turpiter*: AMBROSIAST. in I Tim. 5, 20 p. 479^{C} si ... sit manifestum, quia -r versatus est.

irreverentia, -ae *f.* *ab* in *et* reverentia. *scrib.* inr- *passim.* *legitur inde a* TAC., PLIN. epist. [*variat in codd. c.* reverentia *l. 34. cf. e coni. l. 44.* *in versione falsa*: ITALA psalm. 68, 8 (Aug. in psalm. 68 serm. 1, 12 p. 850) operuit -a faciem meam (ἐντροπή, *rectius vertunt Psalt. Rom.* reverentia, *Vulg.* confusio, *cf. de Bruyne, Rev. Bén. 45, 1933, 23*).]

1 *strictius*: **a** *i. q. actio vel habitus mentis eius, qui reverentiam alicui debitam denegat*: **α** *indicatur, cui reverentia debeatur, per*: *praep.*: TAC. hist. 3, 51, 1 tantam victoribus adversus fas nefasque -am fuisse, ut ... eques ... praemium *occisi fratris* ... petierit. *gen. obi.*: PLIN. epist. 6, 2, 5 tanta *in iudiciis* neglegentia, tanta desidia, tanta denique -a studiorum periculorumque est. AMBR. patr. 5, 29 p. 141, 4 *Cham* propter -am paternae pietatis maledictione damnatus est patris. COD. Iust. 1, 3, 53 pr. (= 9, 13, 1 pr.) quod non solum ad iniuriam hominum, sed ad ... dei -am (rev- *l. v.*) committitur. MVTIAN. Chrysost. hom. 31, 3 p. 433$^{a. fin.}$ peccato si accesserit impudentia et -a veri iudicii (*gr. p. 216$^{v. in.}$* τὴν ἀναισχυντίαν καὶ τὴν ἀγνωμοσύνην).

β *nude vel c. gen. subi.* (*l. 39. 41*): TAC. ann. 3, 31, 4 exempla maiorum, qui iuventutis -am gravibus decretis notavissent. 13, 26, 2 coalitam libertate -am (*sc. libertorum adversus patronos*) eo prorupisse ..., ut *eqs.* TERT. nat. 1, 17, 5 vernaculae gentis -am (*sc. adversus Caesares*) recognoscam. orat. 16, 6 apponitur et -ae crimen. PS. AVG. quaest. test. I 97, 14 quae -a, quae indisciplinatio est legem deo ponere. EPIST. pontif. 612 Schwartz p. 84, 26 tacui, ne ... -am (rev- *cod.*) meis potius litteris commoverem. AVELL. p. 411, 26 aeternitatis rectitudinem per -am non *sequuntur angeli reprobi*.

b *in bonam partem, i. q. constantia eius, qui pudore non confunditur* (*notione effícta ad explicandam vocem in versione falsa positam* [*v. l. 23*]): AVG. in psalm. 68 serm. 1, 12 p. 850$^{fin.}$ -a quid est? non confundi. ... magna -a hominis non illum erubescere. ergo -a quasi impudentia est: oportet, ut habeat Christianus -am istam ...; opus est ..., ut habeas -am, quando tibi de Christo insultatur; ... hic si erubueris, mortuus es. p. 851$^{in.}$ sit in te -a, frontosus esto, quando audis opprobrium de Christo. serm. 2, 4 p. 856$^{fin.}$ ut omnino de nomine domini sui non erubescerent, operuerat enim -a faciem ipsorum.

2 *laxius, fere i. q. inverecundia, impudentia*: AMBROSIAST. in I Cor. 12, 23 p. 248^{D} pudenda nostra ... dum aspectus publicos vitant, honestate se contegunt, ne per -am horreant. VVLG. Sirach 25, 29 mulieris ... -a et confusio magna (*gr. 25, 22* ἀναίδεια). 26, 14 ab omni -a oculorum *mulieris* ... cave (*gr. 26, 11* ἀναιδοῦς ὀφθαλμοῦ). 27, 15 loquela multum iurans horripilationem capiti statuet et -a ipsius obturatio aurium (*gr. aliter*). AVG. c. Iulian. op. imperf. 4, 44 p. 1364$^{fin.}$ cynicos et quoslibet alios similis -ae deformitate foedatos (*syn. p. 1365$^{in.}$* impudentiam). FACVND. defens. 9, 4 p. 756^{A} *insipientes* cum multa -a leges constituentes.

irreversibilis, -e. *ab* in *et* reverti, *cf.* versibilis. GLOSS. V 553, 4 inextricabilis, insolubilis, inreversibilis.

irrevertibilis, -e. *ab* in *et* reverti, *cf.* vertibilis. *scrib.* inr-. GLOSS. IV 527, 23 inremeabilis -is (*ad Verg., v. p. 398, 32 sq.*). *i. q. liber a necessitate redeundi*: ORIG. in Matth. 13, 1 p. 174, 24 cum *ultimi hominum* ... fuerint propter perfectam iustitiam suam -es facti, consummabitur mundus, deficientibus videlicet, qui revertantur ad corpus. *Hi.*

***irrevocābilis**, -e. *ab* in *et* revocare. *scribitur in codd.* inr- *passim, rarius* irr-. *de formis: comp. p. 412, 28; superl. deest.* *de notione*: SYNON. Cic. p. 437, 4 durus. rigidus. praefractus. immobilis. -is. *legitur inde a* LVCR., HOR., *soluto sermone inde a* LIVIO. *in figura q. d. litotes v. p. 412, 69; in lusu verborum v. p. 412, 6. 51.*

I *passive: i. qui revocari non potest*: **A** *usu q. d. metaphorico*: **1** *de iis, quae in integrum restitui non possunt*: **a** *de tempore*: LVCR. 1, 468 ea saecla ... -is abstulerit iam praeterita aetas. VEN. FORT. carm. 9, 2, 1 aspera condicio et sors -is horae. **b** *de hamo, qui e vulnere retrahi non potest*: PLIN. nat. 16, 159 orientis populi ... calamis spicula addunt -i hamo noxia. TERT. paenit. 12, 6 cervus sagitta transfixus, ut ferrum et -es moras eius de vulnere expellat, scit *eqs.* **c** *de actibus, qui infecti reddi non possunt*: AMM. 29, 2, 18 ubi -e (irrevocabulum *V*) factum est. AVG. bapt. 5, 8, 9 p. 270, 2 remissio -ium peccatorum. **d** *transfertur ad locum, unde aliquis erui non potest*: FAVST. REI. epist. 7 p. 206, 27 revoca ... pedem tuum, priusquam in profundum -e elationis torrente rapiaris.

2 *de iis, quae mutari non possunt*: **a** *de eventibus futuris, qui necessario accident*: LIV. 42, 62, 3 *ut rex* in casum -em se daret. IVVENC. praef. 4 statuit genitor rerum -e tempus, quo cunctum torrens rapiat flamma ultima mundum. AMM. 23, 5, 4 ne ... -e subiret exitium. CAES. AREL. serm. 131, 2 p. 517, 27 cum ei -is advenerit finis. **b** *de motibus fati, stellarum sim.*: SEN. dial. 1, 5, 8 -is humana pariter ac divina cursus vehit (nat. 2, 35, 2 *fata* cursum -em ingressa [ingesta *codd.*] ex destinato fluunt). nat. 7, 10, 2 lunaris illa orbita ceterorumque supra lunam meantium motus -is est (7, 25, 6 opus hoc aeternum -es habet motus). CHALC. comm. 189 p. 234, 2 si omnia constricta essent uniformi quadam et rigida atque -i necessitate.

3 *de iis, quibus resisti non potest*: **a** *de viribus naturae*: SEN. contr. exc. 5, 5, 2 nesciebas, quanta sit potentia ignium, quam -is. SEN. dial. 5, 1, 4 fulmina procellaeque et si qua alia -ia sunt. PLIN. nat. 32, 2 ancorae pondere -i iactae. AMBR. Noe 15, 51 p. 448, 22 ubi ... eruptio, ibi -is effusio sit necesse est.

b *de motibus humanis*: *animae*: SEN. dial. 3, 7, 4 consilium omne et paenitentiam -is praecipitatio abscidit (*cf.* 4, 35, 1 non vitabimus inpetus animi hos graves ... et -es). epist. 13, 9 nulli ... tam perniciosi, tam -es quam lymphatici metus sunt. TAC. Agr. 42, 3 Domitiani ... natura praeceps in iram et, quo obscurior, eo -ior (*cf.* AMM. 14, 11, 23 -i ira princeps percitus. RVSTIC. Conc.^{S} I 4 p. 116, 28 iram -em [*gr. I 1, 7 p. 152, 14* ἄσχετον]). PLIN. epist. 3, 7, 2 *Silius Italicus* ad mortem -i constantia decucurrit. PANEG. 8, 14, 4 -em iniecisti mentis ardorem. PAVL. NOL. carm. 27, 541 -is error. GILD. Brit. 35 chron. III p. 46, 18 -i furore (*cf.* CASSIOD. Ios. antiq. 17, 8 p. 492$^{fin.}$ *rex* -i furia et amaritudine mentis incensus [*gr. 148* ἀκράτῳ ... ὀργῇ]). *ipsorum hominum*: LVCAN. 1, 509 ruit -e volgus. STAT. Theb. 9, 198 *Hippomedon* caecum rotat -is ensem.

c *de variis rebus*: SEN. epist. 40, 8 vix oratori permiserim talem dicendi velocitatem -em. VAL. FL. 6, 6 *Gradivus* monstrum -e belli concutiens (*cf. Hom. Il. 11, 4* πολέμοιο τέρας). PANEG. 4, 24, 2 diducta acie -em impetum hostis effundis (VIR. ill. 16, 2 ut *equi* -i impetu ferrentur. AMM. 14, 1, 10. PS. RVFIN. Ios. bell. Iud. 2, 16 p. 687$^{med.}$ [*gr. 407* ἀκατάσχετον]). VVLG. Ezech. 21, 5 ego dominus eduxi gladium meum de vagina sua -em (*gr. et hebr. 21, 10 aliter*). AVG. gen. ad litt. 4, 4 p. 100, 5 ne sit -is et immoderata progressio. MART. CAP. 1, 64 -is raptūs celeritate. VICT. VIT. 2, 51 p. 44, 7 strepitus ... -is populorum.

B *usu proprio* (*sc. aliquatenus vigente notione vocandi sive viva voce sive verbis scriptis*): **1** *de actibus rebusve, qui irriti fieri non possunt* (*praecipue de actibus iuris*): HOR. epist. 1, 18, 71 semel emissum volat -e verbum (STAT. Theb. 1, 291 obtestor *Styga*, mansurum atque -e verbum. *cf.* CAES. AREL. serm. 157, 4 p. 608, 17 -em vocem). PAVL. dig. 39, 5, 34, 1 haec donatio -is est (*cf.* IVVENC. 1, 39 manet -e donum. AMBR. epist. 39, 8 p. 1101^{A}. DRAC. laud. dei 1, 605 manet -e munus. PAP. Tjäder 20, 36 -em donationis meae paginam). AMBR. in psalm. 38, 16, 3 -em veniam. RVFIN. Orig. in num. 16, 4 p. 140, 27 definitae et -is sententiae (ALC. AVIT. hom. 14 p. 123, 8. *al. cf.* POMER. 1, 3, 2 p. 421^{A} -is iudicii animadversione). AVG. orat. (RevBén. 21, 1904, 130) l. 22 perseverandi destinationem -em. ARNOB. in psalm. 101 p. 471^{D} *semen verbi* maneat directum a deo -e. COD. Iust. 1, 2, 14, 6 (*a. 470*) -is exilii animadversione (*al.*). 5, 11, 7, 3 liberalitas ... maneat vera et -is et puro nomine liberalitas. 5, 12, 31, 3 *lucrum hoc* maritus ... firmum ... et -e habeat. 8, 33, 3, 3^{c} plenissime habeat rem creditor idemque dominus iam -em factam. LVCVLENT. 17 p. 853^{A} -e propositum.

2 *de hominibus, quibus aliquid dissuaderi non potest*: AMBR. in psalm. 43, 24, 2 qui ... hymnum dicit ... omne genus passionis excludit humanae, ut ... immobilis atque -is perseveret. AVG. c. Faust. 22, 96 p. 702, 16 *sive boni* denuo correcti in viam redeant sive -es maneant. orat. (RevBén. 21, 1904, 130) l. 37 *da, domine, existere velle* perseverantem in bonis, non -em a delictis. CASSIAN. conl. 17, 26 p. 497, 5 numquam ... patres duros aut -es ... fuisse reminiscimur. DRAC. Orest. 711 trux -is Aiax. CASSIOD. Ios. antiq. 18, 13 p. 533$^{in.}$ *Tiberius erat* -is ad quicquid perpetrandum cupiditas impulisset (*gr. 226* ἀνήκεστος).

II ? *sensu instrumentali q. d.*: ARNOB. nat. 2, 5 p. 50, 17 ne, quod hoc die credere obstinata renuitis perversitate, redarguat serum tempus et -is paenitentia castiget (*i. infructuosa, per quam delicta revocari non possunt; an sensu pass. i. q. perpetua, incommutabilis [ad l. 47]?*).

adv. **irrevocābiliter.** *legitur inde ab* AVG. [*e trad. dubia*: SEN. nat. 2, 35, 2 fata aliter (*trad.*; aequaliter *Gercke*, -r *E*) ius suum peragunt (*cf. Axelson, Senecastudien p. 37*).]

A *metaphorice*: **1** *fere i. q. irreparabiliter*: AVG. anim. 4, 5, 6 p. 386, 21 quae *anima* -r (revocabiliter *l. v.*) sicut infantiam ... oblita est. CASSIAN. conl. 5, 12, 2 *nequaquam* -r mortalium peccatorum consummatione mergaris. **2** *fere i. q. incommutabiliter*: AVG.

[*Ruhstaller*]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

civ. 22, 20 p. 600, 23 D. quo modo aliquid . . . -r fugit omnia moventem? in euang. Ioh. 95, 4 p. 1873$^{med.}$ iudicio ignis aeterni -r destinatus est. serm. 149, 17, 18 p. 807$^{med.}$ -r ad iniquitatem lapsuri. **3** *i. q. eo modo, cui resisti non potest*: Ps. RVFIN. Ios. bell. Iud. 2, 16 p. 682$^{fin.}$ qui sunt ad defectionem -r incitati ([*gr. 347* ἀνηκέστως]. *cf.* VEREC. in cant. 8, 8 p. 105^{a} ad malitiam . . . -r concitari). AVG. epist. 140, 61 p. 207, 12 superbia, qua diabolus -r in exteriora progressus est. CAES. AREL. serm. 101, 5 p. 402, 12 in tantum non eum (*sc. Pharaonem*) deus -r obduravit, ut *eqs.*

B *proprie: i. q. eo modo, qui voce revocari non potest*: PROSP. chron. I p. 483, 1371 quia noxiis dispositionibus -r instaret rex (*cf.* EPIST. pontif. 992 Migne 69, 414^{C} in voluntatis suae proposito -r perstiterunt). resp. ad Vinc. 7 p. 182^{A} *qui* in damnabiles mores -r transierunt. PAP. Tjäder 20, 54 haec -r me donasse profiteor.

deriv.: revocabilis (*retrogr.*).

irrevocandus, (-a, -um). *ab* in *et* revocandus. *scribitur in cod. potius* inr-. *i. qui revocari seu infectus reddi non potest* (*cf. p. 412, 2*): CLAVD. 26, 123 ferro ne largius acto -us eat (*i. fiat*) sectis vitalibus error.

irrevocātus, -a, -um. *ab* in *et* revocatus. *scribitur in codd. potius* inr- *quam* irr-. *legitur non nisi apud poetas.* [*falso trad.*: Ov. met. 11, 401 sed enim revocatus (-us *recc.*) ab acri caede lupus perstat. *falso conicitur*: Ov. trist. 2, 542 (*cf. p. 407, 28*).]

1 *i. q. non revocatus* (*ad recitationem repetendam*): HOR. epist. 2, 1, 223 cum loca iam recitata revolvimus -i. **2** *i. q. irrevocabilis, sc. cui resisti non potest* (*cf. p. 412, 19*): STAT. Ach. 1, 791 tradunt arma patres, rapit -a iuventus. Theb. 7, 773 dum tibi me iunctum mors -a veretur. IVVENC. 2, 629 -is suppliciis. CARM. adv. Marc. 1, 65 -a dei sententia (*nota ablativi syllabas finales correptas*).

irrevolūbilis, -e. *ab* in *et* revolubilis. *i. q. non revolubilis*: OROS. apol. 28, 9 tanta vis est decreti dei et tam -is (inr- *codd. potiores*, irr- *dett.*) status constitutorum in suis quibusque causis temporum, ut *eqs.* *Ruhstaller.*

irrīdenter *v. p. 417, 3.*

***irrīdeo,** -rīsī, -rīsum, -ēre. *ab* in *et* ridere. *de scriptura*: GRAMM. suppl. 295, 19 '*in*' *praepositio* transit . . . in r sequente r ut '-o'. *scrib.* inr- *saepius quam* irr-. -red-: THEOD. MOPS. in psalm. 2, 4 p. 10, 19. *v. et p. 416, 24.* *de formis*: -it, -unt: HIER. tract. in psalm. I p. 84, 21 legunt hoc philosophi et -unt. *v. et l. 48. 52. 53. 54. p. 414, 24. 58. 76. 80. 416, 43. 60. cf. Feder, Stud. Hil. III, SBWien 165, 1912, 131. Neue-Wagener³ III 271.* -iant *v. p. 415, 55.* *inf.*: -i: VEN. FORT. Mart. 3, 132 se -i computat. *cf. Blomgren, Stud. Fort. I 141 n. 3.* -ier: CAECIL. com. 74 prodigere et (est *cod.*), cum nil habeas, te -⟨er⟩ier. *cf. Neue-Wagener³ III 229. 271.* *de notione*: SYNON. Cic. p. 414, 33 aspernatur. despicit. dedignatur. -et. inludit. HIL. in psalm. 2, 12 p. 45, 12 non differt . . . subsannare et -ere (AVG. anim. 1, 14 p. 319, 7 in psalm. 21, 1, 8 p. 168$^{in.}$. GLOSS.^{L} II Abav. sv 28 subsannat -it, insultat). AVG. in psalm. 105, 18 p. 1412$^{in.}$ *v. p. 423, 71.* EVGRAPH. Ter. Eun. 645 'ludificatus est' per ludum et iocum inlusit et -sit. SCHOL. Ter. Bemb. Eun. 250 'adrideo' -o. CASSIOD. in psalm. 24, 1 p. 177^{A} ridere . . . plerumque benigni, -ere . . . semper adversi est. GLOSS.^{L} II Abav. IN 251 -it insultat (= 289). 288 insultare insultanter -ere. GLOSS. IV 490, 34 cacinnunt -unt. *al.* 528, 47 -sam delusam. GLOSS.^{L} II Philox. IN 438 -sus καταγέλαστος. 439 -it καταγελᾷ. 440 -si καταγέλασα. 441. 443. GLOSS. II 283, 12 ἐγγελῶ -o. 307, 29 ἐπιγελῶ -o. *v. et p. 416, 4.* *de usu: accedit plerumque acc. rei vel personae; dat. p. 416, 4;* in *c. acc. p. 416, 1.* *indicatur causa per: gen. p. 415, 50.* de *p. 415, 59. 68.* pro *p. 414, 79.* ut *p. 415, 33. 36.* *particip. p. 415, 40.* quia *p. 415, 48.* quod (*c. ind. vel coni.*) *p. 414, 33. 415, 36.* *part. praes.* -ens *fere pro subst. p. 414, 3. 416, 48.* *part. perf.* -sus *pro adi. v. p. 417, 20.* *gerund.* -endus *fere pro adi. e. g. p. 414, 52. 60. 67. 415, 6. 67.* *in figura etym. v. p. 422, 80.* *legitur inde a* PLAVTO *per totam latinitatem.*

[*variat in codd. c.* ridere: *v. e. g. l. 68. 74. p. 414, 13. 415, 13.* arridere: AVIAN. fab. 8, 11 (arridens *COT*, -ens *BR Pet.²*). *v. p. 414, 80. 415, 27.* deridere: *v. p. 416, 77. cf. p. 416, 17. 72.* irridenter: *v. p. 417, 11.* irritus: *v. p. 415, 20.* illudere: PHAEDR. 5, 3, 3 illa -ens (illudens *V*; ridens *Adem.*). *v. et p. 416, 61. cf. p. 415, 77.* ludere: *v. p. 415, 77.* redire: CIC. orat. 137 ut -at (*L et Quint. inst. 9, 1, 42*; redeat *A*). subsannare: *v. p. 416, 58.* *dub.*: EPICED. Drusi 103 (*cf. Oldecop, Consol. ad Liviam, diss. Göttingen 1911, 41*). CIC. Brut. 234. *e coni.*: CIC. Brut. 225 cavendum est, ne quid . . . facias, cuius imitatio rideatur (*secl. Stangl*, -atur *Friedrich*). LAMPR. Comm. 8, 1 senatu semet -ente (*Peter*, tridente *P¹ t B*, tradente *P corr.*, ridente *Σ*). SPART. Sept. Sev. 9, 4 administrantem se in oriente -serant *Antiocheni* (*Peter*, orientē riserant *P*). *v. et p. 416, 79. 424, 43.* *del.*: *v. p. 416, 63.* *pass. pro genere verbi medio*: MVTIAN. Chrysost. hom. 2, 4 p. 249$^{p. med.}$ pictor, si ab omnibus -atur (*gr. p. 26*$^{a. med.}$ καταγελᾶσεται). *contextu mutilo*: ACC. trag. 252 praesto -etis (-eris *l. v.*, -ens leniter *Bücheler, Ribbeck*).]

I *i. q. ridere de aliquo vel de aliqua re, deridere aliquem vel aliquid, insultare, ludibrio habere*: **A** *-ent homines* (*continentia tamquam persona v. p. 422, 80*): **1** *absolute*: **a** *usu vario*: PLAVT. Most. 812 -ere ne videare et gestire admodum. 1132 verbero, etiam -es? (-ens *l. v.*). TER. Andr. 204. Haut. 982 -es in re tanta? Phorm. 956 a nobis hoc tantum argenti auferat, tam aperte -ens? QVADRIG. hist. 10^{b} Gallus -ere coepit. CIC. Planc. 75 dici 'quo usque' -entis est magis quam reprehendentis. Scaur. 6 *Triarius veritus*, ne quem -endi nobis daret et iocandi locum. Brut. 216 *Curio* in utroque cachinnos -entium commovebat. 326 videbam cum -entem, tum . . . irascentem et stomachantem Philippum. Att. 7, 13^{b}, 2 id . . . mihi ille videatur -endi causa fecisse, qui . . . mandata dederit. *al.* NEP. Milt. 1, 5 *Lemnii* -entes responderunt tum id se facturos *eqs.* (SVET. Tib. 52, 2). LIV. perioch. 55 cognomen . . . ab -ente Curiatio . . . impositum. *al.* VAL. MAX. 1, 8 ext. 8 Apollinem . . . -endi causa consuluit. QVINT. inst. 1, 5, 8 'mastrucam' . . . -ens Cicero ex industria dixit (PLIN. epist. 4, 11, 8 blandiens haec *maxima Vestalium* an -ens [ridens *l. v.*] . . . dixerit, dubium est. VVLG. act. 2, 13 alii . . . -entes dicebant, quia musto pleni sunt isti [διαχλευάζοντες]. *cf.* SVET. Galba 4, 2 inquit. MACR. Sat. 5, 2, 1 Euangelus -enti similis 'bene', inquit. *al.*). 11, 3, 176 eadem verba mutata pronuntiatione indicant, adfirmant, . . . -ent *eqs. al.* TAC. hist. 4, 81, 2 aeger *homo* . . ., ut pede ac vestigio Caesaris calcaretur, orabat; Vespasianus primo -ere, aspernari. *al.* TERT. resurr. 39 p. 82, 16 -serant *Athenienses*, non -suri omnino, si animae solius restitutionem . . . audissent. *al.* ITALA Luc. 16, 14 (Cypr. eleem. 12 p. 383, 3) audiebant . . . haec omnia pharisaei . . . et -bant (eum *add. edd.*; ἐξεμυκτήριζον, *Vulg.* deridebant illum). CLEM. ad Cor. 39, 1 insipientes et sine intellectu et fatui et indisciplinati inludunt et -ent (*Morin*, illudent et -unt *codd.*; μυκτηρίζουσιν). PORP. Hor. ars 437 simiatores (sannatores *P*) eos et mydronas (*? εἴρωνας Fabricius*) appellamus, qui benigne -ent. *al.* SCHOL. Cic. p. 102, 20 summa cum festivitate discussit -ens . . . criminationem. HIER. psalt. sec. Hebr. 73, 8 *iniqui* -erunt et locuti sunt in malitia (διενοήθησαν, *Vulg.* cogitaverunt). *al.* RVFIN. Adamant. 1, 16 p. 35, 28 *venerant ad prophetam*, ut -rent (*gr.* χλεύης ἕνεκεν). AVG. catech. rud. 9, 5 *discipuli rhetorum* non -bunt, si . . . antistites et ministros ecclesiae . . . animadverterint . . . cum barbarismis et soloecismis deum invocare. *al.* **b** *pendet: enuntiatum per:* quod *c. coni. (l. 35. 37) vel indic. (l. 38)*: CIC. off. 1, 128 Cynici aut . . . Stoici paene Cynici, qui reprehendunt et -ent, quod ea . . . flagitiosa ducamus *eqs.* CAES. Gall. 2, 30, 3 *Atuatuci* -ere ex muro atque increpitare vocibus, quod tanta machinatio a tanto spatio instrueretur. AVG. civ. 13, 16 p. 574, 26 D. philosophi . . . sapienter sibi videntur -ere, quod dicimus *eqs. v. et p. 415, 36.* *acc. c. inf.*: PLIN. nat. 2, 19 Iovem quidem aut Mercurium aliterve alios inter se vocari et esse caelestem nomenclaturam, quis non . . . fateatur -endum?

2 *c. obi. directo*: **a** *res variae -entur* (*indicatur causa irrisionis infra l. 79*): PLAVT. Most. 179 laudari . . . malo quam . . . meam speciem alios -ere. Poen. 1202 facere quicquam, quod homo quisquam -at. Trin. 446 bonis tuis rebus meas res -es malas (*cf.* PHAEDR. 1, 9, 9). ACC. trag. 67 quia nec vos nec ille inpune -ret meam grandaevitatem. CIC. Caecin. 65 tum illud, quod dicitur, 'sive nive' -ent (Att. 12, 6, 4 Caesar . . . -ere visus est 'quaeso'. TAC. dial. 23, 1). leg. agr. 2, 96 Romam . . . prae sua Capua . . . -bunt *Campani*. Pis. 62 -sa est aps te (*i. Caesare*) . . . M. Pisonis cupiditas triumphandi. de orat. 1, 17 *sine scientia rerum plurimarum* verborum volubilitas inanis atque -enda est. 1, 102 me (*i. Crassum*) . . . arbitramini . . . non semper -isse . . . eorum hominum impudentiam (TAC. hist. 2, 91, 3 -sere plerique). ac. 2, 97 *Epicurus* totam dialecticam et contemnit et -et. Cato 85 non vereor, ne hunc errorem meum philosophi . . . -ant. fin. 3, 75 *sapiens* ista nomina possideat, quae -eri ab imperitis solent (*cf.* AVG. catech. rud. 17, 3. 27, 7. epist. 232, 2 p. 512, 6 Christi nomen -endum [rid- *l. v.*]). nat. deor. 2, 162 nihil tam -et (-it *AB¹*; *cf. p. 413, 38 sqq.*) Epicurus quam praedictionem rerum futurarum. Att. 3, 23, 4 haec mea diligentia miserabilis tibi, aliis -enda videatur (*cf.* HIL. in Matth. 24, 7 p. 1050^{C}). 7, 19 accepi litteras . . . Curionis . . ., quibus -et L. Caesaris legationem. *al.* VERG. Aen. 5, 272 -sam sine honore ratem Sergestus agebat. Ov. met. 1, 221 -et . . . pia vota Lycaon. LIV. 7, 11, 10 -ere Poeteli triumphum Tiburtes. *al.* PAVL. FEST. p. 367 Caecilius -ens magnitudinem nasi *eqs.* VAL. FL. 5, 650 *Pallas* -ens strepitumque minasque Gradivi. QVINT. inst. 8, 2, 2 -ens . . . *oratoris cuiusdam* vanitatem Cassius Severus *eqs.* (AVG. civ. 8, 21 p. 351, 28 D. -enda . . . vanitas). *al.* TAC. dial. 15, 1 non desinis, Messala, . . . nostrorum . . . temporum studia -ere atque contemnere. ann. 2, 9, 3 Flavus . . . dona memorat, -ente Arminio vilia servitii pretia. *al.* SVET. Cal. 51, 1 -sis multum locorum miraculis . . . a Messana . . . *Caligula* profugit. Claud. 21, 2 vox praeconis -sa est. *al.* APVL. apol. 19 an tibi Claudius Maximus idoneus auditor videtur ad -endam paupertatem? *al.* HIL. in Matth. 6, 1 p. 951^{C} ne *gentes et haeretici* . . . infirmitatem in deo passionis -ant. in psalm. 118 samech 7 p. 491, 12 *plures* exspectationem fidei nostrae arguunt et -ent (-unt *l. v.*). *al.* AVSON. 265, 1 p. 188 P. Claudius -sae privato in tempore vitae in regno specimen prodidit ingenii (VVLG. Tob. 2, 15 cognati *Tobiae* . . . -bant vitam eius [*gr. deest*]). SCHOL. Cic. Bob. p. 148, 14 id dictum ab Hortensio . . . pro inepto -isse Tullius videbatur. *al.* PRVD. perist. 10, 921 -et (-it *B*; arridet *U*) hoc (*i. dicta Romani*) Asclepiades. AVG. civ. 3, 3 p. 100, 21 D. -ere fabulas fortassis existimor. 16, 31 p. 175, 12 risus ille (*sc. Sarae*) non ad -endum opprobrium, sed ad celebrandum gaudium pertinebat. conf. 4, 4, 8 temptavi apud illum *amicum* -ere, tamquam et illo -suro mecum baptismum, quem acce-

[*Centlivres*]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

perat. in psalm. 46, 2 p. 525[ad fin.] qui crucem eius (*i. domini*) -ent, a daemonibus ... devorantur; ... nemo ergo -at crucem domini. *al.* IOH. MAXENT. Conc.[S] IV 2 p. 18, 22 miror te tam temere ridere de veritate. :: nullatenus ego veritatem -o. MARCELL. chron. II p. 98, 512, 8 Anastasius ... infamem et -endam (irridecidam *l. v.*) synodum ... fieri imperavit. CASSIOD. in psalm. 105, 19 p. 760[B] pecus ... -endis devotionibus adorandum. *al.*

ⓘⓘⓘ *varios alios actus iniuriosos vel onerosos* (*utiles v. l. 56*): ITALA Ioel 2, 13 (Cypr. laps. 36 p. 263, 23. *al.*) qui sententiam flectat adversus ⌊malitiam -tam⌋ (malitias -tas *l. v.*; ἐπὶ ταῖς κακίαις, *Vulg.* super malitia). PS. CYPR. pudic. 8 p. 20, 3 (*cf.* PS. ORIG. tract. 5 p. 45, 23) adolescens vim sibi molitus fuisset inferre, quam ipsa conata fuerat -are (AMBR. off. 3, 19, 114 p. 177A. *cf.* EDICT. Theodor. 77 de -ta violentia [GREG. M. in euang. 20, 14 p. 1168C]). PASS. Is. et Max. Migne 8, 769B saevitiam. AMBR. obit. Theod. 39 arma suis principibus (HEGES. 5, 46, 1 p. 400, 4. *cf.* 2, 1, 2 p. 130, 23 bellum [*al.* CASSIOD. Ios. antiq. 16, 10 p. 471fin. belli per Herodem sibimet -i]. 5, 16 p. 325, 27 ab allophylis proelium). AMBROSIAST. in Rom. 3, 6 p. 75A cum -at iram *deus*. HEGES. 3, 17 p. 216, 14 sibi ipse manus -at. RVFIN. Orig. in Rom. 7, 16 p. 1146C in alios -etur utilis et fructuosa correctio (*cf.* ISID. alleg. 56 durius increpationem ... fidelibus). TRACT. Pelag. 3 p. 54med. dum quis ad *divitias* ... festinat, mortem parentibus aut optat aut -at (*cf. p. 438, 7*). AVG. c. Pelag. 4, 8, 21 p. 544, 21 heretici ... catholico ... calumniam (FVLG. RVSP. praedest. 2, 33 p. 645D medico. THEOD. MOPS. in II Thess. 1, 9 p. 45, 17 impressionesque *credentibus*). RVSTIC. Conc.S I 4 p. 160, 26 multa milia iniustitiarum nobis ab eis -ta ferremus (*cf.* GREG. M. moral. 26, 52 p. 381A *iniustitiam* patientibus).

β homines figurate per suas qualitates designantur: LVCIF. moriend. 3 p. 289, 7 quidquid saevitia tua nobis intulit atque -tura erit. CASSIAN. inst. 12, 29, 3 audax ad contumelias -andas *superbia*. PETR. CHRYS. serm. 84 p. 438C dolores persecutorum furoribus -tos.

3 *hominem rei malae: i. q. tradere* (*in lusu verborum*): TERT. nat. 2, 14, 9 *Hercules* tunc dignius rogo sese -asset.

4 *rem corpor.* (*aliter* lapides *v. p. 439, 14*): **a** *hominibus: i. q. dare, tribuere* (*nota structuram per* ex *sensu partitivo*): ARNOB. in psalm. 74 p. 432A ex uno eodemque vino iustis propinatur ad salutem, peccatoribus ad interitum -atur. **b** *aliis rebus: i. q. inferendo addere*: GREG. M. moral. 2, 25 p. 568A cum ... percussum cor feriendo repetiit ... super vulnera vulnus irrogavit *nuntius*.

B *-ant res (bestiae v. p. 441, 36) causam praebentes: i. q. secum ferre*: **1** *onera hominibus*: **a** *in sermone iuris*: MARCELL. dig. 3, 2, 22 ictus fustium infamiam non importat, sed causa propter quam id pati meruit, si ea fuit, quae infamiam damnato -at (PAPIN. dig. 3, 1, 9. VLP. dig. 3, 2, 13, 6 ex his infamia non -atur. 3, 2, 13, 8 crimen stellionatus. 48, 12, 1 sepulchri violati actio. COD. Iust. 2, 11tit. de causis, ex quibus infamia alicui -atur. *al.* INST. Iust. 4, 18, 2 iudicia, si qua infamiam -ant. *cf.* FRG. Vat. 340 ⟨f⟩amae periculum -at

[Ruhstaller]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

[*textus lacunosus huc pertinere videtur*]. COD. Iust. 1, 54, 1 [*a. 205*] multa damnum famae non -at). PAPIN. dig. 3, 2, 20 ob haec verba praesidis ... pudor potius oneratur quam ignominia videtur -ari (*cf.* COD. Iust. 2, 11, 14 [*a. 238*] si sententia non praecessit ignominiae maculam -ans [ignorans, ignoras *codd. Append. Visig. 1, 1. cf. p. 437, 44*]). VLP. dig. 35, 1, 59, 1 *poena* -at servitutem (40, 5, 26, 3 ne ... mora servitutem partui -verit). MACER dig. 48, 19, 14 quaedam delicta pagano aut nullam aut leviorem poenam -ant. HERMOG. dig. 43, 6, 2 aliquid ... ex quo damnum aut incommodum -etur (COD. Iust. 6, 35, 11, 2 praepeditio damnum ... -are [interrogare *l. v.*] *ne* concedatur). NOVELL. Maior. 6, 1 ne per ... impietatem parentum egestas et obprobrium personis nubilibus -etur. CASSIAN. conl. 21, 14, 3 quidquid ... imperative decernitur, mortem -at non impletum. COD. Iust. 7, 56, 2 (*a. 239*) res inter alios iudicatae neque emolumentum adferre *aliis* ... neque praeiudicium solent -are.

b *usu vario* (*res agens non semper exprimitur verbis, v. e. g. l. 26. 31*): TERT. orat. 29, 2 oratio plagas -bat. PORPH. Hor. epod. 17, 61 ut tormenta vitae carminibus meis -ta effugeres. CYPR. patient. 17 p. 409, 23 nobis ... diversi inportantur dolores et multiplex qualitas -atur de iacturis facultatum, de ardoribus febrium, de cruciatibus vulnerum, de amissione carorum. ARNOB. nat. 1, 47 p. 31, 23 nervorum contractio et amissio luminis fatalibus accidunt -anturque decretis. PS. HIL. hymn. 2, 38 ingluvies bona praesentis -bat temporis. AMBR. Iac. 2, 5, 21 p. 44, 7 *virtutis* societas lucrum dabat, non -bat dispendium. BASIL. admon. ad fil. p. 43, 20 ne omnium malorum genera in nos -entur. LEO M. epist. 10, 4 p. 632A cui de sacerdotio suo desperatio ... -atur. CONC.S I 3 vers. Tur. p. 151, 32 quaecumque divinae naturae contumelias -ant (Rustic. *ibid.* -rent [*gr. I 1, 2 p. 101, 17* περιυβρίζει]). EPIST. pontif. 937 Conc.S IV 2 p. 143, 8 de incertis rebus producendorum testium necessitas -atur (CASSIOD. Ios. antiq. 12, 14 p. 356med. quando ... sibi victualium necessitas -retur). PRIMAS. in apoc. p. 892B phialae iustis suavitatem praebeant, impiis autem plagarum -ent ultionem.

2 *impedimenta sim.* (*emolumentum v. l. 39*) *rebus*: EDICT. imp. Theodos. (coll. Mos. 5, 3, 1) non patimur ... agreste illud ... robur ... tenuatum convicium saeculis vel conditorum -are vel principum. SERV. Aen. 8, 299 p. 242, 2 Stymphalides aves ... hoc periculum regionibus -bant. CLAVD. DON. Aen. 9, 90 p. 200, 3 aliquid ..., quod legibus datis non -ret iniuriam. CONSVLT. Zacch. 1, 15 p. 19, 9 patientia sententiae -vit effectum, sed vim ... mollivit. PRIMAS. in apoc. p. 893B *praedicatio domini* potest omni corpori perditorum ... vulnus pessimum -tum intellegi.

notabiliora gramm. et stil.: *usus absolutus v. p. 437, 62. refl. v. p. 440, 70.* *accedunt casus: is, qui (id, quod) irrogat, designatur in pass. per* de *v. l. 19sq.* ex *v. l. 9. p. 439, 56. 440, 81. 83.* ob *v. l. 2.* per (*c. acc. etiam rei*) *v. l. 11. p. 439, 53. 440, 12. 15. 53. per adv.*: divinitus *v. p. 438, 4. 51. 54. 72.* desuper *v. p. 439, 27.* *is, cui irrogatur, designatur fere per dat. (acc. pendentem a verbo iuxtaposito v. p. 438, 32. 440, 23); per praep.*: adversus *v. p. 440, 6.* in *c. acc. v. l. 25. p. 438, 33. 38. 45. 53. 54. 63. 439, 14. 18. 68. 440, 36. 56.* super *c. acc. v. p. 440, 76.* *id, quod irrogatur, designatur per enuntiatum subord. v. p. 438, 34. 439, 12.* *synonyma*: accidere *v. l. 22.* imponere *v. p. 439, 63 (v. et p. 439, 24).* importare *v. l. 19. p. 440, 79.* inferre *v. p. 438, 75. 440, 19. 48. 66.* infligere *v. p. 438, 49.* *opposita*: pati *v. p. 438, 74.* perpeti *v. p. 439, 16. 440, 10.* tolerare *v. p. 439, 3.* remittere *v. p. 438, 17.* *cum de inferendo bono (v. p. 437, 50) agitur, in eodem enuntiato aliud verbum assumitur*: adferre *v. l. 14.* dare *v. l. 24. p. 438, 26. 440, 24.* praebere *v. l. 32.* propinare *v. p. 440, 73.*

p. p. p. **irrogātum,** -ī *n. pro subst.* *de notione*: GLOSS. III 452, 27 -tum ἐπενεχθέν (482, 19 inde irrogatio). GLOSS.L II Philox. IN 451 -ta κυρωθέντα. *i. quod impositum est* (*mali*): VEREC. in cant. 4, 3 p. 53amed. non vincimur humano timore, non frangimur -tis, non cedimus tentamentis.

deriv.: irrogatio. *Ruhstaller.*

irrōrātio, -ōnis *f.* *ab* irrorare. *fere i. q. aspersio, infusio*: *proprie*: CASSIOD. var. 12, 14, 3 holus illic omne saporum est, dum marina -e respersum. *in imag.*: HIL. myst. 2, 13 mannae -o. AVG. in psalm. 38, 6 ab -e quadam guttarum dominicarum de scripturarum nube venientium.

***irrōro,** -āvī, -ātum, -āre. *ab* in *et* rorare. *scribitur* inr- *passim, e. g.* VERG. georg. 1, 288. 3, 304. *de notione*: SERV. Aen. 3. 624 'aspersa' ... id est -ta (-rotata *F*). GLOSS. II 310, 32 ἐπιρραίνω -o, inspargo. *legitur inde a* VERG., OV., CELSO, COLVM., *saepius apud* ECCL.

[*variat in codd. c.*: et rorat: COLVM. 11, 2, 93 (*SA*, -at *R*). rigat: CYPR. eleem. 25 (-at *V*). irrotare: *v. l. 72. 78. p. 442, 17.*]

A *transitive:* 1 *sensu strictiore, i. q. aliquid (aliquem) rore aspergere*: VERG. georg. 1, 288 sole novo terras -at Eous. CELS. 5, 26, 8 sudores ... tamquam -to (-rotato *FVP*) corpore oriuntur. COLVM. 9, 14, 10 -tis floribus. 12, 22, 2 noctibus ... labrum operire ..., ne -etur (*cf.* 12, 24, 2 vas tegendum erit [12, 39, 1]). SERV. Aen. 3, 567 'rorantia' ... pro -ta, id est quae -bantur. *in imag.*: RVFIN. Orig. in iud. 8, 4 p. 512, 11 vide *populum* ... Moysei rore infundi, prophetarum litteris -ari. AVG. serm. 23, 10, 10 p. 159 inde (*i. dei caritate*) adspersi sumus, inde -ti (*seq.* ros talis est).

2 *sensu laxiore spectantur umores cuiusvis generis (paulo aliter infunditur piper infra l. 54) eaeque res, quae quodammodo umoribus comparantur (nota in ritibus sacris: l. 9. 45. 50. cf. etiam l. 54. apud medicos: l. 27. 28. accedente notione fovendi, recreandi e. g. l. 16. 24. 39. -antur sicca sim.: l. 26. 31. 33. al.)*: **a** *obi. est is (id), qui (quod) umore afficitur, fere i. q. aspergere, madefacere*:

α *aliquem (aliquid) aliqua re (add.* per *l. 40. subi. est ipsa res madefaciens e. g. l. 22. 30. 34)*: OV. met. 7, 190 ter sumptis flumine crinem -vit aquis. fast. 4, 315 ter caput -at *Claudia* (*v. et l. 27*). CELS. 7, 19, 9 aceto -anda lana vel spongia. COLVM. 10, 148 primitiis plantae ... praebeat imbres sedulus -ans holitor. 12, 49, 5 oleo ... viridi -ant ([*v. app. crit.*]. *al.*). SIL. 2, 123 virgo ... oculos *amicae occisae* ... -at lacrimis (AVSON. 183, 4 p. 45 P. *al. cf.* VEREC. satisf. 28 *pupilla* gremium ... guttis -et obortis). 4, 654 fluctus ... spumeus -at summas aspergine cristas. HIL. in psalm. 122, 11 p. 588, 7 *dives in gehenna* -ari se ac refrigerari minimo digito *Lazari* ... deprecatur (HIER. in Ezech. 4, 16—17 p. 50C. *cf. infra l. 53*). ZENO 2, 71 nec -ti (-rotati *l. v.*) camini eis (*i. tribus pueris*) defuit gratia. FVLG. myth. 1 praef. p. 7 Thespiades, Hippocrene quas spumanti gurgite -at (*sim. de fluminibus*: CLAVD. carm. min. 28, 18 Nilus loca. 53, 71 summa ... levatus rupe Giganteos umeros -at Enipeus). HIER. psalt. sec. Hebr. 72, 6 *rex* descendet ... ut stillae -antes terram. CLAVD. rapt. Pros. 2, 75 *Zephyre*, qui ... adsiduis -as flatibus annum. 3, 403 *Ceres*, ne deficerent ... ignes (*i. faces*), ... arcano perfudit robora suco, quo Phaethon -at equos, quo Luna iuvencos. PAVL. NOL. carm. 21, 681 ut ... siccam prius -ret harenam (*syn.* manare fluentis efficeret). MARCELL. med. 7, 15 cotidie aqua eadem caput (*i. unguento capillos*) -a. 9, 14 tepido ... medicamine aures -bis. *al.* *in imag.*: AMBR. epist. 64, 2 p. 1219C pluvia spiritalis sapientiae, quae ... quaerentibus de coelo infunditur et -at mentes piorum. PHILIPP. in Iob 38 p. 757A infidelitate mentes hominum aridae ubertate divinae gratiae -antur (PS. PRIMAS. in I Cor. p. 512D). PAVL. NOL. epist. 23, 36 p. 193, 14 guttam caelestis sapientiae destillare, quae ariditatem mei cordis -et (*al.*). AVG. in psalm. 35, 15 p. 352 *Christus fons vitae* venit ad te in carne, ut -ret fauces tuas sitientes (*syn.* irrigaberis). *ibid.* -vit sitientem. PS. AVG. serm. (RevBén. 41, 1929, 198, 39) apostoli ... suavissimis nos eloquiis -bant. MAX. TAVR. serm. 28 p. 590A longam gentilium siccitatem lavacri inundatio salutaris -et. PS. EVSEB. GALLIC. hom. p. 652H venas carnalium incentivorum febribus aestuantes ... castitatis refrigeriis -bant. VEN. FORT. carm. 3, 4, 1 per undifragos vestri fluctus eloquii quasi ... salis spargine me contigit -ari. **β** *aliquid de aliqua re*: AVG. epist. 19 p. 46, 23 *falsa* de humano nubilo -ta scias.

b *obi. est id, quod effunditur, fere i. q. inspergere, infundere*: **α** *alicui (dat. suppl. l. 46. 50. 57) aliquid*: OV. met. 1, 371 *Deucalion et Pyrrha* ubi libatos -vere liquores vestibus et capiti. VAL. FL. 7, 360 viscere vultur adeso tollitur e scopulis et rostro -at aperto (*sc. sanguinem, cf. Apoll. Rhod. 3, 851sqq.* καταστάξαντος ἔραζε αἰετοῦ ... αἱματόεντ' ἰχῶρα Προμηθῆος). SIL. 11, 302 Bacchi ... liquorem -at mensis turba. FVLG. aet. mund. p. 155 *vas olei unctionis* capiti fermentum diadematici germinis -vit. MART. CAP. 2, 110 -ti (*sc. corpori*) liquoris allinebat unguentum (*vix recte vol. VIII 753, 8*). FVLG. RVSP. epist. 7, 17 p. 358D cum stillam dives ardens digito beati pauperis linguae suae posceret -ari (*cf. l. 17*). *in imagine vel translate*: PERS. 6, 21 ipse sacrum -ans patinae piper. SIL. 10, 356 *Somnus* oculis ... quietem -at. ZENO 2, 59 *deus* infirmis ... mannae teneritudinem -vit. 2, 63 illis -ta est manna. AVG. epist. 166, 12 *dicitur deus* animas ... *non* de seipso tamquam suas particulas -are (*sc. nascentibus*). CYPR. GALL. exod. 1123 *turis* halitus ... dulces -at sensibus auras. GREG. M. moral. 27, 45 p. 425C *vita coelestis* sanctorum nobis praedicatione -etur. **β** *in aliquid*: VITA Amator. 28 (AASS Mai I) p. 58E ex his (*i. aquis Iordanis fluminis*) in ora leprosorum -ans.

B *intransitive:* 1 *subi. est deus sim., qui rorem emittit, i. q. pluere*: VERG. georg. 3, 304 cadit extremoque -at Aquarius anno. COLVM. 10, 331 saepe ... gravidis -at pestifer (*i. Iuppiter*) undis. 2 *subi. est id, quod defluit, fere i. q. pluere, guttatim demanare*: **a** *nude*: CYPR. ad Donat. 14 p. 15, 12 sponte sol radiat, ... fons rigat, imber -at (HIER. in Eph. 6, 11 p. 548B nubes, ex quibus fundantur pluviae et imber -et. *cf. in imag.*: CASSIOD. in psalm. 31, 8 (11) sermo domini quasi mellifluus imber -at). SEDVL. op. pasch. 1, 10 p. 184, 10 nectareus aetheriae maiestatis nimbus -ans populo dapes ex pluviis ... effudit. **b** *c. dat.*: OV. met. 9, 369 lacrimae -ant foliis. PS. AVG. serm. ed. Caillau 2, 36, 1 p. 48 gentium populus ... caecus remanserat in annis suo, nisi lumen gratiae ... ingratis -asset de caelo.

deriv.: irroratio. *Primmer.*

irroseus, -a, -um. *ab* in *et* roseus. *vox ficta a grammaticis. i. q. non roseus*: SERV. Aen. 7, 26 *aurora* 'in roseis fulgebat lutea bigis', ... unde multi iungunt 'inroseis', id est 'non roseis', quasi 'non rubicundis'.

irrōsus, -a, -um. *ab* in *et* rosus. *i. q. non rosus*: GLOSS. II 215, 23 ἄβρωτον, inrosum, in[a]esum.

irrotātio, -ōnis *f.* *ab* irrotare. *i. q. vertigo*: GLOSS.L V Aa * 280 vertigines, inrotationes.

irroto, (-āvī, -ātum), -āre. *ab* in *et* rotare. *scribitur in codd. potius* inr-. *i. q. efficere, ut aliquid procedendo in orbem circum-*

[Ruhstaller]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

agatur: MIN. FEL. 3, 6 testam plano situ digitis comprehensam . . . super undas -are. CASSIOD. in psalm. 58, 5 p. 412^A potest quis currere et non dirigi, ut illi, quorum vita tortuosis semitis -atur.

deriv.: irrotatio.

irrubēsco, -uī, -ere. *ab* in *et* rubescere. *scribitur in codd. potius* inr- *quam* irr-. *legitur inde a* STATIO. [*variat in codd. c.* erubescere *v. l. 16. 20.* rubescere *v. l. 13. cf. et l. 20.*]

i. q. rubescere, rubrum fieri: 1 *generatim de rebus quibuslibet*: STAT. silv. 5, 3, 32 tuus ut mihi vultibus i g n i s -uit (*cf.* SIDON. epist. 8, 11, 9 in occasu cruentis ignibus -entes seu . . . Mercurius . . . seu . . . Saturnus . . . seu . . . Mars). Theb. 6, 231 nec sanguine ferrum -uit. 9, 647 -uit caeli plaga sidere mixto. SOL. 5, 27 haemachates sanguineis maculis -it (rubescit *l. v.*). BOETH. cons. 2 carm. 3, 6 nemus . . . vernis -uit rosis. 2 *speciatim de vultu*: SIDON. epist. 4, 23, 1 ad haec ille (*sc. filius*) confusus -uit. 8, 6, 6 *Nicetius* cum quodam prologo pudoris vultum modeste demissus -uit (erubuit *l. v.*). BOETH. in Porph. comm. pr. 2, 9 p. 100, 13 si . . . cuiquam facies -uerit. ALC. AVIT. hom. 20 p. 133, 30 *rubum,* de quo . . . rosae blanditer mollescentis sero pudore vultus -uit. NICET. virg. laps. 35 pallescat facies, quae quondam -uit (erubuit, erupuit, viruit *ll. vv.*) impudica.

irrubio, -īre *vel* -iāre. *ab* in *et* ruber. *i. q. rubrum facere* (*vel esse*): GLOSS. III 78, 8 ξανθίζω, inrubio.

irrubōrātus, -a, -um. *ab* in *et* ruboratus (*cf. Tert. anim. 25, 3* ruboratior) *vel ab* in *et* rubor. *i. q. expers ruboris seu pudoris*: ITALA prov. 7, 13 (Didasc. apost. 5, 16) inruborato (inroburato *legi potest in cod.*) . . . vultu dicit ad eum *mulier* (ἀναιδεῖ, *Vulg.* procaci).

irructo, (-āvī, -ātum), -āre. *ab* in *et* ructare. *i. q. cum afflatu ructare*: PLAVT. Pseud. 1295 quid tu . . . in os . . . mi ebrius inructas? (*cf. 1300* ructare in os).

[irrudis, -e. *v. vol. VII 1, 1316, 13. falso* NOT. Tir. 75, 71 *pro* inruit.**]**

[irruditio *v. vol. VII 1, 1316, 5.***]**

irrūfo, (-āvī), -ātum, -āre. *ab* in *et* rufare. *scribitur in codd. potius* inr- *quam* irr-. *i. q. rufum vel rubrum facere*: TERT. apol. 22, 12 barbam tactu -tam. ieiun. 17 p. 296, 22 lenticulam defruto -tam. HIER. epist. 107, 5, 1 ne capillum -es.

irrūgātio, -ōnis *f. ab* irrugare. *i. q. rugarum contractio*: SERV. Aen. 1, 648 palla dicta est ab inrugatione et mobilitate, quae est et circa finem huiusmodi vestium, ἀπὸ τοῦ πάλλειν.

irrugio, -iī, (-ītum), -īre. *ab* in *et* rugīre. *i. q. rugire vel clamare incipere*: VVLG. gen. 27, 34 *Esau* inrugiit (inrugit, rugiit, rugit, irruit, irriguit *ll. vv.*) clamore magno.

irrūgo, -āvī, -ātum, -āre. *ab* in *et* ruga (*vel ab* in *et* rugare). *scribitur in codd. potius* inr- *quam* irr-. *p. p. p. pro adi. v. l. 53 sq. legitur inde a* STATIO. [*hisp.* arrugar. *R.*]

i. q. in rugas vel plicas contrahere: 1 *de vestimentis*: STAT. Theb. 4, 266 *Parthenopaeus* undantem . . . sinum nodis -at Hiberis. *in imagine*: PACIAN. epist. 3, 4 p. 53 *haereticus* vestem domini, ecclesiam Christi, scindit, intercipit, vitiat, -at (*antea*: non habens maculam neque rugam; sinus maculosi atque rugosi). 2 *de partibus corporis*: GELL. 12, 1, 8 *ne mulierum prodigiosarum* aequor illud ventris -etur. HIER. in Gal. 5, 22 p. 420^B potest bonitas esse tristior *benignitate* et fronte severis moribus -ta (*cf.* LVCVLENT. 4 p. 816^B qui *hoc* facit, cum simplicitate debet facere, non cum -ta facie). hom. Orig. in cant. 2, 3 p. 46, 11 meretricum mammae laxis pellibus -antur (irrigantur *l. v.*).

deriv.: irrugatio.

irrumābiliter *adv. ab* irrumare. *i. q. irrumantium modo* (*sc. de rebus veneriis perficiendis*): CIL IV 1931 -r.

irrumātio, -ōnis *f. ab* irrumare. *i. q. actus irrumandi* (*sensu hyperbolico, cf. p. 444, 11*): CATVLL. 21, 8 tangam te prior -e (irruminatione *V*).

irrumātor, -ōris *m. ab* irrumare. *qui irrumare solet* (*hyperbolice, cf. p. 444, 11*): CATVLL. 10, 12 *cohorti* esset -r praetor. CIL IV 1529 -r. IV suppl. 3, 8790a vator *vel* ⟨irru⟩mator. *ibid.* b va⟨le i⟩rrumato⟨r⟩.

irrumo, -āvī, -ātum, -āre. [*incertae orig., fortasse ab* in *et* rūma '*guttur*' (*vocali* ū *in formis longioribus et in vocibus derivatis ante* -mā- *correpta ex usu sermonis vulgaris, deinde mensura brevi etiam ad formas verbi breviores translata*). *Szemerényi.*] *scribitur in inscr.* irrim- *p. 444, 24,* iru- *p. 444, 21. 22; cf. et p. 454, 83.* irr- *in inscr. et codd.; raro* inr- *in codd. legitur fere ap.* CATVLL., MART. (*sensu proprio tantum; cf. Comfort, AJA 52, 1948, 322*); *in* PRIAP. *et* INSCR.

[*variat c.* irruminatus *v. p. 444, 16. cf. et l. 61. textus incertus*: CIL IV 1473 Martialis vos ˌirumas roˌ (*i.* irrumaro *vel* irrumas⟨se⟩ ro⟨go⟩?). *v. et p. 444, 22. e coni. falsa*: LAMPR. Comm. 5, 11 (*Mommsen*).**]**

vox obscaena: i. q. penem in os alterius inserere semenque effundere: 1 *usu proprio*: a *sensu pleno*: PRIAP. 56, 6 *ego Priapus* mandabo domino . . . *horti* salaci, ut pro me velit -are fures. MART. 2, 47, 4 *maritus* quae faciat duo sunt: -at aut futuit. 2, 83, 5 credis te satis esse vindicatum *a moecho, cui nares tantum auresque abscidisti?* erras: iste potest et -are (*i. non solum adulterare, sed etiam peius facere. cf. l. 84*). 4, 17, 3 *Paule.* -are vis solus (*vix translate, ut accipi voluit et hunc locum et antecedentem [l. 82] Housman, Hermes 66, 1931, 407 sqq.*). 4, 50, 2 nemo est, Thai, senex ad -andum (*i. quem felles*). SCHOL. Iuv. 6, 51 'quarum non timeat pater oscula', quia et -antur (erremantur *codd.*) mulieres, dicit. b *sensu attenuato*: α *iocose de statuis Priapi* (*ad minas violentiamque quod attinet cf. l. 13 sqq., sed 'deus' est, qui loquitur*): PRIAP. 35, 2 pedicabere fur semel, sed idem, si deprensus eris bis, -bo. *ibid.* 5 pedicaberis -berisque (*v. et l. 15*). 44, 4 deprensos ego ter quaterque fures omnes . . . -bo. 70, 13 ne . . . custodes habeatis -tos (*sc. canes, qui statuam Priapi lingunt*). β *de alia re ac ore hominis pollutione obscaena tacta: i. q. pollutus*: MART. 2, 70, 3 undis ne fovearis -tis (*postea*: necesse est, ante hic [*sc. in solio*] mentula quam caput lavetur).

2 *in imagine obscaena hyperbolice dicitur de eis, qui cum contumelia decipiuntur ac illudendo superantur*: a *ubicumque ad -andos pertinet invitos (praecipue ubi aliquis alicui violentiam minatur aut egisse narratur), sc. cum actus ille inhonestus cum homine invito vix perfici possit*: CATVLL. 16, 1 pedicabo vos et -bo (16, 14). 21, 13 desine, dum licet . . ., ne finem facias, sed -tus (irruminatus *V*). 28, 10 o Memmi, bene me ac diu supinum tota ista trabe lentus -asti (*postea*: nihilo minore verpa farti estis). 37, 8 an . . . non putatis ausurum me una ducentos -are sessores. 74, 5 nam quamvis *Gellius* -et ipsum nunc patruum, verbum non faciet patruus (*antea*: patrui perdepsuit ipsam uxorem). INSCR. AJA 52, 1948, 321 irumo te Sex⟨te⟩ (*bis*). CIL IV 2277 -o (*contextus incertus*). IV suppl. 2, 4547 irumo (*sine contextu*). b *vi imaginis evanescente: i. q. irridere*: INSCR. Die Antike 15, 1939, 103 bene caca et irrima medicos!

deriv.: irrumabiliter, irrumatio, irrumator.

Ruhstaller.

irrumpibilis, (-e). *ab* in *et* rumpere, *cf.* indirumpibilis. *qui rumpi non potest*: GLOSS. II 245, 54 ἄρρηκτος inrumpibilis.

***irrumpo,** -ūpī, -uptum, -ere. *ab* in *et* rumpere. *scribitur* inr- *in inscr.; in codd. et* irr-. *de formis: perf.* -upui(?): DECL. in Catil. 58 (*v. ed. Kristoferson p. 137*). -rump-: *p. 447, 67.* NOT. Tir. 46, 64^a -it. -upit. *de notione*: CHAR. gramm. p. 469, 28 B. verba, quae praepositionibus additis aliam significationem habent: . . . rumpo. -o. CLAVD. DON. Aen. 4, 645 p. 413, 4 non dicit 'ingressa est', sed '-upit', ut ostenderet furentem. GLOSS.^L III Abstr. IN 203 -it, festinus ingreditur. GLOSS. II 287, 23 εἰσπηδῶ insilio invado -o. II 300, 6 ἐνρήσσω intrat. *legitur inde a* RHET. Her., CIC., LVCR., CAES. *per totam latinitatem.*

[*variat in codd. c.*: rumpere: TER. Eun. 996 (-ere γ, *falso*). *al.* erumpere: PLIN. nat. 6, 36 (-it *DFRE, recte*). *al.* interrumpere: *v. p. 447, 59.* irrepere: FLOR. epit. 2, 12, 7 *dux* cum . . . aliā inrepsisset (-repisset, -rupisset *vv. ll.*). *v. et p. 402, 11.* irruere: CIC. de orat. 3, 165. *al. e coni.*: LIV. 33, 10, 6 (*cf. Lindgren, Studia Curt. p. 53*). 41, 26, 4 (*Walch,* r- *trad.*). TREB. Claud. 6, 2 (*Peter,* in rep̄ venerunt *P*). AMM. 28, 2, 12 (*Gelenius,* erump- *probabilius Clark,* torum pentum *trad.*). *loci mutili*: SALL. hist. frg. 4, 85. LAVD. [Turiae] (CIL VI 37053 = II 10a Durry). FRONTO frg. (Bischoff, SB Münch. 1958, 2 p. 20) P 133, I 2.]

i. q. ***magno impetu penetrare*** *vel aggredi,* ***incurrere, irruere*** (*interrumpere p. 447, 51. rumpere p. 448, 16*):

I *vi praepositionis in vigente*: A *violenter (sc. impedimentum quoddam [paulo aliter asperitatem viae, locorum] superantem sive infringendo tollentem) vel hostiliter, minaciter -ere*: 1 *proprie, vi corporea*: a *-unt animantes* (*bestiae e. g. l. 71. p. 445, 5. Erinys l. 76. navis p. 445, 2*): α (*in*) *loca quaedam* (*domos, oppida, terras, forum sim.*; pontum *p. 445, 2*): ① *intransitive*: *accedit*: in: RHET. Her. 4, 52, 65 *iste* -upit in aedes subito (SALL. Iug. 12, 5). CIC. Phil. 6, 3 qui . . . cum latronum manu in Galliam -erit, Brutum oppugnet. div. 1, 50 improviso eos in castra -isse (CAES. civ. 3, 67, 6. LIV. 26, 6, 9 inopinato . . . cum elephantis. *al.*). fam. 15, 2, 1 *Parthi* si ex Syria egredi atque -ere in meam provinciam conarentur. *al.* CAES. civ. 2, 12, 4 non posse milites contineri, quin spe praedae in urbem -rent (LIV. 26, 44, 4 ut . . . permixti fugientibus -pturi fuisse . . . viderentur. LIV. perioch. 125 hostiliter. VAL. MAX. 3, 2, 1 ponte sublicio. *al. cf.* LIV. 2, 33, 7 per patentem portam ferox -upit in proxima urbis [*v. adn. cr.*]). LIV. 1, 47, 8 *Tarquinius* stipatus agmine armatorum in forum -upit (3, 49, 6). 3, 70, 13 in munitiones. 43, 18, 1 ne qua in regnum vacuum -rent Romani (*cf.* LVCAN. 2, 441 in agros). SEN. contr. 1, 4, 11 -upi in cubiculum adulteronum; quid mentior miser? aperto cubiculo exspectabant adulteri (*cf. p. 445, 74*). CVRT. 7, 3, 2 Satibarzanem . . . -isse . . . in Arios. PLIN. nat. 9, 13 *orcae* -unt . . . in secreta ballaenarum ac vitulos earum . . . lancinant morsu. QVINT. decl. 307 p. 208, 31 cur in custodiam -isti? *al.* ad: FRONTIN. strat. 3, 17, 4 Caesarem ad castellum . . . avide -entem. *dat.*: VERG. Aen. 6, 528 thalamo (*ad l. v. p. 448, 60*). SIL. 2, 378 templo. *al. adv.*: STAT. silv. 5, 3, 286 nemus, quo nulla -upit Erinys. TAC. ann. 12, 35, 3 eo quoque (*i. in iuga montium*) -ēre ferentarius gravisque miles.

Ⓘ *transitive*: CAES. civ. 1, 27, 3 ne . . . milites oppidum -rent (AVG. civ. 1, 2 p. 5, 31 D. -pto oppido. *al.*). 3, 111, 1 Achillas . . . primo impetu domum eius -ere conatus (VAL. MAX. 8, 7 ext. 7 praedandi gratia. TAC. hist. 4, 50, 1 *equites* raptim vecti . . . destrictis gladiis). *al.* BELL. Afr. 29, 2 Labienus . . . Leptim oppidum . . . oppugnare ac vi -ere conabatur. SALL. Iug. 25, 9 exercitu circumdato summa vi Cirtam -ere nititur. PLIN. nat. 16, 11 quod *Hostilius* Fidenam primus -isset.

[Trimmer]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

al. SIL. 2, 692 vacuam ... tot cladibus arcem. 8, 639 castra ... et vallum ... -ēre ferae. STAT. Theb. 6, 23 *biremes* pontum -ere fretae *sunt* longius (*cf.* CLAVD. 26, 2 intacti cum claustra freti ... audax -ret Argo. rapt. Pros. praef. 11 *homo* iam vagus -it pelagus). 6, 40 ceu ... letalis ... -ret atria serpens. 11, 108 *loquitur Tisiphone*: adeo moror ipsa -ere Thebas adsuetumque larem. *al.* TAC. hist. 1, 61, 1 Cottianis Alpibus Italiam. 1, 82, 1 militum impetus ne foribus quidem palati coercitus, quo minus convivium -rent. 3, 9, 1 repentino incursu ... stationes hostium. 3, 47, 2 *Anicetus* Trapezuntem ... subitus -upit. ann. 1, 48, 3 -unt contubernia, trucidant ignaros. *al.* SVET. Vesp. 5, 4 bos arator decusso iugo triclinium -upit. ITALA II par. 21, 17 (Complut.) *Philistini* ascenderunt adversum Iuda et -erunt eam (κατεδυνάστευον, *Vulg.* vastaverunt). AMM. 21, 12, 14 inquirens, qua vi vel machinis posset patefactam -ere civitatem. SVLP. SEV. Mart. 21, 2 *diabolus* cum ingenti fremitu cellulam eius -upit. HYD. chron. II p. 25, 142 -pta per dolum Ilerdensi urbe. PASS. Paul. 7 p. 31, 2 ut populus ... palatium virtute -ret. VITAE patr. Iurens. 1, 3 p. 133, 26 a parte illa -pta eremo (eremi *l. v., ed.*). *al.*

β *(in) ea, quae locum aliquem claudunt vel cingunt (portas, moenia sim.; nota* aditus genitales *l. 35): sive i. q. per portam sim. irruere (cf. l. 67. 81) sive i. q. ipsum aditum incurrendo refringere, aperire (l. 32; de exeuntibus l. 35)*: ① *intransitive* (*acced.* in *l. 23. 24.* intra *l. 26. dat. l. 25*): CIC. Mil. 41 cum ille in saepta -isset *eqs.* LIV. 34, 47, 2 in portam quaestoriam -erant Galli. SIL. 10, 367 nec ... sacris -ere muris *Romae* ... magis *tibi* dabitur ... quam scindere caelum. *al.* VVLG. II Macc. 14, 43 cum ... turbae intra ostia -rent (εἴσω τῶν θυρωμάτων εἰσβαλλόντων).

② *transitive*: SALL. Iug. 58, 1 *Iugurtha* portam -it (*antea*: castra ... invadit). VERG. Aen. 11, 879 qui cursu portas primi -ēre patentes (*cf.* OV. met. 15, 598 apertas). SIL. 13, 79 moenia Romae. *al.* AMM. 15, 4, 1 *Alamannis* conli‹mi›tia ... Romana latius -entibus. CLAVD. DON. Aen. 9, 680 p. 274, 23 non aditus -unt, qui iam patebant, sed irruunt Rutuli, ut viderunt aditus porta patefacta (*ad l. 66*). PS. AVG. serm. ed. Mai 72, 1 p. 141$^{med.}$ cum *foetus* aditus genitales -unt, ... sulcantur cicatrices. PAVL. PETRIC. Mart. 1, 140 effractis -pto limite claustris Gallica rura ... populari coeperat hostis. GREG. TVR. Franc. 10, 5 p. 487, 17 -pto Toronicae urbis termino. *al.*

γ *(in) homines (fere conglobatos. fere i. q. perrumpere e. g. l. 46. 55. 59)*: ① *intransitive*: *accedit*: in: CIC. div. 1, 51 *P. Decius* devovit se et in aciem Latinorum -upit armatus (*cf.* VAL. MAX. 5, 6, 5). CAES. Gall. 7, 50, 5 in medios hostes (PS. FRONTIN. strat. 4, 5, 4. *al.*). LIV. 45, 26, 9 in primam stationem hostium. HIL. in Matth. 10, 2 p. 966^{C} nullus in turbas vexator -erat. HEGES. 5, 42, 5 p. 389, 6 *Caesar* maiore ... manu sequenti die disposuit in hostem -ere. *al.* ad: SALL. Catil. 50, 2 Cethegus *custodiae traditus* ... libertos suos ... orabat, ut grege facto cum telis ad sese -rent. VVLG. IV reg. 3, 26 ad regem Edom (*i. illa parte aciei, ubi erat rex*). *dat.*: SIL. 9, 365 laxati *sunt* cunei perque intervalla citatus -upit trepidis hostis.

② *transitive*: CAES. Gall. 5, 44, 4 quae ... hostium pars confertissima est visa, eam -it *Pullo.* SIL. 5, 185 non ego ... mediam penetrare phalangem Cinyphiaeque globos dubitarim -ere turmae. TAC. ann. 2, 11, 3 Chariovalda ... hortatus suos, ut ingruentes catervas globo perfringerent, atque ipse densissimos -ens *eqs.* TERT. adv. Marc. 4, 8 p. 438, 14 *Iesus* per medios evasit ... soluto ... tumultu vel etiam -pto. AMM. 16, 12, 49 optimatium globus ... agmina nostrorum -upit et iter sibi aperiendo *eqs. al.* CLAVD. DON. Aen. 2, 405 p. 203, 17 *Coroebus* in hostes ... invasit mediumque agmen -upit (*Verg.* sese ... iniecit). VEG. mil. 3, 20 p. 106, 12 si hiatus aliqui ... fit, in eo loco acies frequenter -itur. *al.* HEGES. 1, 20 p. 32, 13 Aristobolus ... -upit aciem et ... sese recepit. *al.*

δ *absolute (indicatur qua per adv. l. 65. per praep.* per *e. g. l. 68. 69. per abl. e. g. l. 81)*: CIC. Phil. 12, 13 cum tot uno tempore -erint. CAES. civ. 3, 67, 5 cum -ere nostri conarentur, illi castra defenderent. SALL. Iug. 38, 6 centurio ... per munitionem ... locum hostibus introeundi dedit eaque Numidae cuncti -ēre. VERG. Aen. 9, 683 -unt, aditus Rutuli ut videre patentes (*cf. l. 32*). *al.* LIV. 1, 14, 11 haerens in tergo Romanus, priusquam fores portarum obicerentur, velut agmine uno -it. 10, 19, 21 per vallum, per fossas -erunt. 25, 3, 18 publicani per vacuum summoto locum cuneo -erunt. 34, 15, 6 ea parte. 34, 29, 7 per patefactum ruina iter. 41, 26, 4 ita repente -erunt, ut sustinere impetum eorum Celtiberi nequirent. *al.* CVRT. 6, 5, 17 circumire *rex* saltum milites iubet, ut, si qua pateret, -rent. VAL. FL. 1, 819 -unt sonitu (*v. adn. cr.*), qui saeva ferebant imperia et strictos ... enses. MART. 10, 40, 3 cum mihi diceretur esse secreto mea Polla cum cinaedo, -upi (*cf. p. 444, 70*). SIL. 14, 408 -it Cumana ratis. 17, 424 -it mole ruinae Ausonius globus. FRONTIN. strat. 1, 4, 4 Nicostratus ... per alterum locum -pturum se ostendens ... quo non exspectabatur aditu intravit. TAC. hist. 2, 32, 1 -pturis tam infestis nationibus. 2, 51, 1 Verginius per aversam domus partem ... degressus -entes frustratus est. 3, 46, 2 ne externa moles utrimque ingrueret, si Dacus Germanusque diversi -issent. 3, 82, 3 *equites* porta Collina -erant. *al.* PANEG. 4, 29, 5 invadis primus aciem, solus -is. ROMVL. fab. 63, 9 rec. vet. lupi ... -erunt. *al.*

b *-unt res aliquo modo ingruentes (eminentes p. 446, 20. 27.* lumen *p. 446, 23. 30. saepe in geographia: -unt mare, fluvius [usu attenuato, i. q. influere e. g. l. 4], mons)*: SEN. dial. 6, 17, 2 subitum illo mare -upit et 'Hesperium Siculo latus abscidit'. nat. 2, 20, 2 ignem ... -ere (er- *l. v.*) posse nubes et non exsilire. CVRT. 5, 1, 15 *amnes* per Babyloniorum fines in rubrum mare -unt (*cf.* PLIN. nat. 3, 12 Singilis fluvius in Baetim. PRISC. perih. 758 Pontum). MELA 2, 52 Rhion ... anguste et velut freto latus orae ... incidens inter Aetolos et Peloponnesiacos usque ad Isthmon -it (*cf.* 3, 38 terras quasi fluvius [*syn.* influxit]. PLIN. nat. 4, 75 mare ... angusto meatu ... in terras. 6, 38 artis faucibus). 2, 85 Pyrenaeus primo hinc in Britannicum procurrit oceanum, tum ... Hispaniam -it. 3, 72 *mare rubrum* quas ripas inflexerat, bis -it duosque ... sinus aperit. LVCAN. 7, 478 aethera tendit extremique fragor convexa -it Olympi. PLIN. nat. 3, 74 maria nuncupantur: unde -it, Atlanticum; ... qua intrat, ... Gaditanum fretum, cum intravit, Hispanum. 4, 19 tot sinus Peloponnesi oram lancinant, tot maria adlatrant, siquidem a septemtrione Ionium -it *eqs.* 5, 84 Ommam vocant -entem, mox ubi perfregit *Taurum montem,* Euphraten (*cf.* IVL. HON. cosmogr. A 37 fluvius ... -ens montem Caucasum). 6, 1 non fuerat satis oceano ... partem *terrarum* ... abstulisse, non -isse fractis montibus (*seq.* infudisse). *al.* SIL. 5, 450 *iaculum* -upit costas (5, 549 fraxinus). 15, 167 tellurem ... -entem in sidera cernunt. TAC. ann. 2, 23, 4 *navigantes* non exhaurire -entes undas poterant (*sim. in navem*: HEGES. 3, 20, 2 p. 224, 2 vacillantibus alveis ... mare). TERT. nat. 1, 7, 20 tenebris repentino lumine -ptis. SOL. 23, 13 oceanus ... ab occasu solis -ens ... Europam radit (PANEG. 9, 20, 3 impetu). PANEG. 8, 7, 3 cum ... eadem claustra qui primus incubuit aestus -erit totaque illa ... acies arborum ... dilapsa sit. PALLAD. 4, 10, 10 seria clauditur, ne ventus -at. AVSON. Mos. 329 *villa* sublimi ... minans -it in aethera tecto. AMM. 15, 4, 4 paludem spumosis strependo verticibus amnis -ens et ... permeans ... mediam ... intersecat. 28, 4, 18 si ... per foramen umbraculi ... radiolus -erit solis. VEG. mil. 4, 29 p. 149, 2 *ballistae et onagri* more fulminis, quicquid percusserint, aut dissolvere aut -ere consuerunt. CLAVD. MAM. anim. 2, 4 p. 115, 12 *ignis* velut in patriam tendens subtilis natura magnas partes stipati aeris -it. *al.*

2 *in imag. vel translate (nota de* ἐνθουσιασμῷ *l. 41)*: CIC. ac. 2, 125 *tune putas* imagines extrinsecus in animos nostros per corpus -ere? OV. met. 11, 538 totidemque videntur, quot veniunt fluctus, ruere atque -ere mortes (*cf. l. 21*). SEN. contr. 7 praef. 1 *Albucium* non ... frequenter *audivi*, cum ... ad secretas exercitationes non multi -rent (*cf. p. 447, 21*). VAL. MAX. 6, 9, 14 *Marius* patientia ... repulsarum -upit magis in curiam quam venit (*cf. p. 447, 16*). LVCAN. 5, 167 potitus pectore ... artus Phoebados -upit Paean mentemque priorem expulit (*cf.* STAT. Theb. 10, 341 *Phoebe*, saepe veni, saepe hanc dignare -ere mentem). QVINT. inst. 2, 5, 8 *orator* dominetur in affectibus atque in pectora -at. PLIN. paneg. 49, 1 dimovit perfregitque custodias poena angustosque per aditus et obstructos non secus ac per apertas fores et invitantia limina -upit. TAC. ann. 6, 16, 1 magna vis accusatorum in eos -upit, qui pecunias faenore auctitabant. *al.* TERT. apol. 3, 2 id, quod sciunt, eo, quod ignorant, -unt. CYPR. epist. 28, 2 p. 546, 2 *haec acies* euangelium conatur -ere. HIL. c. Const. 27 p. 602^{A} in decreta *patrum* ... perversus -is. HIER. epist. 14, 4, 2 inde me persequitur luxuria, inde avaritia conatur -ere. AVG. in euang. Ioh. 22, 7 p. 1578$^{in.}$ vox salvatoris -upit duritiam lapidis (*i. sepulcrum Lazari*): et cor tuum ita durum est, ut nondum illa vox divina te rumpat? nat. et grat. 52, 60 p. 277, 7 videte, quas moles *Pelagius* conetur, qua suam sententiam ducat, -ere, si valeret. VINCENT. LER. 18, 3 *Tertullianus* nihil sibi paene ad expugnandum *proposuit* ..., quod non aut acumine -erit aut pondere eliserit. CONC. Carth. a. 411 Mansi 4, 191^{D} ut *ecclesia* caecorum oculos feriat, surdorum aures -at. SIDON. epist. 9, 1, 1 ut epistularum priorum limite -pto stilus noster in ulteriora procurrat. ENNOD. epist. 3, 2, 4 p. 73, 5 amati commemoratio ... viscera carorum aculeis violenter -it. *al.*

B *turbando ordinem quendam rerum, naturae (contra ius fasque, morem, voluntatem alicuius. hic illic pellucet notio vim adhibendi, e. g. l. 67. 82. nota de intestinis l. 72. fere i. q. interrumpere p. 447, 51 sqq.)*:

1 *proprie*: CIC. har. resp. 22 vis ... innumerabilis ... repente ... in scaenam signo dato immissa -upit. Phil. 11, 4 invasit ... in alienam uterque provinciam; ... alter in Asiam -upit. nat. deor. 2, 144 si qua minima bestiola conaretur -ere *in aurem.* LVCR. 2, 306 neque, quo possit genus ullum materiai effugere ..., quicquam est, neque in omne unde coorta queat nova vis -ere et omnem naturam rerum mutare. FEST. p. 302 Atticos ... iuvenes solitos aiunt in hortos ... -ere ficosque deligere. CELS. 7, 14, 1 intestinum eo -ere (*i. in umbilicum, cf.* 7, 14, 6 illuc). SEN. epist. 80, 1 *spectaculum* omnes molestos ... avocavit: nemo -et, nemo cogitationem meam impediet. CVRT. 3, 12, 10 *nuntius in tabernaculum* -isse non admissus videbatur. 6, 9, 9 eo, ubi lavabar. *al.* STAT. Theb. 9, 343 sacrum amnem ... deumque altrices -is aquas. SVET. Cal. 14, 1 -entis in curiam turbae. APVL. met. 1, 17, 3 importune. ITALA II par. 27, 2 (Complut.) non -upit in domo domini (εἰσῆλθεν, *Vulg.* est ingressus. *cf.* LAMPR. Heliog. 6, 7 in penum Vestae. SVLP. SEV. chron. 1, 21, 2 ut tabernaculum, quod erat nefas ni sacerdotibus introire, -rent). CYPR. hab. virg. 11 p. 195, 11 quo nullus insidians grassator -at. PANEG. 12, 19, 3 sacrum limen *palatii.* DICT. 1, 8 priusquam ex more sententiae dicerentur, reguli repente consilium -unt. *al.* SVLP. SEV. dial. 2, 1, 4 secretum beati viri. COD. Iust. 7, 32, 9 (*a. 294*)

[Primmer]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

fundum . . . alienum. ACT. Petr. 6 p. 51, 28 Iudaeum quendam -isse in urbem. CIL V 8988^e quam *arcam* post excessum suum si quis -erit. *al.*

2 *in imag. vel translate*: **a** *sensu usitato penetrandi*: *α -unt homines* (deus *l. 20*): ⓘ (*in*) *loca vel animantes congregatos*: CIC. leg. agr. 2, 47 cum . . . adhibeant manus vectigalibus vestris, -ant in aerarium. de orat. 3, 108 *philosophi* in nostrum (*i. oratorum*) patrimonium -erunt (*cf.* QVINT. inst. 2, 1, 2 *grammatici* ad prosopopoeias usque et ad suasorias . . . -unt [*i. in possessiones rhetorum*]). Ov. Pont. 1, 7, 23 quo non licet ire. SEN. contr. exc. 4, 3, 2 *raptor filiae* -upit contumeliose tamquam in exsulis domum. VAL. MAX. 9, 15, 5 qui . . . in domum . . . Dionis -upit filiumque eius patriis penatibus expulit vociferando . . . se Dione esse procreatum. STAT. Theb. 3, 549 *vatem* piget -isse volantum concilia et caelo mentem insertasse vetanti (*cf.* 3, 634. Ach. 1, 508 heia, -e deos et fata latentia vexa). 10, 810 sponte . . . peremptus -is maestas fatis nolentibus umbras. TAC. ann. 11, 23, 3 quod Veneti . . . curiam -erint ([*i. senatores facti sint*]. 14, 11, 1. *al. cf. p. 446, 40*). PLIN. epist. 2, 14, 4 nunc refractis pudoris et reverentiae claustris omnia patent omnibus, nec inducuntur, sed -unt *adulescentes ad causas agendas*. TERT. adv. Marc. 1, 23 p. 322, 17 deus Marcionis -ens in alienum (*sc. dei Christianorum*) mundum. *al.* ⓘⓘ (*in*) *secreta sim.*: SEN. epist. 68, 4 multi . . . condita et abstrusa rimantur; . . . *imperitissimus quisque* in secreta -ere cupit (*cf. paulo aliter* VAL. CEM. hom. 20, 9 p. 755^A quod secretum pectoris oblatae pecuniae pondus -erit). QVINT. decl. 332 p. 309, 22 *ille* in ipsum -upit animum et penitus intuendam omnibus hominibus mentem dedit. AVSON. 326 p. 114, 3 P. operta Musarum mearum . . ., quamquam non profanus, -is. FAVST. REI. spir. 1, 9 p. 116, 6 nefas est -ere divina silentia. ALC. AVIT. carm. 2, 281 artibus inlicitis cognoscere velle futura . . . et cautas naturae -ere leges.

β -unt res (*fere vexantes vel nocentes*): CIC. de orat. 3, 165 verecunda debet esse tralatio, ut deducta esse in alienum locum, non -isse, atque ut precario, non vi venisse videatur. 3, 168 luxuries quam in domum -upit. ac. 2, 136 atrocitas . . . ista tua . . . in veterem academiam. Ov. met. 1, 128 protinus -upit venae peioris in aevum omne nefas. trist. 5, 1, 78 *curae* -unt quoque vetantur eunt. SEN. contr. 2, 7, 3 libido. SEN. benef. 3, 3, 2 -it (-upit *l. v.*) animum aliorum admiratio. epist. 117, 21 quomodo istas calamitates removeam, quae ad me -erunt, quomodo illas, ad quas ego -upi. *al.* LVCAN. 1, 470 vana . . . fama . . . -upit . . . animos populi. PLIN. nat. 17, 224 in pedes . . . -it vis morbi. STAT. Theb. 4, 212 aurum fatale penates -upit. QVINT. inst. 3, 5, 2 *affectus* ut non ubique habent locum *in oratione*, ita, quocumque -erunt, plurimum valent. 9, 4, 89 *metrici pedes damnati* -ent etiam ad invitos (adiutos *trad.*, *v. adn. cr.*; *cf. et p. 448, 13*). 10, 3, 33 -unt . . . optimi nonnumquam sensus (*antea*: quae scribentibus solent extra ordinem . . . occurrere). TAC. dial. 11, 3 *aera et imagines* me nolente in domum meam -erunt. *al.* TERT. monog. 9, 10 ne necessitas vel occasio tertiae concarnationis -at. ARNOB. nat. 1, 3 p. 5, 15 novitas. LACT. inst. 1, 20, 17 vitia cum virtutibus. POMER. 3, 6, 4 p. 481^C per os carnis non -it delectatio gustus ad mentem nec erumpit sermo turpis ex mente, nisi se voluntarie mens ante corrumpat.

b *accedit (vel praevalet) notio interrumpendi* (*quae vergit ad sensum rumpendi e. g. l. 55. 61* [*v. etiam p. 448, 16*]): CIC. Lig. 13 in nostrum fletum -es. TAC. ann. 4, 67, 1 ne quis quietem eius -ret (*al.*). AVSON. 170, 2 p. 36 P. tu . . . maturos, puer immature, dolores -is, maesti luctus acerbus avi. SYMM. or. 1, 17 imperii liberam pacem (*al.*). RVFIN. Orig. in lev. 4, 10 p. 331, 19 *spiritalia sacrificia* neque -i umquam neque cessare possunt. in cant. 3 p. 201, 2 ordinem dramatis et historiae textum. GILD. Brit. 4 chron III p. 29, 22 *transmarina relatio* crebris -pta (interr- *l. v.*) intercapedinibus non satis claret. ALC. AVIT. hom. 16, 2 p. 124, 20 si numquam sermonis petulantia honestatem silentii salubrioris -upit. ENNOD. epist. 7, 13, 1 p. 181, 13 ferias meas . . . -o. 9, 31, 1 p. 254, 19 diu nolui medicinam desiderii (*i. memoriam*) . . . -ere. opusc. 2, 127 p. 326, 22 *dolor internus* loquendi affectum, quem imperavit, -it. GREG. M. moral. 4, 35 p. 655^B perpetrationem culpae . . . pie desaeviens amaritudo paenitentiae -at.

c *c. sensu occupandi* (*cf. e. g. supra l. 7*): LEX Visig. 8, 6, 1 si quis . . . alienum signatum -erit (-umperit *l. v.*).

C *raptim, subito, ex improviso, temere*: **1** *vel in loca, fores sim. vel in homines* (*nota* **aquas** *l. 82*): CAES. Gall. 7, 70, 6 nonnulli perterriti in oppidum -unt. BELL. Alex. 21, 2 quo (*sc. in navem*) multitudo . . . cum -ret. VERG. Aen. 4, 645 Dido . . . pallida morte futura interiora domus -it limina. SEN. contr. exc. 3, 6, 2 non elegit domum tyrannus . . ., sed in eam, quam potuit, -upit (*cf.* Ps. RVFIN. [IVLIAN.] in Am. 5, 18 sqq. p. 1081^{C}). OCTAVIA 732 -upit intra tecta . . . trepidus mea . . . Nero. LVCAN. 2, 328 pulsatae sonuere fores, quas . . . -upit Marcia. 5, 127 *antistes* Phemonoen . . . cogit . . . fores -ere templi. PETRON. 98, 2 Eumolpus . . ., quia effractum ostium cellae neminem poterat excludere, -it perturbatus. SIL. 1, 167 pernix . . . in aulam. 2, 559 Eumenis in medios -it turbida coetus. STAT. Theb. 3, 592 Argos. 6, 641 *adulescentibus certatim currentibus Parthenopaeus* -it clamore fores, clamore recurrit ante ducem. 7, 336 gramineo de litore Glaucus poscentes -upit aquas. 12, 269 *Argia* horrendos -it turbida campos. PLIN. epist. 6, 20, 4 -it cubiculum meum mater (*al.*). FRONTO p. 226, 6 v. d. H. (p. 238 N.) *praedones* cum haec . . . dicerent, Arion -upit ipse eodem momento. APVL. met. 9, 2, 1 quidam subito puer . . . percitus . . . -it triclinium. 10, 30, 7 -upit alia, quam putares Minervam, *in scaenam.* VVLG. II reg. 19, 17 *viri* -entes Iordanem. CLAVD. 15, 139 *Africa* superbas -upit clamore fores *Olympi*. 22, 378 nunc *libet* Elysii lucos -ere campi. AVIAN. fab. 13, 5 *taurum fugientem* summissa meditantem -ere fronte *antrum* . . . terruit . . . caper. MART. CAP. 1, 9 uti *Virtus* . . . aetherios . . . recessus -ere parili celeritate posset. CONC.^S I 5 p. 362, 8 *Memnon* praevenit sermones meos et in meam -upit domum (*gr. I 1, 7 p. 68, 30 ὥρμησεν*). SCHOL. Ter. Bemb. Ad. 780 ianuam. *al. cf. p. 446, 23.*

2 *in actionem, fere i. q. temere procurrere* (*syn.*): HIL. trin. 3, 21 p. 89^B in ipsam veritatem infidelitas nostra procurrit et violenti in excidium dei potestatis -imus.

D *furtim, i. q. irrepere* (GLOSS. II 562, 3 *παρεισδύνειν* -ere inrepere obrepere): CYPR. GALL. Ios. 35 *iuvenes* -unt urbis aditus custode vacantes occultique situm lustrant. *v. et p. 447, 42. 48.*

II *vi praep. plus minus evanida, fere i. q. rumpere*: **A** *translate, i. q. rumpendo violare vel tollere* (*fere legem, vincula sim.*; iniquitates *l. 25.* moram *l. 36*): TERT. adv. Marc. 4, 20 p. 486, 24 ut mulier . . . legem -ret eam, cui adhuc tenebatur (p. 487, 16 *illa* potest videri legem non -isse, sed distinxisse. *al.*). ITALA I Macc. 6, 62 (rec. L) rex . . . -upit iusiuramentum (*sim.* rec. B; *gr. ἠθέτησεν, Vulg.* rupit). Ps. CYPR. singul. cler. 43 p. 218, 16 ducis vel imperatoris dispositiones. LACT. ira 24, 12 humanae societatis et publici foederis divina coniunctio -itur, dirimitur, dissipatur. *al.* VVLG. Sirach 7, 6 nisi valeas virtute -ere iniquitates (*ἐξᾶραι*). Ps. AVG. quaest. test. I 109, 7 p. 260, 22 praeceptum. CASSIAN. conl. 16, 28 *diabolus* ad -enda amicitiarum vincla praecipitat (EPIST. Austras. 3 p. 114, 35 caritatis). 23, 12, 6 decreti . . . sanctionem. AVELL. p. 397, 20 paternis canonibus evidenter -ptis (*cf.* LEX Visig. 2, 5, 4 facta seniorum iniuste). ENNOD. opusc. 3, 169 p. 375, 3 pactionis illius durissimae nexus. GREG. TVR. Franc. 5, 26 p. 233, 4 Varochus obliviscens promissionis suae, volens -ere, quod fecerat. COD. Iust. 5, 16, 12 (*a. 243*) eandem obligationem defensionis tuae firmitatem -ere (LEX Visig. 5, 4, 7 nemo propterea firmitatem venditionis -at, eo quod dicat rem . . . vili pretio vendidisse). LEX Visig. 10, 1, 5 placitum divisionis *possessionis* (*al.*). PASS. Is. et Max. Migne 8, 771^A moram suae comminationis.

B *proprie, vi corporea*: **a** *fere i. q. frangendo patefacere, aperire*: PELAGON. 281 si . . . tumores -erint vulnera (*cf. Hippiatr. gr. I p. 317, 5 ἡνίκα δὲ τὰ τῆς φλεγμονῆς ἀπορραγέντα εἰς τραῦμα μεταβληθῇ*). ITALA psalm. 73, 15 (cod. 325. 400) tu -isti fontes et torrentes (*διέρρηξας, Vulg.* dirupisti). ENNOD. carm. 1, 4, 46 *corpus Veneris* carcere -pto (*i. vestibus depositis*) nituit serenum. CORIPP. Ioh. 8, 393 fluvium . . . cruoris dat specus *vulneris* -ptum. **b** *i. q. scindere*: HIL. in Matth. 33, 7 p. 1075^B 'petrae scissae sunt': omnia . . . valida . . . penetrans dei verbum . . . -erat. PAVL. NOL. carm. 26, 374 non Petrus -upit virga mare, *sed Moyses.*

deriv.: irruptio, irruptus (-ūs).

***irruo**, -uī, -ere. *ab* in *et* ruere. *scribitur* inr- *passim.*

de formis et coniugatione: CHAR. gramm. p. 477, 15 B. *inter verba activa coniugationis tertiae. al.* MART. CAP. 3, 311 v littera . . . vocalis locum, ut est -o . . ., valet obtinere. *part. praes.: abl. sg.* -enti: *p. 452, 84. gen. pl.* -entum: COD. Theod. 16, 8, 12. *v. et p. 452, 23.* NOT. Tir. 75, 71 -it. 75, 77 -uit (*perf.*). *de notione*: SYNON. Cic. p. 427, 31 incidit. incurrit. -uit. inpegit. inhaesit. prolapsus est. praecipitavit. p. 429, 22 -ere. incumbere. pergere. tendere. DON. Ter. Eun. 788 -ere proprie dicuntur, qui cum furore proelium ineunt. Ad. 550 dixit '-at' tamquam de eo, qui pugnaturus sit, ut in Eunucho (*788*) . . . aut tamquam de sue, ut Horatius (*epist. 2, 2, 75*) . . . et Vergilius (*georg. 3, 255*). CLAVD. DON. Aen. 6, 525 p. 577, 26 'inrumpunt thalamo', hoc est cum violentia -unt, ceterum, si vis non esset, 'ingrediuntur' fuerat dicendum. 10, 575 p. 366, 18 quod dixit -uit, celeritatem facti significat . . ., nam repentinum et insperatum fuit, quod Aeneas effecerat. HIER. in Is. 66, 7 p. 658^A *ἐπιπίπτοντες* id est -entes. GLOSS.^L III Abstr. IN 81 infestus -ens vel molestus (V Abba IN 85 iratus). Abol. IN 143 ingruit imminet -it. GLOSS. II 321, 14 *ἐφοδιάζω* impetum facio, -o. 18 *ἐφορμῶ* -o invado. 404, 8 *περιπίπτω* incido, cado, -o. *al.* *de usu*: *de refl.*: DON. Ter. Ad. 550 neutrum verbum quasi activum 'se -at' posuit *eqs.* (*v. p. 450, 52*). *part. pro subst. e. g. p. 452, 20. pro adi. l. 64.* *transitive obvenit inde a* QVINT. *p. 450, 54,* APVL. *p. 449, 19,* MIN. FEL. *p. 453, 12,* TERT. *e. g. p. 452, 52.* *legitur inde a* PLAVTO (*p. 451, 60. 452, 39*), TER., RHET. Her., LAEVIO, CIC., VERG. *per totam latinitatem.*

[*variat in codd. c.*: ruere: HIER. epist. 53, 8, 8 -uituram (*falso prol. in Am. cod. Amiat.*). *al. v. et p. 451, 23.* introire: CONC. Rom. a. 501 p. 429, 2 -entibus (*recte*). intueri: *e. g. p. 452, 57.* inurere: *v. p. 269, 67.* irrumpere: SVLP. SEV. Mart. 4, 1. venire: FLOR. epit. 3, 4, 1 (-erunt *falso*). *e coni.*: LAEV. carm. frg. 27 (*Salmasius*, eruunt *trad.*). PAVL. sent. 5, 4, 8 (*Krueger*, ingr- *trad.*). CAEL. AVR. gyn. 1, 1 (*recte Drabkin, item* 1, 37). *v. et p. 450, 11. 451, 62.* *locus mutilus*: LAEV. carm. frg. 14 iniunt -unt cachinnos ioca dicta risitantis.]

fere i. q. impetu magno **invehi, incurrere** (*invitum incidere p. 451, 72 sqq.; notio impetus evanescit p. 452, 80. 83. 453, 25 sq.*):

I *-unt animantes eaeque res, quae animantium modo agere viden-*

[Primmer]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

tur: A *strictius: de impetu, qui fit*: 1 *vel violenter vel hostiliter*: a *proprie*: α *in domum, portam, oppidum, terram sim.* (messem *l. 30*), *fere i. q. vi penetrare, irrumpere (oppugnare e. g. l. 16. 30)*: *accedit*: Ⓘ in (*c. abl. pro acc. l. 13*): TER. Ad. 88 *filius* fores effregit atque in aedis -uit alienas (QVEROL. p. 49, 18 R.). RHET. Her. 4, 8, 12 quo pacto hostes . . . deiectis moenibus ovantes -rent in civitatem. CIC. Tull. 34 vi in tectum -unt. ITALA II Tim. 3, 6 (Pelag. *ad l.* p. 518, 11) qui -unt in domos (οἱ ἐνδύνοντες εἰς, *Vulg.* penetrant). PANEG. 10, 5, 1 cum *barbari* . . . praecipiti impetu in has provincias -issent. VVLG. I reg. 27, 10 in quem -isti hodie? respondebatque David: contra meridiem Iudae. II par. 22, 1 *latrones* -erant in castra. OROS. hist. 4, 1, 4 in universos Tarentinorum fines. AVELL. p. 27, 3 *adversarii* -unt . . . in ecclesia. *al.* Ⓘ *dat.*: ITIN. Alex. 41 pactum fit . . . conclavi regis -rent. HEGES. 4, 13, 2 *sicarii* -bant agris, urbibus, templis, praedas agebant. VVLG. II Macc. 12, 15 *Maccabaeus* -uit ferociter muris (ἐνέσειον). AVG. civ. 3, 19 p. 128, 23 D. Hannibale . . . torrentis modo Italiae faucibus -ente (*v. p. 453, 2*). *al.* Ⓘ *acc.*: APVL. met. 2, 32, 2 quidam . . . fores nostras ex summis viribus -entes (*seq.* insultantes). ITIN. Alex. 19 *Alexander* quarta demum die -it Gazam ac diripit. IVL. VAL. 2, 14 quis rex . . . Aegyptum aliquando adgredi aut -ere ausus est? 3, 32 p. 140, 2 -unt nocte barbaricam civitatem (*Ps. Call. p. 118, 11* εἰσῆλθον [εἰσβάλλουσιν *l. v.*]). *al.* VVLG. II Macc. 14, 41 turbis . . . -ere domum eius et ianuam disrumpere . . . cupientibus (τὸν πύργον καταλαβέσθαι). RVFIN. hist. 2, 21, 1 paratus . . . -ere Hierosolyma (εἰς Ἱερ. παρελθεῖν βιάζεσθαι). CLAVD. carm. min. 50, 5 non barbarus -at Alpes. *al.* Ⓘ *structurae aliae*: *c. praep.*: contra *v. l. 11.* intra: SVLP. SEV. Mart. 4, 1 -entibus intra Gallias barbaris. super (supra): HEGES. 5, 14, 1 *Caesar* -ens supra murum secundum. VVLG. iud. 9, 33 -e super civitatem (*al.*). Is. 16, 9 super messem tuam vox calcantium -uit (Ier. 48, 32). *adv.*: ITALA iud. 18, 17 (Hier. epist. 29, 3, 6) viri . . . -erunt illuc (ἐπελθόντες, *Vulg. aliter*).

β *in homines, i. q. vehementer vel ex improviso adoriri, incurrere, vim afferre sim.* (*legitur hoc sensu per totam latinitatem, praecipue de singulis aut paucis -entibus. notione impetus praecipitis evanescente obvenit inde a* TERT. [*l. 66*] *sensu aggrediendi, fere de exercitu vel duce. -unt bestiae l. 53. 59. 78, cf. l. 62. 64. 74. daemones l. 56. mors l. 52. potentia l. 57. 61. raeda l. 75*): *accedit*: Ⓘ in: CIC. dom. 106 in quem quisque per homines concitatos -erit, quem impetu perculerit. 119 qui . . . omni impetu furoris in . . . civem -erit (*seq.* per vim adflixerit). Mil. 76 *Clodius* aequabiliter in rem publicam, in privatos, in longinquos, in propinquos, in alienos, in suos -bat. Tusc. 2, 59 cum in aciem *hostium* . . . -bant *Decii* (HOMER. 392 in medias acies. *cf.* VERG. Aen. 9, 555 medios . . . in hostes [SEN. epist. 67, 9. *cf. et l. 53*]. LIV. 22, 47, 8 -entibus incaute in medium Romanis). VELL. 2, 3, 2 senatus atque . . . plebs -ere in Gracchum HOMER. 467 Oenides . . . nebulas . . . per ipsas fertur et in Venerem flagrantibus -it armis. ITALA gen. 19, 9 (Lugd.) -bant in virum Lot vehementer (παρεβιάζοντο, *Vulg.* vim faciebant). I Macc. 12, 26 (rec. B) condixerunt -ere in nos per noctem (ἐπιπεσεῖν, *Vulg.* supervenire). SPART. Hadr. 12, 5 servo in *Hadrianum* . . . cum gladio furiosius -ente. HIL. hymn. 2, 12 dei . . . tota vivi in corpus -is (*subi. mors*). PROB. Verg. georg. 3, 267 quo cupidius in hostem -rent *equae* et perniciosius. VVLG. psalm. 58, 4 -erunt in (super *Veron.*) me fortes (ἐπέθεντο). II Macc. 12, 35 eques . . . -uit in eum (τινὸς . . . ἐπενεχθέντος αὐτῷ). *al.* RVFIN. hist. mon. 1 p. 401[A] *daemones* absque ulla miseratione -entes in eum (11 p. 431[B]. *cf. et p. 452, 60*). CLAVD. carm. min. 22, 55 -at in miseros . . . potentia cives (*cf. l. 61*). VITA Caes. Arel. 2, 21 p. 492, 10 statim multitudo corvorum in faciem ipsius lacerantes -bant. *al.* Ⓘ *dat.*: STAT. Theb. 9, 233 ille . . . -uit attonitis. VVLG. prov. 3, 25 ne paveas . . . -entes tibi potentias impiorum (*cf. l. 57*). II Macc. 11, 11 leonum . . . impetu -entes hostibus (ἐντινάξαντες). CAEL. AVR. chron. 1, 3, 55 *aegri* sibi quemquam -isse repente existimant. VITAE patr. Iurens. 3, 17 p. 161, 19 *Alamanni* inopinatis viantibus . . . ritu superventuque solent -ere bestiali. *al.* Ⓘ *acc.*: TERT. paenit. 12, 8 *Pharao* populum dei . . . persecutus in proelio -uit. ITIN. Alex. 7 cum *Alexander* . . . Getas -isset. 44 cum . . . luce inopini -unt securos . . . barbaros. *al.* IVL. VAL. 1, 13 p. 24, 17 *Alexander* omnes . . ., qui forte sese veluti ad comprehendendum -erant, disicit. *al.* Ⓘ super (supra): AMBR. Abr. 2, 8, 59 p. 612, 13 naturaliter . . . violentiores potioresque viribus super infirmiores -unt *eqs.* HEGES. 1, 24, 2 nisi Antipater . . . -isset . . . super eos (*gr. 1, 1, 192* προσπεσών). 3, 15, 1 -entibus supra se aliis. 4, 30, 1 (*gr. 1, 4, 641* ἦγεν ἐπί). 5, 4, 1 (*gr. 1, 5, 59* ἐμπηδᾷ). HIER. interpr. Iob 24, 5 -erunt sicut asini feri in agro super me (ἀπέβησαν, *Vulg. aliter*). vita Hilar. 6 *Hilario in visione* cernit raedam ferventibus equis super se -ere (*cf. p. 450, 23*). MARCELL. auct. chron. II p. 107, 545, 2 Iohannes -ens super tyrannum Stotiam interimit eum. OP. imperf. in Matth. 6 p. 671 sine aliqua mora -uit super eum *bestia* (*syn.* se . . . iactat). IORD. Rom. 233 Pompeius . . . super Mithridatem -ens. *al.*

γ *absolute* (*c. notione cum penetrandi [e. g. l. 84. p. 450, 16. 24] tum adoriendi [l. 83 et saepe. ad plagam mortiferam infligendam p. 450, 19]. -unt bestiae p. 450, 12 sqq. arma p. 450, 25. eruptio p. 450, 22. naves p. 450, 28. currus p. 450, 23*): TER. Eun. 788 quam mox -imus? VERG. Aen. 2, 383 -imus densis et circumfundimur armis. 2, 757 -erant Danai et tectum omne tenebant. 6, 294 *Aeneas* -at et . . . ferro diverberet umbras. *al.* Ov. epist. 11, 79 *pater* -it et nostrum vulgat clamore pudorem. 13, 75 *Menelaus* -at et causa quem vicit vincat et armis. LIV. 5, 21, 12 patefactis . . . portis cum *milites* . . . agmine -rent (*cf.* AMM. 20, 7, 13. CLAVD. DON. Aen. 9, 680 p. 274, 23 non aditus inrumpunt, qui iam patebant, sed -unt Rutuli, ut viderunt aditus porta patefacta). VITR. 6, 1, 10 qui . . . refrigeratis nascuntur regionibus, ad armorum vehementiam paratiores sunt . . ., sed tarditate animi sine considerantia -entes . . . suis consiliis refragantur. VELL. 2, 70, 2 Cassius . . . existimans hostes esse, qui -rent. SEN. benef. 6, 31, 5 paene totius generis humani -entis (*Madvig*, ruentis *trad.*) impetum paucissimi sistent. dial. 1, 2, 8 adulescens . . . -entem feram venabulo excepit, . . . leonis incursum . . . pertulit (*cf.* TERT. fug. 11, 4 eos, qui gregi praesunt, fugere, cum lupi -unt, nec decet *eqs.* RVFIN. hist. mon. epil. 8 p. 462[B] *crocodili* excitati -ere et insectari nos vehementer coeperunt. PRVD. cath. 4, 99 leones). LVCAN. 10, 373 -e, nocturnas rumpamus funere taedas. VAL. FL. 2, 247 -erant actae pariter nataeque nurusque. 4, 299 Amycus . . . caestu elatus utroque -it. 6, 254 -it ultro . . . Lacon et . . . invadit inermem. *al.* SVET. Iul. 82, 2 *Caesarem* Bruto -enti dixisse: καὶ σύ, τέκνον; (*sim. ad aliquem necandum*: VVLG. II reg. 1, 15 vocans . . . David unum de pueris ait: accedens -e in eum; qui percussit illum. *al.*). ITIN. Alex. 19 eruptio . . . -ens . . . militem turbat. 25 Paeones . . . -ere currus intuentur (*cf. p. 449, 76*). VOPISC. Aurelian. 7, 1 *Aurelianus* Francos -entes, cum vagarentur per totam Galliam, . . . adflixit. AMM. 23, 1, 7 -entibus armis externis. 24, 1, 2 ne quis repentinus -ret (*cf.* CLAVD. DON. Aen. 9, 610 p. 267, 5 improvisus. AMBR. Abr. 2, 8, 59 p. 612, 14 ex improviso). 26, 8, 8 claustrum . . . ori portus insertum . . ., ne rostratae -rent naves hostiles. HIER. psalt. sec. Hebr. 10, 10 *impius* -et viribus suis valenter. RVFIN. hist. 3, 6, 6 *praedones* despicatis foribus praecipites -bant (εἰσεπήδων). LEX Burg. Rom. 8, 1 si quis violentiam ita convincitur admisisse, ut collectis turbis per vim -ens deiciat possidentem. *al.*

b *in imag. vel translate* (*accedit* in *passim, acc. l. 42, adv. l. 37,* super *l. 45. nota sensum accusandi, verbis laedendi, minandi e. g. l. 35. 37. 46*): CIC. Sull. 40 Torquatus . . . in me -it, me accusat. de orat. 2, 301 permulta sunt in causis circumspicienda, ne quid offendas, ne quo -as *eqs.* Brut. 274 *Calidius verbis translatis utebatur*, sic tamen, ut ea non -isse in alienum locum, sed immigrasse in suum diceres (*aliter l. 64*). Att. 13, 26, 1 metuo, ne turbem et -am in Drusum. LIV. 9, 26, 17 in . . . appellationem . . . patricii confugerunt, postremo repulsi inde . . . in nos -erunt. SEN. Oed. 786 undique in me saeva Fortuna -it. SCHOL. Hor. sat. 1, 7, 26 sq. sic iniuriam (in iniur- *l. v.*) Rupili Persius -bat, quomodo fluvius ille (*v. et p. 453, 2*). VVLG. Iob 16, 15 *deus* -uit in me quasi gigas. 30, 14 quasi rupto muro et aperta ianua -erunt super me *maledici*. Dan. 14, 29 dixerunt: . . . trade nobis Danielem, alioquin interficiemus te . . .; vidit ergo rex, quod -rent in eum vehementer. *al.*

2 *prohibentibus aditum iure, lege, more, voluntate eius, quem turbari non oportebat (hic illic, praecipue sub* a, *pellucet aliquatenus notio vi irrumpendi)*: a *proprie in loca* (*in homines l. 57. accedit* in *e. g. l. 56* [*c. abl. pro acc. l. 59*]. ad *l. 57. acc. e. g. l. 54. adv. e. g. l. 58. absol. l. 53*): TER. Ad. 550 vide, ne ille huc prorsus se -at. CIC. Lig. 14 si, cum hoc domi faceremus, . . . tu repente -isses. QVINT. decl. 310 p. 222, 8 duo cubicula -isti, duobus maritis iniuriam fecisti. LAMPR. Alex. 61, 5 ille . . . sperans non posse se evadere, quod in tentorium principis -isset. HIER. epist. 18[A], 12, 3 Oziam in templum -entem. VVLG. Is. 3, 5 -et populus, vir ad virum . . .; tumultuabitur puer contra senem. VAL. CEM. hom. 8, 4 p. 718[C] ubi nullus fur -at. COD. Iust. 1, 9, 4 (*a. 365*) in synagoga Iudaicae legis velut hospitii merito -entes iubeas emigrare (ἐν τῇ συναγωγῇ . . . ἐφορμῶντας). 1, 12, 4 pr. (*a. 432*) si servus . . . ecclesiam . . . inopinatus -erit. *al.* b *in imag. vel translate* (*accedit* in *passim* [*c. abl. pro acc. l. 71*]. *dat. e. g. l. 76. adv. l. 65. absol. l. 78*): CIC. de orat. 1, 41 quod in alienas possessiones tam temere -isses. IREN. 1, 4, 1 Horon coercentem *Enthymesin* . . ., ne anterius -ret (κωλύοντα αὐτὴν τῆς εἰς τοὔμπροσθεν ὁρμῆς. *antea*: in exquisitionem egressam . . . luminis). ARNOB. nat. 1, 34 *deus aeternus est; at Iuppiter nascens dicitur* ignotam sibi in lucem sensu -isse vitali. 7, 26 p. 260, 12 in antiquam et veterem consuetudinem quaenam -uit novitas? Ps. AVR. VICT. epit. 41, 21 Constantinus latrocinii specie . . . incautus foedeque temulentus in aliena -uit. OPTAT. 2, 25 p. 62, 6 quid in potestate aliena -is? *al.* AVG. c. acad. 2, 8, 20 p. 37, 27 videbatur . . . mihi fama improbe -isse in quaestionem vestram. civ. 4, 13 p. 163, 31 D. cum omnes *di* occupati sint officiis et operibus propriis nec alter -at in alterius. epist. 92, 6 p. 443, 9 si aliquando *quidam* -erint auribus tuis. 134, 1 p. 84, 20 ut non tibi videar importunus -ere actibus tuis. pecc. mer. 1, 19, 24 p. 24, 16 *parvuli* baptismo . . . non tantum frustra, verum etiam improbe videntur -ere. retr. 2, 25, 1 antequam finirem libros de trinitate . . ., -uit causa respondendi litteris Petiliani. MACR. Sat. 1, 7, 4 licet fortuna fecisset -ere *me secretis vestris*. 1, 7, 10 sponte -ere in convivium aliis praeparatum. COD. Iust. 7, 35, 2 pr. (*a. 286*) cum . . . eos . . . in res iuris tui -isse adseveres. *al.*

3 *appetenter, cupide*: a *in res* (*bestias e. g. p. 451, 1. mortuos p. 451, 8. nota in imperium p. 451, 5*): α *in praedam, escam sim.* (*absol. e. g. p. 451, 1. accedit* in *e. g. p. 451, 4. dat. e. g. p. 451, 10. acc. e. g.*

[*Primmer*]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

l. 3. super *l. 8. adv. l. 7*): VERG. Aen. 3, 222 armenta videmus . . ., -imus ferro. TERT. anim. 31, 4 Aethalides . . . fabam quoque in pabulis communibus -erat. PORPH. Hor. carm. 4, 4 pr. Drusum ait tanto vigore . . . Vindelicos invasisse, quanta vi soleat aquila in rapinam -ere. *al.* LAMPR. Alex. 64, 1 certatim -entibus et aliis semenstribus, ⟨aliis⟩ annuis plerisque per biennium . . . imperantibus (*v. p. 450, 83*). DICT. 2, 46 undique versus nostri -entes arma, equos, regias opes . . . praeripiunt. VVLG. gen. 34, 27 -erunt super occisos ceteri filii Iacob. AVG. serm. 210, 8, 10 p. 1052$^{fin.}$ ubi tempus reficiendi advenerit, opimis mensis tamquam pecora praesepibus -unt. PS. ORIG. hom. in Matth. 4, 1 p. 263, 11 *infideles* aliquando pecuniae -unt alienae, aliquando in ipsos pecuniarum dominos.

β in res nocentes, quas sponte sua aliquis petit: ⓘ *proprie vel in imagine, in tela (cf. l. 76), ignem, loca periculosa (accedit* in *e. g. l. 16.* super *l. 31. dat. e. g. l. 23. absol. l. 25. pendet enuntiatum l. 21*): LIV. 30, 33, 3 *ut velites* viam, qua -rent in ancipitia tela, beluis darent (*cf. p. 449, 1*). VAL. MAX. 2, 2, 5 *civitas*, in praevalidum imperii nostri mucronem caeca et amens -isti. SEN. benef. 7, 26, 4 caeca ambitione et in gladios -ente. dial. 3, 1, 1 dum alteri noceat, sui neglegens, in ipsa -ens tela. ITIN. Alex. 6 *Alexander erat* pernix cursu, quo vellet, . . . fervens -ere, quo audendum. PRVD. perist. 6, 81 ne vestigia . . . tardis gressibus -ant in ignem. 13, 82 christicolae . . . sponte -rent (ru-, corru- *vv. ll.*) in ima fossae. CLAVD. 17, 194 *iustus* -et intrepidus flammis. AVG. civ. 3, 18 p. 127, 27 D. *aede Vestae ardente* Metellus . . . suae . . . salutis oblitus -ens ea *sacra* semiustus abripuit. c. Gaud. 1, 22, 25 p. 223, 7 vos ipsos necatis vel -endo armis alienis vel . . . ignibus vestris. *peculiariter de eis, qui se socios proeliantibus applicant:* VAL. FL. 5, 689 vadite et adversis, ut quis volet, -at armis (*cf. Hom. Il. 20, 25* ἀμφοτέροισι δ' ἀρήγεθ', ὅπῃ νόος ἐστὶν ἑκάστου). *nota: i. q. incumbere:* VVLG. I reg. 31, 4 arripuit . . . Saul gladium et -uit super eum (I par. 10, 4. *al.*). ⓘⓘ *translate, in mala, pericula sim. (accedit* in *e. g. l. 34. dat. e. g. l. 37*): CIC. Verr. I 35 quasi de industria in odium offensionemque populi Romani -ere. SEN. epist. 82, 23 in media pericula. LVCAN. 7, 60 cladibus. EDICT. impp. Diocl. et Maximian. Coll. Mos. 6, 4, 8 nec . . . quisquam aestimet veniam se consequi posse, qui tam evidenti crimini (crimen *trad.*, in . . . crimen *VW*) . . . non dubitabit -ere. COD. Iust. 2, 12, 21 pr. (*a. 315*) ne feminae in contumeliam matronalis pudoris irreverenter -ant.

γ in actionem quandam malam, fere i. q. ingredi (pendet inf. l. 44, accedit in *e. g. l. 45.* ad *e. g. l. 47. dat. l. 43*): EDICT. impp. Diocl. et Maximian. Coll. Mos. 6, 4, 2 cum *complures* ad inlicita conubia instinctu exsecrandae libidinis sine ullo respectu pudoris ac pietatis -erint (*cf.* CANON. Turner II 1 p. 12^{b} nuptiis. *cf. l. 58*). RVFIN. hist. 6, 4, 1 discerpere *Origenem* . . . paene et interficere vulgus -erat. AVG. in psalm. 99, 12 p. 1278$^{med.}$ maledici -unt in vituperationem. CONC.^{S} I 2 p. 82, 20 *Iohannes* contra constituta et canones ecclesiae ad hanc -erit novitatem (*gr. I 1, 3 p. 24, 27* ὥρμησαν). p. 87, 33 ad pessimas et saevissimas res (*gr. I 1, 3 p. 8, 28* χωρεῖν). IORD. Get. 47 rex in bellum -uit. *al.*

b *in animantes:* *α de incursione amicitiae (absol. l. 52. accedit* in *e. g. l. 55 [c. abl. pro acc. l. 54].* super *l. 56*): STAT. Theb. 5, 721 *filii* per tela manusque -erant matremque . . . complexibus . . . diripiunt. ITALA Luc. 15, 20 (Epiphan. in euang. 37 p. 81, 24) *pater* -uit in collo eius (ἐπέπεσεν ἐπὶ τὸν τράχηλον, *Vulg.* cecidit). AMBR. epist. 15, 10 p. 958^{B} quo studio, quo affectu ipse in me et ego in eum -uimus. VVLG. gen. 46, 29 super collum. AVG. quaest. hept. 1, 87 p. 45, 6 in eius osculum.

β de appetitione veneris (sensu obscaeno i. q. inire e. g. l. 61. 71. accedit in *e. g. l. 60. absol. e. g. l. 69*): PLAVT. Cas. 890 magis iam adpropero, magis iam libet in Casinam -ere. LAMPR. Comm. 5, 11 nec -entium in se iuvenum carebat infamia *Commodus*. FILASTR. 33, 4 tenebrae -entes (tenebras intuentes *trad.*) in spiritum genuerunt quattuor Aeonas (*Epiphan. panar. 25, 5 p. 272, 20 H.* τὸ . . . σκότος ἀνδραμὸν περιεπλάκη τῷ πνεύματι). AVSON. 63, 1 p. 434 P. -et in me (*i. buculam*) taurus amans (*Anth. Pal. 9, 730* βήσεται). PRVD. perist. 14, 29 omnis iuventus -et (*sc. in virginem*) et novum ludibriorum mancipium petet. 14, 75 *virgo de carnifice*: hic amator iam . . . placet: ibo -entis gressibus obviam *eqs.* (*subest etiam notio ea, quam explicui p. 449, 81*). AVG. civ. 1, 19 p. 32, 23 D. *Lucretia* iuveni violenter -enti . . . consensit. *al.* SVLP. SEV. chron. 1, 5, 3 *Sodoma* oppidum infame incolis, viris in viros -entibus. *al.*

4 *ita, ut aliquis vel invitus vel inopinans in aliquid (aliquem) incidat (passim translate [in mala]. proprie, i. q. decidere p. 452, 10. offendere l. 78. accedit* in *passim [c. abl. p. 452, 7]. dat. l. 83. acc. e. g. l. 82.* per *p. 452, 10*): CIC. Pis. frg. 4 quem . . . iste in scopulum non incidit, quod in telum non -uit? (*cf.* VVLG. Iob 20, 24 fugiet arma ferrea et -et in arcum aereum). IAVOL. dig. 9, 2, 57 unus ex *comitibus una tecum equitantibus* . . . -uit in equum teque deiecit. ITALA Luc. 15, 15 (Aug. serm. coll. Morin p. 256, 22) *filius prodigus* -uit in quendam principem regionis (ἐκολλήθη, *Vulg.* adhaesit. *cf.* AVG. *ad l.* intelligitur . . . diabolus, in qualem -unt omnes curiosi). PRISCILL. tract. 3, 73 ne . . . haereticae falsitatis -ant foveam. AVG. bapt. 5, 15, 20 p. 278, 28 in quamlibet horribilem voraginem peccatorum (*cf.* CONC.^{S} II 3, 2 p. 47, 2 talibus peccatis. *al.*). 5, 19, 25 p. 284, 5 unaquaeque haeresis . . . poterat -entes in se aliquos baptizare (*cf.* 6, 5, 7 p. 302, 19 in aliquem haereticum. c. Parm. 1, 4, 7 p. 26, 24 in sacrilegium schismatis . . . caecitate impietatis. *al.*). civ. 2, 23 p. 85, 18 D. ne in manus Sullae . . . -ret *Marius*. conf. 8, 6, 15 illos vagabundos -isse in quandam casam. in euang. Ioh. 97, 2 p. 1878$^{med.}$ cavete . . ., ne -atis in illud aenigma Salomonis *eqs.* serm. 277, 5, 5 p. 1260$^{med.}$ tu quamlibet acute discernas cibum, imprudens -is in venenum. GREG. TVR. Mart. 2, 10 vir in valetudine -ens (VEN. FORT. vita Germ. 59, 158 *matrona* valetudinem -ens. *cf.* vita Pat. 18, 50 in infirmitatem [*seq.* in infirmitate incidit]. *al.*). PS. THOM. euang. 7, 1 unus . . . de istis pueris -uit per posticum (*gr. A 9, 1* πεσὼν ἀπὸ τοῦ δώματος κάτω. *B 8, 1* κρημνιζόμενον. *aliter l. 26*). *al.*

B *laxius: spectatur tantummodo vis impetus (non quomodo fiat):* **1** *de multitudine se infundente (e. g. l. 20) vel affluente (e. g. l. 16. accedit* in *e. g. l. 18.* ad *l. 16. acc. l. 21. absol. e. g. l. 23*): TAC. hist. 1, 35, 1 donec . . . Galba -enti turbae . . . sella levaretur. IVVENC. 1, 327 *Iohannes* tot populos diversis sedibus ortos -ere ad fluvium cernit (VITA Hil. Arel. 29 l. 2). AVR. VICT. Caes. 33, 31 -ens vulgus. VVLG. Marc. 3, 10 ut -rent in *Iesum* ([ἐπιπίπτειν]. Luc. 5, 1 cum turbae -rent in eum [ἐπικεῖσθαι]). PRVD. cath. 9, 73 *porta inferi est* prompta ad -entes, ad revertentes tenax. CLAVD. 8, 50 cum barbaries . . . gementem -ret Rhodopen et mixto turbine gentes . . . suas in nos transfunderet Arctos. SVLP. SEV. dial. 2, 8, 8 in secretarium illud virgines -erunt (-unt *l. v.*). SIDON. epist. 3, 3, 6 dum -entum tumultuoso diriperis amplexu. *al.*

2 *de eis, qui celeriter currunt in aliquem locum:* VVLG. Dan. 13, 26 *famuli* -erunt per posticum. SVLP. SEV. Mart. 7, 4 qui pro foribus adstiterant, statim -unt.

3 *de spiritu sancto sim. homines intrante:* ITALA act. 10, 44 (PS. Cypr. rebapt. 5 p. 75, 11) -uit spiritus sanctus super omnes (ἐπέπεσεν . . . ἐπί, *Vulg.* cecidit). *al.* AMBR. Abr. 2, 9, 61 p. 614, 15 quando venit gratia dei super propheticam mentem, subito -it, et inde incubuisse et decidisse super prophetam spiritum sanctum legimus. VVLG. num. 24, 2 -ente in se spiritu dei. *al.*

II *-unt res:* **A** *peculiariter afficientes hominem (fere in malam partem; aliter l. 67. 75. 80. 83. accedente notione intrandi in locum vetitum e. g. l. 81 [cf. p. 450, 48]. notione impetus evanida l. 80. 83*):

1 *in universum (-unt quaelibet aegre ferenda [quaestio l. 46]. passim absolute, accedit* in *l. 39.* super *l. 43. dat. e. g. l. 42*): PLAVT. Epid. 84 in te -unt montes mali. SEN. dial. 9, 9, 3 non potest . . . iniquitas casuum ita depelli, ut non multum procellarum -at magna armamenta pandentibus. DICT. 3, 26 Priamus . . . non sine decreto divum adversa hominibus -ere ait. CLAVD. DON. Aen. 12, 200 p. 578, 8 si vis -at maior (AVG. civ. 1, 8 p. 13, 31 D.). VVLG. II par. 20, 9 si -erint super nos mala, gladius iudicii, pestilentia et fames. prov. 1, 27 cum -erit repentina calamitas et interitus quasi tempestas ingruerit, quando venerit super vos tribulatio. *al.* AVG. bapt. 2, 7, 12 p. 187, 12 -ente . . . tam magna quaestione. civ. 3, 13 p. 111, 2 D. clades . . . tanta -uit huius inopiae. 14, 10 p. 26, 21 nullum omnino alicunde malum, quod contristaret, -bat. *al.*

2 *mentem (subi. sunt affectus sim.; accedit* in *e. g. l. 55.* super *e. g. l. 53. acc. e. g. l. 54. absol. e. g. l. 58*): TERT. anim. 24, 8 quoquo . . . tempore *animam* . . . oblivio -erit. ITALA I Macc. 7, 18 (rec. B) -uit timor eorum et tremor super populum omnem (ἐπέπεσεν . . . εἰς, *Vulg.* incubuit. IVVENC. 2, 37 infidos animos). HIER. epist. 22, 6, 6 impossibile est in sensum hominis non ere notum medullarum calorem. VVLG. I par. 27, 24 ira -erat in Israel. *al.* AVG. bapt. 2, 7, 12 p. 187, 18 -erunt (intuerunt *l. v.*) in oculos animae (*v. l. 78*) verisimiles rationes. quaest. hept. 6, 29 p. 446, 9 auferre a corde suo -entia vana phantasmata. VITAE patr. 3, 207 p. 806^{B} tentatio . . . aut impugnatio. CASSIOD. hist. 11, 5, 5 formido subito daemonica -uit super eos (*cf. p. 449, 56*). SACR. Greg. 117, 5 vitiis -entibus. *al.*

3 *corpus:* *-unt res:* **a** *incorporeae (dolores, morbi [saepe apud medicos]; somnus, sopor l. 66. 67. vox l. 75. saepe absol. vel c. dat., accedit* in *e. g. l. 75.* super *e. g. l. 66*): VVLG. I reg. 4, 19 -erant in eam dolores subiti (Iob 20, 22 in [super *l. v.*] eum). Iob 33, 15 quando -uit sopor super homines et dormiunt (*cf.* PLIN. VAL. 3, 1 l. 33 aegrum cooperies: inde somnus -et). *al.* AVG. anim. 4, 18, 27 p. 407, 5 si plaga -erit ignoranti, qua caro feriatur. *al.* HIPPOCR. aer. 3 pueris . . . -ere spasmum et suspirium, quem putant pueris -isse (ἐπιπίπτειν). CAEL. AVR. chron. 1, 5, 149 in passionem pronis vigiliae -unt et anxietates. 3, 4, 67 his visceribus -unt speciales passiones. diaet. pass. 6 *febres* omni regioni atque tempori et naturis corporum et aetatibus omnibus -unt. gyn. 1, 37 priusquam fluor corporibus -at. 1, 58 pro mitigandis accidentibus, quae praegnantibus -unt. *saepe.* MVTIAN. Chrysost. hom. 17, 5 p. 350$^{fin.}$ vox . . . illa in auditum -ens nostrum (*antea:* magna voce . . . conclamat. *gr. p. 133$^{in.}$* ἐμπίπτουσα). *al.*

b *corporeae (accedit* in *c. abl. l. 84.* ad *l. 81. dat. e. g. l. 83. absol. l. 80*): AVG. serm. 28, 3 p. 183$^{fin.}$ nec aliquid -uit oculis (*cf.* CAEL. AVR. gyn. 1, 149 quid . . . palpebris). VINDIC. med. 17 p. 219, 18 in quibus *partibus corporis* . . . -entia (*i. aer*) perficiuntur. HIPPOCR. aer. 9 quando urinam facit, *calculus* ad meatum vesicae -it (προσπίπτει). CAEL. AVR. chron. 2, 14, 210 *amylum in ore* in defluxionem veniens subiectis partibus patientibus -at. CASS. FEL. 28 p. 44, 7 aqua in ipsa caverna auditoria -enti.

[Primmer]

B *generaliter* (*notione impetus evanida l. 25. 26. sensu presso i. q. obstaculo cuidam offendere l. 24*): 1 *de fluviis, fluctibus sim.* (*accedit dat. e. g. l. 4. acc. e. g. l. 6. absol. l. 7*): ITALA Luc. 6, 48 (cod. c) -uit flumen domui (*προσέρρηξεν, Vulg.* illisum est). AVIEN. orb. terr. 594 Achelous -it Hadriaci tergum maris (*Dionys. perieg. 434 ἐπὶ πόντον ἑλισσόμενος*). AMM. 17, 13, 4 has ... terras Parthiscus -ens obliquatis meatibus. 22, 8, 46 *Pontus* -entium undarum magnitudine temperatur. PS. ORIG. hom. in Matth. 3, 1 p. 257, 19 fluctus naviculae -bant (*cf. Marc. 4, 37 ἐπέβαλλεν εἰς*). *al.*

2 *de rebus naturae, quales sunt ventus, fulmen, nix, tenebrae sim.* (*saepe absolute [indicatur unde l. 14. 16. 18]. accedit* in *l. 15.* super *l. 17. dat. l. 19. acc. loco primo*): MIN. FEL. 5, 9 *fulmina* montes -unt, arboribus incurrunt. TERT. nat. 1, 7, 32 cum tenebrae -erint (CLAVD. DON. Aen. 7, 490 p. 74, 22). VVLG. Iob 1, 19 ventus vehemens -uit a regione deserti (Matth. 7, 25 in domum illam [*l. v.* impegerunt, *προσέπεσαν*]. *cf.* HIPPOCR. aer. 6 calidi flatus -unt et frigidi de septemtrionali [*παραρρεῖ*]). 6, 16 -et super eos nix. Ezech. 13, 11 dabo lapides praegrandes desuper -entes. CASSIAN. conl. 18, 13, 3 *Iesus in parabola* dicit *domibus* ... pluviarum ac fluminum vel tempestatum turbines -isse. *al.* *in imag.*: AVG. in Iob p. 607, 22 'grando' sunt illi iniqui, quando ... obstinata duritia persequendo vel -endo contundunt.

3 *de radio oculorum sim.* (*absol.* [*seq.* per] *l. 26.* in *l. 24. dat. l. 25*): AVG. serm. 277, 10, 10 p. 1262[fin.] si velis videre longius et interponatur aliquod corpus, -it radius in corpus obiectum. VINDIC. med. 19 p. 220, 20 *in visu sensifica virtus* -ens visibilibus rebus ... earum facit apprehensionem (p. 221, 6 per visificas vias).

***irruptio**, -ōnis *f.* *ab* irrumpere. *scribitur:* inr- *passim.* -umpt-: CYPR. mortal. 8 p. 301, 21 (*G*). *al.* -umt-: HEGES. 3, 7 p. 199, 12 (*C*). *de notione:* SYNON. Cic. p. 419, 24 collatio. comparatio. certatio. certamen. contentio. animositas. coetus. impetus. -o. GLOSS. *ἐπεισέλευσις.* *legitur inde a* PLAVT. prol. (*hoc uno loco excepto non invenitur apud poetas*), CIC., CAES., LIV.

[*variat in codd. c.:* eruptio: *e. g. l. 63.* interruptio: HEGES. 1, 16, 4. *del.:* AMBR. Noe 27, 104 p. 484, 27 *virtus dei* neque omnia confundi nimia solutione neque disrumpi nimia intentione (*Primmer*, -e *trad.*) patiatur (*antea:* arcus ... nunc tenditur, nunc resolvitur *eqs.*). PLAC. med. 4, 8 rec. α *medicamentum* facit et ad ruptiones (*edd., cf. Marcell. 8, 124;* -es *trad.*) ex ictu tunicularum. COD. Theod. 8, 12, 1, 2 (*a. 323*) ad excludendam vim atque irreptionem (*Gothofredus*, -em *trad.*).]

i. q. actio irrumpendi: A *irrumpunt homines* (*diabolus p. 454, 11. bestiae p. 454, 7*): 1 *violenter vel hostiliter; fere i. q. incursio, oppugnatio, expugnatio sim.* (*de eruptione l. 84*): a *in re militari* (*per imag. l. 48*): α *de eis, qui aut intrare temptant (sive impetu subito [e. g. l. 57] sive obsessione [e. g. l. 56]) aut potiuntur aditu in oppida, castra, aedificia* (*popinam [per lusum] l. 48. obi. subiungitur per: praep.* in *e. g. l. 63. gen. e. g. l. 61. adi. l. 67*): PLAVT. Poen. 42 in popinam, pedisequi, -em facite (*seq.* occurrite. LIV. 24, 19, 9 caedes ... circa portam primo, deinde -e facta etiam in urbe fieri coepta est). CAES. Gall. 7, 70, 2 Caesar ... legiones pro castris constituit, ne qua subito -o ab hostium peditatu fiat. VAL. MAX. 1, 7 ext. 8 castris ... subita -e oppressis (TAC. ann. 12, 45, 2). 5, 4 ext. 7 imperator patrem *hostis urbem defendentis* ... occisurum se minitans, nisi -i suae iter praebuisset. TAC. hist. 3, 74, 1 Domitianus prima -e *Vitellianorum in urbem* ... occultatus. ann. 3, 62, 2 *Stratonicenses sunt* laudati, quod Parthorum -em ... pertulissent. FLOR. epit. 1, 12, 9 non scalis nec -e, sed cuniculo et subterraneis dolis peractum urbis excidium. CYPR. mortal. 8 p. 301, 21 cum -e hostili civitas aliqua possessa est. PANEG. 6, 20, 2 *illum*, si prima copiam habuisset -o, eripere ferro nemo potuisset. IVL. VAL. 1, 36 Alexander -em oppidi acrius agitabat (OROS. hist. 3, 23, 17 urbis. *al.*). DARES 40 *proditores* exercitui Argivorum portam reseraturos eisque lumen prolaturos: id signum -is (erup- *l. v.*) fore. 41 in regiam. *al.* HEGES. 1, 16, 4 templi. 2, 7, 1 pseudopropheta ... frequenti -e penetrabat Hierosolyma. 2, 15, 4 Romani quinque diebus temptantes diversos aditus cum impossibilem sibi cernerent -em (*gr. 2, 535 προσβολή*). 5, 14, 3 (*gr. 5, 348 τὴν πολιορκίαν*). *al.* OROS. hist. 7, 40, 3 ante biennium Romanae -is. SIDON. epist. 8, 15, 1 urbis obsidio, oppugnatio, -o nec direptio. *al.* β *de invadentibus in alienam terram:* CIC. Manil. 15 cum hostium copiae non longe absunt, etiamsi -o nulla facta est, tamen ... agri cultura deseritur. TAC. ann. 2, 7, 1 in Chattos. *al.* TREB. trig. tyr. 5, 4 subita -e Germanorum (ARNOB. nat. 1, 4 p. 7, 9 Germanorum et Scythicas -es). SYMM. epist. 5, 39 ante -em tyrannicam *Maximi*. AMM. 21, 5, 3 -es Alamannorum adsiduas ... fregi. HEGES. 1, 13, 1 facta -e in terras Armeniorum (*gr. 1, 116 ἐμβεβληκότας*). AVG. civ. 5, 23 p. 236, 5 D. barbarica. *al.* COD. Theod. 5, 7, 1, 2 (*a. 366*) si *qui captivi* non transierunt, sed hostilis -is necessitate transducti sunt. GILD. Brit. 23 chron. III p. 38, 11 tam ferales et tam crebras supradictarum gentium -es praedasque. SIDON. epist. 7, 7, 1 huic -i nos ... ianua sumus. *al.* γ *de invehentibus in hostem:* LIV. 1, 47, 5 *triarii* primam -em sustinere non potuerant. SVET. Tib. 6, 1 *parentes* apud Neapolim sub -em hostis navigium clam petentes. FLOR. epit. 2, 12, 5 *hostis* regem ... securum et nihil tale metuentem subita belli -e deprehendit. DARES 38 ut ... e portis -em faciant (*cf.* OROS. hist. 5, 7, 9 si qua ab erumpente hoste in eum *urbem obsidentem* temptaretur -o). HEGES. 5, 11, 1 id, quod acciderat (*i. turrium ruina*), casus repentini, non ullius hostilis fuisse -is *dicitur*. *al.*

b *extra rem militarem:* CIC. Phil. 11, 7 -em armatorum in Treboni domum, cum miser ille prius latronum gladios videret, quam, quae res esset, audisset. VAL. MAX. 4, 7, 6 eo (*i. in latebras*) ... facta -e. PLIN. paneg. 81, 2 decus habebatur summota campis -o ferarum et obsidione quadam liberatus agrestium labor. APVL. met. 3, 2, 1 cum magna -e patefactis aedibus (*antea:* quati fores). 4, 26, 7 -is subitae gladiatorum impetus ad belli faciem saeviens. PS. CYPR. ad Novat. 1 p. 52, 11 *peccatores* vulnerati ... diaboli saevientis -e. SYMM. epist. 5, 18 ne ius praedii nostri violenta perturbet -o. EPIST. pontif. 611 Schwartz p. 40, 34 tumultus ... haereticorum -e *in urbem* commotus est. *al.*

2 *appetenter: de eis, qui feminam in matrimonium petunt:* COD. Theod. 3, 17, 4, 2 (= Iust. 5, 35, 2) ne sit facilis in eas (*i. matres*) post tutelam iure susceptam -o.

B *irrumpunt res ingressu nocenti penetrantes:* 1 *mare, fluvii sim.* (*allegorice: divitiae l. 31*): SEN. nat. 3, 30, 5 cum semel aliquid ex hac idonea diligentia remiserit mundus, statim undique, ex aperto et abdito, superne, ab infimo aquarum fiet -o. 6, 2, 6 -es maris extra litus eiecti. VLP. dig. 10, 1, 8 si -e fluminis fines agri confudit inundatio. SOL. 9, 8 *eminentias montium Thessalicorum* solas diluvialis -o, cum universa obduceret umido situ, inaccessas reliquit. RVFIN. hist. mon. prol. p. 390[med.] -es fluvii in perniciem vicinarum regionum concitatas. MART. CAP. 6, 666 *Britannia* confinis est Galliae Hispaniaeque, quibus, nisi oceani ... prohiberet -o, misceretur. *huc spectare videtur:* ENNOD. opusc. 1, 31 p. 270, 8 urguebantur telis, quos vorago aut -o non tenebat (*an dicuntur 'irrumpere' ii, qui suo pondere in palude merguntur?*). *allegorice, fere i. q. inundatio:* RVFIN. Basil. hom. 3, 4 p. 1749[C] *avare*, tu fluentes divitias obstruis et concludis, ut intra lacus tuos stagnantes etiam -es operentur.

2 *lumen, fulgur:* PALLAD. 10, 17 *botryones* oportet ... in loco ... obscuro sine luminis -e suspendi. THEOD. MOPS. epit. in psalm. 67, 35[c] ad p. 446, 18 licet nubes ferant ... timoris divini testimonium ... -e fulgorum (*κατάπληξιν*).

3 *res acutae:* EVCHER. instr. 1 p. 90, 2 *Christus* dum clavorum adfigentium -e penetratur (*inde* CASSIOD. in psalm. 15, 11 p. 115[D] clavorum et lanceae).

1. irruptus, -a, -um. [*ab* in *et* ruptus *sec. gr. ἄρρηκτος. J. B. H.*]

1 *i. q. non fractus, inviolatus:* a *corporaliter* (*in imagine loco primo*): HOR. carm. 1, 13, 18 felices ..., quos -a tenet copula nec malis divolsus querimoniis ... solvet amor. PAVL. NOL. carm. 21, 343 omnis ... -o stamine chorda canet. 21, 625 arcam vidimus -a solii compage manentem. b *incorporaliter:* PAVL. NOL. epist. 40, 2 p. 341, 16 sicut ... lex mortis -a, ita et caritatis catena *eqs.* PROSP. carm. de ingrat. 673 si progeniem super omnem -a maneret *lex mortis*.

2 *i. q. non interruptus:* PAVL. NOL. carm. 27, 80 explicet -os animata ut tibia cantus.

2. irruptus, -a, -um *v. s.* irrumpo.

3. irruptus, -ūs *m.* *ab* irrumpere. *i. q. irruptio:* FVLG. aet. mund. p. 169, 6 quid *referam* urbis inruptum anserinae vocis indicio erutum? *Primmer.*

irrutilo, -āvī, (-ātum), -āre. *ab* in *et* rutilare. *scribitur in codd. potius* inr- *quam* irr-. *legitur fere apud* AMBR. [*variat in trad. c.* rutilare: AMBR. exc. Sat. 2, 10 *caelum non semper* radiis solis rutilat (-at *l. v.*). *v. et l. 61.* *c.* irradiare *v. l. 59.*]

i. q. rubro colore fulgere (*incipere*): 1 *proprie de quibuscumque rebus rubris:* AMBR. apol. Dav. I 8, 45 p. 328, 6 ut purpurae verior atque perfectior fulgor -et (irradiet *l. v.*). epist. 18, 24 p. 979[B] *luna paulatim* cornua sua complens ... clari splendore fulgoris -at (*cf.* TRACT. Pelag. 3, 20, 2 p. 65[med.] cum ille -are [rutilare *l. v.*] coeperit dies olim a domino destinatus. *v. et l. 56*). Isaac 7, 60 p. 684, 7 quid ... pleno agro pulchrius, ... cum poma -ant (*cf.* in Luc. 8, 29 p. 405, 17 fructus eius [*sc. arboris*] ... iam formatus -at). off. 2, 28, 139 p. 141[A] agnosco infusum auro sanguinem Christi ... -asse (in psalm. 118 serm. 18, 22 p. 408, 7 in cocco ... species ignis et crucis dominicae sanguis -at). 2 *metaphorice pro eminere:* AMBR. hex. 3, 11, 48 p. 91, 13 -es ..., o homo, aut splendore nobilitatis aut fastigio potestatis aut fulgore virtutis. CASSIOD. in psalm. praef. 15 l. 53 *sacra scriptura* schematibus decora ..., disciplinis -ans. *Ruhstaller.*

[GROM. p. 321, 27 L. itineri montium, hoc est paziis et **irsis** (*vocabulum corruptum, ut vid.; cf. Josephson, Casae litterarum, Stud. z. Corp. agrimensorum, 1951, 272 adn. 1*).]

irtiola, -ae *f.* (*sc. vitis*). *nec scriptura (v. l. 77. 78) nec originatio vocis certa est; fortasse ab* hirtus, *si* h- *scriptura genuina est. nomen cuiusdam generis vitis:* COLVM. 3, 2, 28 *vites* nuper ⟨... cognitas, per⟩gulanam dico et -am (hi- *SA*) ferreolamque. PLIN. nat. 14, 37 -a (ytriciae *M*, irt-, irc-, hirc- *cett.*) Vmbriae Mevanatique et Piceno agro peculiaris est.

[ORIBAS. syn. 3 add. p. 923 n. 71 l. 4 dosis coclearium **irubii** (*corruptum; fortasse leg.* I *aut* II).]

irudo, irundo *v. s.* hir-.

[CIL IV 4449 **iruo** (*pro* irumo ?, *cf. p. 444, 21 sq.*).]

irūs *v. s.* idus, *vol. VII 1, 239, 21.* *Hi.*

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

1. *is, ea, id *pron.* [*nom. sg.* is, *acc.* im/em, *n.* id *stirpis pron.* i- *formas hereditarias esse ex got.* is '*is*', in-a '*eum*', it-a '*id*', *ind.* im-am '*hunc*', id-am '*hoc*' *apparet.* eo-/eā- *stirps Latina ne a dialectis quidem Italicis aliena vix redit ad nom.* *ei-om *a Romanis pro acc.* *eom *habitum (sic Sommer coll. ind.* ayam, *quod et ipsum sec. f.* iyam ⟨*ī+am *innovatum esse moneo) vel acc.* *ei-om *ex acc.* om *et particula praefixa conflatum (sic Meillet), sed potius ad formas hereditarias nom. acc. f. (cf. got.* si '*ea f. sg.*', ija '*eam*', ijos '*eae, eas*' *et ind.-pers.* iy-am '*ea f. sg.*'*) et n. pl. (cf. got.* ija '*ea n. pl.*'*), in quas* e- *ex formis* eius (*esyo, *cf. ind.* asya '*huius*'), *dat.* ei (*eyyei *sec. gen.* *eyyos), *nom. m. pl.* *eyes (*cf.* quēs ⟨*k^w^eyes, *got.* eis) *ita irrepsit, ut inde cetera vel mutarentur vel formarentur. Szemerényi.*]

legitur tam pro adi. quam pro subst. inde a temporibus antiquissimis (LEX XII tab. *p. 466, 48.* LIV. ANDR. *p. 459, 64*) *per totam latinitatem; cf. Meader, The latin pronouns 'is hic iste ipse' 1901, 6 sqq.* *in poesi post scaenicos vetustos nusquam leguntur formae nom. pl.* ei (ii), eae (*abl. pl.* eis *semel, v. p. 459, 25*). *praevalent fere nom. sing. et n. pl., adamantur quaedam iuncturae a* VERG. *creatae ut* isque, atque (vix) ea. *vocem liberrime adhibent* LVCIL., CATVLL. (*39^ies^, ex quibus 27^ies^ in dactylis, 8^ies^ in hendecasyllabis, quater in ceteris versibus*), *poetae didactici q. d.* (LVCR. *302^ies^*, VERG. *v. l. 23*, MANIL. *30^ies^; cf. l. 24. 27*) *eique, quorum genus dicendi prosae orationi propinquum est, ut* HOR. sat. epist. (*32^ies^; cf. l. 29*), OV. trist. Pont. (*72^ies^; cf. l. 24*). *vix aspernantur etiam* VERG. (*92^ies^, ex quibus 9^ies^* georg.), OV. *in operibus ante exilium scriptis* (*149^ies^; dat. sing.* ei *nonnisi* hal. 34), PHAEDR. (*23^ies^*), SEN. trag., VAL. FL., SIL., STAT., MART., *aevo cadente e. g.* PRVD. (*34^ies^, ex quibus 13^ies^ in metr. lyr.*). *rarissime admittunt* LVCAN. (*5^ies^ formis variis*), COLVM. *10^ies^* (*semel* ea *n. pl.*), PERS. (*6^ies^* id *tantum*), IVV. (*quater* id *tantum*), CLAVD. *plane vitant* HOR. carm. (3, 11, 18 *certe interpol.*; 4, 8, 18 *valde dub.*) *et* BOETH. cons. carm.; *cf. Axelson, Unpoet. Wörter, 70 sq.* *ap. scriptores legitur in operibus stili gravioris usque ad ultimam aetatem saepissime* (*e. g.* AVG. conf. *1335^ies^, omnes formae praeter* ii eae, *cf. Hrdlicka, A Study of the Late Latin Vocabulary ... of Aug., Diss. Washington 1931, 254; etiam in* civ. *passim*); *in operibus stili q. d. vulgaris aevo cadente* (*e. g.* FILASTR., QVEROL., CHIRON, VICT. VIT.; *cf. Schmalz-Hofmann⁵ 478*) *nominativi* is ea ii eae *rarius leguntur, eo crebrius iuncturae ut* id est (PEREGR. Aeth. *113^ies^*, id *solum ter*).

[*it.* desso *ex* 'id ipsum', *francog. mer.* era *ex* 'ea hora', *francog. vet.* gieres *ex* 'de ea re' (*i. q. itaque, item helvet. occid.* ğir), *prov. vet.* zo, za *ex* 'ecce eum, ecce eam' (*pro articulo definito*), *vascon.* žou *ex* 'eorum' (*i. q. francog.* '*leur*'). *R.*]

CONSPECTVS MATERIAE

CAPVT PRIMVM: ***de scriptura, formis, prosodia sim.***

I *sing.*: A *nom.*: 1 *masc.* **is:** *p. 456, 35.* 2 *fem.* **ea:** *p. 456, 44.* 3 *neutr.* **id:** *p. 456, 47.*
B *gen.*: 1 **eius:** *p. 456, 55.* 2 *formae fem. generis: p. 457, 21.*
C *dat.*: 1 **ei:** *p. 457, 24.* 2 *formae sui generis* (eae, eo): *p. 457, 63.*
D *acc.: p. 457, 75.*
E *abl.: p. 458, 15.*

II *plur.*: A *nom.*: 1 *masc.*: a **ei** *sim.: p. 458, 27.* b **eis** *sim.: p. 458, 51.* 2 *fem.* **eae:** *p. 458, 60.* 3 *neutr.* **ea:** *p. 458, 62.*
B *gen.: p. 458, 64.*
C *dat., abl.*: 1 **eis** *sim.: p. 458, 84.* 2 **ibus** *sim.: p. 459, 28.* 3 *formae fictae, erroneae: p. 459, 37.*
D *acc.: p. 459, 40.*

CAPVT SECVNDVM: ***de notione et usu*** (*doctrinae gramm.: p. 459, 45*).

I *anaphorice:*
A ***strictius*** *pertinet ad ea, quae memorata sunt*:
1 *sententia quolibet modo continuatur*: a *pertinet ad membra orationis per se posita*: α *usu sollemni: p. 459, 63.* β *structura solutiore: p. 460, 60.* b *in oppositione pertinet ad membra orationis singula*: α *priora: p. 462, 2.* β *posteriora: p. 462, 38.* γ *et prius et posterius: p. 462, 68.*
2 *sententia completur vel augetur*: a *excipiuntur nomina sim.*: α *nomina, adi.: p. 463, 16.* β *pron.: p. 464, 42.* b *excipiuntur enuntiata secundaria*: α *relativa sim.: p. 465, 50.* β *mere coniunctionalia q. d.: p. 467, 14.* γ *varia: p. 467, 60.*
3 *sententia explicatur*: a **id est:** α *forma originaria: p. 468, 1.* β *formae secundariae: p. 468, 72.* b *locutiones variae*: α *c. copulis: p. 468, 84.* β *c. particulis adversativis: p. 469, 67.* γ *pron. absolute ponitur: p. 469, 81.*
B ***laxius*** *pertinet ad ea, quae animo obversantur*:
1 *nexu sententiae libero, i. κατὰ σύνεσιν facto*: a *generatim*: α *usu vario: p. 470, 28.* β *forma* 'Plautinus — is (*Plautus*)': *p. 471, 23.* γ *forma* 'tres — is tertius': *p. 471, 33.* δ *forma praedicativa* 'magnus — is (id) sum' *sim.: p. 471, 38.* b *per variationem substituitur*: α *plur. pro sing. collect. et invicem: p. 471, 43.* β *homo pro conventu sim. et invicem: p. 471, 82.* γ *neutr. pro subst.: p. 472, 12.* δ *vox synonyma: p. 472, 56.*
2 *significantius dictum*: a *fere i. q. probus, verus: p. 472, 60.* b *fere i. q. in eo statu rerum positus, ea re: p. 472, 73.* c *fere i. q. talis, tantus: p. 472, 80.*
3 *vi quadam indefinita i. q. ὁ δεῖνα*: a *usu vario: p. 473, 45.* b *in sermone iuris: p. 473, 63.* c *vice notae: p. 474, 1.*

II *praeparative* *q. d.*:
A *vario usu*: 1 *generatim: p. 474, 6.* 2 *anticipative q. d.: p. 474, 35.*
B *spectat ad enuntiata secundaria*:
1 *relativa*: a qui: α *plena vi determinativa: p. 474, 63.* β *attenuata vi determinativa: p. 475, 70.* b *pron. rel. sim. varia: p. 476, 33.* c *enuntiata similia: p. 476, 49.*
2 *mere coniunctionalia: p. 477, 20.*
3 *varia: p. 479, 20.*
4 *per anacoluthon: p. 479, 74.*

III *singularia et recentiora:* A *vi demonstrativa fere i. q. hic: p. 480, 3.* B *vi comparativa fere i. q. idem: p. 480, 12.* C *vi indefinita: p. 480, 27.* D *vice articuli definiti: p. 480, 36.*

CAPVT TERTIVM: ***syntactica et stilistica potiora.***
I *de collocatione: p. 480, 73.*
II *de geminatione facta per anaphoram, polyptoton: p. 481, 30.*
III *de attractione genetivi: p. 481, 57.*
IV *de ellipsi verbi, nominis: p. 481, 81.*
V *de neutro notabilia quaedam (gen. pro subst., c. gen. partit.): p. 482, 23.*
VI *locutiones adverbiales*: A *iuncturae modales*: 1 eiusmodi: *p. 482, 80.* 2 eo modo: *p. 483, 76.* 3 ad eum modum: *p. 484, 7.* 4 per eum modum: *p. 484, 18.*
B *formae causales vel finales*: 1 id: *p. 484, 20.* 2 eo: *p. 484, 44.*

CAPVT PRIMVM: ***de scriptura, formis, prosodia sim.*** (*formae incipientes ab* h *l. 36. 77. p. 458, 68. ab* ae *l. 68 sq. p. 457, 29. 81. 458, 19. 459, 11. 40.* sum, sam, sis, sos, sas *v. s. 2.* sum).

I *sing.*: A *nom.*: 1 *masc.* **is:** eis: LEX repetund. (CIL I² 583) *ter* (*sed ibid.* is *passim*). his: LEX VRSON. (CIL I² 594) 95, 2, 6 (Iis 95, 2, 26; is *passim*). EDICT. imp. Constant. de civit. Hispell. (CIL XI 5265) 30 CIL VIII 1270 (= INSCR. christ. Diehl 366), 11 XIV 497, 5 INSCR. RevA. VI 4, 1934, 243 n. 37. *in codd.*: VARRO ling. 7, 19 DIOSC. 1, 70 p. 38, 12. 14 M. 3, 92 p. 417, 23 CASSIOD. hist. 1, 11, 35. 4, 24, 26. *al.* ? ios: *v. p. 360, 73.* Is: CIL X 3334, 2 INSCR. RevA. 26, 1927, 389 n. 158. Iis: *l. 37.* *producitur*: CYPR. GALL. num. 87 is igitur. *compos.* in (*ex* isne): PLAVT. Merc. 598 *P* (isne *A*).

2 *fem.* **ea:** *scrib. per compend.* e: LEX VRSON. (CIL I² 594) e(a) r(es) *14^ies^* (ea res *bis*). LEX Malac. (CIL II 1964) 3, 68. 5, 41. eam (*ante* memoria): CIL XIV 4862.

3 *neutr.* **id** (*nom., acc.*; it *tam ante voc. quam ante cons., praecipue* q): LEX VRSON. (CIL I² 594) *passim* (id *bis*). SENT. procos. Sard. (CIL X 7852) 3. DECRET. decur. Aquil. Ital. (CIL V 875) 6. LEX Brix. (CIL suppl. Ital. I 1273) 1, 1. 3 LEX de flam. Narbon. (CIL XII 6038) 25. *al. in codd. passim.* *corripitur per proclisin sim.*: PLAVT. Amph. 793 (*troch. sept.*) id quod verumst (Epid. 507 [*A*]. Rud. 1335 [id *del. Bentley, perperam*]). Pseud. 442 (*iamb. sen.*) idne tu (*cf. Skutsch, Plautin. u. Roman. 153*). TER. Phorm. 850 (*troch. sept.*) id quidem.

B *gen.*: 1 **eius** (*formam generis ambigui esse testantur* VARRO ling. 8, 51 AVG. quaest. hept. 2, 11 p. 98, 1 CLEDON. gramm. V 15, 18; *v. tamen formas generis fem. p. 457, 21 sqq.*):

a *formae, script.*: eIus: CIL I² 597 a (*iuxta* eius). 1365. LEX Malac. (CIL II 1964) *7^ies^* (eius *bis*, eiIus *saepe*). VI 10223. *cf.* CIL XIII 8387 eíus ('*apex supra* I *pertinet ad* E' *Zangemeister*). XIV 1574 aeIus.

eiius: *scripturam esse antiquam dicunt* PRISC. gramm. II 14, 6. 303, 6 CASSIOD. gramm. VII 206, 6 (*ex Caesellio*). *legitur in titulis aevi imperatorii passim* (*iuxta* huiius *vol. VI 3, 2697, 37 sq.*), *in libris e. g.* PLAVT. Most. 957 (*A*). Pseud. 986 Trin. 430. *per* I *longam*: LEX Malac. (CIL II 1964) 1, 41 eiIus (*al.* CIL II 1687 [*trad.* etIus]. 1953 [*a. 53/4*]. 3437 VI 37317 XIII 1876. 8358. 11971. *al.*). CIL XIII 8244 eIius (8267^b^. 8352. *al.*).

aeius: CIL II 205 III 907. 1898. 2008. 8413. *al.* aeiu(s): INSCR. christ. Diehl 3656. *cf. l. 60. 80.*

eeius: INSCR. RevA. VI 10, 1937, 391 n. 185. eeus: CIL XIII 4532. eus: CIL VIII 23972 (*a. 269*). IX 1384 (= INSCR. christ. Diehl 3186^a^, *a. 529*), 7. ? eieeus: INSCR. christ. Silvagni 2416 ('*litt.* ei *emendatae postea a quadratario, ut* h *evaderet*' *Silv.*). evius: INSCR. Röm. Mitt. 24, 1909, 172.

iius: CIL VI 19688 (= INSCR. christ. Diehl 3898^D^). PLAVT. Poen. 1177 (*A*). ius: INSCR. Afr. Gsell I 3872 (= INSCR. christ. Diehl 2118).

heius: CIL III 3917 (*v. p. 482, 21*). VI 35765 h. ossa hic sunt. VIII 3520 heiu. 14281. 25364.

eis: INSCR. Besewljew, Epigr. prinosi, 1952, 72.

eiu: CIL III 8345 XIII 816 INSCR. Tun. Merlin 1715, 2. *cf. l. 68. 78.*

? is: TER. Ad. 452 pater is nihili pendit (eius *monosyll. A, cf. Kauer ad l.*; p., is *Lindsay al. coll.* PLAVT. Poen. 1069 [*v. p. 464, 15*]).
? eis (*cf. scripturam* eis *saepius in codd. occurrentem*): ITALA Dan. 5, 24 (cod. 176) a facie eis. Os. 2, 2 (cod. 176; *iuxta ter* eius). CHIRON 120

[*Buchwald*]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

eis viti. 514 (eius *Veg. mulom. 2, 143, 1*). 547 (eius *Veg. mulom. 2, 34, 2*); *cf. l. 17 sqq. dub.*: LEX Manc. (CIL VIII 25902) 2, 10 (eius *saepe*).

eiusce: IVL. VAL. 3, 15 e. (eius *P*) insulae vel sepulchri. 3, 24 gentis. 3, 57 regionis. *cf.* huiuscemodi (*vol. VI 3, 2697, 43 sqq.*), *p. 482, 82, Stengel, De Iul. Val. usu pron. 27.*

compendia: e: *in formula* e(ius) h(ac) l(ege) n(ihil) r(ogatur): LEX agr. (CIL I^2 585) *ter* ([*cf. p. 482, 33*]. *sed* eius *in eadem formula* 34, *ceterum passim*). LEX Iul. munic. (CIL I^2 593) 6^{ies}. LEX Cic. Att. 3, 23, 3. *alias*: LEX Rubr. (CIL I^2 592) 1, 27 e(ius) i(udex) (*item* 1, 37; eius 9^{ies}). CIL III 6294 col(oniae) e(ius). PROB. litt. sing. gramm. IV 272, 8 C·E·C· colonis eius coloniae. CIL VIII 2981 h(eres) e(ius) f(ecit) (2983. 3669. 3788). 3892 ob merita e(ius) (XI 4395 ob m e). *al.* ei: CIL III 917 pos obitum ei(us).

b *prosodia* (*v. etiam l. 35 sqq.*): *mensura sollemnis est trochaica praevalente ictu* éius (*in 'corrept. iamb.'*: PLAVT. Persa 830 [*sed v. vol. VI 3, 2696, 54*]. Poen. 882. *de* TER. *v. Hauler ad* Phorm. 113). *monosyll. vel pyrrhich. ap. scaenicos tam in arsi quam in thesi* (*e. g.* PLAVT. Amph. 85 Capt. 107), *ceterum in iambis* CE 168, *in dactylis* CIC. Arat. frg. 15 (14), 2 ătque eius ĭpse. *? trisyll. in rhythmo ap.* AMM.: *v. W. Kroll, Glotta 5, 1914, 368.*

2 *formae fem. generis*: eae *testatur* CHAR. gramm. p. 207, 2 B. (*iuxta* eius). eaius *fingit analogiae gratia* VARRO ling. 8, 51 (*cf. l. 63. p. 459, 37*). eia: INSCR. christ. Diehl 2308^A.

C *dat.*: **1 ei** (*generis communis*): **a** *formae, script.*: eiei: LEX repetund. (CIL I^2 583) *septies* (ei 10^{ies}). iei: LEX Rubr. (CIL I^2 592) 2, 12. 30 (ei *saepius*). eei: DECRET. decur. Hercul. (CIL X 1453) 10. eI: CIL I^2 2123, 19. PAP. Corp. 247^a, 11 (*a. 21/18 a. Chr.*). LEX de flam. Narbon. (CIL XII 6038) 8. 11. 18 R. GEST. div. Aug. 19 DECRET. fabr. Sentin. (CIL XI 5748) 23 XI 6123, 10. *al.* aei: CIL V 4410. 6617 CE 80, 5. *?* i: ELOG. Scip. 958, 2 (*cf. Maurenbrecher, Parerga 256*). *non aspiratur sec.* PROB. inst. gramm. IV 146, 17 (*opp.* hei *interiect.*). *compendium* e: LEX agr. (CIL I^2 585) 78 e(i) e. v. LEX Vrson. (CIL I^2 594) 103, 5 *et* 8 e(i) s. f. s. f. l. (ei *in eadem formula* 61, 2). CIL XI 1780 quod e(i) debueran⟨t⟩.

b *prosodia* (PRISC. gramm. II 303, 26 'ei' . . . cum rationabiliter monosyllabum esse deberet, cum genetivus 'eius' sit disyllabus, per diaeresin a poetis proferri invenitur . . ., ne . . . interiectio esse putetur. *cf. p. 458, 35.* III 10, 2 sqq. GRAMM. suppl. 265, 25 'ei' interiectio est monosyllaba, 'ei' vero pronomen disyllabum. *cf. Maurenbrecher, Parerga 12 sqq.*): *spondaice* ēī: *saepius ap. scaenicos* (PLAVT. Aul. 13 reliquit ei non. Bacch. 525 mendacium ei dixit. Cas. 35. 37 Cist. 138 Curc. 544. *al.* TER. Andr. 443 Hec. 798 Haut. 455. *al.*) *et ap.* LVCR. *in fine hexametri* (2, 1136. *al.; dub.* MANIL. 1, 285, *v. Housman ad l.*). *iambice* ĕī: OV. hal. 34 *post primum troch.* (*item* GERM. 333. 457). TER. MAVR. 605 (*sept. troch.*) ei. 1542 (*ionicus*). ARGVM. Plaut. Mil. 1, 11 ei. CLAVD. carm. min. app. 22, 6 (*exstat in codice nullo, tradidit Binetus; pentam.*) mutat ei. SEDVL. carm. pasch. 4, 57 post oblatus ei. DRAC. laud. dei 1, 132 nec celantur ei. ĕ *probari videtur etiam* PLAVT. Rud. 934 (*anap.; post hiatum*) ei ego (*Merula*, elego *codd. deficiente A*) urbi. Stich. 653 atque ei ut diceret (*v. Maurenbrecher l. c. 13, 2*). *de ceteris mensurae exemplis, quae ap. scaenicos* (*et* ARGVM. Plaut., SVLP. APOLL. perioch. Ter. Andr. 4) *inveniuntur, non liquet.* *monosyll.* ei: PLAVT. Bacch. 45 (*sept. troch.*) ubi ei dediderit. CATVLL. 82, 3 (*dactyl.*) eripere ei noli. *probatur in versibus dimidiatis*: PLAVT. Bacch. 1098 (*anap.*) factum quod ego ei. Rud. 389 (*sept. iamb.*) cistulam ei. *dub., utrum monosyll. an pyrrhich. per 'corrept. iamb.', ap. scaenicos passim tam in arsi quam in thesi* (*e. g.* PLAVT. Asin. 916 [*sept. troch.*] ei det, in partem hac amanti ut liceat ei potirier. Bacch. 197 advenienti ei redderem), *praeterea in senariis* PVBLIL. A 49 assidua ei sunt. CE 80, 5 optet aei terram. *mensura prorsus incerta* (*in metris rudibus*): COMM. apol. 330 credit ei (*W. Meyer*, et *cod.*) sic sit. 1060 (*vs. mutilus*). instr. 1, 24, 16. 2, 30, 8 CE 239. 331, 9.

ⓘⓘ *pron. rel. sim. varia*: **quisquis:** PLAVT. Amph. 860 quidquid est, iam ex Naucrate ... id cognoscam. Most. 666 quidquid dei dicunt, id decretumst dicere. Poen. 538 quidquid est pauxillulum illuc, nostrum id omne *est* (Rud. 1257 TER. Phorm. 246. CIC. Manil. 69 q. ..., q. ..., q. ..., id o. LEX Quinctia [Frontin aq. 129] quid[ā]quid eorum ..., id o.). Truc. 228 quemquem hominem attigerit, ... ei (*om. P*). CIC. inv. 2, 110 quicquid ... dicitur, cum ad eam dictionem *eqs.* Verr. II 2, 5. de orat. 1, 139 quicquid ..., in eo (off. 1, 26). Tusc. 2, 8 (*v. p. 462, 75*). LEX Rubr. (CIL I² 592) 1, 27 quicquid eum Q. Licinium ... d(are) ... oporteret ..., e(ius) i(udex) Q. Licinium ... c(ondemnato) (1, 37). HOR. sat. 2, 3, 232 PAPIN. dig. 5, 1, 40 pr. VLP. dig. 4, 4, 11 pr. *al.* **quicumque:** PLAVT. Persa 67 puplicae rei causa quicumque id facit ..., animus induci potest, eum esse civem ... bonum. LEX Bant. (CIL I² 582) 5 mag(istratus) queiquomque ..., eum (*c. nomine repetito*: LEX Mamil. [grom. p. 265, 7] quicumque m. ..., eius m.). CORNELIA epist. frg. 2 uti ..., quaecumque ageres, ea velles maxime mihi placere. CIC. Q. Rosc. 54 cum ... quodcumque tibi peteres, huic peteres, quodcumque tibi exigeres, id in societatem recideret. Verr. II 2, 121 quicumque ..., si is *eqs.* de orat. 1, 67 quamcumque rem ..., de ea. 2, 66. 3, 224 ac. 2, 8. *al.* CAES. civ. 3, 64, 2. LEX Falcid. (dig. 35, 2, 1). SALL. Iug. 44, 5 quaecumque dici aut fingi queunt ... probra, ea (*Fronto p. 103, 12 v.d.H.* [= *p. 110 N.*]; *om. codd.*) ... cuncta fuere et alia amplius. TIB. 1, 2, 42 quicumque ..., is ..., is. PRIAP. 15, 3. OV. epist. 16, 216 (17, 218). GAIVS dig. 1, 6, 1, 1 quodcumque ..., id (2, 14, 48 VLP. dig. 4, 2, 1). *al.* *numero mutato*: LEX Iul. munic. (CIL I² 593) quemquomque ..., quei eorum. *constr. inconcinna*: GAIVS dig. 3, 3, 50 quacumque ratione procurator tuus a me liberatus est, id tibi prodesse debet. **quantus:** CIC. parad. 44 quantum ... cuique opus est, ad id accommodatur ... divitiarum modus. POMP. Cic. Att. 8, 12B, 1 quanto ... magis ..., eo ... celerius (COLVM. 12, 23, 1. 12, 30, 1. *constr. liberiore*: SCAEV. dig. 2, 15, 3, 1 quanto minus ... consecuta mater defuncti fuerit quam pro parte sua est, id ... consequi debeat). LIV. 3, 15, 2 quantum ... magis ..., eo acrius (44, 7, 6 VITR. 9 praef. 13). *al.* **uter:** CIC. div. in Caec. 45 utrum dixeris, id contra te futurum (Verr. II 3, 106 utrum ... horum dixeris, in eo culpa ... haerebit). CAES. Gall. 6, 19, 2 uter eorum vita superaverit, ad eum *eqs.* ALF. dig. 6, 1, 57 respondi, uter prior iudex iudicaret, eum oportere ... iubere.

ⓘⓘⓘ *enuntiata similia*: **si** (*cf. p. 467, 38*): *nude*: LEX XII tab. 5, 7 si furiosus escit, adgnatum ... in eo pecuniaque eius potestas esto. 8, 2 si membrum rupit, ni cum eo pacit, talio esto (*Cato orig. 81* si quis). 8, 12 si nox furtum faxsit, si im occisit, iure caesus esto. IVLIAN. dig. 10, 3, 24 pr. si ex re ... adquisierit, ... id *eqs.* si quis (qui, aliquis): LEX Cincia (frg. Vat. 298) sive quis ... sive quis (*eqs.*) ..., eis omnibus. PLAVT. Capt. 265 si quid nescibo, id nescium tradam tibi (Curc. 85 Most. 239 RHET. Her. 3, 22, 35. *al. cf. p. 480, 75.* *mutato numero*: PLAVT. Trin. 1168 si quid stulte fecit, ut ea missa facias omnia. CATO agr. 44 [*v. p. 467, 3*]). Poen. 883 si quid tu adiuvas, eo facilius facere poterit (Trin. 856. *cf. p. 467, 44*). Stich. 642 si quem hominem exspectant, eum solent provisere (CIC. Verr. II 1, 109. 2, 94 [*formula pronuntiandi*]. 2, 143 quodsiquem ... et siquis ..., is. Brut. 284 LYGD. 6, 12 OV. am. 3, 4, 3. *al.*). S. C. de Bacch. (CIL I² 581) 25 si queis ..., eeis. LEX VRSON. (CIL I² 594) 104, 17 si quis ..., is (*om. Lex Mamil. grom. p. 264, 3*). LEX Mamil. (grom. p. 264, 16). CIC. Mil. 99 si ... aliquid ..., ... id (de orat. 1, 129. PAVL. dig. 2, 14, 43 quod si ... aliquid ..., id). de orat. 2, 216 nullam esse artem salis aut, si qua est, eam *eqs.* 3, 80 sin aliquis exstiterit ..., qui ... quique ..., is sit verus, is perfectus, is solus orator. *al.* *mutato numero* (*cf. l. 53. 55*): IREN. 2, 25, 1 si quis ..., eis. si quisquam: CIC. fin. 5, 78 si est quisquam, qui ..., is es profecto tu. fam. 6, 14, 1 si quisquam est timidus ..., is ego sum. 15, 4, 13 si quisquam fuit umquam ..., ego profecto is sum. si ullus: CIC. ad Q. fr. 1, 2, 11 si ulla res est, quam ..., haec ea sit. *alia*: PLAVT. Amph. 68 si cui favitores delegatos viderint, ut [i]is ... pignus capiantur togae. CIC. inv. 2, 122 (*formula testamenti*) si mihi filius genitur unus pluresve, is mihi heres esto. de orat. 1, 109 sive est ars sive artis ... similitudo, non est ea quidem neglegenda, verum *eqs.* COLVM. arb. 6, 4 sin autem vetus vinea ... radices alte positas habebit ..., eam vineam *eqs.* (*nomine repetito ut*: PALLAD. 1, 18, 2 quod si cupis locum suum deputabimus, is locus *eqs.*). **cum** (*cf. p. 467, 15*): PLAVT. Capt. 256 qui cavet, ne decipiatur, vix cavet, cum etiam cavet; etiam cum cavisse ratus est, saepe is cautor captus est. CIC. nat. deor. 2, 6 cum ... Locri ... devicissent, eo ipso die *eqs.* **ubi** (*cf. p. 467, 52*): PLAVT. Pseud. 862 bene ubi quoi scimus consilium accidisse, hominem catum eum esse declaramus, stultum autem illum, quoi vortit male. CATO agr. 6, 1 ubi ager crassus ... est

[*Buchwald*]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

. . ., eum agrum *eqs.* CIC. de orat. 2, 102 ubi plus mali quam boni reperio, id totum abiudico. ubicumque: PAVL. dig. 1, 1, 11 ubicumque . . ., is locus *eqs.* **qua:** CATO agr. 44 qua locus recte ferax erit, quae . . ., et siquid . . ., ea omnia eximito; qua (qui *trad., corr. Victorius e* PLIN. nat. 17, 127) locus ferax non erit, id plus concidito. **unde:** PLAVT. Persa 559 haec unde aberunt, ea urbs moenita muro sat erit simplici. **ut:** CIC. leg. 2, 14 ut . . . fecit Plato . . ., id mihi credo esse faciendum, ut . . . dicam. ut quisque (*iuxta* qui *l. 11; cf. p. 466, 5*): PLAVT. Poen. 486 ut quisque acciderat, eum necabam. CIC. Verr. II 3, 39 Cluent. 202. de orat. 1, 217 (*corr. Nägelsbach*). off. 1, 16 ut . . . quisque . . . quique . . ., is. *per anacoluthon*: CIC. fam. 10, 22, 1 ut quisque honorificentissimam de te sententiam dixisset, eam secutus essem.

β mere coniunctionalia q. d. (*pron. refertur ad ipsam sententiam*): **cum** (*cf. p. 466, 79*): PLAVT. Trin. 1170 cum ille ita est, ut esse nolo, id crucior. CIC. Tull. 28 cum facit . . . familia vi⟨m⟩ . . ., id dolo malo fieri necesse est. Brut. 193 cum . . . delectatur, eo est contentus. 314 cum censerem . . ., ea causa . . . mihi fuit. LIV. 21, 38, 6 id cum . . . constet, eo magis miror (VITR. 7, 3, 5 cum fundatior erit . . . directura, eo firmior erit . . . soliditas). (ut) **ne:** PLAVT. Men. 123 ne me nequiquam serves, ob eam industriam hodie ducam scortum. Poen. 1252 (*v. p. 474, 38*). Persa 686 ne non sat esses leno, id metuebas miser . . ., ne crumillam amitteres? Trin. 105 quin dicant, non est; merito ut ne dicant, id est. CIC. Quinct. 1 gratia Sex. Naevi ne P. Quinctio noceat, id vero . . . pertimesco. Sull. 88 ne . . ., ne . . ., id laborat, id metuit; ne denique *eqs.* **quia:** TER. Eun. 998 nisi, quia necessus fuit hoc facere, id gaudeo . . . hisce aliquid esse eventurum mali. Ad. 698 quia tam misere hoc esse cupio verum, eo (ideo *var. l.*) vereor magis. **quoniam:** CIC. Att. 4, 8[a], 1 ludis . . . quoniam dies est additus, eo etiam melius . . . diem . . . conteremus. **quod:** PLAVT. Capt. 586 filium tuom quod redimere se ait, id neutiquam mihi placet. Truc. 457 mater dicta quod sum, eo magis studeo vitae (RHET. Her. 2, 8, 12 quod . . ., eo diligentius). CIC. Verr. II 2, 169 quod . . . gratiosus fuisti, in ea re. 4, 45 quod . . . dedisti . . ., ea re. de orat. 2, 228 gravissimum . . . esse quod isti contigit uni, id (*om. pars codd.*) mihi vix ferendum videbatur. ad Q. fr. 3, 1, 9 quod tibi mea permissio . . . grata est, id . . . gaudeo. VARRO ling. 10, 7 quod diligenter videndum est . . ., is locus maxime lubricus est. *al.* **si(n)** (*cf. p. 466, 48*): PLAVT. Capt. 196 si di . . . id voluerunt, vos hanc aerumnam exsequi, decet id pati (*v. Lindsay ad l.*). Curc. 513 indignis si male dicitur, male dictum id esse dico. Merc. 744 qui amat quod amat si habet, id habet pro cibo: videre, amplecti *eqs.* Truc. 467 (*v. p. 465, 69*). CATO agr. 14, 3 si de caelo villa tacta siet, de ea re verba uti fiant. 145, 1 si operarii conducti erunt . . ., pro eo resolvito. RHET. Her. 1, 9, 16 sin erunt ficta, eo magis erunt conservanda (CIC. Caecin. 46 dom. 12 Att. 11, 16, 3. VARRO ling. 5, 5 non si non potuero indagare, eo ero tardior, sed velocior ideo, si quivero. *al. cf. p. 466, 56*). CIC. Verr. II 2, 155 qui si te . . . laudarent, tamen id . . . facere viderentur. 3, 112 si . . . nullas confecerat litteras, ne id quidem satis significat *eqs.*? 5, 72 **ut,** si me . . . vita deficiat, id mihi praeclarum . . . putem. Tusc. 1, 98 sin vera sunt, quae dicuntur . . ., id . . . beatius est. *al.* sicubi: CIC. Sest. 110 an sicubi aderit Gellius . . ., id erit populare? **ubi** (*cf. p. 466, 82*): PLAVT. Mil. 743 ubi dies decem continuos sit ***hospes***, east odiorum Ilias. **ut** *fin.*: PLAVT. Men. 686 video, quam rem agis: quae (*Bothe,* quia *trad.*) commisi ut me defrudes, ad eam rem adfectas viam. Poen. 575 (*interpol.?*) lenonem ut periurum perdas, id studes. Rud. 768 immo hasce . . . ut vivas comburam, id volo. LVCIL. 672 publicanus . . . ut Asiae fiam . . ., id ego nolo. CIC. inv. 2, 94 ut ignoscatur, id petitur (div. in Caec. 23 ut . . ., non peto, sed ut . . ., id peto). Catil. 3, 22. *al.*

γ varia: Ⓘ *interrog. obl.* (*v. et p. 466, 7*): PLAVT. Amph. 1025 quid velim, id tu me rogas? Capt. 6 is quo pacto serviat . . ., id . . . proloquar. 283 vivat⟨ne⟩ necne, id Orcum scire oportet (Trin. 850. CIC. div. 1, 86 cur fiat quidque, quaeris; . . . sed non nunc id agitur: fiat necne fiat, id quaeritur. *cf.* PLAVT. Men. 575 bonine an mali sint, id haud quaeritant). Pseud. 962. Rud. 1069 quo modo habeas, id refert, iurene anne iniuria. Stich. 75. 363 tum tu igitur, qua causa missus es ad portum, id (*A, om. P*) expedi. *al.* TER. Haut. 9 qui scripserit et cuia Graeca sit, ni . . ., id dicerem. CATO agr. 1, 2 vicini quo pacto niteant, id animum advertito. CIC. Caecin. 49. Mil. 57 manu . . . cur miserit, si id potius quaeris quam *eqs.* LVCR. 5, 529 quid possit fiatque . . ., id doceo. *al.* Ⓘⓘ *verbum infinitum*: Ⓐ *inf.*: PLAVT. Cas. 517 cur amem me castigare, id ponito ad compendium. ACC. trag. 104 hortari pudet, non prodesse, id piget. SALL. Catil. 12, 5 quasi iniuriam facere, id demum esset imperio uti. 58, 16 in fuga salutem sperare . . ., ea vero dementia est. Iug. 31, 26 inpune quae lubet facere, id est regem esse. TAC. hist. 3, 26, 2 munire castra, id quoque . . . formidolosum. *al.* Ⓑ *acc. c. inf.*: PLAVT. Men. 894 sanum futurum *eum,* mea ego id promitto fide. Mil. 683 liberum esse tete, id multo lepidiust. Rud. 1201 nondum egressum esse eum, id miror tamen. TER. Hec. 476 neque mea culpa hoc discidium evenisse, id testor deos. Eun. 34 eas fabulas factas prius Latinas scisse sese, id vero pernegat.

3 *sententia explicatur*: **a id est** *sim.* (*abbrev.* i, *cf. p. 468, 81; de usu et differentia ab* hoc est *v. vol. VI 3, 2709, 1 sqq.; de* id est *c. acc. absol. v. Norberg, Synt. Forsch. 1943, 97 sqq., c. nomin. absol. v. Svennung, Unters. Pallad. 175 et Norberg, l. c. 102*): *α forma originaria*: Ⓘ *adiunguntur similia* (*exempla paucissima; accedit* enim *l. 16,* autem *l. 20*): CATO agr. 15 parietes villae si locet in passus C, i. e. passus X quoquo versum (*cf.* 57 mense quarto heminas *vini* in dies *bibant,* i. e. in mense congios V. CIC. Verr. II 3, 116 ad tritici medimnum XC i. e. mod. DCCCC). ASELL. hist. 1 (*v. p. 466, 6*). RHET. Her. 1, 16, 26 firmamentum . . ., i. e. quod continet accusationem *eqs.* CIC. inv. 2, 99 id quod reus inferat separare, i. e. ostendere dissimile. 2, 125 legitimum scriptum . . ., i. e. aut lex ipsa aut aliquid ex lege (*mox ibid.*: hoc est). Sest. 92 ius valeat necesse est, i. e. iudicia, quibus omne ius continetur. de orat. 3, 53 qui distincte . . . dicunt et . . . versum . . . conficiunt, i. e., quod dico, ornate (*cf. 3, 37*). orat. 61 hoc uno excellere, i. e. oratione. 212 dichoreus vocatur, cum duo extremi chorei sunt, i. e. e singulis longis et brevibus; explanandum est enim *eqs.* rep. 1, 48 rem publicam, i. e. rem populi. leg. 3, 44 (*cf.* dom. 43) in privatos homines leges ferri noluerunt, i. e. enim privilegium (fin. 3, 52 regem . . . productum esse ad dignitatem, i. e. enim προηγμένον. 4, 26. Tusc. 5, 9 hos se appellare sapientiae studiosos, i. e. enim philosophos). fin. 2, 6 quid sonet haec vox voluptatis, i. e. quae res huic voci subiciatur (*cf. Madvig ad l.*). 2, 21 nec haberent *luxuriosi* . . . aliquid aut dolens aut aegrum, i. e. autem malum (*cf. Madvig ad l.; gr. Epicur. sent. 10* ὅ περ ἐστὶ τὸ κακόν). nat. deor. 3, 71 quod facinus . . . sine animi motu et cogitatione i. e. ratione perficitur. *al.* *adverbii 'scilicet' vice inseritur*: PEREGR. Aeth. 3, 2 Syna, ubi data est lex, in eo i. e. loco, ubi *eqs.* Ⓘⓘ *definitur res minus stricte circumscripta* (*in introducendo responso l. 42 sqq.*): VITR. 1, 1, 15 ex opere et eius ratiocinatione, ex his autem unum proprium esse eorum, qui . . ., i. e. operis effectus, alterum commune cum omnibus doctis, i. e. rationem. 1, 4, 5 ⟨e⟩ principiis . . ., i. e. e calore et umore, terreno et aëre. 3, 5, 13 membra omnia . . ., i. e. epistylia, zophora, coronae *eqs.* 7, 5, 1 ceteris conclavibus, i. e. vernis, autumnalibus *eqs. al.* VLP. dig. 10, 2, 22, 4 familiae erciscundae iudicium ex duobus constat, i. e. rebus atque praestationibus (*item in digerendo numero*: MOD. dig. 2, 14, 35 duo de fratribus, i. e. Maevius et Seia. RVSTIC. c. aceph. p. 1196[B] tres . . . rationales naturae, i. e. dei et militiarum caelestium et hominis. TRACT. 6, 29 [RevBén. 24, 1907, 332] tres argentiolos exigit deus ab homine, i. e. cogitationem bonam et verbum bonum, opus bonum. *v. et l. 44*). PEREGR. Aeth. 33, 2 quae scripta sunt in euangelio in cata Matheo, i. e. ubi dicit *eqs.* AMBR. fid. 5, 8, 112 alibi, i. e. in Ezechiele (*cf.* RVSTIC. c. aceph. 1218[D] quia . . ., et aliunde manifestum est: i. e. quia *eqs.*). HIER. vita Hilar. 32 a servo Christi, i. e. a beati Antonii successore. HESYCH. in lev. 19, 12 p. 1025[B] quomodo . . . quis illud (*nomen dei*) profanat? dico: i. e. male faciendo (*cf.* CAES. AREL. serm. 11, 4 p. 55, 37 blando interrogati sermone, i. e. 'quem quaeritis?' FAVST. REI. spir. 1, 5 p. 107, 19 quae sunt istae tres? i. e. ego, tu, ille). INSCR. christ. Diehl 1120 hic iacent . . . sacerdotes, i. e. Viventius et Maiorius. 1137[a]. *al.* *per pleonasmum: iuxta* accipe: PORPH. Hor. carm. 1, 18, 15 'vacuum' ergo 'verticem', i. e. vanum cerebrum accipe. 2, 16, 37/39. *iuxta* dicit(ur): PORPH. Hor. carm. 1, 35, 29/30 ('Caesarem') ⌊i. e.⌋ (*om. P*) Caesarem Augustum dicit. VISIO Pauli 23 rec. Sang. p. 138, 23 S. flumina . . ., quorum nomina sunt haec: flumen mellis dicitur i. e. Fison, flumen lactis Eufraten *eqs.* RAVENN. p. 43, 19 (= p. 16, 17 S.) diversa flumina currunt, inter cetera quae dicuntur i. e. Aunes et Paridis. Ⓘⓘⓘ *sensu restrictivo* (*cf. Svennung, Unters. Pallad. 309. vix huc pertinet* CIC. nat. deor. 1, 107 Orpheus, i. e. imago eius, ut vos vultis): SCRIB. LARG. 83 *symphyti radicis* pondere sextantis aut plus, i. e. quantum poterit manducare (*Marcell. med. 17, 21* vel quantum potuerit). PEREGR. Aeth. 3, 4 omnes monachi . . ., i. e. qui tamen . . . non fuerunt impediti (37, 9. 39, 3). 7, 1 ad terram Gesse . . ., i. e. ad civitatem quae appellatur Arabia, quae civitas in terra Gesse est (*cf.* 23, 10 ad Asiam . . ., i. e. Ephesum). HIL. myst. 1, 15, 3 universitas hominum . . ., i. e. sub lege viventium *eqs.* CHIRON 177 corpus earum, i. e. verginalis, intumescit. 791 *unguentum* cervici cottidie imponito, i. e. fricato. *al.* MARCELL. med. 4, 14 cum urina humana, ⌊i. e. pueriIi⌋ (⌊⌋ *deest ap. Plin. med. 3 p. 14, 3*). DIOSC. 5, 24 p. 175, 25 novis vasis . . ., i. e. fictilibus (*gr. 5, 6, 14* ἐν κεραμεοῖς). 5, 39[2] p. 183, 26 musto novo infundis i. e. in sextarios XX (*gr. 5, 18, 1* εἰς γλεύκους . . . ξέστας λ'). HESYCH. in lev. 5, 1/13 p. 833[C] quaedam differentiae, i. e. secundum LXX, . . . positae sunt. *al.* *fere i. q. etiam, insuper*: MARCELL. med. 20, 90 mel coctum, i. e. despumatum, admiscebis. Ⓘⓥ *peculiariter: fere i. q. aut*: ITALA Matth. 5, 18 (Didasc. apost. 49, 5) iota i. e. (*gr.* ἤ, *Vulg.* aut) unus apex non transiet a lege.

β formae secundariae: Ⓘ **id erat:** CIC. de orat. 1, 112 cum ita ei dicerem, me velle esse ineptum, id erat petere blandius *eqs.* Ⓘⓘ **id sunt:** MARCELL. praef. chron. II p. 60, 14 alios sedecim annos . . . suffeci, id sunt simul anni CLVI. Ⓘⓘⓘ *in ellipsi* **id:** PELAG. frg. Migne suppl. 1, 1556 omnipotens pater dicitur, id etiam filius (*supra bis*: idem). COMPVT. cod. Col. prol. 4 p. 229 'fecit deus duo luminaria: luminare maius, ut preesset diei', id in incoacione diei, id solem, 'et luminare minus' in incoacione noctis, id luna. INSCR. christ. Hisp. 80 (= Diehl 2108) reliquiae s(an)ctorum, id Ioanni Baptistae, Eulaliae, . . . martirum. 85 ([*cf.* suppl. p. 42] = Diehl 2105; *a. 630*) *scrib.* IĐ. 90 (= Diehl 2111). 166 hic sunt sepulcra sanctorum, id Nigrinus episc(opus), Sefronius episc(opus).

b *locutiones variae*: *α c. copulis*: **atque is:** PLAVT.

[Buchwald]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

Amph. 742 hic in me inclementer dicit atque id sine malo. CIC. Phil. 2, 67 totos dies potabatur atque id locis pluribus. de orat. 3, 110 genus, quod . . ., obtinent, atque id ipsum lacinia (fam. 1, 2, 2). div. 2, 86 fani pulchritudo . . . retinet sortium nomen atque id in volgus. Att. 5, 12, 1. 12, 9. *al.* CAES. Gall. 7, 53, 2 levi . . . equestri proelio atque eo (*om. α*) secundo (LIV. 4, 57, 7 uno atque eo facili proelio). civ. 1, 27, 4 maximis . . . . trabibus atque eis praeacutis. LIV. 21, 22, 1 neque Hispaniam neglegendam ratus atque id eo minus, quod *eqs. al.* atque is quidem: CIC. off. 1, 71 sunt, qui . . . frangantur infamia atque ea quidem non satis constanter. Att. 15, 11, 2 querebantur, atque id quidem Cassius maxime, amissas occasiones. *al.* atque ea (*n. pl.*): SIL. 10, 590 lux una eversas bis centum instare curulis ac iuvenum bis tricenis orbata gemebat milibus . . . moenia Romae, atque ea post Trebiam *eqs.* **neque (nec) is:** TER. Andr. 377 ipsus sibi esse iniurius videatur, neque id iniuria (Haut. 581. *cf. l. 26*). CIC. leg. agr. 2, 21 leges . . . sunt veteres neque eae consulares. dom. 37 adoptari, neque id obscure. de orat. 1, 149 vocem modo, neque eam scienter, . . . exercent. 1, 261 *Demosthenes* versus . . . pronuntiare consuescebat, neque is consistens in loco, sed *eqs.* orat. 132 Crassi perpauca sunt neque ea iudiciorum. 2, 203 iracundiam neque eam iniustam, sed meritam ac debitam. Brut. 203 incitata et volubilis neque ea redundans tamen nec circumfluens oratio. 265 plurimae litterae, neque eae volgares. fat. 25 motus . . . eam naturam . . . continet, ut . . ., neque id sine causa. CAES. Gall. 3, 2, 3 legionem (unam *add. Iurinius*) neque eam (*β*, tam *α*) plenissimam. PANEG. 7, 12, 4 neque id mirum. *al.* nec . . . is quidem (*cf. l. 50*): PANEG. 2, 7, 2 cuius . . . rei tanta fuit cura maioribus, ut . . .; nec iniuria id quidem. **et is** (*cf. p. 474, 77. 475, 37*): CIC. Verr. II 3, 211 exempla quaerimus et ea non antiqua. Catil. 4, 7 vincula . . . et ea sempiterna. Cael. 27 deliciarum obiurgatio fuit longa ⌊et ea⌋ (etiam *Clark*) lenior (*v. app. crit.*). de orat. 3, 108 in parvo et eo litigioso praediolo. Brut. 329 sit sane ut vis, . . . et id non tam mea causa quam tua. rep. 2, 67 unam . . . beluam et eam docilem (SALL. epist. Mithr. 5 una et ea vetus causa). leg. 2, 34 redde cetera. : : reddam vero, et id si potero brevi. *al.* VARRO ling. 5, 16 caeli dicuntur loca supera et ea deorum, terrae loca infera et ea hominum. rust. 1, 7, 7 sunt quae non possunt vivere nisi in loco aquoso . . ., et id discriminatim *eqs.* 1, 13, 5 ex una parte apertum *aedificium*, et id ab area. 2, 9, 16 duo, et id marem et feminam. 2, 11, 1 lacte est . . . maxime alibile, et id ovillum, ⟨de⟩in caprinum. CAES. civ. 1, 84, 1 conloquium petunt et id . . . semoto . . . loco. 3, 73, 2. BELL. Afr. 5 non satis copiarum habebat et eas tironum (10, 3). VAL. MAX. 2, 2, 4 filio . . . et ei puero. VLP. dig. 4, 2, 3, 1 vim . . . atrocem et eam, quae . . ., non eam, quam *eqs. al.* et is quidem: CIC. Brut. 115 dixit . . . pauca C. Cotta . . ., et is quidem tamen ut orator. 252. orat. 11 ingressionem meam . . . e media philosophia repetitam et eam quidem cum antiquam tum subobscuram *eqs.* fin. 1, 1 (*bis*). Tusc. 5, 54 unum consulatum fuisse, et eum quidem cum repulsa. Att. 15, 20, 2 homines . . . et eos quidem viros bonos. SCRIB. LARG. praef. p. 1, 3 Herophilus . . . fertur dixisse . . ., et id quidem non sine ratione.
et quidem is: PAVL. dig. 42, 1, 19, 1 is . . ., qui . . ., . . . condemnatur et quidem is solus. et ne is quidem: LIV. 38, 24, 4 spem reditūs . . . facit et ne eam quidem . . . gratuitam. *cf. l. 25.* **isque:** CIC. Phil. 1, 3 multa praetereo eaque praeclara (2, 109). 5, 14 Cretensis iudex isque nequissimus. 5, 33 decertandum est idque confestim (orat. 3. 59. 205. leg. 2, 20 [*verba legis; v. Vahlen ad l.*]. Tusc. 2, 55. fat. 2 [itaque *Davisius*]. HOR. sat. 1, 4, 73). de orat. 3, 59 erant quidam eique multi, qui . . . florerent (Att. 5, 1, 3). Tusc. 1, 29 visis quibusdam . . . movebantur isque maxime nocturnis. Cato 33 est . . . una via naturae eaque simplex. 74 sensus moriendi aliquis esse potest isque ad exiguum tempus. Lael. 17 doctorum est ista consuetudo eaque Graecorum. Att. 5, 1, 3 sermo isque multus de te fuit. PROC. dig. 8, 6, 16 per eundem rivum eumque communem. PLIN. paneg. 59, 6 duas easque summas potestates simul capere. *al.* **aut ne is quidem:** CIC. Att. 10, 11, 4 fortasse ad me veniet aut ne id quidem. **et (ac) ne is quidem:** LIV. 38, 24, 4 spem reditus . . . facit et ne eam quidem . . . gratuitam. SVET. Cal. 50, 3 neque . . . plus quam tribus . . . horis quiescebat ac ne iis quidem placida quiete.

β c. particulis adversativis: **sed is:** CIC. Verr. II 3, 195 in quo erat aliqui quaestus, sed is honestus atque concessus. orat. 163 verba . . . bene sonantia, sed ea non . . . exquisita . . ., sed sumpta de medio. Brut. 287 si quis Falerno vino delectetur, sed eo nec ita novo . . . nec ita vetere *eqs.* rep. 2, 27 multa constituit, sed ea sine inpensa. fin. 4, 12 non nulla . . ., sed ea pauca. Cato 65 severitatem . . . probo, sed eam modicam. ac. 2, 23 quam . . . non comprehensionem modo rerum, sed eam stabilem quoque . . . esse censemus. BELL. Alex. 29, 5 ut in fuga spem salutis collocarent, sed id frustra. 58, 2 forsitan etiam hoc fecerit odio Caesaris . . ., sed id qua mente, communis erat coniectura (commiserit coni. est *Cornelissen*). VLP. dig. 27, 1, 10, 8 adversa quoque valetudo excusat, sed ea, quae *eqs. al.* **at is:** CIC. Sest. 80 vivit; at id non sua culpa. **is autem:** VLP. dig. 22, 1, 37 puto . . . debere dici usuras venire, eas autem, quae in regione frequentantur.

γ pron. absolute ponitur: Ⓘ **id** (*cf. p. 481, 82 sqq.*): TER. Andr. 444 amavit, tum id clam. TRAG. inc. 168 (Cic. nat. deor. 3, 67) dispergit corpus; id ea gratia, ut *eqs.* CIC. rep. 1, 49 numquam constitisse civitatis statum; multo iam id in regnis minus *eqs.* Tim. 16 sic . . . partes omnes conlocatae sunt, ut . . .; id ob eas causas, primum ut *eqs.* Att. 2, 9, 1 orbis hic . . . est conversus . . ., id culpa Catonis (*v. Sjögren ad l.*). fam. 7, 32, 3 cupio . . ., id cum ipsius causa . . . tum *eqs.* CAES. Gall. 7, 72, 2. GELL. 11, 13, 4 cursus . . . nos . . . unice delectabat, tanto id magis, quod *eqs.* Ⓘⓘ **is quidem** (*cf. Samuelsson, Eranos 8, 1908, 58 et* 'ille quidem' *vol. VII 1, 353, 5 sqq.; huc traham*: DIONYS. EXIG. Greg. Nyss. creat. 8 p. 358A nos . . . informat, necessaria . . . consequentia id quidem *eqs.* [*sic distinguendum*]): Ⓐ *c. vi concessiva*: CIC. top. 30 nostri . . . species appellant, non pessime id quidem sed inutiliter *eqs.* Tusc. 2, 11 sum liberatus . . ., minime mirum id quidem, nam . . ., sed haec eius vis *eqs.* 4, 5 sapientiae studium vetus id quidem in nostris, sed tamen *eqs.* Lael. 41 Tib. Gracchus regnum occupare conatus est, vel regnavit is quidem paucos menses. Att. 12, 10 tuus . . . dolor humanus is quidem, sed *eqs.* fam. 7, 19 etsi iure id quidem. 15, 14, 3 alter *fructus* est is quidem exilior . . ., sed tamen *eqs.* PLIN. paneg. 88, 4 iustisne de causis senatus . . . optimi tibi cognomen adiecit? paratum id quidem . . ., novum tamen. *al.* Ⓑ *c. mera vi extollendi*: CIC. Verr. II 2, 87 capella quaedam est, ea quidem mire . . . scite facta. Phil. 2, 105 admissus est nemo, iure id quidem. Brut. 67 Attico genere dicendi se gaudere dicunt, sapienter id quidem. 169 Rusticelius . . ., is quidem et exercitatus et *eqs.* Ⓘⓘⓘ **ne is quidem:** CIC. Tull. 53 num quem . . . pulsaverunt? non, opinor; num furatum . . . venerunt? ne id quidem. ad Q. fr. 2, 14 (13), 5 erat . . . spes comitiorum, sed incerta; erat . . . suspicio dictaturae, ne ea quidem certa.

B *laxius pertinet ad ea, quae animo obversantur*: **1** *nexu sententiae libero, i. κατὰ σύνεσιν facto*: **a** *generatim*: *α usu vario de eis, quae quolibet modo ad memorata pertinent vel subaudiuntur* (*hic illic de attractione genetivi cogitari potest, v. p. 467, 21*): PLAVT. Amph. 80 sat habet favitorum semper qui recte facit, si illis fides est, quibus est ea res (*sc. favere*) in manu (Men. 453). 225 convenit, victi utri sint eo proelio (*sc. quod instruitur et enarrabitur*). Men. 341 morem hunc meretrices habent: ad portum mittunt servolos . . .; si quae peregrina navis in portum advenit, rogitant, cuiatis sit (*sc. dominus*), quid ei nomen siet. Merc. 74 agrum se vendidisse atque ea pecunia navem . . . parasse (CIC. leg. 2, 51. LEX Falcid. [dig. 35, 2, 1 pr.] qui . . . testamentum ['de sua pecunia suisque rebus *ins.*' *Mommsen*] facere volet, ut eam pecuniam easque res quibusque dare legare volet. LIV. 35, 10, 12. 38, 34, 7 porticus ex ea pecunia refacta est). Most. 646 (*637* aedis filius tuos emit) hi⟨n⟩c (*sc. a danista*) sumpsit ⌊ quas *minas* ei⌋ *venditori* dedimus (⌊ ⌋ *sic B²*, quasi *B¹CD*, *deest A; antea versum intercidisse coni. Ritschl*). 664 (*interpol.?*) quid ego nunc agam nisi ut in vicinum hunc proximum ⟨rem conferam⟩, eas (eius *Ritschl*) emisse aedis huius dicam filium? Persa 508 Chrysopolim Persae cepere urbem . . ., plenam bonarum rerum . . .; ea (*i. inde capta*) comportatur praeda. Pseud. 148 heri iam edixeram omnibus dederamque eas provincias ('*quas a vobis administrari volebam*' *Ussing*; suas *Ritschl*). 396 quid nunc acturu's, postquam erili filio largitu's (largius *A*) dictis dapsilis? ubi sunt ea? ('*quae largitus es*' *Leo*; dapsiles lubentias *Ritschl*). 841 ubi omnes patinae fervont, omnis aperio: is ('*inde oriens*' *Ussing*; ibi *Acidalius*) odos . . . in caelum volat. Rud. 61 ait sese Veneri velle votum solvere; id hic est Veneris fanum. Trin. 671 quom inopiast, cupias; quando eius ('*sc. quod cupiveris*' *Conrad*) copiast, tum non velis. TER. Andr. 799 eius (*sc. Chrysidis*) morte eă (*i. eius; om. LP*) ad me lege redierunt bona (*cf.* Hec. 172 moritur . . . senex; ea ad hos redibat lege hereditas). Hec. 147 se . . . ante quam eam uxorem duxisset domum, sperasse eas tolerare posse nuptias. Eun. 253 (*descriptis moribus parasiti*) is quaestus nunc est multo uberrimus. CATO agr. 44 olivetum diebus xv ante aequinoctium vernum incipito putare; ex eo die *eqs.* (132, 1. 144, 1 CIC. rep. 2, 70 Att. 15, 17, 1 SALL. Catil. 48, 3. *cf.* ASELL. hist. 7 in eo tempore [CIC. Sull. 17. *al.* ASCON. tog. cand. p. 69, 29 iis temporibus]. CIC. leg. agr. 2, 37 per eos annos [LIV. 41, 21, 5 eo anno, *opp.* priore a. *aliter p. 473, 56*]. Att. 4, 1, 6 eo biduo [CAES. Gall. 7, 11, 1 oppugnare instituit eoque biduo *eqs.* civ. 1, 41, 1. 1, 18, 5 triduo]). RHET. Her. 4, 22, 31 Tiberium Graccum rem publicam administrantem prohibuit indigna nex diutius in eo (*sc. ut rem p. administraret*; ea *var. l.*) commorari (OROS. hist. 7, 32, 1). VARRO ling. 7, 52 latrones dicti . . . qui conducebantur: ea enim merces graece dicitur λάτρον. CAES. Gall. 1, 3, 4 is (*Orgetorix*) ubi legationem ad civitates suscepit, in eo itinere *eqs.* 1, 8, 4 (*Caesar se iter Helvetiorum prohibiturum esse ostendit*) Helvetii ea spe deiecti *eqs.* 1, 18, 10 quod proelium . . . adversum . . . esset factum, initium eius fugae *eqs.* (*ibid.*: eorum fuga). 1, 22, 2 Considius . . . ad eum accurrit (*sc. Caesarem* u 1, 34, 1. 1, 41, 2. 2, 14, 1. *al.* civ. 1, 8, 1. 1, 60, 1. 4. *al.*). VERG. Aen. 3 100 cuncti quae sint ea (*sc. quae Apollo adumbravit, cf. 3, 85*) moenia quaerunt (5, 798 liceat . . . attingere Thybrim, . . . si dant ea moenia Parcae). OV. rem. 301 illud et illud habet nec ea contenta rapina est. LIV. 1 5, 2 a Pallanteo, urbe Arcadica . . .; ex eo genere Arcadum. CELS. 3 18, 13 plurimi decoctis . . . corticibus ex ea aqua . . . caput . . . fovent (*cf.* PLIN. nat. 23, 151 *siliquas* decoquunt . . . ad dimidium eumque sucum bibunt. 30, 53 [*v. Mayhoff ad l.*]). SEN. nat. 2, 49, 3 *fulgura* hospitalia, ⟨iuxta⟩ (*Gronov*) quae sacrificiis ad nos Iovem arcessunt et ut verbo eorum (*i. interpretum*) utar, invitant. PLIN. nat. 2, 222 Dionysio . . . tyranno, . . . ea potentia. 9, 160 anguillae atterunt se scopu-

[*Buchwald*]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

lis; ea strigmenta. 14, 61 Setinum *vinum* . . . ea saliva. PAVL. dig. 49, 15, 19, 9 (*v. p. 462, 57*). AVSON. 13, 6 p. 325 P. nunc piget . . ., quod non aut ista voluntas tunc aut non est nunc ea forma tibi. AVG. in psalm. 130, 6 l. 19 auris . . . dicit: ibi sum, ubi est oculus, in eo corpore sum. CASSIOD. hist. 1, 4, 6 adulteria . . . exercens et earum viros occidens. CIL VI 7556 (= INSCR. Dessau 8187) quicumque eum titulum vellet removere, eum dolorem habeat (*'intellege: quem ego habui' Dessau; cf. CIL VI 7308* iendem *et 10736* hoc). *al.* *in re medicina de aegroto partibusque corporis eius*: CELS. 2, 6, 4 in propinquo mors est . . ., si . . . supercilia . . . pervertuntur; isque . . . iam non audit. 2, 17, 8. 3, 7, 1C. 8, 4, 1 homo is (ORIBAS. eup. 2, 1 C 12 [*gr. deest*]. *cf.* PS. THEOD. PRISC. ves. vit. 4 p. 265, 10 is patiens). 8, 10, 1B membrum id (8, 10, 7A. *al.*). PELAGON. 250 ad ozaenas: . . . ea loca prius aceto lavabis. CHIRON 60 eas (*Veg. mulom. 2, 13, 7* ipsas) partes vulneris (PS. THEOD. PRISC. add. p. 321, 11 *ictericus* in ea parte recumbat). ANTIDOT. Brux. 121 in eo latere (*cf. Ps. Theod. Prisc. add. p. 321, 16* in ipso l.). *al.* *in adnectendis similibus*: CIC. S. Rosc. 48 in Vmbria atque in ea vicinitate (*item in geographicis*: Verr. II 5, 146 Aetnam solam ⌊et eam Siciliae partem⌋ [⌊ ⌋ *β*, eam S. p. *α*, *del. Thomas al.*]. rep. 2, 28 Sybarim et Crotonem et in eas Italiae partes. SALL. Catil. 27, 1. 30, 3 in Apuliam circumque ea loca). Verr. II 3, 48 in arationibus et in earum rerum iure. Tusc. 1, 55 a Platone et Socrate et ab ea familia. *al.* *β forma* 'Plautinus — is (*Plautus*)': PLAVT. Cas. 13 postquam . . . intelleximus . . . expetere vos Plautinas fabulas, antiquam eius edimus comoediam. Mil. 186 ut ne quoquam de ingenio degrediatur muliebri earumque artem *eqs.* 753 proletario sermone . . . utere; nam ei (ii *CD*, hi *B*, *deest A*) solent . . . dicere *eqs.* Rud. 198 erile scelus . . ., eius (*sc. eri*). 600 ad hirundininum nidum visa est simia ascensionem ut faceret admolirier . . .: neque eas eripere quibat inde. Stich. 89 mihi paternae vocis sonitus auris accidit. : : is est ecastor. VITR. 6, 7, 4 virilia convivia; non . . . fuerat institutum matres . . . eorum moribus accumbere. MARCELL. med. 1, 8 herbam peduclariam, quod eos (*Scrib. Larg. 8* pediculos) necat. *γ forma* 'tres — is tertius': QVINT. inst. 5, 10, 30 quod libris Sibyllinis . . . dominatio dari tribus Corneliis dicebatur seque eum tertium esse credebat *Lentulus* (*cf. Cic. Catil. 3, 9* tertium illum C., ad quem. *Plut. Cic. 17, 5* Κορνηλίους τρεῖς . . . τρίτῳ δὲ λοιπῷ Κορνηλίῳ ἐκείνῳ [*del. Lindskog*] κτλ.). *δ forma praedicativa* 'magnus — is (id) sum *sim.*' (*cf. p. 465, 73. 472, 75*): VARRO ling. 5, 159 vicus Ciprius a cipro, quod ibi Sabini . . . consederunt, qui a bono omine id (*sc. Ciprium*) appellarunt. rust. 3, 2, 10 nihilo minus esse villam eam, quae esset simplex rustica quam eam, quae esset utrumque, et ea (*sc. rustica*) et urbana.

b *per variationem substituitur*: *α plur. pro sing. collect. et invicem* (*per attractionem quandam l. 53. 78*): Ⓘ *forma* 'Romanus — ii' (*v. etiam p. 459, 80. 462, 33. 466, 8. 35. 56. 472, 19. 28*): PLAVT. Men. 561 ubi vir compilet clanculum quidquid domist atque ea (*A, om. P*) ad amicam deferat (Rud. 358 ea . . . omnia. *cf.* VARRO rust. 1, 50, 1 manipulum, ut quemque subsicuerunt, ponunt in terra; ubi eos fecerunt multos *eqs.* [SALL. Catil. 43, 2 suom quodque negotium . . . ea]. *cf.* IREN. 2, 26, 1 quempiam . . . eos). CATO agr. 98, 2 supellectilem omnem . . . ea. TER. Eun. 631 aliam rem ex alia cogitare et ea omnia in peiorem partem. CIC. Verr. II 3, 183 est vero honestus *scriba*, quod eorum hominum fidei tabulae publicae . . . committuntur. Tusc. 4, 65 animi perturbationem . . . omnes eas. VARRO rust. 2, 3, 1 ut eam *capellam* paret, quae . . ., et de iis eam potius, quae (*cf. 2, 3, 7* capra[m] . . ., harum). LEX Iul. Pap. (dig. 23, 2, 44 pr.) qui senator est . . ., ne quis eorum *eqs.* LEX Iul. de vi (Coll. Mos. 9, 2, 2) testimonium dicere ne liceto, qui . . . quive . . . quive eorum . . . est. *ibid.* (dig. 22, 5, 3, 5. 38, 1, 37 pr.). EDICT. praet. (dig. 4, 6, 1, 1) si cuius quid de bonis . . . ⟨erit deminutum⟩ sive cuius actionis eorum cui dies exisse dicetur *eqs.* *al.* Ⓘⓘ *forma* 'Romani — is' (*cf. p. 460, 52. 461, 59. 83. 462, 24. 43. 466, 74. 472, 34. 473, 46*): PLAVT. Mil. 720 (*om. P*) satis cepissem miseriarum e liberis: . . . si ei (stet *A*) forte fuisset febris *eqs.* (BELL. Hisp. 1, 4 ex quibus *civitatibus* siqua oppida vi ceperat, cum aliquis ex ea civitate optime . . . meritus civis esset, . . . ei inferebatur causa, ut eo de medio sublato ex eius pecunia *eqs.*). CATO agr. 39, 2 laterculos facito . . ., eum conterito idque inducito. TER. Ad. 675 haec te dicere aequom fuit et id defendere. CIC. fin. 2, 61 num . . . Decius . . . aliquid de voluptatibus suis cogitabat? ubi ut eam caperet . . . ? Lael. 59 saepe . . . in quibusdam . . . animis abiectior est . . .: non est igitur amici talem esse in eum, qualis ille in se est. VARRO rust. 2, 3, 9 greges plures potius faciunt quam magnos, quod in magnis cito existat pestilentia, quae ad perniciem eum perducat. 2, 9, 4 *canes debent esse* pedibus . . . latis, qui ingredienti ei displodantur. LVCR. 4, 934 corpus . . . necessumst, aeriis quoniam vicinum tangitur auris, tundier atque eius (*i. aeris*, ab ibus *Lachmann*) . . . pulsarier ictu. TAC. ann. 4, 39, 2 Seianus . . . componit ad Caesarem codicillos; moris . . . tum erat . . . scripto adire; eius (*sc. scripti, i. codicillorum Seiani*) talis forma fuit. VLP. dig. 1, 16, 4, 5 quaedam provinciae . . . in eam provinciam. GAIVS dig. 41, 1, 10, 3 (= INST. Iust. 2, 9, 4) servis . . . is (iste *Gaius inst. 2, 91*) servus. *al.*

β homo pro conventu sim. et invicem: Ⓘ *forma* 'Roma — ii': S. C. de Bacch. (CIL I² 581) 23 senatuos . . . eorum (S. C. Cic. fam. 8, 8, 5 utique . . . senatum haberent *consules* . . . et . . . ut a consiliis, qui eorum in CCC iudicibus essent, . . . adducere liceret). CAES. Gall. 1, 12, 2 ad eam partem pervenit, quae nondum flumen transierat; eos impeditos . . . adgressus magnam partem eorum concidit. civ. 1, 19, 1 in consilio pronuntiat . . . hortaturque eos. NEP. Alc. 11, 3 postquam . . . Thebas venerit, adeo studiis eorum inservisse (*item post nomen urbis* TAC. ann. 14, 32, 1). Epam. 8, 2 iudicium . . . iis. Timoth. 2, 1 Laconicen populatus classem eorum fugavit. LIV. 23, 25, 7 de exercitu M. Marcelli, qui eorum . . ., . . . eos. 38, 11, 2 populi Romani . . . eorum (VVLG. Matth. 1, 21 [*gr.* τὸν λαόν . . . αὐτῶν]). *al.* Ⓘⓘ *forma* 'Romani — ea': EVTR. 7, 13, 2 bellum Britannis intulit, quam . . ., . . . eaque devicta . . . triumphum . . . egit.

γ neutr. pro subst. (*cf. Kühner-Stegmann II 1, 61 sqq. Löfstedt, Synt. II 145 et de* VITR. *Wistrand, Apophoreta Lundström 24 sqq.*): Ⓘ *pron.* (*sing.; plur. l. 29*) *refertur ad nomina varia masc. vel fem. generis* (*animantia l. 23. 33*): PLAVT. Bacch. 1029 ducentos nummos . . . daturum id me (*cf.* Trin. 405 minas quadraginta accepisti . . .; quid factumst eo? Trin. 153 thensaurum . . . nummorum Philippeum ad tria milia; id. CIC. Att. 4, 15, 7 HS quingena . . . id). Capt. 223 iam doli non doli sunt, nisi astu colas, sed malum maxumum, si id (*sc. doli*) palam provenit. Trin. 595 si id alienatur (*sc. ager*; *'cf. Aul. 770*; id *del. Camerarius*, is *Bergkius, Muellerus pros. 329' Leo*). LEX Aquilia (dig. 9, 2, 2 pr. Inst. Iust. 4, 3, 9) si quis servum servamve . . . quadrupedemve pecudem iniuria occiderit, quanti id (ea res *Gaius inst. 3, 210 Inst. Iust. 4, 3 pr.*, is homo *dig. 9, 2, 21 pr.*) . . . plurimi fuit, tantum *eqs.* CATO agr. 5, 7 scabiem . . . id. 9 prata . . . id. 23, 3 marmor si indes, in culleum libram indito: id indito in urnam, misceto cum musto: id (*sc. marmor cum musto mixtum*) indito in doleum (*item de mixturis*: 39, 2. 83. 87. 90. *al.* VARRO rust. 1, 2, 26. 3, 16, 28). 98, 2 supellectilem . . . ea. 151, 3 terram . . . id. 157, 6 lautam . . . et rutam . . . id. TER. Hec. 421 dies triginta aut plus eo (Haut. 63. *cf.* AMM. 28, 1, 1 anno XVI et eo diutius. *item post numerum*: LIV. 10, 18, 8 tria milia hostium . . . dimidium fere eius [21, 59, 8. 30, 12, 5]. *cf. l. 15 sqq.*). HEMINA hist. 13 pisces . . . ea. CIC. Verr. II 4, 125 etiamne gramineas hastas . . ., in quibus . . ., etiam id concupisti? top. 17 bonorum suorum . . . id. leg. 2, 33 divinationem . . . id. fam. 9, 1, 2 consuetudinem . . . in eo. LENT. Cic. fam. 12, 14, 1 in Lycia esse classem . . . idque Dolabellam . . . comparasse. CAES. Gall. 1, 44, 5 amicitiam . . . id (TAC. ann. 6, 8, 1 a. . . . ob id). LIV. 5, 25, 7 quod eius (*cf. ibid. 6* urbis atque agri capti) Veientium fuisset . . ., eius partem decumam *eqs.* VAL. MAX. 4, 1 ext. 7 mensam . . . id (eam *Paris*). VITR. 2, 1, 1 cum animadvertissent commoditatem esse magnam . . . ignis teporem, ligna adicientes et id (is *Krohn, alii alia*) conservantes . . . ostendebant, quas haberent ex eo utilitates. 4, 1, 6. 4, 6, 3 (*v. p. 482, 44*). 6, 2, 1. *al.* CELS. 3, 19, 5 *oportet* cibum sumere; si ne id quidem manserit *eqs.* 8, 3, 5. 8, 4, 22. TAC. Germ. 6, 3 centeni ex singulis pagis sunt idque ipsum . . . vocantur (*cf. p. 471, 38*). *al.* Ⓘⓘ *pron. refertur ad vocem q. e.* res (*cf. p. 465, 52*): CIC. inv. 2, 38 ex iis *rebus* . . . in hanc constitutionem convenisse videntur genera eorum (earum *Schütz*) omnia. p. red. in sen. 27 nequis . . . rem impediret; qui id impedisset *eqs.* nat. deor. 2, 15 quarum rerum . . . ea. div. 2, 117. Ⓘⓘⓘ *ad quid pron. referatur, colligitur e sententia praecedenti*: CIC. rep. 3, 47 tuum morem istum aversum a ratione populi; et quamquam id (*sc. populi imperium*) potest lenius ferri *eqs.* Tusc. 1, 4 musici floruerunt discebantque id (*sc. in quo illi floruerunt*) omnes. VARRO rust. 2, 3, 6 stabulatur pecus . . .; id (*sc. in quo pecus stabulatur*), ut pleraque, lapide . . . substerni oportet.

δ vox synonyma: Ⓘ *subaudienda*: TER. Eun. 30 Colax Menandrist; in east parasitus Colax *eqs.* (*sc. fabula*). LVCR. 6, 215 nubila caeli . . . eas (*sc. nubes*). Ⓘⓘ *apposita*: APVL. flor. 21 p. 101 fruticem, quem . . . gestant, eam virgam in laevam manum transferunt.

2 *significantius dictum*: **a** *fere i. q. probus, verus* (*de eis, quae quaeruntur, appetuntur sim.; cf. e. g. l. 68, v. et p. 475, 17*): PLAVT. Amph. 781 haec east profecto patera. Asin. 55 rectam instas viam; ea res est (TER. Andr. 693). 399 qua facie noster Saurea est? si is est, iam scire potero. 465 sit, non sit, non . . . scio; si is est, eum esse oportet. Bacch. 266 quid ubi ei ostendit symbolum? : : infit dicere adulterinum et non eum esse symbolum. Cist. 320 hanc eam esse opiniost. nam haec illum nominavit. Curc. 419 istum quem quaeris ego sum. : : quaeso, tune is es, Lyco . . . ? Epid. 482 hanc . . . filius meus deperibat fidicinam. : : haec non est ea. Men. 468 ego tibi hanc *pallam* hodie probe . . . concinnatam referam . . .; non faxo eam esse dices: ita ignorabitur. Pseud. 921 haec ea (*'sc. quam quaerimus' Ussing*) occasio est: dum ille dormit, volo tu prior ut occupes adire. CIC. orat. 100 quis est igitur is? *al.* **b** *fere i. q. in eo statu rerum positus, ea re* (*de prima persona; cf. p. 473, 6*): PLAVT. Merc. 632 egomet credidi homini docto rem ⌊mandare, is⌋ (⌊ ⌋ mandaris *codd. deficiente A, corr. Camerarius, sed cf. Ussing ad l.*) lapidi mando maximo. Poen. 750 *haruspices* dicebant mihi malum . . . portendier: is (*'scil. cui malum portendi dicebant' Leo*) explicavi (-vit *A*) meam rem postilla lucro. Rud. 1196 (*interpol.?*) ego hodie neque speravi neque ⟨illud⟩ credidi: is improviso filiam inveni tamen. **c** *c. emphasi dictum fere i. q. talis, tantus* (*syn. p. 473, 17. 25; iuxta ponitur*: SALL. Iug. 63, 6 is, ad id locorum talis vir): PLAVT. Bacch. 1086 *spero Mnesilochum mandatum bene peregisse*: eo est ingenio natus. Epid. 169 *plerosque homines non pudet, quando oportet*: is adeo tu es (*de secunda pers. ut*: CIC. Planc. 71 quamobrem non

[*Buchwald*]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

debes is homo et is civis [*sc. quem 58 descripsi*] praedicare *eqs.* Cael. 50 siquae mulier sit eiusmodi, qualem ego paulo ante descripsi . . .; ea si tu non es . . .; sin eam te volunt esse *eqs.*). Most. 821 non videor vidisse postis pulchriores. : : pol mihi eo (*sc. pulchro*) pretio empti fuerant olim. Trin. 852 Hilurica facies videtur hominis, eo ornatu advenit. Lvcil. 687 quod is (‘*qui tali sum ingenio*’ *Marx*) intellegebar posse, ⟨. . .⟩ ad paucos rettuli (*cf. p. 472, 73*). L. Crass. or. frg. Cic. de orat. 2, 170 (*in Carbonem*) quod Ti. Gracchi mortem . . . deplorasti, quod P. Africani necis socius fuisti, quod eam (*L*, quidem *M*) legem . . . tulisti, quod semper a bonis dissedisti (*i. legem eo animo, qui antecedentibus illustratur, latam, sc. popularem, tabellariam, de qua v. Cic. leg. 3, 33 sqq. et cf. Münzer, RE s. v. ‘Papirius’ 1018, 41 sqq.*). Cic. Quinct. 60 tracta edictum. ‘qui fraudationis causa latitarit’; non est is Quinctius . . .; ‘cui heres non exstabit’; ne is quidem (*cf.* Phil. 6, 6 non is est Antonius). Verr. II 1, 156 (*155* atque etiam iudicium in praetura publicum exercuit *eqs.*) ⌊is mihi⌋ (⌊ ⌋ hic *Prisc. gramm. III 259, 11*) etiam queritur, quod *eqs.* Font. 43 utrum videtis nihil posse accidere, ut tales viri desiderandi sint an, si acciderit, eorum hominum copia populum Romanum abundare? (Val. Fl. 3, 223 tales habitus, ea gaudia. 7, 108 tales umeros ea terga). de orat. 2, 312 saepe datur . . . digrediendi locus . . ., si habet eam causa dignitatem atque copiam, recte id fieri potest. Att. 6, 6, 4 Pompeius, eo robore vir, iis radicibus, Q. Cassium sine sorte delegit. Caes. Gall. 1, 20, 4 cum ipse (*Diviciacus*) eum locum amicitiae apud eum (*Caesarem*) teneret. Verg. Aen. 1, 529 non . . . populare penatis venimus: . . . non ea vis animo nec tanta superbia victis (Stat. Theb. 6, 775. Qvint. inst. 10, 1, 121 ea est facundia, tanta in explicando . . . gratia, tam candidum . . . dicendi genus). 6, 100 Sibylla horrendas canit ambages . . . obscuris vera involvens: ea frena furenti concutit et stimulos sub pectore vertit Apollo. 9, 748 (*Turnus Pandaro*) at non hoc telum . . . effugies, neque enim is (*sc. ut effugias, cf.* Serv.: talis, par, similis; es *P*) teli nec vulneris auctor. Hor. ars 386 tu nihil invita dices . . . Minerva: id tibi iudicium est, ea mens. Liv. 3, 35, 3 demissa . . . in discrimen dignitas (*sc. decemvirorum*) ea aetate iisque honoribus actis stimulabat Ap. Claudium (*cf.* 10, 3, 4). 3, 61, 5 iis auspiciis conditae urbi. 26, 41, 4 quod ea pietate . . . fuistis. 31, 21, 6. 42, 14, 1. *al.* Vitr. 2, 8, 17 in ea . . . maiestate urbis *Romae* . . . innumerabiles habitationes opus est explicare. Sen. contr. 1, 1, 15 putavi te, quamvis vetares, nihilominus velle ali fratrem: eo vultu vetabas aut mihi ita videbaris. Plin. nat. 3, 41 tota ea vitalis . . . salubritas *Italiae* . . . ! (*seq.* talis, tam, tot). Val. Fl. 3, 664 non ea pax odiis oblitave numine fesso Iuno sui. Tac. hist. 4, 42, 6 (*ex or. Curtii Montani*) non timemus Vespasianum: ea principis aetas, ea moderatio. Plin. epist. 5, 16, 3 ea varietate, ea descriptione . . . reficientur *oculi*. *al.*

3 *vi quadam indefinita, i. q. ὁ δεῖνα* (*huc transeunt quaedam exempla supra allata, e. g. p. 470, 35*): **a** *usu vario*: Varro ling. 6, 27 primi dies mensium nominati Kalendae, quod his diebus calantur eius mensis nonae (*cf. p. 471, 45*). 6, 41 hinc (*sc. ab agendo*) angulus, quod in eo locus angustissimus, cuius loci is angulus. rust. 1, 31, 5 vicia dicta a vinciendo, quod item capreolos habet ut vitis, quibus . . . ad scapum lupini . . . ut haereat, id (‘*quo pervenit*’ *Keil*) solet vincire. 1, 44, 1 si . . . locus crassus, plus (*sc. seruntur fabae*); si macer, minus; quare observabis, quantum in ea regione consuetudo erit serendi. Vitr. 2, 5, 3 cum expenduntur *saxa*, permanente ea magnitudine . . . tertia parte ponderis imminuta esse . . . inveniuntur. Sen. dial. 7, 1, 5 id evenit quod in comitiis, in quibus eos (*sc. quos fecerunt*) factos esse praetores idem qui fecere mirantur. Plin. nat. 29, 100 id devoratum anno tantum eo prodest (*cf. l. 66. p. 470, 63*). Sort. Sangall. 38, 7 sollicitatus est, qui fugit; decipitur ab eo (*sc. ad quem confugit*). *al.*
audacius post negationem: Caes. Gall. 7, 20, 5 summam imperii se consulto nulli . . . tradidisse, ne is (his *pars codd.*) . . . ad dimicandum impelleretur. Sall. Iug. 63, 7 novus nemo tam clarus erat, quin is indignus illo honore et quasi pollutus haberetur (is *deest in* P^1F^1, *post* et *transpos. Eussner*). **b** *in sermone iuris* (*fort. huc pertinet* Lex XII tab. 5, 8 [Vlp. dig. 50, 16, 195, 1] cum de patrono et liberto loquitur lex, ‘ex ea familia’ inquit ‘in eam familiam’ [*cf. Mommsen, Staatsr. III* 22^5]): Lex Aquilia (dig. 9, 2, 2 pr., *cf.* 9, 2, 21 pr.) quanti id in eo anno plurimi fuit (Pompon. dig. 1, 2, 2, 4. *aliter l. 57. p. 470, 63*). Cic. inv. 1, 108 (*affertur exemplum conquestionis q. d.*) non postremam vocem eius audivi, non extremum spiritum eius excepi. Verr. II 1, 114 semper hoc iure usi sumus: si tabulae testamenti non proferrentur, tum (ut *add. Mueller, Peterson, al.*) uti quemque potissimum heredem esse oporteret, si is intestatus mortuus esset, ita secundum eum possessio daretur. Cinc. Gell. 16, 4, 4 concipiebatur iusiurandum, ut adessent *milites*, his additis exceptionibus: ‘nisi harunce quae causa erit: . . . feriae . . ., quae non eius rei causa in eum diem conlatae sint, quo is eo die minus ibi esset.’ Edict. praet. Vlp. dig. 3, 5, 3 pr. negotia, quae cuiusque cum is moritur fuerint. Formvla Vlp. dig. 48, 22, 7, 17 his, qui relegantur, dies excedendi . . . dari . . . solet: etenim moris est ita pronuntiari: illum provincia illa insulisque eis (eius *Haloander*) relego *eqs.* S. C. Vlp. dig. 38, 4, 1 pr. (*a. 41/47*) perinde . . ., ac si nihil . . . is parens significasset. Ivlian. dig. 2, 10, 3 pr. ob eam rem (Vlp. dig. 2, 8, 2, 5 ea re). Gaivs inst. 3, 184 *manifestum furtum est*, si in oliveto olivarum . . . furtum factum est, quamdiu in eo oliveto . . . fur sit; aut si in domo furtum factum sit, quamdiu in ea domo fur sit. Vlp. dig. 1, 16, 7, 1 eius rei publicae. 1, 18, 4 in ea provincia. *et saepe.* **c** *vice notae, qua nomen proprium occultetur*: *in epistula*: Cic. Att. 9, 9, 1 ecquonam modo possim voluntate eius (*sc. Caesaris*) nullam rei publicae partem attingere (*at 9, 9, 2. 4* illum). *? in defixione*: Tab. devot. Glotta 36, 1958, 306 ma(n)data dat is (*sc. devovens*).

2 *de eis, quae tertiae personae vel ipsi loquenti proxima ad alterum referuntur* (*saepe syn.* hic, *cuius pronominis vim deflecti apparet l. 51 sqq.; aliter p. 504, 57 sqq.*): **a** *demonstratione ad oculos facta* (*i. 'quem vides, videtis', cf. p. 501, 14. 508, 66*): α *in ipsa compellatione* (*paulo aliter* PLAVT. Pseud. 1331 sq. spectatores . . . : : . . . -i . . . -os [*deinde* vos]): PLAVT. Rud. 814 (*Daemones lorarios iubet puellas a lenone defendere*) si hercle illic illas (*cf. 793*) hodie digito tetigerit invitas, ni -unc -is *clavis* invitassitis . . ., periistis ambo; si appellabit quempiam, vos respondetote istinc -arum vicem (*attractione quadam facta pronomina miscentur, cf. l. 39 sqq. et vol. VI 3, 2702, 22 sqq.; adde ex. gr.* OV. met. 11, 758 [*751* hic . . ., quem . . . adspicis. *764* hic. *795* illi]). EDICT. praet. CIC. Mur. 26 -am (hanc *Prisc.*) viam dico; ite viam (VAL. MAX. 8, 7 ext. 7 protecto manibus pulvere 'noli' inquit *Archimedes*, '. . . -um [hoc *Paris*] disturbare'. PLIN. nat. 17, 81 'excide radicem . . . -am' [hanc *Liv. 9, 16, 18*]). CIC. S. Rosc. 2 -orum . . ., quos videtis adesse ([horum *Halm, cf. 1* hi q. v. a.; *sed v. Klotz ad l.*]. APVL. met. 4, 21, 7 -as, quas videtis, praedas adveximus. PEREGR. Aeth. 14, 2 ecce -a fundamenta in giro colliculo -o, quae videtis, hae *eqs.* [14, 3 *em. Geyer*]. *al.*). dom. 31 -i *pontifices* (hi *Baiter, sed v. Klotz ad l.*). Cato 59 (*Cyrus ad Lysandrum arbores admirantem*:) ego -a (*Xen. oec. 4, 22* ταῦτα) sum omnia dimensus (*infra*: -arum arborum). off. 3, 59 (*Pythius piscibus ante suos pedes abiectis ad Canium*:) hac villa -i carere non possunt. CATVLL. 4, 10 -e post phasellus (*1* ille, quem videtis). PROP. 4, 1, 9 domus -a Remi (*1* hoc, quodcumque vides. *5* haec . . . templa. *per distinctionem ut*: OV. ars 1, 226 [*in triumpho*] hic est Euphrates . . ., hos . . ., haec . . ., urbs . . . -a . . ., ille vel ille duces. fast. 2, 396 [*ministri geminis expositis*:] plus . . . ex illis [-is *var. l.*] -e *Romulus* vigoris habet. *al.*). OV. met. 2, 696 'lapis -e . . .', et lapidem ostendit. LVCAN. 8, 642 (*Cornelia ad percussorem Pompei*:) -ud . . . caput (*opp. 647* meum). *et saepius.* β *in soliloquiis ita, ut loquens non tam spectatores sive praesentes* (PLAVT. Stich. 677, *ubi* ipsarum *conicit Ewald, v. p. 297, 2*) *sive fictos quam semetipsum compellare videatur* (*ceterum exempla Plautina ad B vergere videntur*): PLAVT. Asin. 603 (*Leonida auscultans*:) ne -e *Argyrippus* hercle ab -a *Philaenio* (*604* hac) non pedem discedat. Capt. 806 (*Hegio secum Ergasilo viso*:) hic in ventrem sumpsit confidentiam; vae misero illi, cuius cibo -e factust imperiosior (hic *passim*, illic *829. item in eisdem significandis liberius miscetur c. aliis pron.* Truc. 218 sqq. 443 sq.). Stich. 272 eccum Pinacium . . . ne -e *eqs.* (Truc. 853). *al.* OV. epist. 19, 90 (20, 92; *Leander*:) ipsa tibi dices, ubi videris *me* omnia ferre: 'tam bene qui servit, serviat -e mihi'. met. 8, 327 *Atalantam* pariter vidit *Meleager*, pariter . . . 'o felix, siquem dignabitur' inquit '-a virum'. *et saepius; cf. infra l. 84.*

b *significantur alteri dicta, audienda, legenda* (*locos recentiores ad II A vergere apparet, v. ex. gr. p. 505, 57 sqq.*): α *de rebus*: ① *generatim*: PLAVT. Amph. 595 sq. (*Sosia*:) sum . . . et hic et illic; hoc cuivis mirari licet, neque tibi -uc mirum ⟨. . .⟩ magis videtur quam mihi *eqs.* (HOR. epist. 1, 6, 67 siquid novisti rectius -is, . . . inperti; si nil, his utere mecum [*v. Heinze ad l.*; siquid n. r., -is . . . i. *O. Skutsch, Herm. 88, 1960, 504 sq. vix recte*]. OV. am. 2, 5, 32 mea gaudia . . . mea iura . . .; haec tibi sunt mecum, mihi sunt communia tecum: in bona cur quisquam tertius -a venit? *al. cf. p. 504, 57 sqq.*). Cas. 375 sortes utrimque ⟨dividam⟩ . . .; optimum . . . -ud esse iure iudico (*opp.* illuc quod volumus). ENN. frg. var. 57 -a quae dico tibi (CATVLL. 10, 28 -ud quod modo dixeram . . ., fugit me ratio [*cf. p. 502, 66 sqq.*]. SEN. epist. 13, 15. *al.*). TER. Andr. 422 facis ut te decet, quom -uc quod postulo impetro cum gratia. LVCC. Cic. fam. 5, 14, 3 cupio non obtundere te . . ., cupio deterrere . . .; nunc duae res -ae contrariae me conturbant. OV. epist. 16, 261 (17, 263) petis, ut furtim praesentes -a (plura *dett. aliquot ex 15, 281*) loquamur. trist. 5, 14 (15), 43 nec te credideris, quia non facis, -a moneri (*cf.* SEN. epist. 1, 4 tibi -a praecipio. 105, 1 audias -a praecepta). LIV. 1, 32, 10 (*formula fetialis deos imprecantis*) de -is rebus (*sc. quas Iove teste olim expoposci*). *al.* ⑪ *speciatim de ipsis scriptis propositis*: PLAVT. Pseud. 1011 (*epistula*) qui epistulam -am fert ([*at Curc. 432* qui has tabellas adferet tibi. *v. vol. VI 3, 2719, 21 sqq.*]. CIC. Att. 8, 6, 1 [-a *om. pars codd.*]. *cf. de tabellario p. 500, 25 et* OV. epist. 5, 2 littera). CASS. Cic. fam. 15, 19, 4 *velim scire, quo animo* -a . . . legas (*n. pl. ut* PRIAP. 1, 8 -a lege. OV. trist. 4, 1, 104. *cf. p. 502, 62 et* CIL IV 8617 qui -uc leges [*i.* legis]). OV. trist. 1, 1, 28 carmina. 5, 1, 16 scripta. Pont. 4, 1, 9 libris (MART. 2, 93, 1 *syn.* hunc. *al. cf.* STAT. silv. 3 pr. libellorum [*infra*: tertius hic . . . liber. MART. 8, 1, 3. *al.*]). MART. 2, 8, 1 si qua videbuntur chartis tibi, lector, in -is . . . obscura (*eadem infra dicit lector* -a, *poeta* haec). *al. cf. p. 509, 40.* β *de hominibus* (*enarratur l. 79. 84 sq.*): PLAVT. Trin. 894 (*sycophanta ad Charmidem*:) pater -ius adulescentis . . ., Lesbonici (*spectat ad 873* Lesbonicum . . . quaero. *quaesitos* hosce *appellat ipse 878*, -os *Charmides* 893. 920). TER. Eun. 613 (*Chaerea ad Antiphonem*:) de -ac (*virgine, quam in ipsa narratione* eam, hanc, illam *appellaverat*; re *add. A*) . . ., quo pacto porro possim potiri *eqs.* *in soliloquio* (*cf. supra l. 34*): TER. Eun. 617 (*ancilla*:) postquam -e advenit Chremes adulescens, frater virginis (DON.: instanter admonet, qui sit Chremes. *de eodem* ille *618 sqq.*).

c *respiciuntur alterius verba*: α *specimina generalia*: PLAVT. Amph. 784 (*Amph.*:) exsolve cistulam. : : (*Sosia*:) quid ego -am exsolvam? (*773* in hac cistellula). Merc. 306 tun capite cano amas . . .? : : si canum seu -uc rutilum sive atrumst, amo ('*quod in capite gero*' *Ussing minus apte*). CIC. Brut. 270 (*Atticus*:) ei, quos . . . colligis . . . (*ego*:) -i oratores, quos colligo. Att. 16, 11, 1 nostrum opus (*sc. Phil. 2, ut vid.*) tibi probari laetor . . .; atque utinam eum diem videam, cum -a oratio . . . libere vagetur. β *excipitur ipsum pron.* -e *ab interlocutore adhibitum* (*pro* hic; *cf. p. 501, 58 sq. 503, 84 et Seyffert l. c. 303, 1*): CIC. Verr. II 5, 105 (*Verres ad Cleomenem, qui de Phalacro verba fecerat*:) '-e homo . . . testis relinquetur?' (*Cl.*:) '. . . videbimus, ne -e nobis opstare possit'. leg. 3, 14 (*Marcus*:) huius loci de magistratibus . . . : : (*Atticus*:) . . . a Stoicis -a tractata sunt? : : (*M.*:) . . . *ab Academia* -a manarunt . . .; post Aristoteles inlustravit omnem hunc . . . locum. 3, 30. VAL. MAX. 4, 3 ext. 4 cum holera ei *Diogeni* lavanti Aristippus dixisset '. . . -a non esses', 'immo' inquit, 'si tu -a (haec *Paris, Halm, cf. p. 499, 18. 502, 61. al.*) esse velles *eqs.*' SEN. benef. 3, 30, 4 PETRON. 70, 1 MART. 5, 61, 8.

d *c. colore applicandi, commendandi*: α *in serm. epist. de tabellario* (*cf. de ipsa epistula p. 499, 69 et ad vim commendandi* FRONTO p. 128, 11 v. d. H. [= p. 135 N.; *syn.* hic]. EPIST. praef. praet. ad procur. [CIL XIII 3162, 3] 10. 20 -e meus): PLAVT. Persa 510 (*epistula*) -i . . ., qui tibi tabellas adfert (520 [*at Curc. 436* huic, *v. vol. VI 3, 2719, 67 sqq.*]. *cf.* FRONTO p. 81, 22 v. d. H. [= p. 87 N.] Aridelus -e, qui tibi litteras meas reddit). CIC. Att. 2, 11, 1 -i puero. AVG. epist. 159, 1 frater -e (*commendatus*). β *in serm. forensi, iudiciali sim.*: ① *de iudicibus* (*cf.* hic *vol. VI 3, 2702, 60 sqq.*): L. CRASS. or. frg. Cic. de orat. 2, 170 (*in Carbonem*) non si Opimium defendisti, Carbo, idcirco te -i bonum civem putabant. RHET. Her. 4, 13, 19 tu in horum conspectum venire conaris? . . . audes quicquam ab -is petere? *ibid.* -os, ut absolvant te, rogas. CIC. Verr. II 1, 26. 3, 143. ⑪ *de clientibus* (*c. affectu quodam* QVINT., *sim. fort. loco conclamato* CIC. Cael. 8 -i aetati atque -i dignitati [huic . . . -i *V*, huic . . . huic *Agroec., cf. edd.*]; *sollemnius adhibetur* hic, *v. vol. VI 3, 2719, 33 sqq.*): RHET. Her. 2, 19, 29 cui mirum videbitur -um *Vlixem* a maleficio . . . non temperasse? (*infra*: -ius . . . in -o. *cf.* CIC. S. Rosc. 92 video . . . causas esse . . ., quae -um impellerent). CIC. Cluent. 201 orat vos Habitus, iudices, . . .; quodsi qua calamitas hunc in hoc iudicio adflixerit innocentem, ne -e miser . . . queretur (Mil. 68 [ille *recc. et Kayser*, ipse *Clark*]). Planc. 99 (*antea*: hic). SEN. contr. 10, 4 (33), 6 infelix -e (*sed forsitan pater compelletur, cf. infra*: -is). QVINT. decl. 306 p. 199, 17 ut mulier -a matrimonio c[r]edat (*i. -ius aetatis sc. provectae? cf.* p. 205, 25 haec [*sic passim*] . . . in -is annis [*antea*: hos . . . annos, in hac aetate]). 328 p. 291, 6 ego -um, si filium meum occidisset, defenderem? (*sc. clientem olim accusatorem; deinde* hic, -um *bis*). APVL. met. 10, 11, 1 (*loq. medicus patronus iuvenis*) non patiar . . . de innocente -o iuvene supplicium vos sumere vel hunc (*servum, quem ipse accusat*) . . . poenam . . . evadere (*de servo* hic *etiam 10, 11, 2*, -e *passim*). *similiter in suffragio*: CIC. Mur. 38 'hoc duce castra cepimus . . ., numquam -e *eqs.*'

B *praevalente vi* **dehonestandi** *significantur ea, quae cum taedio, indignatione sim. quasi abiecta ad alterum* (*cf. gr.* σός) *vel alios occulte vituperantur, irridentur, impugnantur sim. v. p. 497, 31 sqq. et* RHET. Her. 4, 49, 62, *ubi exempla vituperationis, invidiae, contemptionis verbis inducuntur q. s.* '-e, qui' (*cf. 4, 50, 63*). *per gradationem quandam conviciosam excipiuntur pron.* hic *l. 63. 77. 84. p. 502, 10. 11. 70. al.,* is *p. 501, 29. 502, 9. 12. 503, 70. 504, 3. cf.* '-um (*notione sub A illustrata*) . . . immo -unc' *l. 70. 74.*

1 *generalia quaedam*: **a** *de personis*: α *vigente vi demonstrativa* (*de eis, qui adstant, modo abierunt, introeunt, quorum aedes conspiciuntur*): PLAVT. Amph. 320 (*Sosia secum de Mercurio, qui adstat*:) mirum ni hic me . . . exossare cogitat; ultro -u⟨n⟩c, qui exossat homines (Capt. 551 [*Hegio*:] u. -um a me [*sc. Aristophontem, quem Tyndarus vel* hunc *vel* -um *dixerat*]. *cf.* Bacch. 372 apage -as a me sorores, quae *eqs.* [Curc. 598; *antea* haec *bis. al.*]). 1041 (*Amph. secum, postquam Iuppiter abiit*) numquam edepol me inultus -ic ludificabit, quisquis est (*infra*: illum, ille). Asin. 467 hercle -um di omnes perduint (Cas. 275 *seq.* illa. Most. 668 [*Tranio ad Theopropidem nomen domini quaerentem*:] di -um perduint — immo -unc potius [-um *quem quaeris*, -unc *Theopr.*]. Persa 298 [*300* illum *P*, -um *A*]. 622. *al. cf. p. 501, 51 et* PLAVT. Most. 655 [= TER. Phorm. 976] malum quod -i di . . . duint. Rud. 1225). Cas. 362 (*Lysidamus*:) tace, Chaline. : : (*Ch.*:) comprime -um (*Olympionem*). : : (*O.*:) immo -unc (*Ch.*). Curc. 465 (*Choragus secum de Curc.*:) cum -oc mihi negoti nihil est (*462* hunc, *466* hic. *cf.* TER. Ad. 437 de -oc ipse viderit). Merc. 921 omnibus hic ludificatur me modis; ego stultior, qui -i (-uc *Bach l. c. 285 sq.*) credam (*cf.* SEN. apocol. 6, 1 -e . . . mera mendacia narrat). Mil. 128 (*Palaestrio*:) *amica erilis negat se* peius quemquam odisse quam -um militem (*ibid.* hic, ille *passim*). 983 (*Pyrgopolynices*:) ne ⟨et⟩ -am amittam et haec mutet fidem (*973* illa; *taedium significari ne Leo quidem vidit. cf.* 1314. 1338). Poen. 157 lenone -oc Lyco . . . non lutumst lutulentius (*155* huius, *171* hic). Truc. 88 -i . . . pessumae (*77* haec meretrix, quae hic habet. *79* huic). *al.* TER. Andr. 216 ad haec mala hoc mi accedit etiam: haec Andria, si[ve] -a uxor sive

[Ehlers]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

amicast, gravida e Pamphilost (Don.: cum quodam taedio et indignatione). Rhet. Her. 4, 52, 65 'ubi est -e beatus', inquit *tyrannus*, 'aedium dominus?' Ov. epist. 20, 222 (21, 224; *Cydippe*:) si me nunc videas (*sc. pallidam*), . . . 'arte nec est' dices '-a petenda mea'. ars 1, 314 *Pasiphae* vaccam . . . spectavit . . . et dixit 'domino cur placet -a meo?' Liv. 3, 47, 7 passurine haec -i *cives* sint, nescio: non spero esse passuros illos, qui arma habent. Petron. 46, 1 quid -e argutat molestus? *et passim.*

β vi fere anaphorica de eis, qui animo proponuntur: ① *indicantur genera* (*adamatur forma q. e.* '-i, qui . . .' *quasi compellatis spectatoribus vel auditoribus, v. infra l. 26 et cf.* Plavt. Pseud. 179 [*Ballio ad meretrices*:] ubi -i sunt, quibus vos oculi estis . . .? Cic. de orat. 3, 43 ex -is, quos nostis, urbanis, in quibus minimum est litterarum; *interlocutore ficto* Plavt. Cist. 25 [*lena*:] ubi -as videas . . . matronas, ut amicitiam colunt *eqs.* Sen. dial. 7, 2, 4 vides -os, qui . . .? *al.*): Plavt. Amph. 287 ubi sunt -i scortatores, qui soli inviti cubant? (Most. 356 ubi sunt -i plagipatidae, ferritribaces viri vel -i, qui . . .? *cf. l. 12*). Aul. 198 ego -os novi polypos, qui ubi quidquid tetigerunt tenent. 702 -os reges ceteros memorare nolo, hominum mendicabula: ego sum ille rex Philippus. Bacch. 649 non mihi -i placent Parmenones, Syri, qui *eqs.* Curc. 288 -i[c] Graeci palliati, capite operto qui ambulant *eqs.* (Cato ad fil. frg. 1 [*infra*: -a gens]). 296. Epid. 224 inpluviatam, ut -aec (-ae *A, Non.*) faciunt vestimentis nomina (*cf.* 229 quid -ae, quae vesti quotannis nomina inveniunt nova?). Men. 766 ita -aec solent, quae *eqs. al.* Ter. Ad. 43 quod fortunatum -i putant, uxorem numquam habui (Don.: dicit . . . Romanis id videri, quos spectatores habet. *infra explicat* 'hi qui a me dissentiunt', *cf.* Schol. Bemb. *et* Gloss. V 535, 65 'qui uxores habent'. Evgraph. 'qui duxerunt'). Tvrpil. com. 144 Afran. com. 157. Cic. S. Rosc. 139 nostri -i nobiles (*antea*: eos. *v. Landgraf*[2] *ad l.*). Brut. 289 -i . . . Attici nostri (orat. 89 novis. *al. cf. p. 502, 24*). leg. 2, 2 ductus . . . aquarum, quos -i Nilos . . . vocant (*sc. luxuriosi ut*: parad. 6 numquam . . . ego neque pecunias -orum neque tecta . . . in bonis rebus . . . esse duxi. *al.*). Catvll. 15, 7 nihil veremur -os, qui *eqs.* Prop. 1, 2, 25 non illis (*sc. feminis antiquis*) studium vulgo conquirere amantes . . .; non . . . vereor, ne sim tibi vilior -is (*sc. amantibus, quales tu habes; cf. infra l. 73 et Shackleton Bailey, Propertiana 10sq.*). Liv. 3, 68, 10 (*Quinctius ad Quirites*:) adsentatores publicos, plebicolas -os, qui *eqs. et saepius.* *per vocativum* o -i: Arnob. nat. 1, 41 et tamen o -i, qui . . . ridetis (1, 59. 2, 13. 35. *cf.* 6, 20 et t., o -i, si *eqs.*). 4, 17 quid dicitis o -i, qui . . .? (5, 2 q. enim d., o -i? [6, 11. 7, 16]). ② *indicantur singuli vel certi*: Plavt. Bacch. 43 (*Bacchis ad Pistoclerum*:) sorori aliquis caveat, ut -unc militem *eqs.* ([istoch *codd.*; '-unc *moraliter, quasi scis quem dicam*'' *Leo. cf. 45* ille]. Ter. Eun. 192 [*169sqq.* ille; *cf. p. 497, 33 et* 214 -um aemulum]. *cf.* 1080 Haut. 731. *v. et p. 500, 79*). 507[a] (*Mnesilochus secum de Bacchide*:) id *aurum* -i dabo; ego -anc . . . ulciscar ([*ceterum* illa, *unde Ernout interpolationem suspicatur*]. Truc. 349 [*Diniarchus secum*:] ego -os, qui nunc me culpant, confutaverim [658 eiciam foras. Ter. Haut. 730 commovebo]). Most. 480 hospes necavit hospitem . . .; -e, ut ego opinor, qui has tibi aedis vendidit (*quem tu novisti, nos ignoramus' Leo vi morali non expressa*). Ter. Hec. 469 at -os invidos di perdant, qui haec lubenter nuntiant (*cf. p. 500, 68 et* Catvll. 14, 6 -i di mala multa dent clienti, qui *eqs.*). Phorm. 306sq. hominem conmonstrarier mi -um volo . . . :: nempe Phormionem? :: -um patronum mulieris ([Don.: contemnit adversarium]. *cf.* Eun. 823 -e Chaerea.: qui Chaerea? :: -e ephebus frater Phaedriae [*v.* Don.]). Ad. 388 (*Demea ad Syrum*:) -aec iam penes vos psaltriast? (Don.: dicendo '-aec' ostendit iamdudum hac se indignari. *eandem* -am *dicit Demea* 842 [*v.* Don.]. 967 [hac *var. l.*]. 997, *illinc etiam Syrus* 405. 558). *al.* Titivs or. frg. Macr. Sat. 3, 16, 16 (*iudex ebrius in consilio*:) quid mihi negotii est cum -is nugatoribus? Rhet. Her. 4, 3, 4 *de timidis* (*opp.* illos, qui . . . elaborent. *cf.* 4, 3, 5). 4, 6, 9 -i magistri . . . non videntur sibi ridicule facere . . .? (*ibid. bis*). Cic. de orat. 2, 246 -e, qui se vult dicacem et me hercule est, Appius. Att. 7, 3, 4 consule -o *Caesare* (illo *O et Wesenberg, sed cf.* 7, 22, 1. *al. et* 14, 12, 1 *de Antonio* [15, 20, 4]. 16, 14, 2 in -o iuvene *Octaviano* [16, 15, 3. *al.*]). 10, 1, 4 -um, qui filium . . . misit (*Servium, cf. 9, 19, 2*). *al.* Catvll. 17, 21 -e meus stupor. 22, 1 Suffenus -e, Vare, quem probe nosti. 24, 5 -i, cui *eqs.*' (*affertur 23, 1. infra* ille *6. 10,* hic *8*). 28, 4 cum -o vappa (*Pisone*). 41, 3 Ameana . . ., -a turpiculo puella naso. Carm. inc. Porph. Hor. sat. 2, 2, 50 ciconiarum Rufus -e conditor (*cf.* Verg. [?] catal. 2, 1). Hor. sat. 1, 10, 18 simius -e nil praeter Calvum . . . doctus cantare (*Demetrius*). Prop. 1, 6, 23 (*21* amori) puer -e *Amor* (*cf. Ov. rem. 435* ille puer). 1, 8, 3 quicumque est, -e ([*sc. aemulus ut* 2, 9, 1. 2, 24, 30]. Apvl. met. 4, 30, 3 [*Venus*:] -a, quaecumque est [*cf.* 4, 31, 3]). Ov. am. 2, 2, 60 (*maritus ad uxorem, quae culpam negat*:) poenas garrulus -e dabit (*sc. index*). *et passim.*

b *de rebus* (*usum minus crebrum dicit* Don. *p. 497, 32*): *α vi depravandi plena*: ① *exempla varia*: Plavt. Asin. 932 -oscine patrem aequom est mores liberis largirier? (Trin. 299 nihil ego -os moror faeceos m., turbidos, quibus boni dedecorant se. 1043 malos mores . . .; neque -i⟨s⟩ quicquam lege sanctumst . . . :: hercle -is malam rem magnam m. dignumst dari. *cf. p. 503, 64*). Merc. 427 (*Demipho de ancilla, cuius formam sibi displicere fingit, ad Charinum*:) senex est quidam, qui illam mandavit mihi ut emerem ⟨aut⟩ ad -anc faciem (*deinde Charinus*: ad illam faciem, ita ut illaec est. *forsitan maior corruptela lateat*). Most. 985 (*Phaniscus*:) *pater* cum -aec (*cf. 983* istīc) sciet facta ita . . . :: (*Theopropides*:) si quidem -aec (*cf.* 961) vera sunt (*cf.* Pseud. 430 -aec quae tibi renuntiantur, filium te velle . . . circumducere, fors fuat an -aec [*A*, forsitan ea tibi *P*] dicta sint mendacia; sed si sint ea vera *eqs.*). Truc. 827 per tua obsecro genua ⟨te⟩, ut -uc insipienter factum (*sc. stuprum, quod me filiae tuae intulisse audivisti*) sapienter feras *eqs.* Cic. Caecin. 71 nimia -a quae dominatur in urbe potentia. Sest. 135 non east medicina . . ., carnificina est -a (*per gradationem ut*: orat. 94 haec . . . *Aristoteles* -a omnia [*sc. subiungenda*] tralationes vocat. Att. 11, 16, 4 de his litteris . . . si me quicquam -ae litterae delectarent. 13, 45, 2 eos dies . . . sed cum Dolabella vivendum esse -is diebus vides. *cf. p. 500, 57*). Pis. 60 disseres de triumpho: 'quid tandem habet -e currus . . .?' (*infra*: inania sunt -a . . . delectamenta paene puerorum, captare plausus *eqs.*). de orat. 1, 137 -a omnium communia et contrita praecepta (1, 165 de -is c. et pervagatis. Tert. carn. 11 l. 36 -a c. omnium *corporis specie* [*opp.* nova]. orat. 25 p. 197, 15 horarum [*opp.* sollemniores]. scorp. 8 p. 160, 16 mors). 1, 193 sive quem -a praepotens et gloriosa philosophia delectat. 1, 199 (*de senectute celebranda*) ut . . . -a ab solitudine domum meam vindicarem (*huc spectat* 1, 255 -am, quam tu times, solitudinem). 3, 188 in vulgari -a disciplina (Prop. 1, 13, 11 amores. *cf.* Cic. Tusc. 4, 68 -e, qui volgo appellatur amor. Sen. epist. 81, 27 -a, propter quae vulgus insanit. Fronto p. 14, 21 v. d. H. [= p. 18 N.] in plebis -is edulibus). Brut. 288 -is (*Atticis, cf. p. 501, 30*) censuerim et novam -am . . . fervidam orationem fugiendam esse nec illam praeclaram Thucydidi nimis veterem . . . persequendam (Qvint. inst. 8, 5, 34 veterem illum horrorem dicendi malim quam -am n. licentiam. *cf.* Fronto p. 154, 14 v. d. H. [= p. 161 N.] in -is recentibus nummis [*opp.* vetustis. *antea*: monetam illam veterem]). Tusc. 3, 12 (*verba Crantoris*) -am nescio quam indolentiam (Att. 13, 10, 1 scribere -a n. quae *sc. libros philosophicos. al. cf. p. 503, 47*). 4, 66 sint sane -a bona, quae putantur, honores *eqs.* (*cf.* off. 3, 82 utilitas -a, quae dicitur. Val. Max. 6, 9 ext. 7 caduca . . . sunt -a, quae vires atque opes humanae vocantur. Sen. epist. 22, 4 -a . . ., quae dici solent, falsa sunt: 'non potui aliter *eqs.*' [*aliter p. 508, 50*]. *al. v. et l. 22*). *al.* Verg. Aen. 2, 521 non tali auxilio nec defensoribus -is (*sc. armis, v. Conington-Nettleship ad l.*) tempus eget (*520* his . . . telis. *cf.* 6, 37 non hoc -a sibi tempus spectacula poscit). 10, 504 (503) Turno tempus erit, . . . cum spolia -a (ipsa *M*[1], *cf.* Clavd. Don.) diemque oderit. *et passim.* ② *in formulis q. s.*: -ōc vilius (*cf.* Gloss. V 536, 25 -oc v.: absque non faciam): Ter. Ad. 981 reddet tibi cito.:: -oc v. (Don.: quasi nihil minus; negatio est enim floccum ostendentis aut quid tale cum ἐλλείψει, qua subauditur 'quicquam' et 'non dabo'). Svet. frg. p. 149 (Char. gramm. p. 260, 28 B.). (usque) ad -a (*cf.* Mat. Cic. fam. 11, 28, 2 non agam astute; fateor me ad -um gradum sapientiae non pervenisse): Ter. Mavr. 1373 artis u. ad -a nescium. Cypr. unit. eccl. 20 p. 227, 24 de confessoribus quosdam ad -a procedere, inde quoque aliquos tam nefanda, tam gravia peccare. ③ *c. respectu ipsius loquentis* (*opp.* meus *l. 64; aliter p. 508, 58sqq.*): Lent. Cic. fam. 12, 14, 5 (*Pergae, petit procurationem Asiae*) mihi fuit -a provincia plena laboris, periculi, detrimenti ([*item* 6, *sed 4* hōc . . . venire]. *sic de locis*: Ov. epist. 10, 85 [*Ariadne*] forsitan et fulvos tellus alat -a leones. Pont. 2, 7, 63 tristior -a terra sub ambobus non iacet ulla polis [4, 14, 7 *syn.* hac . . ., quam video. Lvcan. 9, 869]. *al.* Apvl. met. 4, 24, 4 in . . . -o saxeo carcere. *et saepius*). Ov. met. 1, 546 (*in duplici rec. fort. Ovidiana; Daphne ad Peneum*:) -am, quae facit ut laedar, mutando perde figuram (*v. Dursteler, Die Doppelfassungen in Ov. met. 11sqq.*). 9, 144 quid . . . flemus?' ait *Deianira*, paelex lacrimis laetabitur -is' (*cf.* Sen. Herc. O. 1265 unde -e fletus? unde in has lacrimae genas?). Val. Max. 8, 7 ext. 6 *Anaxagoras cum* possessiones . . . desertas vidisset, 'non essem' inquit 'ego salvus, nisi -ae (hae *Paris*) perissent'. Colvm. 10 pr. 5 quicquid est -ud, quod elucubravimus (*cf.* Plin. nat. praef. 6 quid -a legis imperator? humili vulgo scripta sunt *eqs.*). Pers. 1, 9 nostrum -ud vivere triste. Apvl. met. 7, 5, 5 neve de pannulis -is virtutes meas aestimetis. *al.* ④ *in appositione*: Prop. 1, 9, 32 tu . . ., spiritus -e levis.

β de rebus, quaecumque renuuntur, praetereuntur, averruncantur sim. (*usus etiam supra passim latens praeparatur exemplis, qualia p. 419, 14. 48. al. leguntur*): Cic. Verr. II 2, 161 (*de statuis Verris deiectis*) hoc non vereor, nequid horum . . . adventu meo factum esse videatur; omnia -a ante facta sunt . . . quam ego Siciliam *attigi*. Catil. 2, 3 si quis est talis . . ., qui . . ., non est -a mea culpa (Planc. 18. nat. deor. 3, 76 hominum esse -am c., non deorum [Ov. trist. 5, 7, 60 non hominis c., sed -a loci]. Verg. Aen. 12, 648 terga dabo . . .? . . . -ius inscia c. *anima*). Pis. 43 nec mihi ille M. Regulus . . . supplicio videtur affectus nec C. Marius . . .; fortunae enim -a tela sunt, non culpae (*refertur ad enunt. negat. ut e. g.* Hor. sat. 1, 6, 92 non . . . sic me defendam: longe mea discrepat -is . . . ratio. Prop. 1, 8, 46 nec mihi rivalis certos subducit amores: -a [iusta *Postgate*] . . . gloria. Ov. am. 2, 3, 9 ars 3, 571 Liv. 1, 23, 8. 22, 39, 10. *al.*). fin. 2, 68 sint -a Graecorum (*cf.* nat. deor. 3, 77 poetarum -a sunt, nos autem *eqs.*). ac. 2, 97 postulant, ut excipiantur haec inexplicabilia; . . . a me -am exceptionem numquam impetrabunt. Cato 23 ut -a divina studia omittamus (*cf.* Att. 13, 31, 3 abiciamus -a. Sen. epist. 83, 16 declamationes -as de medio removeamus: '*eqs.*' [*v. supra l. 34*]. *al.*). nat. deor. 1, 22 laboremne fugiebat *Pronoea*?

[Ehlers]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

at -e nec attingit deum nec erat ullus. Att. 12, 18a, 1 neque -a quidem curo (*ibid.* 2 me -aec non curare. *al. cf.* 13, 17 quid -a, quae minus curo?). 14, 9, 1 quam mihi -a pro nihilo. 16, 15, 5 -a valeant. *al.* Ov. epist. 12, 211 (213) viderit -a deus. fast. 4, 116 a nobis sit furor -e procul (SEN. dial. 12 [11], 17, 6 [*seq. inf. explicat.*]. *cf.* VAL. MAX. 3, 2, 20 absit -ud dedecus . . ., ut *eqs.* [SEN. Med. 931. PLIN. nat. 28, 8 procul]). LIV. 28, 28, 11 mecum casurum imperium . . . erat? ne -uc Iuppiter optimus maximus sirit, urbem . . . huic . . . corpori aequalem esse (34, 24, 2 *seq.* ut. *cf.* SEN. contr. 1, 1, 17 ne di -ud nefas patiantur, ut *eqs.* [PETRON. 103, 1. *sim.* 112, 7 sinant]. APVL. met. 3, 23, 1 PANEG. 3, 32, 1). *et passim.*

γ more tecto adumbrantur obscaena: PLAVT. Amph. 510 (*Mercurius*:) *Alcumena* si -is rebus te *Iovem* sciat operam dare (*cf.* 105 harum rerum *et* ille *vol. VII 1, 344, 33 sqq.*). PROP. 2, 6, 31 (*de tabellis obscaenis*) -a . . . arte (*cf.* 33 -is . . . figuris). Ov. ars 3, 804 pars . . . -a *i. cunnus* (*cf.* 709 locus ille. 2, 707 in partibus illis *et* hic *vol. VI 3, 2727, 27*). QVINT. decl. 279 p. 138, 11 vis -a nominis huiusce (*sc. mariti*). *v. etiam de mentula p. 509, 49. 512, 9.*

2 *inimice de adversariis eorumque rebus* (*cf. de aemulis p. 501, 4. 44. 73. al.*): a *in prologis Terentianis de obtrectatoribus poetae* (*cf.* hic *de ipso vol. VI 3, 2719, 63 sqq.*): TER. Andr. 15 id -i vituperant factum (*v.* DON. *ad l. et 6* malivoli veteris poetae *Luscii*). 21 -orum obscuram diligentiam (*opp. neglegentia Naevii, Plauti, Ennii*). Ad. 15 quod -i dicunt malivoli (maledici *A. cf. 2* iniquis, advorsarios).

b *in sermone forensi, iudiciali sim.*: α *de ipsis adversariis* (*praesentibus vel absentibus, v.* CIC. S. Rosc. 17 duo -i . . . T. Roscii, quorum alteri *absenti* Capitoni cognomen est, -e qui adest [*sc. in accusatorum subselliis*] Magnus vocatur): TRAG. inc. 59 (*Aiax in Vlixem*:) quod ni Palamedis . . . prudentia -ius percepset . . . audaciam (*cf.* Ov. met. 13, 11 sqq. [ille *35. 90,* hic *44*]. 13, 157 [*dicit Vlixes Aiacem, item 237*]). GRACCH. or. frg. Gell. 11, 10, 6 -i pretia maxima ob tacendum accipiunt. CAEPIO or. frg. Char. gramm. p. 255, 8 B. (*cf.* p. 251, 14) cum ab -o *Scauro* viderem cotidio consiliis hosteis adiuvari. RHET. Her. 4, 31, 42 ('de adversario cum dicat') Plagioxiphus -e. 4, 35, 47 qui vestrum, iudices, nomen senatus diligit, hunc (*syn.*) oderit necesse est; petulantissime enim semper -e obpugnavit senatum *eqs.* (4, 45, 58. CIC. Verr. II 4, 57 de Verre . . . de Pisone . . . -e [*V.*] . . . ille [*P.*] . . . hic . . . ille. Rab. perd. 15 *de Labieno. al.*). *al.* CIC. Quinct. 19 -e vir optimus (*Naevius*) . . ., qui hunc (*Quinctium clientem*) in summas angustias adductum putaret (21. 30. S. Rosc. 18 *v. p. 510, 81.* CVRT. 8, 8, 1 sqq. QVINT. decl. 338 p. 332, 7. *cf.* CIC. Verr. II 4, 23 huc [*sc. in civitatem Mamertinam*] . . . apud -os *eqs.*). Verr. I 3 -ius *Verris* ingentes divitiae (*saepe. cf. plur. de eius partibus* 16. *al., de ipso et Apronio* II 3, 22, *filio* II 5, 81). II 2, 62 L. Metellus in provinciam profectus est; tum -i bene commendati cum Metello una proficiscuntur (*de Metello etiam* 2, 64). 3, 42 L. Hortensius pater -ius Q. Hortensi. 4, 33 -os fratres Cibyratas (*infra*: illorum [*opp.* -e *Verres*], *cf. 32* f. illi C.). 5, 79 vivum nescioquem -um producis (Sest. 68 Ligus -e nescioqui, additamentum inimicorum meorum. QVINT. decl. 293 p. 164, 15. *cf. p. 502, 30*). *et passim.* β *de rebus, quae ad adversarios vel litem pertinent* (*fere per compellationem sive apertam sive occultam*): L. CRASS. or. frg. Cic. de orat. 2, 226 (*in Brutum oratorem*) quicquid est vocis ac linguae, omne in -um turpissimum calumniae quaestum contulisti (*cf.* APVL. apol. 1 -ae calumniae). RHET. Her. 4, 10, 14 -e *adversarius* clamare voce -a, quae perfacile cuivis rubores e⟨l⟩icere potest: '*eqs.*' 4, 37, 49 mihi cum -o . . . fuit amicitia, sed -a . . . amicitia *eqs.* 4, 41, 53 res -a (*sc. occisio*) bono nemini praeter -um fuit. CIC. inv. 1, 45 si vos me -uc eo tempore fecisse dicitis (*de crimine negato ut*: 1, 63 -a caedes. S. Rosc. 40 quae res . . . tantum -um furorem Sex. Roscio obiecit? 79 si ad hunc maleficium -ud pertinet. Cluent. 115 criminis [143 invidiosi. SEN. contr. 1, 1, 7 QVINT. decl. 259 p. 59, 5. *al.*]. *al.*). S. Rosc. 49 (*ad Erucium*) non tu in -o artificio accusatorio callidior es quam hic in suo (*cf.* Verr. II 5, 19 non utar -a accusatoria consuetudine . . ., ut *eqs.* Balb. 49 -a accusatio [Lig. 11 habet eam vim -a accusatio, . . . ut necetur *Ligarius*; . . . externi sunt -i mores, qui usque ad sanguinem incitari solent odio. APVL. apol. 44. 66]). 125 -a ipsa lege, quae de proscriptione est (Tull. 53 [48] -is l., quas recitasti. Verr. II 5, 45 antiquae sunt -ae l. et mortuae, quemadmodum tu [*Hortensi*] soles dicere, quae vetant *eqs.* SALL. or. Macri 19). 137 in -o bello (*sc. Sullano, quo -i locupletari voluerunt*). Verr. II 1, 89 -ae litterae *sc. maleficium Verris indicantes* (2, 176 [*173* eae l., quibus existimatio C. Verris laederetur]. 2, 178). 1, 149 -am diem *sc. a Verre praestitutam.* 2, 26 quae -a defensio est? (2, 27. *al.* QVINT. decl. 281 p. 145, 24). 3, 182 in . . . -a Sicilia (3, 212. *cf.* 5, 7 provincia [Flacc. 14]. Mur. 20 [*11* obiecta est . . . Asia] Asiam -am). 4, 151 tibi habe sane -am laudationem Mamertinorum (5, 58. *cf.* 5, 47 -ius legationis, quae ad tuam laudationem missa est [*antea*: ab -is ipsis Mamertinis tuis laudatoribus]). Caecin. 82 ad -um fundum (*al.*). *et passim.*

3 *per ironiam vel oxymoron de eis, quorum vituperatio ab ipso loquente aliena est*: a *vario usu*: CIC. p. red. in sen. 14 *Piso* habet . . . magistros non ex -is ineptis (*sc. quos ille ineptos esse iudicat, v. Sest. 23*), qui . . . de virtute disserunt . . ., sed eos, qui disputent horam nullam vacuam voluptate esse debere. de orat. 2, 145 (*Antonius*:) -am oscitantem . . . sapientiam (*sc. qua tu delectaris, v. 1, 199*) . . . otio concedamus . . . (*Crassus*:) me tamen -a oscitans sapientia . . . in libertatem vindicabit (*cf. p. 500, 10 sqq.*). fin. 3, 75 *sapiens necesse est* omnia -a nomina possideat, quae irrideri ab inperitis solent. Lael. 64 (*63* ubi eos inveniemus, qui honores . . . amicitiae non anteponant . . .?) ubi -um invenias, qui honorem amici anteponat suo? Att. 14, 14, 3 -os . . . tueamur (*sc. interfectores Caesaris, quos defendis tamquam a me reprehensos. cf.* 14, 20, 3 quod errare me putas, qui rem publicam putem pendere ⟨e⟩ Bruto, sic se res habet: . . . ab -o -isve servabitur). LIV. 6, 41, 8 parva sunt haec; sed parva -a non contemnendo maiores vestri maximam hanc rem fecerunt. CVRT. 4, 10, 34 (*precatio Darei*) -e tam iustus hostis, tam misericors victor (*sc. Alexander*). b *c. acerbitate de ipsa laude quasi inopinata*: CIC. Brut. 258 (*de laude locutionis Latinae*) mitto C. Laelium . . .: aetatis illius -a fuit laus tamquam innocentiae sic Latine loquendi. Att. 8, 11 D, 8 cum et illi cives optimi sint et ego ab -a laude non absim.

II *usu dilatato*: A *pertinet ad* **quaelibet**: **1** *memorata, sc. respectu alterius attenuato vel sublato, taedio fere omisso: usum priscae Latinitati, quantum videmus, vix familiarem (dub.* COMMENT. augur. *p. 497, 4, aliter in formula fetiali p. 499, 67) et ab exemplis p. 499, 48 sqq. positis tam derivandum quam distinguendum cum scriptoribus liberae rei publicae fere omnibus* (*contextu incerto* MESSALLA ausp. frg. Gell. 13, 14, 6 montem -um [*Gell. antea*: in eo monte]) *repudiasse videtur* CIC. *nisi forte explicatione addita l. 28* (*dub.* Sest. 57 socius . . . honorem -um [*'de quo dicentem paullo ante me audistis' Wesenberg*; societatis et amicitiae h. *Vahlen ex Schol. Bob.*]. *alia v. infra*). *exempla recentiora confidentius huc referre licet, etsi sunt, quae quodammodo notiones originarias retineant.*

a *simplici modo fere i. q. is: accedit enarratio e.g.* CIC. top. 96 (*de ambiguo, opposito, contrario*) -a (ita *var. l.*) sunt tria genera . . .: ambiguum, discrepantia . . ., scripta contraria. VARRO rust. 2, 1, 1 -a . . ., quae coeperat hic disserere, quae esset origo *eqs.* (*antea*: illa, ea). TERT. adv. Marc. 2, 5 p. 339, 24 -as species . . ., quae in dubium vocantur, bonitatem dico *eqs.* AVG. civ. 5, 13 p. 217, 15 D. pro -o uno vitio, id est amore laudis (*al. cf. p. 508, 2*). 11, 30 p. 504, 19 -ae duae partes, . . ., nona scilicet atque tertia. *cf. p. 505, 56 sqq. et* VLP. dig. 19, 1, 11, 18 (*ex Iuliano*) -as supra scriptas conventiones (CHIRON 169. 237). SERM. RevBén. 58, 1948 p. 57, 45 -a haec supradicta.

α *exempla generalia*: ① *varia* (*vetustiora artissime ab usu p. 499, 48 sqq. illustrato pendere apparet*): PLAVT. Cas. 53 (*interpol.?*) pater adlegavit vilicum, qui posceret sibi -anc uxorem *sc. puellam commemoratam* (*56* q. s. eam u. poscat; *syn.* ea *passim,* illa *61. usum a Plauto abhorrere vidit Bach l. c. 265*). CATO agr. 157, 2 uti cognoscas naturam earum *brassicarum,* prima est . . . altera est . . . et item est tertia, quae . . . acerrima omnium est -arum (Ov. ars 1, 341 fast. 1, 57 MANIL. 2, 691 SEN. contr. 2, 4 [12], 10 CELS. 1 praef. 20. *al. cf.* FRONTIN. aq. 128 universa. PLIN. paneg. 94, 2 cuncta). 157, 7 (*descripsit quosdam morbos*) brassica si uteris . . ., nihil -orum usu veniet morbis (*'aut delendum est* m. *aut* morborum *scribendum' Keil*). VERG. Aen. 9, 137 (139; *Turnus*:) coniuge praerepta . . . -e dolor. 11, 537 (*Diana*:) *Camilla* cara mihi ante alias; neque enim novos -e Dianae venit amor (*verba inde a* neque *incipientia reiecit Peerlkamp*). PRIAP. 63, 13 parum est (*eqs.*) . . . huc adde . . . accedit -is (*per variationem ut*: SEN. epist. 65, 5 aes . . . aes illud . . . statuae . . . statua -a. TERT. praescr. 33 l. 19 *Aeon* generat . . . Sensum et Veritatem; et hi . . . procreant . . . Sermonem et Vitam, dehinc et -i *eqs.* PS. TERT. haer. 1 p. 214, 22 [*cf. Iren. 1, 24, 3 = 1, 19, 1 H.*]). Ov. fast. 3, 436 (*de Veiove*) disce, quis -e deus. Pont. 4, 2, 32 (*de poesi*) hinc fructus adeo non cepimus ullos, principium nostri res sit ut -a mali (*cf. syn.* hic: VITR. 1, 6, 6 huius . . . gnomonis . . . -ius gnomonis. VAL. MAX. 9, 11 ext. 4 -a . . . his. CELS. 2, 2, 4 haec . . . -a. SEN. Phoen. 553 benef. 6, 30, 1. COLVM. 2, 10, 7 [*iuxta* eius]. *al. v. et p. 499, 51*). *al.* SEN. contr. 1, 7, 16 hoc colore . . . alio colore . . .; Latro totum se ab -is removit coloribus. 10, 5 (34), 9. VAL. MAX. 3, 2, 3 hactenus -ud (DARES prol. p. 1, 17 sed h. -a: nunc *eqs.*). 3, 8, 2 -a quidem severitatis, illa vero pietatis constantia admirabilis, quam *eqs.* (*opp.* ille *'praepar.' ut*: 5, 4, 3. 9, 7 Mil. Rom. 2. SEN. nat. 2, 37, 3 illam mediam inter -a exceptionem praeteris: *eqs. al. sim. opp.* hic: MACR. Sat. 1, 17, 61). *al.* CELS. 1 praef. 28 de -a re (*antea*: de his). 5, 28, 15D primum est multum ambulare atque exerceri; si quid -a prohibet, gestari. *al.* SCRIB. LARG. 180 *prodest* vinum et acetum . . . datum ex aqua mulsa cum rosa . . ., ita ut -a subinde cogantur reicere *aegroti. deinde passim.* ⓑ *in vitis describendis vel commentariis de ipsa persona tractata* (*cf. p. 509, 43 sqq. necnon* hic *vol. VI 3, 2719, 52 sqq.*): STAT. silv. 2, 1, 142 (*laudes Glauciae*) hunc nec . . . potuisset carpere Procne, nec *Medea* . . . durasset in iras, editus . . . nec si foret -e Creusa (hic *etiam 143. 144,* ille *148*). CAPITOL. Pius 3, 7 (*antea*: huius). SPART. Carac. 9, 11 (*antea*: hunc). PS. AVR. VICT. epit. 1, 3 sqq. (*promiscue c.* hic). *al.* SERV. Aen. 1, 148 -e (Virgilius *var. l.*) . . ., Tullius. 9, 501 hemistichium Ennii: nam sequentia -e mutavit; ille (*E.*) enim *eqs.* 12, 841. SCHOL. Hor. epist. 2, 1, 14 -ius saeculare carmen. *al.*

β *excipit enuntiata secundaria* (*cf. p. 498, 47 sqq.*): ① *relativa sim.*: si quis, aliquis (*dub.* HOR. *p. 499, 53*): SEN. dial. 1, 3, 11 si quis fuerit, qui audeat dicere . . ., idem -e *eqs.* ITALA Iac. 3, 2 (Hier. epist. 57, 7, 7. *al., cf.* adv. Pelag. 3, 14. *al.* qui . . ., -e; *gr.* εἴ τις . . ., οὗτος, *Hier. epist. 50, 3, 4. al. et Vulg.* hic). IREN. *p. 512, 48.* CHIRON 755 quodquod iumentorum pravas facies afferunt . . . aut si

[*Ehlers*]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

qui ... pravitatem habent, -i *eqs.* (*Hippiatr. gr. I 78, 1 οἱ ἀλφόρυγχοι κτλ., οὗτοι*). CANON. Turner I 1, 2 p. 181 (*syn.* hic, tales hos). *al.* qui (*dub.* PROP. 4, 5, 58 [*Itali*, ipsius *codd.*]. Ov. trist. 3, 6 [7], 8; *potius demonstr.* Ov. *p. 499, 44 sq.*): TERT. fug. 14, 3 qui pati timet ...; at qui pati non timet, -e *eqs.* adv. Marc. 4, 1 p. 425, 14sq. ITALA Matth. 10, 22 (Tert. fug. 7, 2. *al.*) qui sustinuerit ..., -e salvabitur (*gr. ὁ δὲ ὑπομείνας ..., οὗτος, al. et Vulg.* hic). Marc. 12, 40 (cod. b *al.*) qui devorant panem ... orantes, -i *eqs.* (*gr. οἱ κατεσθίοντες ... καὶ ... προσευχόμενοι, οὗτοι, Vulg.* hi). Gal. 3, 7 (Tert. monog. 6, 2) qui ex fide, -i *eqs.* (*gr. οἱ ἐκ πίστεως, οὗτοι, Vulg.* q. ex f. sunt, hii). *al.* CYPR. epist. 71, 3 p. 773, 21 ut·non ... nostra amemus, sed quae ... suggeruntur ..., -a (ipsa *CH, edd. vet.*) potius nostra ducamus. HIER. in Is. 2, 2 p. 44A CANON. Turner II 1 p. 21. *al.* *cf.* quodquod *p. 504, 84 et* IREN. 4, 28, 2 (= 4, 44, 2 H.) quibuscumque ..., -i ... et quibuscumque ..., hi. ⓑ *interrog. indir.* (*usu collectivo*): GELL. 2, 21, 3 quid ἅμαξα esset, quid βοώτης (*eqs.*) ..., scite -a omnia ... dissereba⟨n⟩t *eruditi*. 4, 9, 12 cur 'ingeniosus' ..., cur etiam 'disciplinosus' ..., cur item 'facundiosa' ..., cur, inquam, -a omnia *eqs.* (*syn.* haec, *opp.* illis ..., quae supra posui).

γ additur nominibus vel pronominibus: ⓐ *inseruntur enuntiata* ('-e, qui ..., -e' *v. p. 512, 58; aliter etiam* CIC. dom. 109 -ius furor ..., qui, quae maiores ... tuta ... esse voluerunt, ea -e [*del. Karsten*] ... labefactavit. fin. 5, 71 ita ... parvae ... sunt -ae accessiones ..., ut, quemadmodum stellae ..., sic -ae *eqs.* [*v. Madvig ad l.*]): *relativa*: ITALA psalm. 117, 22 (Tert. adv. Marc. 4, 35 p. 543, 2. *al.*) lapis, quem reprobaverunt aedificantes, -e factus est in caput anguli (*gr. λίθον, ὃν ..., οὗτος, Vulg.* lapidem, quem ..., hic [*item Marc. 12, 10*]). CANON. Turner II 1 p. 20 presbyteri (*vel* -ros), qui immolaverunt ..., -os. ORIBAS. syn. 5, 29, 1 p. 67 (rec. Ab) is, qui ..., -e (*gr. aliter*). *coniecit Petschenig* AVG. (?) un. eccl. 12, 31 p. 270, 15. *comparativa* (*cf. l. 24*): AVSON. 406, 88 p. 242 P. ut ... avi ac patris decus ..., ut quondam ... Aenea satus ... miscuit, sic -e, qui natus tui, ... suescat *eqs.* (SALV. eccl. 1, 43 qui ..., sicut ... insani ..., sic -i *eqs.*). AVG. civ. 18, 10 p. 268, 18 D. Apollo ..., sicut ... Iuppiter, ita et -e. ⓑ *artiore conexu*: qui (...) -e (*cf. l. 22, 33 sq.; aliter in adnectendo altero membro* COMM. instr. 1, 29, 8 quicquid possides ipse nec -is adtendis): APVL. met. 9, 16, 1 de -o ..., quem ... formidulosum familiarem -um sortita es, qui *eqs.* (*ad geminationem cf. supra l. 22*). LAMPR. Comm. 13, 6 quae omnia -a ... sedata sunt. ARNOB. nat. 2, 31 quod -ud ut fiat (4, 5 [*infra*: quae ... haec, *v. vol. VI 3, 2743, 28*]). CE 623, 1 iacet hic talis, qui nunquam fraudibus -e laetatus *eqs.* *excipiuntur nomina*: ITALA psalm. 86, 4 (Tert. adv. Marc. 4, 13 p. 458, 16) allophyli et Tyrus et populus Aethiopum, -i fuerunt illic (*Vulg. et Psalt. Rom.* hii, HIER. psalt. sec. Hebr. -e natus est ibi). VVLG. I par. 1, 27 Abram, -e est Abraham. POMP. gramm. V 294, 2 pleonasmos perissologia (*eqs.*) ..., -i tropi de se pendent.

δ in appositione: APVL. apol. 9 apud Graecos Teius (*eqs.*) ... cum aliis innumeris ..., apud nos vero Aedituus (*eqs.*) ..., -i quoque cum aliis innumeris. FILASTR. 45, 3 *Marcion* Cerdonis ... firmabat mendacium, et -e similiter unum deum bonum et unum malum adnuntians (55, 4 negant ..., et -i vanitatibus servientes). *huc fortasse*: CE 1345 (= INSCR. christ. Diehl 3429; *a. 392*), 2 ⟨App⟩ias hoc tegitur ... sepulcro, ⟨fle⟩bilis haec suboli, ⟨fl⟩ebilis -a viro (*fere i. q. 'et suboli et viro', sed cf. p. 509, 43 sqq.*).

b *membris binis vel pluribus distinctis refertur ad singula: minus audacter hic illic ita, ut explicando illustretur, e. g.* SEN. benef. 4, 29, 3 in -is, de quibus loquebamur ([*infra*: illa]. epist. 111, 4 paulo ante. *cf.* nat. 2, 30, 4 corpora ... nubem ... illa *nubes* ... -a quae dixi. COLVM. 2, 9, 2 hanc *mensuram* ... praeceptis ... ne -am quidem, quam praediximus, mensuram). nat. 6, 32, 9 (*de terrae motu sim.*) ipse te cohortare ... contra metum mortis: ... hic omnia -a dilatat, terrarum motus et fulmina (*cf.* TERT. adv. Val. 8 p. 186, 14 [*de tetradibus eqs., deinde de numero tricenario*] -orum ... numerorum, quaternarii [*eqs.*] ... in tricenario). *cf. p. 504, 27 sqq. et* SEN. dial. 2, 6, 8 -a ...; illa, quae *eqs.* epist. 117, 19 -a ...; haec vero, de quibus paulo ante dicebam (*sim.* GELL. 2, 7, 9 [*tribus sententiis enumeratis*] -am sententiam [*tertiam, syn.* haec] ... illa, quam primo in loco diximus ... media). *distinctione minus manifesta* (*fere syn.*): VAL. MAX. 4, 3, 6 (*Cineas narrat praecepta Epicuri*) eam vocem ... -am sapientiam. FRONTIN. aq. 89 haec ... natura ... -ud incommodum (GELL. 18, 2, 16. 20, 1, 10 CYPR. eleem. 12 p. 382, 22. AVG. conf. 1, 16, 26 per hanc turpitudinem verba -a ... per haec verba turpitudo -a. *al. cf.* VLP. dig. 1, 16, 4, 5 consuetudinem -am et huiusmodi praerogativas). GELL. 1, 23, 11 (*ex Catone*) illa mulierum intemperies ... postulatio -aec. *hinc arcenda sunt exempla p. 498, 15. 20. 24. 503, 37. 504, 77 posita. ceterum vis dehonestandi sub IB illustrata servatur locis velut* CIC. Brut. 43 sic Clitarchus sic Stratocles ... Thucydides ... -i (*Cl. et Str., quorum mos rhetoricus et tragicus deinde deridetur*). off. 3, 102 (*de Regulo cruciato*) an *timuit*, ne turpiter faceret? ... non ... tantum mali turpitudo -a habebat, quantum ille cruciatus. ATT. Cic. Att. 9, 10, 4 Cn. (*Pompeius*) ... illius (*Caesaris*) ... -e (*P.*). SEN. dial. 10, 7, 4 *opp.* his (epist. 114, 7. 120, 21 [multi *pro* -i *Axelson*]). epist. 45, 1 qui ... pervenire vult, unam sequatur viam, non per multas vagetur: non ire -uc, sed errare est (*cf. p. 502, 75*). *al.*

α spectat ad membra posteriora: ⓘ *iuxta* ille (*excerpentium verba esse videntur* CIC. ac. frg. 20 [Aug. c. acad. 3, 7, 16, *ubi multa a sermone Tulliano abhorrere constat*]. CAES. anal. frg. Pomp. gramm. V 144, 21 [*'verba non ipsius Caesaris sunt' Funaioli; cf.* POMP. *ad l.*]. PAVL. FEST. p. 82; *dubitare licet de* CIC. orat. 205 [his *Lambinus; non apta sunt, quae Jahn-Kroll afferunt*]): SEN. nat. 2, 12, 1 fulguratio ostendit ignem, fulminatio emittit; illa ... comminatio est ... sine ictu, -a iaculatio cum ictu. TER. MAVR. 1398 τρίβραχυν ...; ... huic adversus ibit qui tribus longis patet: hunc molossum nominarunt, hunc et ἵππειον vocant; temporum tria ille habebit, -e duplo tenditur (*syn. ut*: TERT. monog. 1, 3. *al.* ARNOB. nat. 7, 16 in illis ... in his ... -a ... illa [*per chiasmum ut*: PACIAN. epist. 1, 4 p. 11 illud ... -ud ...; hoc ... inde. AMM. 16, 12, 47]. PEREGR. Aeth. 3, 8. HEGES. 5, 53, 1 p. 410, 21 ortus ... occasus ... illos *nascentes* ... hos *morientes* ... illorum ... -orum. *al.*). 1668. MARCELL. dig. 37, 15, 3 plurimum interesse, a suo servo quis ... acceptis nummis dederit libertatem, an ab eo servo, qui cum esset alienus in fidem eius devenit; etenim ille (*qui a suo accepit*) ..., -e (*qui ab alieno accepit*) *eqs.* VLP. dig. 4, 3, 1 pr. dolosos, qui aliis offuerunt ... illis ... -is. TERT. apol. 45, 2 tanta est prudentia ... quanta auctoritas ...; tam illa falli facilis quam -a contemni (*item in comparatione* [*contra v. infra l. 54*]: anim. 33, 10 magis scelesti quam sancti ... illi ... -i. HEGES. 4, 18 p. 269, 18. *al.*). adv. Marc. 3, 4 p. 381, 2 illum quidem ... -um vero (VIRG. gramm. epit. 4 p. 17, 8). monog. 2, 4 *Christus* habere se dixit (*Ioh. 16, 12*) et alia multa, quae a paraclito edocerentur, non minus -is (*sc. apud quos paraclitus dicet*) onerosa quam illis *eqs. et saepe.* FIRMIL. Cypr. epist. 75, 9 p. 816, 14. PANEG. 7, 13, 3 Maximiano ... Constantinus ... ille ... -e (ille *A*). AVIEN. Arat. 1237 aurigam ... capra ... haedive ... -a ... illum. FVLG. aet. mund. p. 140, 17 illis ... illo ...; illis ... -o (*syn. ut*: AVG. c. Emer. 11 p. 195, 21 [-um *edd. vet., sed cf. infra l. 81*]). PELAG. in Rom. 14, 3 'qui non manducat, manducantem non iudicet': ... illi (*non manducantes*) -os (*manducantes*; illos *var. l.*). *al.* *in formis ternorum aut quaternorum membrorum* (*cf. p. 505, 66*): TERT. anim. 16, 3 rationale *genus* ... indignativum ... concupiscentivum ... illud quidem (*indign.*) ... -ud vero (*concup.*) ... rationale porro. AVSON. 419, 19 p. 358 P. Menelaus ... ductor Ithacensius ... Nestor ... ille (*M.*) ... ille (*Vlixes*) ... -e (*N.*). AVG. civ. 22, 6 p. 562, 24 D. Roma conditorem suum ... haec autem Hierusalem ... Christum ... illa illum (*Roma Romulum*) ... -a -um (*Hierusalem Christum*). ⓑ *iuxta* hic: *v. vol. VI 3, 2717, 75 sqq.* ⓒ *respondent variae voces*: COLVM. 9, 14, 12 Hipparchi ... Eudoxi ... -a (*sc. Eudoxi*) *opinio* ... Hipparchi subtilitas (*altero membro repetito ut*: GAIVS inst. 4, 177 si iniuriarum agatur et si ... et si ...; sed adversus iniuriarum quidem actionem ..., adversus vero duas -as. VLP. dig. 26, 10, 7, 1. *cf.* AVG. conf. 12, 15, 20). VLP. dig. 27, 8, 2 alterum ... alterum ... tutor -e ... contutore. TERT. anim. 25, 9 (*opp.* pristina). CASSIAN. c. Nest. 4, 9, 7 (*opp.* superior). ⓓ *solum ponitur* (*exempla significantiora*): Ov. fast. 1, 224 nos quoque templa iuvant, quamvis antiqua probemus, aurea: maiestas convenit -a (*UB*, ipsa *cett.*; -a *sc. 'templi aurei', ni fallimur*) deo. PLIN. nat. 22, 117 nec huius *cerae* ... sicut nec ceterorum *remediorum* ... -a. FLOR. epit. 3, 21, 25. *al.*

β spectat ad membra priora (*fere i. q.* ille, *etsi apud scriptores idoneos ea potissimum significari solent, quae animo proxima sunt* [*in comparatione l. 66 sq. p. 507, 16 sq. 26 sqq., contra v. supra l. 21; membris per chiasmum mutatis* MART. epigr. 16b, 4]; *dub.* CIC. de orat. 1, 55 [ipsi *Kayser, syn.* illis]): ⓘ *iuxta* hic: VARRO rust. 3, 3, 4 (*v. vol. VI 3, 2717, 71*). QVINT. inst. 9, 2, 40 quem locum (*sc. sub oculos subiectionem*) ... subiecimus evidentiae; Celsus hoc nomen -i figurae dedit. 12, 10, 21 quis erit hic Atticus? sit Lysias: hunc enim amplectuntur amatores -ius nominis modum (*i. normam*). *al.* PLIN. epist. 3, 5, 17. 9, 26, 10. AVSON. 286, 5 p. 145 P. (*v. vol. VI 3, 2718, 21*). HIL. AREL. vita Honorat. 18 l. 18 (*ad p. 507, 51?*) ille ab alio laesus est; ... hic (*laedens*) ... -e (*laesus*; hic *codd. Lerinenses*) ... hic (*laesus*) ... hic (*laedens*). ⓑ *iuxta* ille: *more supra l. 53 illustrato*: SEN. dial. 5, 25, 4 plus mihi nocitura est ira quam iniuria: ... illius (*iniuriae*) modus certus est, -a (*ira*) quo usque me latura sit, dubium est (*in comparatione ut*: TERT. ieiun. 6 p. 281, 19 'quid tu Helia hic?' multo amicior -a vox quam 'Adam ubi es?' illa ... -a. HEGES. 4, 7 p. 253, 4 *syn.* hos. *al.*). 5, 32, 2 (*de peccato servi*) nunc ex imperio irae loquemur; cum illa abierit, tunc videbimus, quanto -a lis aestumanda sit. *al.* LVCAN. 9, 417 (*quaeritur, an Africa pars Europae sit*) a Gadibus Europa fugit Libyen ...; sed maior in unam orbis abit Asiam; ... -ae (*E. et L.*) ... illa (*A.*). TERT. praescr. 30 l. 51 agnosco ... virtutem eorum (*haereticorum*), qua apostolos ... aemulantur: illi *apostoli* ... -i *haeretici* (*de recentioribus ut*: OPTAT. 3, 7 p. 88, 1 Macarium ... quinquaginta et quadringentos *ab Helia occisos* ... illos ... -os *a Macario occisos*. AVG. civ. 13, 4 p. 561, 28 D. *al.*). AMBR. obit. Valent. 21. HIER. in Is. 1, 1 p. 22C Amos ... pater Isaiae non ... tertius duodecim prophetarum est ... -e ... ille *eqs.* (PELAG. in I Cor. 1, 2 qui ... non qui ... -os ... illos. AVG. civ. 3, 25 p. 137, 5 D.). AVG. adv. Don. 6, 8 p. 106, 1 non habent boni cum malis partem ... illi (-i *Migne, sed cf. supra l. 29*) sociantur, illi dissociantur, -i consonant, illi dissonant *eqs.* *al.* *exempla vel audaciora vel liberiora* (*more minus definito, cf. p. 507, 51 sqq.*): PANEG. 2, 41, 3 lux amori, interitus horrori est, sed quatenus aut -a optari potest aut ille

[*Ehlers*]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

vitari. 2, 40, 2 (*aguntur partes virtutum et fortunae*) -a pars . . . illa (*infra*: uni . . . alteri). Capitol. Max. Balb. 7, 7 (*descripsit Maximum, deinde Balbinum*) alterum (*M.*) severum, clementem alterum (*B.*), bonum illum (*B.*), -um (*M.*) constantem, illum (*M.*) nihil largientem, hunc (*B.*) afluentem copiis omnibus (*pronominibus neglegentius variatis ut*: Heges. 5, 22, 1 p. 352, 11 [*de Iechonia et Sedecia*] hic *S.* . . . ille *I.* . . . -e *I.* . . . ille *S.* Favst. Rei. grat. 2, 10 p. 89, 4 [*nisi ordo verborum turbatus est*]). Ambr. epist. 63, 71 clericorum officia et monachorum instituta: -a . . . illa . . .; haec . . . illa *eqs.* (*syn. ut*: Heges. 3, 9, 3 p. 202, 3 [*cf. gr. 3, 153* τοὺς μὲν . . . τοὺς δέ]). Prvd. ham. 665 labi hominis, servare dei est, meritis perit -e, ille abolet pereuntis opus *eqs.* Avg. enchir. 29, 111 Cod. Theod. 16, 2, 27, 1 Alc. Avit. hom. 7 p. 115, 8. Anth. 794, 14 (*med. aevi?*) Thersiten . . . Oresten . . . -e . . . ille (ille . . . -e *F*).
II *pro locutione verbali substituuntur alia*: **A** *pronomina et nomina*: **1** acc. (*aliter p. 576, 67. 582, 47; hic illic etiam ellipsis cuiusdam infinitivi accipi potest, maxime l. 64. 65. 68. 71*): **a** *rerum* (*hominum pro rebus l. 77. p. 582, 3*): *α non indicatur, cui imperetur*: ① *pro obi. sunt pron., adi. neutr. (exclusimus pron. praepar. e. g. l. 1. p. 580, 34. 79)*: PLAVT. Amph. 452 quod erus meus -ssit (*saepe. cf.* Capt. 125 quae [*saepe*]. CATO or. frg. 19, 2 quodcumque. CIC. Caecin. 96 quidquid). ENN. ann. 170 nihil (CIC. Balb. 33). TER. Ad. 924 hoc (*al. cf.* CIC. dom. 77 id [*al.*]. HOR. sat. 2, 5, 70). CIC. inv. 2, 145 aliquid (Balb. 20. 22). Verr. II 3, 19 idem (LIV. 30, 19, 3). 3, 174 quantum. HOR. carm. 3, 3, 2 prava. LIV. 7, 17, 7 cuncta (LVCAN. 5, 21). SEN. epist. 95, 30 publice -entur vetata privatim (*v. app. crit.*). *al.* ② *pro obi. sunt subst. varia*: PLAVT. Capt. 343 tua, quae tu -eris, mandata. Men. 157 si ullum verbum faxo, nisi quod -eris. LEX Bant. (CIL I² 582) 15 legem ([*ex suppl. ut*: 24]. LEX repetund. [CIL I² 583] 12 LEX agr. [CIL I² 585] 78 CIC. Verr. II 3, 82. *al.*). CIC. leg. agr. 2, 58 foedus. SALL. Iug. 40, 3 rogationem ([*pars codd. add.* decreverit voluerit]. LIV. 6, 39, 2. 6, 42, 1. 33, 2, 6. 42, 21, 8). OV. ars 2, 198 quas partis. met. 3, 697 -ssae instrumenta necis (*cf.* TAC. hist. 3, 39, 1 mors . . . palam -ssa [ann. 16, 17, 2 AMM. 20, 4, 8]). fast. 5, 461 regna. trist. 2, 132 -ssa fuga est. LIV. 6, 14, 1 bellum (6, 21, 5. 7, 6, 7. *al.*). 29, 12, 15 pacem (OCTAVIA 680 bellum p. que). 32, 22, 12 societatem. FEST. p. 293 scita plebei. OCTAVIA 900 exilium. LVCAN. 1, 298 silentia (STAT. Theb. 5, 102 CORIPP. Ioh. 8, 209. *cf.* STAT. Theb. 1, 211 -ssa quies). 8, 832 sistra -entia luctus. *al.* *accedit dat. (in)commodi (nisi ex plena struct. c.* esse *sumptus, cf. p. 576, 53sqq.)*: SALL. Iug. 84, 1 postquam ei provinciam Numidiam populus -ssit. LIV. 9, 43, 2 Anagninis . . . bellum (10, 12, 3 Samnitibus. 42, 33, 4 Perseo. 42, 36, 1 regi). ③ *p. p. p. in forma* 'rem -ssam facio' *sim., ubi subaudiri potest* 'rem, quae -ssa est fieri' *sim. (fere in poesi)*: *iuxta obi.*: VERG. georg. 4, 62 -ssos asperge sapores. Aen. 3, 547 -ssos adolemus honores (*cf.* OV. met. 4, 32 -ssa . . . sacra colunt). 10, 238 loca -ssa tenent (OV. trist. 4, 1, 19. *cf.* met. 2, 844 litora [LVCAN. 5, 559]. VAL. FL. 3, 508 oras. *adde pers. pro re*: VAL. FL. 1, 66 -ssos . . . quaerere Colchos). HOR. epod. 17, 37 -ssas . . . poenas luam (TAC. ann. 15, 68, 1). OV. ars 1, 16 verberibus -ssas praebuit . . . manus. met. 2, 743 -ssa . . . verba . . . porto (fast. 2, 510. *cf.* IVVENC. 1, 12 -ssas perferre loquellas). *al.* *transfertur ad alias partes orationis*: VERG. Aen. 10, 444 cesserunt aequore -sso (SERV.: pro 'ipsi -ssi'). PROP. 4, 6, 64 -sso non moritura die (OV. Pont. 4, 9, 8). OV. am. 1, 10, 22 -sso corpore quaerit opes *meretrix* (*item abl. instr. sim.*: epist. 12, 94 -sso vomere findis humum. ars 2, 189. 3, 294. *al. cf.* LVCAN. 4, 718 obscurat . . . per -ssa silentia famam). met. 11, 142 rex -ssae succedit aquae (*item dat.*: trist. 1, 2, 89 SIL. 7, 464). 11, 591 *Iris* tecta petit -ssi . . . regis. *al.*

β indicatur, cui imperetur: ① *per acc. (nom. in struct. pass.)*: PLAVT. Aul. 153 hoc face, quod te -et soror (Men. 148 Pseud. 1327). Capt. 834 hoc (*del. Brix*) me -es. CIC. fam. 13, 26, 3 te aliquid. SEN. Tro. 711 quicquid miseros fortuna -et. *in struct. pass.*: TER. Phorm. 683 tantum -ssus sum (*dub. an huc pertineat* SEN. clem. 1, 26, 1 quantum -etur [SVET. Nero 5, 1]). POLLIO Cic. fam. 10, 31, 3 quod -ssus sum (CAES. Gall. 3, 6, 1 OV. met. 14, 686 SEN. benef. 6, 11, 2. *al.*). LVCAN. 3, 147 quidquid -are (DRAC. laud. dei 1, 402). STAT. Theb. 10, 650 te . . . dignum . . . -eri talia. PLIN. epist. 6, 29, 11 ut ea . . . -ar. ② *per dat. (aliter p. 581, 68)*: STAT. Theb. 7, 32 pacem . . . omnibus (CYPR. ad Donat. 5 p. 7, 15 infestis). 7, 373 armatis . . . silentia (10, 761 bello. IVL. VAL. 2, 13 p. 75, 20. ALC. AVIT. hom. 6 p. 112, 31 vento et mari). LAMPR. Comm. 1, 9 cui hoc -ssum fuerat (*al. cf.* IVVENC. 2, 481 quaecumque. GAVDENT. serm. 9, 23 G. quid [*al.*]. CLAVD. DON. Aen. 2, 605 p. 230, 20 nihil [*al.*]. AVG. serm. 382, 1, 1 aliquid [*al.*], *et similia*). CAPITOL. Opil. 6, 5 quibus . . . omnia . . . -ssi. IVL. VAL. 2, 25 p. 90, 8 *Alexander* satrapis . . . vestium . . . numerum -et. VVLG. Ios. 11, 15 verbum, quod -erat dominus Mosi. *al.*

b *hominum (sc. qui creantur, destinantur, cf. l. 67. 69. p. 576, 68. 72; aliter l. 3. 47. p. 581, 77)*: LIV. 1, 17, 9 cum populus regem -sset. 9, 30, 4 duumviros. 10, 11, 3 ab -endo dictatore.

2 *praep.* de (*cf. p. 581, 36; vix huc pertinet p. 578, 42*): LIV. 38, 45, 6 de omnibus his consultum senatum, populum -sse (fuisse *B*, scivisse *Kreyssig*). AVG. c. Faust. 22, 77 p. 677, 21 cum de gladio emendo -sset *Christus* (*ad Luc. 22, 36* emat). THEOD. MOPS. epit. in psalm. 41, 9[a] ad p. 265, 3—5 *deo* de mea absolutione -ente (*gr.* προστάξῃς τὴν φιλανθρωπίαν).

B *adverbia*: **1** ut: PLAVT. Amph. 469 profectum Sosiam, ut -erat *Amphitruo* (*item in struct. act.*: 1144 Asin. 369. 413. *al.* TER. Hec. 612 Phorm. 795. *al.* CIC. de orat. 1, 30. *al.*). CATO agr. 14, 1 faber haec faciat . . .: parietes . . ., uti -ssitur, calce *eqs.* ACC. trag. 382 vos istum, ⟨ut⟩ -ssi, ocius abstrahite (*nisi ad l. 32 vel ad l. 71; sed cf.* SEN. Med. 886 furit, ut -ssus, ignis. *ceterum item in struct. pass.*: CIC. Att. 7, 20, 1 ut eram -ssus. SALL. Iug. 12, 6. *al.*). SALL. Iug. 62, 7 (*impers. ut*: TAC. ann. 2, 40, 2 APVL. met. 9, 33, 6. *al.*). **2** *alia*: TER. Andr. 955 haud ita -ssi (CIC. Caecin. 88 HOR. sat. 2, 1, 59 LIV. 9, 23, 14. *al.*). ACC. trag. 481 fatorum terminus sic -erat (CIC. carm. frg. 41, 6 B. OV. met. 15, 584 LIV. 26, 33, 14). CIC. Pis. 61 sicut . . . lex -bat (SALL. Iug. 54, 10 s. -ssi erant. *al.*). Planc. 42 quemadmodum senatus censuit populusque -ssit (SERM. Arian. frg. I 6 p. 610[A] q. pater voluit, difinivit, -ssit mihi). *al.*

C *structurae mancae (sc. in enunt. abbreviatis, relat. praeter l. 51; afferuntur notabiliora quaedam)*: PLAVT. Amph. 382 qui nunc vocare? :: nemo nisi quem -eris (*item acc.*: CATO agr. 145, 3 socium nequem habeto, nisi quem dominus -erit. CIC. inv. 2, 149 heredes, quos ipse -et, scribunt *familiares*. LIV. 27, 5, 16 eum . . ., quem populus -sset, diceret dictatorem [*sim.* 27, 5, 18]). Epid. 68 me vetuit domum venire; ad Charibulum -ssit huc in proximum. Mil. 455 me . . . ituram, quo -es (Truc. 129 LIV. 2, 49, 2 PETRON. 123, 223). Persa 613 huic operam dem . . ., cui erus -ssit (*item dat.*: CATO agr. 5, 3 cui -ssus siet, auscultet. CIC. leg. 3, 6 fam. 16, 9, 3 CAES. civ. 2, 20, 7. 43, 6, 6). Poen. 853 tibi reddam operam, ubi voles, ubi -eris (Truc. 360). CIC. Att. 3, 9, 2 spe, qua -es, nitemur (*item abl.*: LEX Vrson. [CIL I² 594] 95 die, quo -ssi erunt).

III *locutio verbalis omnino omittitur*: **A** *indicatur, cui imperetur*: **1** *per acc. (nom. in struct. pass.; testatur* GRAMM. suppl. 87, 27 '-o illum'): **a** *in structura activa (saepe ellipsis infinitivi accipi potest, maxime l. 65. 67. 69)*: PLAVT. Bacch. 1043 neque te -o neque veto neque suadeo (CIC. rep. 3, 33 *lex* neque probos frustra -et aut vetat nec improbos -endo aut vetando movet). Mil. 521 vise . . . :: licetne? :: quin te -o. TER. Haut. 800 iam . . . deferam. :: immo filium -e potius. Eun. 469 -ete istos foras exire, quos -ssi, ocius. CIC. Att. 12, 18[a], 2 domesticos -eram. SALL. Iug. 73, 7 populus . . . rogatus, quem vellet . . . bellum gerere, . . . Marium -ssit (*sim.*: LIV. 30, 27, 4 Scipionem). LIV. 38, 55, 1 Sulpicio . . . referente, quem . . . quaerere vellent, Q. Terentium . . . -erunt. *al.*

b *in structura passiva (addendum fortasse l. 35)*: *α p. p. p. in forma q. e.* '-ssus facio' *sim. (selecta quaedam)*: CIC. fam. 11, 7, 3 non ut nihil facias nisi -ssus (OV. fast. 1, 322). SALL. Iug. 70, 4 -ssus habebat. VERG. Aen. 1, 63 qui . . . sciret dare -ssus habenas. HOR. epod. 1, 7 utrumne -ssi persequemur otium non dulce . . .? OV. epist. 12, 135 -ssa . . . cessi. LIV. 1, 12, 4 -ssus avibus (*item c. abl.*: 1, 12, 7 SEN. Tro. 554 QVINT. decl. 323 p. 271, 24 IVVENC. 1, 264). 21, 41, 9 ab consule (VAL. MAX. 1, 1, 9 PETRON. 68, 4 QVINT. inst. 3, 6, 78 TAC. ann. 2, 37, 3 PANEG. 7, 11, 4). *poetice per prosopopoeiam de rebus*: HOR. epist. 1, 12, 17 stellae sponte sua -ssaene vagentur (OV. am. 2, 9[b], 13). PROP. 4, 1, 144 (*de lacrimis ut*: MART. 1, 33, 2). OV. am. 3, 6, 44 -ssa recessit *aqua* (*cf.* COLVM. 10, 48 *de rivis*). PLIN. epist. 7, 9, 11 (*vers.; de cera*). *β vario usu*: SALL. hist. frg. 3, 96 cum severo edicto -rentur. SEN. contr. 9, 4, 22 non -ssum se a patre. SEN. Herc. f. 213 nisi dum -etur *Hercules* (*antea*: -ssus ad bellum meat). TAC. hist. 1, 7, 1 inter-

[Kuhlmann]

37*

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

fecerant, antequam -rentur. 1, 83, 3 cur -antur. 4, 76, 2 Germanos ... non -eri, non regi, sed cuncta ex libidine agere. *al.*

2 *per dat.*: TERT. idol. 5 p. 35, 21 ne facias ... simulacrum ..., nisi et tibi deus -erit. adv. Prax. 12 p. 246, 24 *deus* sibi -ssurus (*ibid. l.* 26). PANEG. 2, 9, 7 cum deerant *servi*, quibus -rent. ZENO 2, 1, 1 nullus exserte ... alteri -et. SERM. Arian. frg. I 8 p. 612^B quia pater -ssit filio. SCHOL. Iuv. 10, 101 tabernariis. AMBR. epist. 20, 27 vobis. HIER. epist. 51, 7, 1 deo (*disting.* orare). VVLG. III reg. 2, 46 Sirach 45, 3. CLAVD. 5, 155 regit Italiam ..., Hispanis ... -et. 24, 85 (*iuxta* imperare *ut*: PETR. CHRYS. serm. 126 p. 547^B Ps. ARNOB. confl. 2, 23 p. 303^C CASSIOD. var. 1, 2, 5). Ps. ORIG. hom. in Matth. 3, 4 p. 261, 19 *Christus* -et mari. *ibid. l.* 20 creaturae. *pass. impers.*: ZENO 2, 1, 2 ille, cui -etur. SCHOL. Iuv. 6, 527 si -ssum ei fuerit. AVG. grat. 4, 9 voluntati (*ludit c.* iuvatur). in psalm. 7, 12 ministeriis. serm. 90, 10 (*postea*: imperavit). 169, 11, 13 AVELL. p. 515, 8. BENED. reg. 47, 2 psalmos ..., quibus -ssum fuerit (fuerint *A*, *prob. Hanslik coll. Bulhart, WSt. 70, 1957, 78 sqq.*), imponant.

B *nude* (*sc. fere e contextu intellegendum, quid fiat et cui imperetur*): 1 *active*: PLAVT. Amph. 857 si -es (Bacch. 1003 Cas. 758 Stich. 624 TER. Haut. 547. *al.*). Cas. 406 quia Iuppiter -ssit (408 CIC. Att. 15, 12, 1. *al.*). Curc. 145 neque veto neque -o (TITIVS or. frg. Macr. Sat. 3, 16, 3 quot tribus -erint, quot vetuerint. RHET. Her. 2, 10, 15 CIC. inv. 2, 146. *al.*). Men. 1030 nempe -es? :: -o hercle (*cf.* TER. Eun. 389 -esne? :: -am? cogo atque impero. Ad. 924 -et frater? ... tun -es hoc ...? :: ego vero -o *eqs.*). Most. 635 promitte ...; ego -o. *al.* ENN. ann. 430 (*si integrum*) quo res ... loco sese ostentatque -etque. CIC. rep. 3, 33 quae *lex* vocet ad officium -endo (*gerund. ut*: leg. 2, 8. *al.* OV. met. 9, 198 POMPON. dig. 26, 7, 17. *al.*). *et saepius.* *part. praes. in abl. absol.*: CAES. Gall. 7, 26, 1 hortante et -ente Vercingetorige. OV. am. 1, 4, 60 nocte (MART. 11, 82, 2). epist. 20 (21), 88 matre. LIV. 1, 24, 4 rege. 31, 30, 1 Romanis. 37, 52, 6 cunctis *senatoribus* (*cf.* LAMPR. Heliog. 17, 4 senatu [CAPITOL. Aur. 6, 3 SPART. Hadr. 7, 2]). MANIL. 2, 562 naturae lege. PAVL. FEST. p. 221 Servio Tullio. SEN. contr. 1, 4, 6 patre (9, 4, 11. 16). suas. 4, 1 deo (FIRM. err. 28, 4 PEREGR. Aeth. 9, 2. *et saepe. cf.* FIRM. err. 24, 2 Christo [PEREGR. Aeth. 9, 2. *al.*]). *al.*
2 *pass. impers.*: TAC. hist. 5, 21, 2 ne tum quidem ... classis ... adfuit; et -ssum erat, sed obstitit formido. VVLG. I Esdr. 4, 21 donec si forte a me -ssum fuerit.

IV *stilistica*: A *per abundantiam accedit*: 1 *gerundivum* (*cf. p. 582, 28; iuxta* debere *l. 43; c. pron. praepar. l. 42*): PALLAD. 1, 6, 14 Graeci -ent olivam ... a mundis pueris ... operandum (*cf. Schmalz, Glotta 6, 1915, 173 sq.*). 12, 17, 1 Graeci ... ista -erunt: tantum legendum esse olivae ..., molam ... debere ... esse ... suspensam. FILASTR. 67, 2 cum *spiritum sanctum* ... cunctis credentibus adorandum -erit *Christus et* ... deum verum praedicandum statuerit. DARES 42 praedam -et *Agamemnon* in medio reponendam (*cf.* AVG. mus. 1, 9, 16 *motus* anteponendos [*antea*: arbitraris]. CAEL. AVR. acut. 2, 21, 127 deponendos ... aegrotantes [*antea*: purgandos existimat]. chron. 2, 1, 58 vinum ... imponendum [2, 7, 111 sandaracham]). MAXIMIN. c. Ambr. 19 legendam -erat epistulam. COD. Theod. 1, 12, 1 negotia ... conficienda (*antea*: debebis. *cf.* CAEL. AVR. chron. 5, 2, 45 descensum ... faciendum). CAEL. AVR. acut. 2, 8, 36 dandum *absinthium* (*cf.* chron. 4, 1, 11 adhibendam phlebotomiam. 4, 3, 77 medicaminibus utendum). 2, 21, 126 ventrem emolliendum -et (*cf.* chron. 4, 1, 5 ventrem ... deducendum *eqs.*). 3, 16, 136 potandos ... hydrophobas (*cf.* 3, 17, 160 praepotandos [*antea*: inquit ... submittendos]). chron. 4, 3, 63 si ... decoquendum (*sc. lac?*) -ent. COD. Iust. 4, 19, 24 (*a. 378*) omnes ... ut ... reos ... esse detinendos. 10, 32, 59 pr. (*a. 436*) non expectandum esse consensum. 12, 57, 3 (*a. 365?*) eos ... non ... devocandos *eqs.*
iuxta inf. (*cf. l. 43*): CAEL. AVR. chron. 1, 4, 78 -entes ... abstinendum atque ... perseverare (*cf. Kirk, TAPhA 76, 1945, 167*). 2 debere (*v. et l. 43; paratactice* RVF. podagr. 2 -emus ..., nullo modo praetermittere debent *ea eqs.*): IVLIAN. dig. 36, 1, 27 restitui debere ... hereditatem (INTERPR. cod. Theod. 3, 13, 3. *item c. inf. pass.*: HILARIAN. pasch. 6 p. 1109^C pascha ... celebrari. INTERPR. cod. Theod. 11, 37, 1 causam ... cognosci. 12, 6, 22 non debere ... suscipere ..., sed hoc observari *eqs.* NOVELL. Valent. 27, 5). GAVDENT. serm. 5, 6 G. calciatos esse debere ([*seq. p. 581, 41*]. COD. Theod. 12, 1, 47). COD. Theod. 11, 39, 1 -emus, ut ... petitor debeat probare *eqs.* (INTERPR. cod. Theod. 3, 1, 2 GREG. TVR. Franc. 2, 32 p. 80, 12 GREG. M. moral. 7, 53 p. 797^A VITA Roman. vet. [BHL 7305] p. 55, 21). 3 oportere: HERM. vulg. sim. 9, 3 -bant eis adificationem ... accelerari oportere (*gr.* ἔλεγον ... σπεύδειν, *Pal.* dicebant ... ut festinarent). CONC.^S I 3 vers. Tur. p. 141, 20 ut oporteat oboediri (*gr. I 1, 3 p. 49, 11* τὸ δεῖν ... παρεγγυᾷ).

B per *paronomasiam iuxta* '(ad)iuvare' (*cf. supra l. 14. p. 575, 68*): PAVL. NOL. epist. 4, 4 -ente (vivente *var. l.*) et iuvante Christo. AVG. epist. 177, 5 lex -ere novit, gratia iuvare; nec lex -ret, nisi esset voluntas, nec gratia iuvaret, si sat esset voluntas. grat. 4, 9 homo ... gratia iuvatur, ne sine causa voluntati eius -atur. grat. Christ. 8, 9 p. 132, 14 *lex* -et ... magis quam iuvat. pecc. mer. 1, 11, 13 *legis littera* -ere tantum, non adiuvare poterat (in psalm. 118 serm. 17, 4 l. 12 si ... homo mihi haec -ret forinsecus, numquid, ut etiam facerem, quod -bat, adiuvaret intrinsecus? 27, 6 l. 10 ut praecepta, quae deus imponit -endo, impleri faciat adiuvando). in psalm. 118 serm. 17, 7 l. 7 quanto magis ... suavia sunt quae -et, qui iuvat *eqs.*

CAPVT ALTERVM: ***usu recentiore***, *instituitur actio propria, fere i. q. dignari (syn. l. 36), velle sim.*

hunc usum ex adulatione vel humilitate rogantis (sim.), qui arbitrium ipsi agenti permittit, explicandum censet Blatt, Acta 39, ex ambiguitate notionis in locutionibus ut '-at ... requirere' (*v. l. 21 et cf. etiam l. 38*) *vel* 'si -es' (*v. p. 583, 19; iuxta* si placet HIER. epist. 15, 4, 1) *Salonius, Vit. patr. 403 sq.* (*cf. affinitatem vocum q. s.* -ere *et* velle, *ex. gr. p. 575, 84. 576, 21. 78*); *nota praeterea usum quasi periphrasticum in locutionibus ut* AMBR. exhort. virg. 1, 4 -e suscipi (*pro* suscipe) *et* AVELL. p. 110, 20 oro, ut ... suscipi -as (*pro* suscipias); *ceterum v. Hofmann-Szantyr 339* (*quaedam medii aevi exempla affert Cavallin, Stud. 73 sqq.*).

I *formae imperativi* (*succedit coni. in appellatione l. 21*):
A *c. inf.*: AVELL. p. 514, 18 -ete scripta suscipere. p. 646, 15 -ete remittere. p. 654, 6 quantus ... sit amor, -ete perpendere. p. 689, 1 -ete dirigere. SEDVL. carm. app. 1, 5 Asterii ... tui ... meminisse -eto. VITAE patr. 3, 5 p. 742^A -ete facere nobiscum aliquantos dies (*gr. Nau 1909 p. 361 n. 229* μείνατε, *alia vers. 5, 10, 97* manete). 3, 20 p. 751^A -at nobilitas tua ... requirere causam (*gr. Cot. p. 588^C* ἐξέτασον, *alia vers. 5, 8, 13* examina). *ibid.* p. 751^B -e discernere (*gr. ibid.* ποίησον, *alia vers. l. c.* fac). 3, 26 p. 754^C -e ei per me mandare *eqs.* 3, 30 p. 758^A -e considerare *eqs.* EPIST. Austras. 41 p. 148, 7 nobis ... designare -ete. 46 p. 151, 28 -ite ... nuntiare. VITA Melaniae (BHL 5885) 38 p. 22, 13 si placet, -e dare pauperibus (*gr.* παράσχης). 66 p. 39, 2 clarius -e fundere precem (*gr.* ὕψωσον τὴν φωνήν). B *absol.* (*sc. quasi per interiectionem*): ENNOD. opusc. 3, 61 p. 346, 16 '-e, rogaris' audiebat episcopus *invitatus ad palatium*. VITA Caes. Arel. 2, 16 -e, domne, rogo, signa manus mulieris.

II *in enunt. ex verbis rogandi sim. pendentibus*: A *secunda pers.*: AVELL. p. 657, 23 deprecamur ..., ut pro nobis ... orare -atis. SACR. Leon. 1357 nos ad celestia dona ut perducere (pervenire 1367 *formula ceterum congruens*) -as postolamus (*cf.* EPIST. Austras. 31 p. 141, 22 ut ... memores [*sc. esse*] -atis, poscentes [*simili formula 46 p. 151, 23* memores esse digneminі]). RVSTIC. Conc.^S I 4 p. 41, 19 supplicamus ... pietati vestrae, ut hoc praecipere -atis (*gr. I 1, 5 p. 127, 9* προστάξαι). VITAE patr. 3, 26 p. 754^D rogat sanctitatem tuam, ut ... -as ... dare (3, 32 p. 760^A EPIST. Austras. 44 p. 150, 19). EPIST. Austras. 40 p. 146, 46 speramus, ut ... -atis ... dirigere (46 p. 151, 34). B *tertia pers.*: BENED. reg. prol. 41 rogemus dominum, ut ... -at nobis adiutorium ministrare ([*cf. Linderbauer ad l.*]. VITA Hil. Arel. 22 l. 6 VITA Melaniae [BHL 5885] 38 p. 22, 2). VITA Melaniae (BHL 5885) 53 p. 30, 12 suggerere Augusto et reginae, ut -rent ... suadere *eqs.*

III *in ceteris enunt., quibus arbitrium alteri permittitur*: A si: TAVRENT. ad Ruric. epist. 3 p. 446, 12 legite, si -etis (lubet *edd. vet.*). ENNOD. opusc. 3, 153 p. 370, 23 licentiam, si -ret ipse, ... ordiri. GREG. TVR. glor. mart. 43 p. 517, 26 ut ... aspiceret, si -ret. CAES. AREL. serm. 9 p. 49, 1 si -etis, haec ... caritati vestrae sufficiant (*item in fine primae partis contionis* [*cf. Morin ad l.*]: 36, 8. 37, 6. 103, 6). 30, 6 si -etis (vultis *edd. vet.*, velitis *codd. rec.*) audire (*item c. inf.*: EPIST. Merov. 1 p. 434, 14 si ... testimonia consideratis vel etiam ... textum ... scrutari -etes). 213, 1 si -etis, ... audire potestis. testam. p. 284, 14 si -et (lubet *var. l.*) et dignum ducit. B *alia*: DRAC. satisf. 12 qui mentes hominum, qua vis, ... ducis et, quocumque -es, dirigis ingenia (*cf.* 104 *corda* inclinas ... ubicumque -es [*pendet ex Vulg. prov. 21, 1* quocumque voluerit]). ENNOD. epist. 2, 25, 3 p. 67, 25 praesentia eius ..., cum ipse -erit, utilitati expectatur adcommoda (opusc. 3, 152 p. 370, 15 quando nos videre velit, inquirite et, cum -erit, invitate). VITA Caes. Arel. 1, 48 fac de nobis, quod -es.

part. praes. pro subst. **iubēns**, -entis (*nonnisi gen.; sing. praeter l. 64* -um): PLIN. paneg. 10, 1 auctoritatem -is. HIER. epist. 18 A, 15, 1 interrogantis sunt verba domini, non -is (*an adi.?*). PAVL. PETRIC. Mart. 4, 242 virtutum titulos pompasque -um. BENED. reg. 5, 8 -is vocem. 68, 1 -is imperium.

gerund. subst. n. plur. **iubenda** (*vi part. fut. pass.*): AMM. 17, 13, 5 propinquasse monstrantes *Limigantes*, ut -a repudiarent (*antea*: non iussa facturi). 23, 2, 2 Arsacem monuerat *Iulianus*, ut ... -a operiretur, quo tenderet *eqs.*

p. p. p. pro subst. ***iussum**, -ī *n.* *scribitur* io- *p. 585, 7*, -s- CIL III 1937, 3. 3808, 8. GLOSS. κελεύσει Ἀρτέμιδος: -o Dianae. *legitur inde a* SISENNA, CIC., SALL., NEP., VERG., HOR., PROP., OV., LIV. [*confunditur in codd. c.* iussu *saepius, v. l. 83.* e *coni. dub.*: TAC. hist. 3, 5, 1 fidei ⌊quam -orum⌋ patientior (⌊⌋ commissior *M*, comissae *L*, commissi *recc.*).]

fere i. q. imperium, praescriptum sim. (*vi participii servata maxime in iuncturis* '-a facere' *sim.* [*v. p. 585, 70*], *additur* non PRVD. c. Symm. 1, 615; *accedit gen. iubentis vel pron. poss. sim. passim; de celeumate nautico v. p. 585, 65; auget* suasum TERT. uxor. 2, 1 l. 29, monita CLAVD. DON. Aen. 4, 330 p. 402, 9; -a iubebunt *p. 586, 12*):
1 *sing.*: a *abl.* (*addatur fort.* FRONTO p. 164, 31 v. d. H. [= p. 173 N.], *ubi adnot. marg. ad textum perditum testatur abl.* -o; *recentiora etiam per heteroclisin pro* iussu *adhibita esse possunt, cf. maxime p. 585, 1. 5. 6. 8*): SISENNA hist. 119 Tudertibus senati consulto et populi -o

[*Kuhlmann*]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

dat civitatem (iussu *var. l.*, *sed cf. lemma* NON. p. 130, 9 -o pro iussu). SIL. 6, 213 raptim consequitur -o manus. GELL. 11, 18, 4 leges *Draconis* ... non decreto -oque, sed tacito ... consensu oblitteratae sunt. PS. CYPR. mont. 15 custoditur -o dei *plebs christiana* (PEREGR. Aeth. 16, 3. 19, 12. EPIPHAN. in euang. 49 p. 122, 23 [iussu *var. l.*]. *cf. l. 9*). ITIN. Burdig. p. 595 facta est basilica -o (iussu *S*) Constantini. SERM. Arian. frg. I 6 p. 610^{B} iosso patris (*sic et* I 9 p. 613^{c} filii). EPIPHAN. in euang. 62 p. 170, 3 -o (iussu *var. l.*) domini. *in titulis*: CIL III 1021, 4 dei (1022, 4. *cf.* 4590, 2 deae). VI 367^{b}, 2 Iovis Dolycheni. VIII 23956, 13 domini (INSCR. Dessau 8940, 5 -o sacro dd. *eqs.*). INSCR. Dessau 9173, 8 ⟨i⟩mp(eratoris). *c. praepos.*: EPIPHAN. in euang. 45 p. 108, 27 in verbo patris et -o filii. CIL III 975, 7 ex -o (1937, 3. 3908, 8. 14068, 6 X 1578, 1 XIII 5936, 1. 7672, 4. 8622, 7). **b** *acc.* (*non trahendum videtur ad vocem q. e.* iussus, -ūs, *etsi iuxta ponitur e. g. l. 23. 24, cf. l. 39*): CIC. Caecin. 96 quaero ... putesne, si populus iusserit ..., id -um ratum atque firmum futurum (VLP. dig. 4, 8, 21, 11. *item subi. in acc. c. inf.*: LIV. 7, 17, 13 -um populi et suffragia esse. IVLIAN. dig. 14, 6, 14 -um ... patris non efficere *eqs.* MAECIAN. dig. 36, 1, 67 pr. nec ... -um praecedere oportet. VLP. dig. 4, 8, 21, 10 valere -um). Balb. 38 nullum populi nostri -um Gaditanos habere. ASCON. Corn. p. 57, 21 ⟨ut⟩ populi -um conficeret (*cf.* SPART. Carac. 4, 1 exequi ... meum -um. VVLG. I Macc. 2, 18 fac -um regis [*gr.* πρόσταγμα, *rec. L* imperium]). VLP. dig. 7, 1, 25, 6 -um pro nomine accipimus (*antea*: iussu). 15, 4, 1, 2 (*de actione q. d.* 'quod iussu') revocare hoc -um. 23, 3, 38 compensare -um suum. TERT. uxor. 2, 1 l. 29 quia suasum impune quis neglegat, ⟨nequa⟩quam -um. NOVELL. Marc. 1, 6 nec ... impetrabit non rescriptum non mandatum vel -um. *c. praepos.*: SEN. suas. 3, 1 extra -um dei. IAVOL. dig. 29, 2, 62, 1 post -um domini. VLP. dig. 49, 17, 5 citra -um patris. GELL. 12, 13, 12 contra -um vocis. APVL. met. 6, 15, 6 ob -um Veneris. ITALA I Macc. 1, 60 (rec. B, *cf.* VVLG.) secundum -um ... regis ([*gr.* πρόσταγμα, *rec. L* praeceptum, *item ibid.* 2, 23]. IREN. 4, 40, 2 [= 4, 66, 1 H.] s. -um dei). LAMPR. Diad. 2, 6 ad -um senatus (GREG. M. dial. 3, 16 p. 179, 5 M. dei). **c** *nom.*: CIC. dom. 77 num id -um esset ratum (*cf. supra l. 16*). AT. CAP. Gell. 10, 20, 2 lex ... est generale -um populi (*cf.* CHALC. comm. 157 quid est ... lex nisi -um sciscens honesta, prohibens contraria?). POMPON. dig. 29, 2, 36 necessarium est -um, ut ... adeant. 33, 1, 7 voluntas eius aut -um. GAIVS inst. 3, 167^{a} unius ... -um intercedens (*cf. ibid.* si nullius -um intervenisset). VLP. dig. 15, 4, 1, 1 (*resp.* iussu *ut*: 29, 2, 25, 4. 12. PAVL. dig. 45, 3, 33 pr. [*ex Iuliano*]. 48, 10, 14 pr.). CHALC. comm. 146 dei -um ... ratio est. **d** *gen.*: Ov. met. 4, 510 victrix -ique potens *Tisiphone*. PAVL. NOL. carm. 6, 187 caelestis -i ... conscia. **e** *dat.*: SIL. 9, 602 nec -o mora. 13, 21 cuicumque incumbere -o.

2 *plur.*: **a** *abl.*: CIC. S. Rosc. 66 deorum ... -is atque oraculis id fecisse (STAT. Theb. 5, 518 Ogygii -is ... d. *Bacchi*. AVG. civ. 1, 32 p. 49, 10 D. d. vestrorum. *al. cf.* CARM. de resurr. 263 divinis). leg. 1, 43 quodsi populorum -is, si principum decretis, si sententiis iudicum iura constituerentur *eqs.* VERG. ecl. 8, 11 -is carmina coepta tuis. Aen. 7, 241 -is ... ingentibus urget Apollo *eqs.* PLIN. nat. 3, 123 Sibyllinis. VAL. FL. 1, 820 regalibus. 7, 138 -is actum. STAT. Theb. 3, 253 attoniti -is *dei*. 3, 260 gaudet ovans -is *Mars*. TAC. ann. 3, 33, 4 impotentibus mulierum -is, quae ... exercitus regerent. VOPISC. Tac. 4, 3 ut qui *Tacitus* hactenus sententiis suis rem p(ublicam) *senator*, nunc adiuvet -is atque consultis *princeps*. ARNOB. nat. 7, 40 -is et monitis vatum. IVVENC. 1, 56 parentum. *al.* *c. praepos.*: LIV. 10, 37, 11 pro omnibus -is (38, 51, 4 pro decretis patrum, pro populi -is). PS. CYPR. singul. cler. 15 cum ... -is (*postea*: sine iussionibus). MAR. VICTORIN. defin. p. 29, 28 in edictis et principum -is (AVG. in euang. Ioh. 17, 8 l. 1). CASSIOD. in psalm. 101, 5 a -is domini. **b** *acc.*: CIC. Vatin. 8 senatus consulta, populi -a, Italiae ... decreta ... facta fateamur. Balb. 42 scita ac -a nostra ... comprobat. Pis. 48 numen interdictumque deorum ..., auctoritatem senatus, -a populi. Phil. 1, 16 populi -a perpetuasque leges. leg. 2, 9 -a ac vetita populorum. 2, 11 qui ... populis -a descripserint. SALL. hist. frg. inc. 31 impediebant -a nautarum (*ad celeuma nauticum affert Serv. Aen. 3, 128; pertinet fort. ad p. 586, 9, certe huc trahendum* Ov. met. 11, 484). VERG. Aen. 4, 378 fert ... -a per auras (9, 804 STAT. Theb. 6, 813. *aliter l. 80. cf.* SIL. 2, 2 portabat [*al.*]). *et saepius.* *locutiones quaedam potiores*: SALL. hist. frg. 2, 87 facturos (2, 92 Aen. 1, 302 Ov. met. 2, 798. 3, 157 fast. 1, 379 SEN. suas. 5, 4 PLIN. nat. 10, 128. *al. cf.* SALL. Iug. 24, 1 efficiunt [Ov. epist. 14, 53 TAC. ann. 14, 58, 2]. VERG. Aen. 4, 295 facessunt. VAL. FL. 7, 61 perfice). VERG. georg. 3, 41 saltus ... sequamur ..., tua ... haud mollia -a (Aen. 3, 114. 4, 538 ultima [*v.* SERV. *ad l.*; SERV. auct.: alii κέλευμα]. LVCAN. 1, 372. 5, 533. *al. cf.* VERG. Aen. 4, 396 exsequitur [LIV. 3, 28, 3 SEN. Herc. f. 41 Herc. O. 538. *al.*]). Aen. 1, 77 capessere (*cf.* HOR. epist. 1, 7, 52 accipiebat [Ov. met. 15, 641]). 2, 607 time (10, 612 SEN. Phaedr. 428. *al. cf.* SIL. 2, 53 tremamus. TAC. ann. 4, 23, 2 metuens). 10, 866 -a aliena pati (Ov. fast. 3, 860. *al. cf.* PROP. 1, 18, 25 perferre. OCTAVIA 21 tulimus [VAL. FL. 3, 47. *aliter l. 67*]). Ov. met. 2, 119 peragunt (fast. 2, 387 SEN. Herc. O. 997. *al. cf.* Tro. 870 agere). LVCAN. 2, 649 gerunt (STAT. Theb. 2, 2). *c. praepos.*: CIC. dom. 136 ad populi -a accommodaverunt *ius dedicandi* (MANIL. 4, 437 ad -a loquendum est. 5, 386 volucres ad -a paratas [*cf.* TAC. ann. 14, 7, 5 promptissimos ad -a. 14, 24, 4 intentos ... ad -a]. SEN. dial. 7, 15, 6 imperata facere cogitur et invitus rapitur ad -a. *al.*). HOR. epist. 1, 9, 12 ob amici -a. PROP. 3, 9, 52 crescet ... ingenium sub tua -a meum. Ov. fast. 6, 690 contra collegae -a venire (CONSVLT. 7, 7 NOVELL. Theod. 5, 1, 4). Pont. 2, 8, 34 per tua -a (3, 3, 54. AVG. c. Cresc. 3, 58, 64 p. 470, 25 iudicum. *al.*). STAT. silv. 4, 2, 50 post horrida -a. TAC. ann. 6, 16, 3 secundum -a legis. LACT. inst. 2, 16, 8 praeter -a rectoris. PRISCILL. tract. 2, 43 iuxta evangelica -a praeceperas. COD. Theod. 11, 16, 7 ultra -a. **c** *nom.*: CIC. leg. 1, 17 quae composita sunt et descripta iura et -a populorum. 3, 10 iudicia populi, -a, vetita. 3, 40 huic -a tria sunt: ut adsit *eqs.* VERG. Aen. 3, 684 -a monent Heleni (*cf.* ANTH. 718, 17 sortis fera -a iubebunt. ITIN. Alex. 31 regia -a praescripserant. CASSIOD. in psalm. 125, 8 superna -a praecipiunt. COD. Iust. 10, 23, 1 [*a. 383*] decreverant). 6, 461 me -a deum ... imperiis egere suis. 7, 368 premunt te -a parentis. 12, 877 nec fallunt -a superba ... Iovis. Ov. ars 2, 196 artis erunt ... mollia -a meae (*cf.* rem. 496 non sunt imperii tam fera -a mei). Ov. fast. 2, 611 -a Iovis fiunt (AVG. civ. 10, 12 p. 423, 2 D. eius *dei*). *al.* *concise -a pro '-a dei' sim.* (*cf. l. 12. 14. 17*): CE 754 (= INSCR. christ. Diehl 2871), 2 viximus ..., dum -a tulerunt. **d** *dat.*: CIC. leg. 3, 3 vita -is supremae legis obtemperat (TAC. ann. 13, 6, 3 servilibus. 15, 61, 3 Caesaris. AMM. 20, 4, 5 Augusti. *al.*). SALL. Iug. 31, 19 -is vostris oboediens (PANEG. 6, 15, 1 cuius. *al. cf.* NEP. Ages. 4, 2 dicto audiens fuit -is ... magistratuum). Ov. met. 1, 385 -is ... deae parere (trist. 5, 9, 34 tuis. LIV. 45, 13, 2 haud secus quam deorum imperio legatorum ... -is. OCTAVIA 459 nostris. *al.*). 3, 563 -is mora ... abesto. 15, 853 libera fama ... nullisque obnoxia -is (TAC. ann. 11, 36, 1 Messalinae. 14, 1 1 alienis). fast. 4, 227 fidem -is dedit (*cf.* CYPR. GALL. iud. 116 nulla meis data est fiducia -is). 6, 383 fratris *Iovis* ... -is annuit (STAT. Theb. 10, 134 deae). trist. 2, 243 legum contraria -is. SIL. 11, 175 Capuam eripuere superbis Samnitum -is. STAT. silv. 5, 2, 45 -is ... ingentibus ... sufficere. TAC. ann. 12, 5, 2 an -is populi ... cederet *Claudius* (IVVENC. 1, 537 nostris). *al.* **e** *gen.* (*v. et p. 584, 74*): Ov. met. 2, 837 minister ... -orum ... meorum. AMM. 20, 4, 6 auctoritas. 21, 4, 5 textu. COD. Theod. 13, 3, 14 antiquorum contemplatione -orum.

pendet enunt. c. ut: CIC. leg. 3, 40 *supra l. 11.* POMPON. dig. 29, 2, 36 *p. 585, 37.* COD. Theod. 8, 5, 5 pr. nostrae clementiae -a exsistunt, ut *eqs.*

deriv.: iussio, iussor, iussus.

compos.: adiubeo (?), fideiubeo, iniussus. *Kuhlmann.*

iūbilaeus *v.* iubeleus.

***iūbilātio**, -ōnis *f.* *a* iubilare. *de origine*: CASSIOD. in psalm. 26, 5/6 l. 158 dicimus ex eo, quod nos iuvat laudare, quando delectantes *eqs.* (*cf. p. 587, 35*). *de notione, differentiis sim.* (*v. etiam p. 587, 9sqq.*): AVG. in psalm. 46, 7 l. 6 quid est -o nisi admiratio gaudii, quae verbis non potest explicari? (*cf.* CASSIOD. in psalm. 32, 3 l. 90 est ... gaudium *eqs.* 99, 2 l. 27 est ... magno mentis gaudio commoveri *eqs.*). 97, 4 l. 4 (*opp.* locutio). 99, 4 l. 21 inter cantica, quae verbis enuntiant, inserunt *messores sim.* voces quasdam sine verbis in elatione exsultantis animi, et haec vocatur -o (*cf.* CASSIOD. in psalm. 65, 2 l. 45 dicitur exsultatio cordis, quae *eqs.* [88, 16 l. 245 est ... copiosa mentis e., quae *eqs.*]. *pressius* ISID. diff. 1, 329 exsultatio a -e distinguitur *eqs.*). 150, 8 l. 8 id est ineffabilis laus. EVCHER. form. 9 p. 57, 13 -o: clamor spiritali fervore expressior. GREG. M. moral. 28, 35 (*cf.* GLOSS. IV 102, 53. V 462, 4) -o ... dicitur, cum cordis laetitia oris efficacia non expletur. GLOSS. ἀλαλαγμός. *legitur semel ap.* APVL., *inde ab* ITALA *saepius in script. sacr. et ap. eccl.*

i. q. actio iubilandi, vociferatio sim. (*plur. l. 63. 76. 82. gr. resp., ubi nihil aliud adnotavimus,* ἀλαλαγμός *vel* ἀλάλαγμα [*cf.* RVFIN. Orig. in Ios. 7, 2 p. 328, 18 hic sermo in scripturis -o magis quam ululatio consuevit inscribi]):

1 *agrestium sim.* (*cf. l. 49*): APVL. met. 8, 17, 2 canes rabidos ... -bus solitis et cuiuscemodi vocibus nobis inhortantur *coloni*. PETR. CHRYS. serm. 6 p. 202^{B} sicut militem tuba terribilis producit ad bellum, sic oves ad pascua dulcedo -is *pastoris i. Christi* invitat (*cf. p. 588, 65 sqq.*).

2 *gaudentium* (*praeter p. 587, 7 deum laudantium, adorantium, cf.* adoratio et -o PASS. Petr. 17 *A*): ITALA psalm. 26, 6 (Veron. *al.*) immolavi in tabernaculo *dei* ... hostiam -is (laudis et -is cod. 304), cantabo et psallam ([*Vulg.* hostiam vociferationis, AVG. in psalm. 26 serm. 2, 12 *ad l.* hostiam laetitiae, hostiam gratulationis, hostiam gratiarum actionis]. 49, 14 [Aug. conf. 4, 1, 1; *gr.* θυσίαν αἰνέσεως, *codd. potiores et Vulg.* sacrificium laudis]. PAVL. NOL. epist. 13, 14 p. 95, 19. 32, 13 p. 288, 15 CASSIAN. conl. 21, 26, 2. *al.*). 32, 3 (*ibid.*) bene canite (PSALT. Rom. *et Vulg.* psallite) ei *domino* in -e ([*Vulg.* vociferatione]. 43, 13 [*ibid.*] non fuit multitudo in -bus eorum [*alii codd. et Vulg.* commutationibus *per confusionem vocum q. s.* ἀλαλάγμασιν *et* ἀλλάγμ-, *ut censet Leumann in plagulis*]. 46, 6 [*ibid.*] ascendit deus in -e [*Vulg.* in iubilo]. CASSIOD. in psalm. 25, 8 l. 130 in psalmorum -e, in precum sanctitate. *al.*). 88, 16 (*ibid., cf.* VVLG.) beatus populus sciens -em (HIER. *in l.* p. 67, 18 -em pro victoria posuit, vel quod *eqs.*). 150, 5 (*ibid.* = VVLG.) laudate eum *dominum* in cymbalis -is ([cod. 109 -um]. PROSP. *in l.* p. 426^{A} ut -o esse possit in c.). AMBR. exc. Sat. 2, 110 l. 8 gratiae deo continua -e fundantur. RVFIN. Orig. in Ios. 7, 2 p. 329, 2

[Primmer]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

videtur -o ... indicare ... affectum. p. 329, 25 -is concentum (*cf.* p. 330, 5 vocem -is [7, 3 p. 330, 23. *cf. l. 16*]. AVG. in psalm. 32, 2 serm. 1, 8 l. 26 avertunt se a syllabis verborum et eunt in sonum -is). AVG. in psalm. 32, 2 serm. 1, 8 l. 28. 46, 7 l. 21 prae gaudio -is (GREG. M. moral. 8, 89 electos suos in -is gaudia assumat *deus*). 99, 4 l. 23 in male exsultantibus (*antea*: illi ... iubilant in iniquitate) advertamus -em improbandam et offeramus deo -em coronandam. *al.*

3 *pugnantium, triumphantium* (*cf.* THEOD. MOPS. epit. in psalm. 32, 3[b] ad p. 144, 4 [*textu vix sano*] vociferatio ... vel -o clamor ille militum dicitur, ⟨quem⟩ in proelium aut hostibus fugatis insistunt *eqs.* 46, 2[b] ad p. 307, 27/28 -em dicit victoris exercitus conclamationem. *v. etiam p. 586, 81*): BACHIAR. repar. laps. 1 p. 1037[B] -o vocis, quam in triumpho suo diabolicus dedit exercitus, ad aures ... pervenit.

4 *lugentium*: SEDVL. op. pasch. 3, 11 p. 241, 8 ventum erat ... ad tecta lugentia, funus ubi ... iacebat ... coetusque flebilis ac tumultus universa vocibus amarae -is impleverat (*carm. pasch. 3, 132* tumultus omnia lamentis ululans implebat amaris).

iūbilātor *v. Onom.*

iūbilātus, -ūs *m.* *a* iubilare. *scribitur* -vil- *in locis* ITALAE *praeter* psalm. 88, 16. *heterocl. abl.* -o *l. 25.* *plur. l. 23.* GLOSS. κραυγὴ ἀγροίκων. ὀλολυγμὸς ἀγροίκων. *i. q. iubilatio, vociferatio* (*gr. resp.* ἀλαλαγμός): FRONTO p. 120, 8 v. d. H. (= p. 126 N.) Pollio As⟨ini⟩os -us Consiliorum suorum si in formam epistulae contulisset ..., scripsisset melius. ITALA psalm. 32, 3 (cod. 136 Cas.) cantate ei *domino* canticum novum, bene psallite in -o (*Vulg.* in vociferatione. 46, 6 [*ibid.*] ascendit deus in -u [*Vulg.* in iubilo]. *cf.* 150, 6 [*ibid.*] laudate eum *deum* in cymbalis ...; laudate in titinnis -us [*Vulg.* in cymbalis iubilationis]). 88, 16 (*ibid.*) beatus populus cognoscens -um (*Vulg.* iubilationem).

iūbilēus *v.* iubeleus.

***iūbilo,** -āvī, (-ātum), -āre. *verbo per onomatop. sec.* sibilare *formato inesse vid. interiectio* *jū (*cf.* io, *c. quo luditur l. 65*); *ad notionis colorem in script. sacris et inde ap. eccl. obvium homonymiam quandam c. voce q. e.* iubeleus (-bil-) *valuisse verisimillimum est.* *de origine*: CASSIOD. in psalm. 46, 2 l. 29 (= 80, 2 l. 41) a iuvando, id est delectando (*v. etiam p. 586, 43*). *de onomatopoeia v. l. 40.* *scribitur in codicibus passim* iuv-, *e. g.* AVR. Fronto p. 63, 9 v. d. H. (= p. 69 N.). ITALA psalm. 46, 2 *et* 97, 4 (Veron. *al.*). *de notione, differentiis sim.*: VARRO ling. 6, 68 fremere, gemere, clamare, crepare ab similitudine vocis sonitus dicta; ... vicina horum quiritare, -are. *ibid.* ut quiritare urbanorum, sic -are rusticorum ([*affert* APRISS. *v. l. 64*]. PAVL. FEST. p. 104 -are est rustica voce inclamare. GLOSS. I p. 93 rustici -ant [*cf.* GLOSS. Loewe, Gloss. nom. p. 249]). AVG. in psalm. 65, 2 l. 15 non ... verbis -atur; sed solus gaudentium sonitus redditur (*cf.* 94, 3 l. 4 gaudium verbis non posse explicare et tamen voce testari, quod *eqs.* ...); hoc est -are. 99, 4 l. 1 qui -at, non verba dicit, sed sonus quidam est laetitiae sine verbis *eqs.* 99, 5 l. 1 quando ... -amus? quando laudamus, quod dici non potest. *sim. al.*). CASSIOD. in psalm. 46, 2 l. 29 -are ... gaudere est (*et fusius*). GLOSS. -at: sibilat. -emus: ἀλαλαξώμεθα. -ate: strepite, cantate. *legitur singulis locis ap.* APRISS. (*teste* VARRONE, *v. l. 41 et 64*), AVR. *imp.*, CHAR. gramm. p. 473, 8 B., *saepius in script. sacr.* (*inde ab* ITALA) *et ap. eccl.* [*sard. centr.* yuβilare, yuilare, ğuilare, yuliare, ğuļiare; *raet. occ.* ğüvler, -ar; *francog. vet.* jubler, *dial. occ.* jubler, *loth.* joûblé; *iud. cat.* (a)oblar, giular; *iud. hisp.* aublar. *cf. M.-L. 4597. Wagner I 710. Wartburg V 52. Corominas I 332. G.*]

i. q. iubilum tollere, vociferari, clamare sim. (-are iubilo *p. 588, 16*, inter cantica AVG. in psalm. 94, 3 l. 8 [in canticis *p. 588, 6*], in cantilenis *ibid.* l. 5, in psalmis *p. 588, 5*. AVG. serm. 176, 5, 5 [*ter*], in risu GREG. M. moral. 8, 88):

1 *-ant agrestes sim.* (*de vocis colore rustico v. supra l. 41 sqq. et cf.* AVG. in psalm. 99, 4 l. 14 maxime -ant, qui aliquid in agris operantur [*appellat messores, vindemiatores sim.*]): **a** *de arcessentibus* (*c. acc. obi., aliter p. 588, 9*): APRISS. (?) Varro ling. 6, 68 (*cf. supra l. 41*) io bucco! :: quis me -at? :: vicinus tuus antiquus. **b** *de celebrantibus*: AVR. Fronto p. 63, 9 v. d. H. (= p. 69 N.) uvis metendis operam dedimus ... et -vimus et 'aliquot', ut ait auctor (*Novius Atell. 110*), 'reliquimus altipendulos vindemiae superstites' (*de vindemiatoribus etiam* VVLG. Is. 16, 10 in vineis non exsultabit neque -bit. *cf. l. 63*).

2 *-ant gaudentes* (*deum laudantes sim.; non nisi in script. sacr. et ap. eccl.; c. usu profano coniungit* AVG. in psalm. 94, 3 l. 10/11 si ... illi *profani* de gaudio terreno -ant, nos de gaudio caelesti -are non debemus ...? *gr. respondet* ἀλαλάζω, *ubi nihil aliud adnotavimus; opp.* murmurare *l. 80*, ululare *l. 77* [*at syn. p. 588, 22, cf. l. 14. p. 589, 9*]):

a *intransitive*: *α usu vario*: ITALA Zach. 9, 9 (Aug. civ. 18, 35 p. 321, 21 D., *cf.* VVLG.) exsulta valde, ... -a (*gr.* χαῖρε ..., κήρυσσε). HYMN. Ambros. II 60, 3 mundus exsultans -at, gemens infernus ululat. VVLG. Is. 44, 23 laudate caeli; ... -ate extrema terrae, resonate montes laudationem. Soph. 3, 14 lauda ..., -a ..., laetare. AVG. in psalm. 99, 3 l. 4 quae *terra* adhuc non -at, -bit. l. 8 in malis murmurat ..., in bonis -at (l. 11 in confessione. 99, 4 l. 11 in iustificatione. *ibid.* in iniquitate). l. 21 ut vox ... sola -et et cor non -et. CASSIOD. Ios. antiq. 5, 225 (*ad iud. 7, 15 sqq.*) ut ... impetum facerent cum laudibus -antes, quod victoriam deus ... conferret. GREG. M. moral. 28, 35 p. 468[C] boni de redemptionis suae mysterio -ant. PS. ORIG. hom. in Matth. 2, 4 p. 249, 27 omnis ... corporis substantia -bit. *β c. dat.*: ITALA psalm. 46, 2 (Veron. *al.* = VVLG.) plaudite manibus, -ate deo in voce exultationis. 65, 1 (*ibid.*) -ate deo, omnis terra. 94, 1 (*ibid.*) exultemus domino, -emus deo. 94, 2 (*ibid.*) in psalmis -emus ei *domino* (HIER. psalt. sec. Hebr. in canticis, *cod. 136 Cas.* in psalmis exultemus illi). 97, 4 (*ibid.*) -ate deo ..., cantate et exultate et psallite. *al.* PETR. CHRYS. serm. 46 p. 329[A] oves (*i. Christiani*) ... pastori suo -ant.

b *aliquid vel aliquem* (*cf. p. 587, 65*): AMBR. in psalm. 1, 9, 5 p. 8, 17 psalmus cantatur ab imperatoribus, -atur a populis. VVLG. Iob 38, 7 cum me laudarent simul astra matutina et -rent omnes filii dei. Is. 49, 13 exsulta, terra; -ate, montes, laudem. PS. CHRYSOST. de solstit. Migne suppl. 1, 566 liberatus *e rubro mari* Moyses ... celeuma -bat.

3 *-ant pugnantes* (*cf. etiam p. 587, 83 et v. l. 84. p. 587, 8*): ITALA Ios. 6, 20 (Lucif. non conv. 2 p. 5, 29; *cf.* Rufin. Orig. in Ios. 7, 2 p. 328, 13 *et* HEGES. 5, 16, 1 p. 325, 18) -vit ... populus iubilo magno (Rufin.: 'ululasse ululatu magno' vel sicut in aliis exemplaribus habetur '-asse i. m.') et ceciderunt ... muri civitatis (*gr.* ἠλάλαξε ... ἀλαλαγμῷ μεγάλῳ, Rufin. *l. c.* p. 328, 14 sermo improprie translatus *eqs.; Lugd.* ululavit ... populus ululato magno, *Vulg. aliter*).

4 *-ant ululantes (syn.), lugentes*: ITALA Ier. 25, 34 (Hier. in Ier. 5, 33, 1 p. 317, 23 = VVLG.) -ate (Hier.: 'ululate' sive '-ate'), pastores, et clamate et aspergite vos cinere (*gr.* ἀλαλάξατε. *cf. Hier. l. c. 5, 33, 2 p. 318, 5 sqq.* notandum, quod in hoc tantum loco LXX 'iubilum' in malam partem posuerunt, pro quo alii interpretes 'ululatum', ut in Hebraeo scriptum est, transtulere).

deriv.: iubilatio, iubilatus. *cf.* Iubilator, iubilum (-us).

compos.: adiubilo.

***iūbilum,** -ī *n. et* **iūbilus,** -ī *m.* *retrograde ut vid. a* iubilare, *cf.* sibilus (-um) *et* sibilare, *praeterea e. g.* gaudium *et* gaudere *sim.; v. Walde-Hofmann[3] II 531 sq.* *formae generis neutr. discerni possunt*: CALP. ecl. 1, 30 -a (7, 3 SIL. 14, 475). ITALA Ier. 25, 36 (*v. p. 589, 11*) -um (HIL. in psalm. 65, 3 p. 250, 20 HIER. in Ier. 5, 34, 1 p. 319, 3 AVG. in psalm. 32, 2 serm. 1, 8 l. 27 GREG. M. moral. 24, 10). *masc.*: VIGIL. TRID. ad Ioh. 6 p. 554[D] -os. HIER. in psalm. 88 p. 67, 19 -us. NOT. Tir. 94, 22 -um. *de notione, differentiis sim.*: HIL. in psalm. 65, 3 p. 250, 7 -um pastoralis agrestisque vocis sonum nuncupamus, cum ... ductae in longum et expressae in nisum sonus vocis auditur (HIER. in psalm. 88 p. 67, 19 -us inconditos sonos proferens nequaquam sensus per verba distinguat. AVG. in psalm. 32, 2 serm. 1, 8 l. 27 -um sonus quidam est significans cor parturire quod dicere non potest). p. 250, 18 ('iubilate ... in voce exultationis') vox ... exultationis dissentit ab -o, sed pro translationis condicione, quia propria exultantis vocis nuncupatio non reperta est, per id, quod -um dicitur, vox exultantis ostenditur. GREG. M. moral. 8, 88 -um ... dicimus, cum tantam laetitiam corde concipimus, quantam sermonis efficacia non explemus *eqs.* (*sim.* 24, 10). GLOSS. V 305, 31 -um: sibilum (GLOSS.[L] III Abol. IV 8 s. forte [*codd.* portae]. Corp. I 520 s. laudis). *legitur ap.* CALP. ecl. *bis, singulis locis ap.* SIL. (*l. 53*), AVR. *imp.*, AMM., *praeterea inde ab* ITALA *passim in script. sacr. et ap. eccl.* [*coni. sine necessitate Hermann* CALP. ecl. 1, 57 -a *pro* publica. *contextu incerto*: SIL. 14, 475 (*471* septena modulatus harundine carmen *Daphnis*) laetus ... audivit -a Cyclops (*singulariter de cantu fistulae? probabilius* sedavit -a [*sc. sua*] *Gronovius, cf. Shackleton Bailey, ClQu. N. S. 9, 1959, 178 sq.*).]

i. q. actio iubilandi, iubilatio, vociferatio sim. (-o iubilare *l. 16*, -um vocis *p. 589, 6*; *usurpatur vulgo ad reddendam vocem q. e.* ἀλαλαγμός, *quod improbant* HIL. in psalm. 65, 3 p. 250, 12 RVFIN. Orig. in Ios. 7, 2 p. 328, 15 *vocem graecam usui proeliantium tantum attribuentes. cf. Sedgwick, ClRev. 61, 1947, 48 sq.*):

1 *agrestium sc. pastorum, vindemiatorum sim.*: CALP. ecl. 1, 30 deus ipse canit: nihil armentale resultat nec montana sacros distinguunt -a (-lia *P*, *vulgo* nubila) versus. 7, 3 maerentes exspectant -a *Corydonis* tauri. AVR. Fronto p. 62, 12 v. d. H. (= p. 68 N.) -is suis cubiculum meum perstrepunt *venatores et vindemiatores.* VIGIL. TRID. ad Ioh. 6 p. 554[D] inter strepentes et horridos -os pastorales (PETR. CHRYS. serm. 23 p. 263[B] dominus p. -o clangorem tubae caelestis adiunxit). PETR. CHRYS. serm. 6 p. 204[B] qui *pastor sc. Christus* errantes oves ... superno -o ... revocaret ad pascua. 46 p. 328[D] dulci -o et varia modulatione ... gregem producit ad pascua *eqs.* *cf. l. 53.*

2 *gaudentium* (*fere deum laudantium sim.*): ITALA II par. 15, 14 (Complut., *cf.* VVLG.) iuraverunt domino in voce magna et -o et in tubis ([*gr.* ἐν φωνῇ μεγάλῃ καὶ ἐν σάλπιγξιν]. HIER. psalt. sec. Hebr. 33, 3 psallite in -o [*Vulg.* in vociferatione]. VVLG. II reg. 6, 15 [= I par. 15, 28] ducebant arcam ... in -o. Iob 33, 26 videbit faciem *dei* ... in -o. psalm. 46, 6 ascendit deus in -o. APRING. in apoc. 19, 1/3 exsultare ... et laudare dominum in -o laudis). HIER. psalt. sec. Hebr. 27, 6 immolabo ... hostias -i (*Vulg.* hostiam vociferationis). 89, 16 beatus populus qui novit -um (*Vulg.* iubilationem). VVLG. Iob 8, 21 donec impleatur risu os ... et labia ... -o (GREG. M. moral. 8, 88 p. 856[A] *ad l.*: cum ... mens in exsultationem rapitur, lingua in cantum laudis elevatur). PS. AVG. serm. ed. Mai 93, 4 intimo mentis omniumque sensuum -o gratias agamus. PETR. CHRYS. serm. 6 p. 202[A] (*ad psalm. 99, 1*) invitatur *terra* ad -um.

3 *pugnantium, triumphantium* (*cf.* HIL. in psalm. 65, 3 p. 250, 12

[Primmer]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

ἀλαλαγμός, quem Latine -um ponunt, significat vocem exercitus proeliantis aut in concursu proterentis hostem aut successum victoriae exsultationis voce testantis): ITALA Ios. 6, 20 (Lucif. non conv. 2 p. 5, 29. *al.*) *v. p. 588, 16.* HIL. in psalm. 65, 3 p. 251, 17 necesse est ... bellari adversus diabolum vincique resurrectionis fide mortem ... exsultantis vocis nostrae ... -o. AMM. 22, 4, 6 cum miles cantilenas meditaretur pro -o molliores. PETR. CHRYS. serm. 68 p. 396^B victoriarum sonare -o (*antea*: triumphare).

4 *ululantium, lugentium*: ITALA Ier. 25, 36 (Hier. in Ier. 5, 34, 1 p. 318, 23) vox clamoris pastorum et ⌊ululatus optimatium gregis⌋ (Hier.: sive '-um arietum'), quia vastavit dominus pascua eorum (*gr.* ἀλαλαγμὸς τῶν προβάτων καὶ τῶν κριῶν, *Vulg. aliique interpretes teste Hier.* ululatus. HIER. *ad l. ibid.* p. 319, 3 notandum, quod apud LXX '-um' pro 'ululatu' positum sit). *Primmer.*

? **1. iūbo,** -āre. *ab interiectione* *jū (*cf.* iubilare), *si vocem probare velis.* *e coni.* AVG. serm. coll. Morin p. 24, 28 clamaverunt ...; sic illi -ant (*Morin in app. crit. notione q. e. 'iu facere', codd.* vivant, *Denisius* iuvant), quia aliquid potuerunt.

2. iubo *v.* iuvo. *Szantyr.*

iubron CIL XII 1351 *dubium* (*def. Holder, Alt-Celt. Sprachschatz II 85*).

iuctus (iūct-*?* *var. l.* iunct-) NOT. Tir. 38, 9 *post* iugerum, aripennis. *mensuram agri significari vidit Heraeus, ALL 12, 1902, 82; cf.* iugerum, *theod.* Joch.

iucunculus *v.* lucunculus. *Ehlers.*

iūcundāns, iūcundanter *v. p. 591, 62. 72.*

iūcundātio, -ōnis *f.* *a* iucundare. *i. q. iucunda laudatio*: ARNOB. in psalm. 146 p. 560^D psalmus bonus est, in quo deo nostro sit -o (*ad Vulg. psalm. 146, 1* iucunda decoraque laudatio).

iūcundātus *v. p. 591, 75.*

iūcundē *v. p. 595, 31.*

***iūcunditās,** -ātis *f.* *a* iucundus. *de* io- *v. p. 592, 4.* *plur.* CIC. *l. 49.* VITR. *l. 64 bis et saepius inde ab* ITALA, *sub 2 nonnisi p. 590, 26.* GLOSS.^{L} II Abav. IV 2 delectatio, amoenitas (*cf.* AM 33. DE 69). Philox. IV 6 ἡδύτης. *cf. p. 590, 67.* *legitur inde ab* AFRAN., CIC.

1 *vi obiectiva i. q. suavitas sim.* (*c. gen. subi. passim,* ex *l. 60; persona vel res delectata indicatur per gen.* animi *l. 60,* intuentium *l. 67,* oculorum *p. 590, 1,* aurium *p. 590, 11*): a *usu generali*: α *respicitur animi affectio*: Ⓘ *de animantium moribus suavibus*: AFRAN. com. 258 -is plus inest in te mihi quam commercatis conquisite edulibus. CIC. Sest. 134 neque elabi ex iudicio -e sua neque emitti gratia. Cael. 79 liberorum (*cf.* HIER. epist. 21, 39, 1 domus). Att. 1, 17, 2 quanta sit in Quinto fratre meo comitas, quanta -s, quam mollis animus. Q. CIC. pet. 16 facilitate ac -e naturae. PLIN. paneg. 49, 7 suavitatem tuam -emque. ITALA psalm. 26, 4 (cod. 136 Cas.) domini (*gr.* τερπνότητα, *Rom. al.* voluntatem *vel* volupt-). HIER. epist. 24, 5, 1 nihil illius *Asellae* severitate iucundius, nihil -e severius. *al.* -es *metonymice*: CIC. Att. 10, 8, 9 nihil mihi ... ex plurimis tuis -bus gratius accidisse, quam quod meam Tulliam suavissime ... coluisti. *pro persona vice tituli*: INSCR. numm. Cohen IV^2 p. 412 n. 105 -i Aug. Ⓘⓘ *de qualibet voluptate maxime rebus effecta*: CIC. Verr. II 1, 57 maior est virtutis victoriaeque -s quam ista voluptas, quae percipitur ex libidine et cupiditate. 3, 176 o consuetudo peccandi, quantam habes -em improbis ...! 3, 227 rationem arandi spe magis et -e quadam quam fructu atque emolumento teneri (leg. agr. 2, 79 agri s. et -s). Mur. 40 honestissimo ordini cum splendore fructus quoque -is est restitutus. dom. 76 ille unus dies ... tantae mihi -i fuit, ut *eqs.* Planc. 80 vitae (Lael. 102. off. 1, 9 commoditatem -emque. *al. cf. p. 590, 51*). Tusc. 5, 72 summa -s e cotidiano cultu atque victu. Lael. 84 tranquillitas animi atque -s (CAEL. AVR. chron. 3, 5, 74 utendum ... a. ... laxamento ac -e et aquarum ... voluptate. *cf.* CIC. off. 1, 122 relaxare animos et dare se -i). *al.* VARRO ling. 9, 46 si varietas -s (*antea*: delectari varietate). VITR. 9 praef. 14 tam magnis doctrinarum -bus. 16 litterarum -bus. *al.* PHAEDR. app. 9, 2 (*de mulierum libidine*) -is causam (*cf.* CAEL. AVR. gyn. 1, 127 -is amatoriae). DECL. in Catil. 29 flos pueritiae venustissimus ad intuentium -em. TERT. anim. 1, 6. ITALA gen. 3, 23 (codd. 91. 94) de paradiso -is (*gr.* τρυφῆς, *Vulg.* voluptatis. *notio laetitiae admisceri videtur* IV Esdr. 7, 36 [p. 146 V.] *et ap. eccl.*). psalm. 103, 28 (cod. 400) aperiente te manum tuam adimplebuntur -e *animalia* (*gr.* χρηστότητος, *Rom.* ubertate, *Hier. psalt. sec. Hebr.* bono, *Vulg.* bonitate). thren. 4, 5 (Ps. Aug. spec. 110, p. 640, 2) qui manducant -es (*gr.* τρυφάς, *Vulg.* voluptuose). *al.* HERM. Pal. sim. 1, 10 eae -es bonae hilaresque sunt (*sc. in urbe dei*) ...; nolite ... exterarum gentium -es (divitias *vulg.*) adpetere (*gr.* πολυτέλεια *utrobique, quae vox infra per* abundantiam *vertitur*). *al.* *c. gen. explicativo*: AVG. civ. 22, 8 p. 580, 27 D. pro illius -e laetitiae (CASSIOD. in psalm. 32, 22 l. 379). 22, 30 p. 633, 9 aeternorum -e gaudiorum. AGROEC. gramm. VII 122, 4 lepos -s voluptatis *est.*

B *indicatur adversarius per*: ad: ITALA iud. 8, 1 (Lugd.) -bantur ad eum (*Gideon*) contendentes vehementer (*gr. A* ἐκρίνοντο μετ' αὐτοῦ, *B* διελέξαντο πρὸς αὐτόν, *Vulg.* iurgantes). cum: ITALA Is. 50, 8 (Hier. in Is.) quis est, qui -etur mecum, resistat mihi simul? (*gr.* ὁ κρινόμενός μοι *contextu turbato.* mecum *om.* Iren. 4, 33, 13 [= 4, 55, 4 H.]. *Vulg.* contradicit). I Cor. 6, 5 (cod. r, Aug. doctr. christ. 4, 100 G. op. monach. 29, 37 p. 587, 18) non est . . . sapiens, qui possit inter fratrem suum -are (*item* VVLG.; *gr.* διακρῖναι ἀνὰ μέσον τοῦ ἀδελφοῦ αὐτοῦ), sed frater c. fratre -atur (*gr.* κρίνεται, *Vulg. et Aug. loco altero in parte codd.* iudicio contendit) et hoc apud infideles. HIER. psalt. sec. Hebr. 143, 2 non venias ad -andum c. servo tuo (*Vulg.* non intres in iudicio). VVLG. Iob 13, 19 (18 si fuero -tus, scio, quod iustus inveniar) quis est, qui -etur mecum? veniat (*Hier. interpr. Iob* qui diiudicetur mecum). 16, 22 utinam sic -retur vir cum deo, quomodo -atur filius hominis cum collega suo (*Hier. interpr. Iob 21* diiudicetur vir cum domino sicut f. h. ad proximum suum. *cf.* AVG. in Iob p. 544, 12 'diiudicetur . . .': veniat dominus, ut c. eo vir -etur tamquam Iohannes cum Christo, in quorum diiudicatione intellegitur, quid distet *eqs.*). Ier. 25, 31 iudicium domino cum gentibus, -atur ipse c. omni carne; impios tradidi gladio, dicit dominus (*cf.* Hier. in Ier. 5, 31, 4 *qui post* carne *adicit* ut nullus iniudicatus abeat). Ezech. 20, 35 adducam vos in desertum populorum et -bor (disputabo *Italae codd. 175. 176*) vobiscum ibi facie ad faciem; sicut iudicio contendi adversus patres vestros in deserto . . ., sic -bo vos. *alia*: ITALA Ier. 15, 10 (Hier. epist. 39, 2, 2, *cf.* in Ier. 3, 52, 1) me . . . virum, qui ⌞-er et discernar⌟ omni terrae (⌞ ⌟ diceret discrimen *var. l.; gr.* δικαζόμενον καὶ διακρινόμενον, *Vulg.* virum rixae, virum discordiae in universa terra). VVLG. Iob 35, 14 -are (*imperat.*) coram eo *deo* et exspecta eum (HIER. interpr. Iob contra eum. *cf.* AVG. in Iob p. 586, 19

[*Oomes*]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

-are . . . eum, si potes collaudare eum . . .; hoc enim visus est Iob dicere, cum ait [*9, 33*]: 'utinam esset nobis arbiter').

part. praes. ˣ**iūdicāns,** -antis *m. pro subst. v. supra, ex. gr. p. 618, 54. 619, 17.*

adv. **iūdicanter.** *fere i. q. more iudicis*: Ps. Rvfin. in Os. 9, 7 p. 1007ᴬ criminis magnitudinem concionator horrescens -r exclamat: '*eqs.*' in Ioel 2, 4, 11 p. 1044ᴮ (*v. vol. VII 1, 1156, 24*). Ivlian. in Iob 28, 1 p. 390 a 4 (Migne suppl. 1, 1643) *deus* quod liberaliter praestitit, eripit impiis -r.

p. p. p. ˣ**iūdicātum,** -ī *n. pro subst. i. q. sententia prolata vel res iudicio disceptata* (*cf.* Rhet. Her. 2, 13, 19 -um est id, de quo sententia lata est aut decretum interpositum [*sim.* Cic. inv. 2, 68. 162]. Cic. inv. 1, 48 -um est res assensione aut auctoritate aut iudicio alicuius aut aliquorum conprobata; id tribus in generibus spectatur, religioso, communi, adprobato. Gloss. κατάκριτον. ἐπίκρισις): 1 *usu plus minus forensi*: Lex XII tab. 3, 3 ni -um facit . . ., secum ducito (Cic. Flacc. 48 recuperatores contra istum . . . iudicaverunt; cum -um non faceret *eqs.* Lex Vrson. [cil i² 594] 61, 5 Gaivs inst. 3, 180 Vlp. dig. 2, 12, 6. *al.*). Lex luci Lucer. (cil i² 401) 5 pro -od n(ummum) l (i *trad.*) manum iniect⟨i⟩o estod (Gaivs inst. 4, 24. *cf.* Lex Vrson. [cil i² 594] 61, 2 -i iure. Gaivs inst. 4, 21 -i [*v. p. 621, 25, ubi accedit gen. summam solvendam indicans, cf. l. 29*]). Cic. inv. 1, 83 ne, cum aliter sint multa -ta, solitarium aliquid aut rarum -um afferatur. Quinct. 29 postulat, ut procurator -um solvi satis daret (30. 44 Verr. II 2, 60 Gaivs dig. 3, 3, 46 pr. inst. 4, 25. 91 Vlp. dig. 3, 3, 40, 2. *al. inseritur in textum gr.* Cod. Iust. 2, 12, 27, 2 τὴν -um s. *cf. p. 611, 11*). Flacc. 49 decrevit, ut, si -um negaret, in duplum iret. 68 edictum probas, -um fateris. Cels. dig. 46, 3, 69 poterit is, cui condemnatus es, tecum agere -i *sc. actione* (Gaivs dig. 42, 1, 7 inst. 4, 25. Vlp. dig. 42, 1, 6, 1 -i decem agitur, his enim solis condemnatur [*cf. l. 22*]. *al. cf. vol. I 1397, 27 sqq. et* Ivlian. dig. 42, 1, 61 in -i actione [Gaivs inst. 4, 9. *al.*]. Mod. dig. 46, 1, 41, 1 -i conveniri [Cod. Iust. 4, 31, 2. 5, 58, 1. *al.*]). Qvint. inst. 5, 13, 24 quod de exemplis, idem etiam de -is observandum. Gaivs inst. 3, 173 si . . . quid ex causa -i debeatur (3, 180 Vlp. dig. 20, 4, 10. *al.*). Papin. dig. 16, 2, 16, 1 -i exsecutionem (*v. p. 621, 20 et vol. V 2, 1842, 13. cf.* Cod. Iust. 7, 62, 32, 2 [*a. 440*] officiis . . . exsequentibus -a. 7, 53 tit. de e. rei -tae). Vlp. dig. 42, 1, 2 *iudex* non semper tempus -i servat. Itala Is. 10, 2 (Tert. adv. Marc. 4, 14 p. 460, 20) vitantes iudicia mendicorum et diripientes -a pauperum (*i. pro pauperibus data, cf. p. 622, 15 sqq.; gr.* κρίμα, *Vulg. aliter*). Ivl. Vict. rhet. 1 p. 374, 18 (*vertitur gr.* τὸ κρινόμενον, *cf.* iudicatio *p. 603, 59*). Ambr. fug. saec. 7, 44 suscepit . . . mortem, ut impleretur sententia, satisfieret -o (*seq. gen. 3, 17 sqq.*). Avg. in psalm. 118 serm. 24, 3 l. 29 nostra -a contemnunt (*antea*: iudiciis nostris). Conc. Carth. a. 411 Mansi 4, 45ᴰ documenta imperatorii -i super absolutione Caeciliani. Vincent. Ler. 33, 2 episcoporum -a ([indicta *var. l.*]. *cf.* Conc.ˢ II 3, 3 p. 20, 4 'etiam' nostrum est -um [decretum *versio antiqua, gr. II 1, 3 p. 16, 22* ἐπίκρισις]. Epist. pontif. 937 Conc.ˢ IV 2 p. 142, 11 -um datum est a . . . episcopis. *cf.* Facvnd. defens. 2, 3 p. 568ᴬ totius ecclesiae -o). Cassiod. Ios. antiq. 14, 265 decreta *senatus et imperatorum Romanorum* . . . et aliarum civitatum -a (*gr.* ψηφίσματα). Cod. Iust. 12, 59 (60), 5 (*a. 415*) quicumque apparitores ob culpam vel neglegentiam fuerint -o discincti *eqs.* 2 *usu vario*: Plin. nat. 17, 30 mutantur saepe -a . . . et diu comperta. Gell. 14, 1, 2 *Favorinus de Chaldaeis disseruit* inlustri oratione; exercendi . . . gratia ingenii an quod ita serio -oque existimaret, non habeo dicere. Tert. adv. Marc. 2, 12 p. 352, 4 totum hoc -o dispositum . . . est (*seq.* iudicia . . . creatoris). 4, 29 p. 522, 19 quasi non et hoc ipsum -o fiat. paenit. 5, 8 -o pronuntiasse eum meliorem *eqs.* Symm. epist. 1, 52 in suspicionem gratiae venire amantium -a. 1, 78 -um, a quo nemo dissentit. 1, 105 non stili mei . . . meritum, sed ordinis *senatorii* -um. Ambr. paenit. 1, 12, 58 Christi -um (*sc. Luc. 12, 47 sq.*; iudicium *var. l.*).

c. acumine dictum iudicium -are *p. 619, 54,* iudicio -are *p. 620, 34. 63.*

deriv.: iudicabilis, iudicatio, iudicativus, iudicator (-trix), iudicatus.
compos.: ab-, ad-, con-, di-, prae-, subiudico; iniudicatus.

Oomes.

iūdīlus *v.* iulis. **iuen-** *v.* iuven-.

iugābilis, -e. *a* iugare, *cf.* iugalis, coniugabilis. 1 *i. qui iugari potest*: Ps. Avg. quaest. test. I 106, 2 substantias . . . factas esse significavit *Moyses*, quia, si hoc tacuisset, aeternae forte putarentur esse substantiae deo -es aestimatae. 2 *t. t. philos.* competentia (concordia *l. 83*) -is *i. per quam elementa iungi vel iuncta teneri possunt* (*cf. Plat. Tim. 32ᶜ* τοῦ κόσμου σῶμα ἐγεννήθη δι' ἀναλογίας ὁμολογῆσαν. *Chalc. transl. 31ᶜ* congrua mensura partium. *comm. 19* analogiam sive competentiam. *v. et Mras, SBBerl. 1933, 243*): Macr. somn. 1, 6, 24 sicut in Timaeo . . . adsertum est, non aliter . . . permisceri terram . . . et ignem potuisse et per tam -em c. foederari. 1, 6, 31 per omnia una et sibi conveniens -is c. cucurrit, elementorum diversitatem . . . consocians (*cf. 28* continentiam sensus de Timaeo . . . excerptam). 1, 6, 33. 1, 19, 21 (*ex Ptolemaei opere de harmonia*). 2, 2, 1. 2, 2, 18 *anima mundi* ex his numeris fuerat conponenda, qui . . . continent -em c., quia . . . mundo ipsa erat -em praestatura concordiam. *cf.* iugalis *p. 625, 74. 633, 43.*

ˣ**iugālis,** -e. *a* iugum, *cf.* coniugalis. *scribitur hic illic* iog- (CE 1384, 1 [*prope Viennam, a. 562*]. Pap. Marini 122, 85. 92) *vel* iuc- (CIL III 14903¹, 2 IV 8986), *utrumque etiam in codicibus*; -gaesl-, -gall- Tab. Albertini 16, 5. 13. *formae vulgariores exstant nom.* -es (Pap. Tjäder 7, 31; *de* -i *ibid.* 4—5, 4, 6 *non constat*), *dat.* -e (CIL III 14904, 3), *abl.* -e (Iord. Get. 313 Rom. 309 CIL VI 9936, 3 *a. 537.* 33716, 2 *s. V.* Pap. Marini 122, 4 *et saepius*). Not. Tir. 56, 32 -is.
de notione et origine: Serv. Aen. 4, 16 'vinclo . . . -i' . . . -i . . . propter iugum, quod imponebatur matrimonio coniungendis, unde et Iuno -is dicitur (Serv. auct.: quidam '-i' accipiunt pro 'coniugali', per aphaeresin dictum). 7, 320 '-es' coniugales, matrimonio . . . conceptos. Gloss. ὁμόζυγος. γαμική. -em: coniugem. *legitur in poesi* (*metri gratia pro* coniugalis *adhibitum*) *inde a* Catvllo, Verg., Ov., *in prosa praeter inscriptionem Pompeianam p. 625, 16 non ante* Cels. *p. 625, 61,* Cvrt. *p. 625, 40,* Apvl. *l. 39. p. 625, 30.* [*sard.* juvale '*iugum*', ju(v)ale '*iugum vitium*' *ut francog. mer.* joual, *vet.* jouau. *G.*]

I *spectat ad coniugium* (*avium l. 42. 81*): A *adi.*: 1 *i. q. nuptialis, coniugalis*: a *de rebus*: Catvll. 64, 302 Thetidis taedas . . . celebrare -is (Ov. epist. 4, 121 met. 1, 483. trist. 4, 5, 33 [lecto *var. l.*]. Pont. 3, 2, 55 Octavia 570. 695 Val. Fl. 5, 443 Sil. 17, 73. Avson. 184, 5 p. 45 P. thalamo taedisque -bus [Clavd. carm. min. app. 5, 52]). Verg. Aen. 4, 16 vinclo . . . sociare -i ([*inde* Sacr. Gelas. 3, 52 p. 722]. 4, 59 *Iunoni* v. -ia curae [*item* Clavd. carm. min. app. 8, 1]. Edict. Theodor. 54 CE 736, 4). 4, 496 lectum (Ov. epist. 2, 57 Avson. 357, 7 p. 214 P. Schol. Iuv. 6, 22 Clavd. 18, 67. Mart. Cap. 7, 726 [vers.; -is *repetitur contextu incerto*]. *cf. l. 20*). 10, 497 sub nocte -i (Clavd. 10, 45 carm. min. 31, 29). Ov. met. 3, 309 corpus *Semeles* . . . donis . . . -bus arsit. 7, 700 sacra (acta *H*, pacta *Heinsius*). 7, 715 iura. 9, 760 lux . . . -is adest (Stat. Theb. 2, 272 sub l. -i). Epist. Sapph. 295 hora. Sen. Ag. 158 faces (Herc. O. 339 Phaedr. 597 Val. Fl. 2, 344. Stat. silv. 1, 2, 183 quas ego non gentes, quae non face corda -i? [iugavi *Itali*]). 239 amor (CE 1969, 2). Oed. 661 tori (Octavia 727 Stat. silv. 3, 5, 69 Prvd. perist. 14, 10 c. Symm. 1, 160. *cf.* 2, 1084 fulcra). Val. Fl. 1, 226 thalamos (Mart. Cap. 2, 126 [vers.]. Inscr. RevA. V 28, 1928 p. 372 n. 72). 4, 354 cura. 8, 222 foedus (Amm. 15, 8, 18 Cassiod. var. 4, 12, 2 CE 729 B, 4). 8, 245 ignem . . . undamque -em (Nemes. cyn. 16 -em letalemque *Semeles*). Stat. Theb. 5, 65 ceston. Mart. 10, 38, 2 annos. Apvl. met. 4, 26, 5 (*loq. Charite*) mihi . . . votis . . . nuptialibus pacto -i (*cf. l. 28*) . . . destinatus *Tlepolemus*. Nemes. ecl. 2, 57 concubitus. Ivvenc. 3, 752 festa -ia cenae (Drac. Romul. 7, 58). Serv. Aen. 11, 262 consortium (Ambr. hex. 5, 14, 47 *avium*. Cassian. conl. 24, 26, 3). Ps. Ambr. act. Seb. 8, 27 p. 1033ᴬ vester, o coniuges, . . . -is affectus. Rvfin. Orig. in Rom. 1, 1 p. 839ᴬ -i condicione constrictus. Prvd. ham. 780 lege. Clavd. carm. min. 30, 184 coronam. Pavl. Nol. carm. 25, 227 iugans capita amborum sub pace -i *episcopus*. Petr. Chrys. serm. 13 p. 226ᶜ blandimentis. Praedest. 3, 31 p. 670ᴮ odiis. Ps. Evseb. Gallic. hom. p. 668ᶜ societate (Conc. Arvern. a. 535 p. 67, 9). Cassiod. var. 7, 40, 2 honestate. 9, 18, 4 reverentiae. Caes. Arel. serm. 43 tit. castitas. CE 546, 5 -i flore beata *coniunx*. *al.* *metonymice*: Verg. Aen. 7, 320 *Hecuba* face . . . praegnas ignes enixa -es *i. Paridem*. Cassiod. var. 2, 10, 2 -em copulam . . . dereliquit *i. maritum*. b *de diis*: Symm. epist. 3, 24, 1 -es deos matrem familias copulasse. *cf. l. 79.*

2 *i. q. coniugis proprius, maritalis*: Arnob. ad Greg. 7 p. 396, 7 ut sicut oculis -bus (-is *MC*), ita cures auribus conplacere (*postea*: aures maritales).

B *pro subst.*: 1 *de animantibus* (*m., f.*): a *singulis*: α *feminis*: ① *i. q. uxor, concubina*: Itala iud. 19, 1 (Ambr. epist. 6, 3, *cf.* off. 3, 19, 111) *Levites* sibi accepit -em de Iuda (*gr.* γυναῖκα παλλακήν, *Lugd.* concubam, *Vulg.* uxorem). 19, 3 (Ambr. off. 3, 19, 111) cum sua -i (19, 25 [Ambr. off. 3, 19, 114] cessit . . . -i s. [*Vulg.* concubinam]. Conc. Aurel. a. 549 p. 105, 1. Cod. Iust. 2, 7, 22, 1 [*a. 505*] pro -i s. [2, 7, 24, 1 *a. 517*]. CIL VI 9936, 3 [*a. 537*] cum -e s. *al.*). Ps. Lact. Plac. fab. Ov. 11, 7 *Thetis* si voluisset -is fore. Ambr. epist. 6, 16 quibus *viris* -es deerant (*plur. ut*: in psalm. 36, 5 coram -bus eorum. Cassiod. hist. 2, 14, 3 aut ipsis aut eorum -bus [*Sozom. 1, 23, 3* γαμεταῖς]). Pavl. Nol. carm. 11, 4 formidatam. 33, 40 unanimam. Carm. de Sod. 85 tuam (Cassiod. var. 1, 7, 3). Mirac. Steph. 1, 6 -is eiusdem, mariti . . . luctu perculsa. Mart. Cap. 1, 39 -i . . . adhaerebat *Iuppiter*. Rvstic. Conc.ˢ I 4 p. 223, 38 domnam -em eius (Cassiod. in psalm. 50, 20 l. 624 Iord. Get. 314 Rom. 384. Pass. Secund. Theb. [BHL 7568] 9 Probi atque -is e. Probae. CIL V 6268, 7 *a. 439. al.*). Addit. Prosp. chron. I p. 490, 16 Pulcheria . . . Marciani -is effecta. Drac. Orest. 247. Romul. 10, 294 egregiam. Cassiod. Ios. antiq. 15, 2 Herodis -em Mariamnem (*gr. 23* συνοικοῦσαν). Iord. Get. 313 Rom. 309. Cod. Iust. 5, 17, 8, 3 (*a. 449*) propriam repudiare -em. Ven. Fort. carm. 4, 18, 21. 4, 26, 7 Dagaulfi cara -is (CE 1384 *a. 562*). *et saepius, maxime in titulis christianis.* ⓘⓘ *i. q. pronuba* (*cf.* iugis, 1. iugus): Serv. *supra l. 10.* Mart. Cap. 1, 31 (vers.) -is (-es *M¹ vix recte*) . . . blanda nutus praestrue, *Iuno*.

β *viris, i. q. maritus*: Ambr. hex. 5, 19, 62 turtur, ubi -is (*sc. maris*) proprii fuerit amissione viduata, pertaesum . . . nomen habere coniugii *fertur*. Conc.ˢ II 5 p. 8, 23 domini et pietatis meae -is (*p. 7, 30* coniux, *gr. utrobique* ὁμόζυγος *II 1, 3 p. 128, 5. 129, 5*). Avell.

[Lévêque-Quadlbauer]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

p. 604, 13 -is vestri. 616, 20 domno ... -i filio vestro (CASSIOD. var. 10, 20, 2 d. -i vestro. 10, 21, 1 d. -is meus. 10, 24, 2). 662, 9 serenissimo principi -i vestro (*cf.* CASSIOD. var. 10, 23, 2). CASSIOD. var. 5, 24, 1 Andreae quondam -i suo (EVGIPP. Sev. 46, 1. PAP. Tjäder 7, 4 *et saepius* [*57* m⟨a⟩r⟨i⟩tus]). VEN. FORT. carm. 6, 1, 100. 8, 3, 371 ipse -is. CIL XI 4996, 2 (*a. 424*) ⟨dig⟩no meritoque -i meo Tettio. XII 2162 ⟨so⟩ciata -i. *al.*

γ generis communis: MART. CAP. 1, 22 (vers.) alterutrum (*i. Philologiam et Mercurium*) ... parilem meruisse -em.

b *binis*: PS. AMBR. paenit. 14 p. 987^{C} utrosque -es (IORD. Rom. 84 *de Antonio et Cleopatra*). DRAC. laud. dei 1, 407 (*deus ad Adam Evamque*) de prole novos iterum copulate -es. Romul. 10, 270 *Iasonem Medeamque*. CASSIOD. Ios. antiq. 16, 6 inter -es ... contingunt *altercationes*. VEN. FORT. carm. 5, 6 p. 117, 5 *Adam et Eva*. GREG. M. epist. 9, 72 gloriosi filii nostri Cethegus atque Flora -es.

2 *de rebus* (*n. pl.*): CIL IV 8986 -ia *bis* (*diem anniversarium nuptiarum exprimi conicit ed.*). IVL. VAL. 1, 4 p. 5, 5 ut ego -bus (*i. nuptiis*) me et sponso praeparem.

II *spectat ad iugum animalium vehendo aptorum* (*fere subst., adi. l. 40. 45. 50*): **A** *de ipsis animalibus* (*plur. praeter l. 38. 42. 45. al.*): **1** *strictius de equis* (*hic illic comprehensis funalibus significantur quadriiuges, cf. p. 633, 35*): VERG. Aen. 7, 280 currum geminosque -es (STAT. Theb. 7, 790 currusque orbique -es [*cf.* MEROB. poet. 37 c. ... vacuique -es *Martis*]. PRVD. cath. 7, 31 igneis -bus curruque raptus *Elia* [*de eodem* PS. PROSP. carm. de prov. 327]. MART. CAP. 2, 126 [vers.] ante c. et candidos -es). SIL. 16, 400 socios (*i. eisdem quadrigis iunctos*). 16, 583. STAT. Theb. 3, 268 -es *Martis* (CLAVD. 8, 17. *cf. l. 24*). 3, 413 *Solis* (PS. ALEX. c. Dind. coll. p. 177, 2 puniceis invectum -bus. AVIEN. Arat. 786. 975. 1630 AVSON. 417, 19 p. 277 P. *al.*). *al.* APVL. mund. 30 *miles* equum temperat frenis et -es ad concordiam copulat (*gr.* συνωρίδα ἀναβαίνει). ANTH. 646, 3 eoos *Aurorae* (AVSON. 446, 1 p. 392 P. RVT. NAM. 1, 511 CORIPP. Ioh. 6, 455). VVLG. II reg. 8, 4 omnes -es curruum. PRVD. perist. 11, 87 (*syn.* equis). CLAVD. 3, 343. *al.* CYPR. GALL. exod. 495. SIDON. carm. 23, 384 (*383* quadrigis). *al.* *in imagine*: AMBR. in Luc. 10, 111 digni tanto triumpho -es (*de curru triumphali Christi, cf. 109* quadriiugis plaustris). virginit. 15, 96 equus malitiae ... currum laedit, gravat -em. **2** *laxius de quibuslibet animalibus*: OV. met. 5, 661 *Triptolemum* sacros agitare -es *i. angues*. CVRT. 9, 10, 22 equorum iumentorum⟨que⟩ -ium vim ingentem. STAT. Theb. 4, 678 Hyrcanae *i. tigres Bacchi*. ITALA Zach. 9, 9 (Hier. in Agg. 2, 21 p. 1415^{B}) *Christus* ascendens super -em (subiug- *var. l.*) et pullum asinae novellum (*gr.* ὑποζύγιον, *Vulg.* asinam. *cf. Matth. 21, 5*). VVLG. Ier. 51, 23 agricolam et -es eius. CLAVD. 24, 286 cervi currum *Dianae* subiere -es. 28, 30 grypha -em ... detorsit *Phoebus* ab axe. carm. min. 25, 115 *Amor* volatu vincit ... suos auriga -es *i. aves* (*cf. de columbis* DRAC. Romul. 6, 78. 10, 166). NOVELL. Iust. 17, 8 pr. *quantitatem* zygocephalorum aut iugorum aut -ium (*Zilliacus, Zum Kampf d. Weltsprachen im oström. Reich 192 pro trad.* iuliarum, ἰουλίων) aut quolibet modo per regiones nuncupantur. LEX Visig. app. 13 bobem -em. **3** *in comparatione vel imagine de hominibus*: TERT. nat. 2, 9, 16 Argivi iuvenes ... matrem ... plus quam humano more -es provexerunt (*Herodot. 1, 31, 2* βόες, *Cic. Tusc. 1, 113* iumenta). VIGIL. TRID. ad Ioh. 8 p. 556^{B} divinae frena retinens disciplinae, -is tanti populi domitor *Sisinnius*. AMBR. hex. 5, 7, 18 comparem suum et bos requirit ...: tu, *mulier*, -em repudias tuum et putas ... mutandum (*spectat etiam ad I, ut*: APON. 2 p. 42 anima ... -is effecta spiritus sancti). PAVL. NOL. carm. 11, 34 neque sunt concordia frena, si sit conpulsis mensura -bus impar; si vitulum tauro ... committis ..., ... me conpone tibi ...; si iungar amore, ... tibi me iactare audebo -em.

B *de rebus*: **1** *i. q. iugi similis*: CELS. 8, 1, 7 os ... transversum a genis tendens ... -e appellari potest ab eadem similitudine, a qua id graeci ζυγῶδες appellant (8, 1, 8 sub osse -i). **2** *i. q. ad animalia iugata pertinens*: AMM. 23, 4, 5 ligneus stilus *onagri* ... in modum -is temonis erectus (*cf.* MACR. Sat. 5, 17, 2 ex muneribus equorum et currus -is [-bus *N*; *spectat ad* VERG. *supra l. 23*]). FVLG. myth. 1 praef. p. 6, 10 laborifera boum colla -es in vaccinam mollitiem deduxerant callos (*i.* '*-ium proprios*', '*iugo terente factos*' *sim.*).

III *spectat ad iugum montium, fere i. q. montanus*: GROM. p. 320, 28 super se (*i. casam zeta nomen habentem*) ... -is finis excurrit (*antea*: super se montem *habet casa*). p. 321, 16 usque in -em corrigiam. ITALA II par. 26, 10 (Legion.) in campestribus et in directis -bus (*gr., Complut., Vulg. aliter; cf. Caes. civ. 2, 24, 3* iugum directum *eqs.*).

IV *singulariter t. t. philos. i. q. iugabilis, communis* (*v. p. 623, 72 sqq.*): AMBR. hex. 3, 4, 18 sic sibi per has -es qualitates (*i. frigidam, calidam, aridam, umidam*) singula miscentur elementa (*inde* ISID. nat. 11, 2, *ubi pars codd.* iugabiles. *cf. Basil. hex. 4, 5 p. 89^{C}* διὰ τῆς συζύγου [*postea* κοινῆς] ποιότητος [*Eustath. 4, 5, 11* per sociam qualitatem, *deinde* propter insitam singulis communitatem]).

deriv.: iugalitas.

iugālitās, *abl.* -āte *f.* *a* iugalis. *fere i. q. coniunctio*: FVLG. aet. mund. p. 137, 8 omnia ... aequali ... -e (vig- *V*) constricta. myth. 1, 16 p. 28, 2 quae *arbores* una eademque fervoris humorisque -e (iugabilitate *Mythogr. 3, 8, 14*) gignuntur. 3, 7 p. 70, 17 ex elementorum -e (*antea*: in coniunctione aquae et terrae). IVLIAN. Aug. c. Iulian. op. imperf. 1, 36 quae *virtus* hac quadrua -e *virtutum* perficitur (*antea*: virtutum copulam unitatemque).

iugāmentum, -ī *n.* *a* iugare, *cf.* iugumentum, iumentum. GLOSS.^{L} I Ansil. IV 117 -a: iuncturas artuum. GLOSS. II 584, 52 (= GLOSS. Loewe, Glossae nom. p. 59 l. 993) -um (iugum- *b*): iunctura bovum (ζύγωμα *Stephani excerpta*). *Lévêque-Quadlbauer.*

iugāris *v.* iugarius *l. 25.*

iugārius, -a, -um. *a* iugum. *i. q. ad iugum pertinens*: **1** vicus -us *Romae situs, sc. Iunonis iugae proprius* (PAVL. FEST. p. 104 -us v. dictus Romae, quia ibi fuerat ara Iunonis iugae, quam putabant matrimonia iungere. *inde* GLOSS.^{L} IV Ps. Plac. I 15 iugi Iunoni: a qua v. -us *eqs.*): FAST. ann. Iul. Vall. Aug. 10 (CIL I^{2} p. 240) arae Opis et Cereris in v. -o constitutae sunt. LIV. 24, 47, 15 -o ... v. (*corr. Sabellicus,* iugulario *trad.*). 27, 37, 14 -o v. 35, 21, 6 v. -um. FEST. p. 290 in principio v. -ri. INSCR. NSc. 1922 p. 143 (*s. I*) purpurar(ius) de v. -r(io). CIL VI 1632, 9 natus eques Romanus in v. -o ('*minus accurate dictum est pro* e. R. n. in v. -o' *Mommsen ad l., cf. eiusdem Staatsr. III 500, 3*). OROS. hist. 6, 14, 5 (*e Liv. 108, ut vid.*) v. -o. CVRIOS. (= REG.) urb. p. 85, 3 N. v. -um. **2** ager -us (*notionis vix perspicuae*): LIB. col. I p. 247, 17 (*inter nomina agrorum*) a. -us in quinquagenis iugeribus. *?* **3** *de equis, i. q. iugalis*: HYG. fab. 183, 2 hi (*equi Solis*) funales sunt mares, feminae -ae (*corr. Salmasius*; locariae, iocariae *trad.*), Bronte ..., Sterope *eqs.*

m. pro subst. **iugārius,** -ī *et* **iugāris,** (-is). -ris: CIL VI *l. c.*, GLOSS. -gár- CIL XII 3102. [*sard.* giuarżu, *sard. vet.* juvargiu. *G.*] *i. q. homo iumentorum curans* (GLOSS.^{L} II Philox. IV 34 -ris: ζευγηλάτης): COLVM. 1, 6, 6 lata bubilia esse oportebit pedes decem ..., quae mensura et ad procumbendum pecori et -o ad circumeundum laxa ministeria praebeat. CIL VI 740, 6 (*a. 184*) tensar(um) -ris. MART. CAP. 9, 999 (vers.; *poeta de se loquitur*) -orum (iurg- B^2, *id quod probat* '*in loco ... officio advocati tributo*' *Morelli, StIt. 17, 1909, 250*) murcidam viciniam (*sc. Carthaginis*) ... obsidentem *me.* CIL XII 3102 Censor -us (*inde suppletur ibid.* 3338 iu⟨garius⟩. *nomen forsitan inter propria habendum*).

iugātio, -ōnis *f.* *a* iugare. **1** *sensu originario de coniunctione iugum quoddam efficiente*: CIC. Cato 53 cultura et natura ipsa delectat, adminiculorum ordines, capitum -o, religatio et propagatio vitium *eqs.* ([*inde* AMBR. hex. 3, 12, 51 -is ... gratiam]. VARRO rust. 1, 8, 2 -is species duae, una derecta ..., altera compluviata). DIONYS. EXIG. Greg. Nyss. creat. 31 p. 405^{C} in anteriore *parte* eius (*cordis*) pectus et -o colli ⌊demissa molliter⌋ ei per omnia munimen impertit (*gr. p. 252^{B}* ἡ τῆς κλειδὸς συζυγία, ⌊ ⌋ *gr. deest*).

2 *sensu secundario technice de tributo iugorum, fundorum, praediorum sim.* (*ad rem cf. Seeck, RE III 1518. IX 2506, 57 sqq; de ratione, quae est inter* capitatio *et* -o, *v. infra l. 54 sqq. et Jones, JRS. 47, 1957, 88 sqq.; cf.* iugeratio, iugum *p. 641, 4 sqq.*): **a** *praevalente notione tributi solvendi* (*nonnulla ad b referri posse vix negaverimus; ambiguitas maxime apparet* COD. Theod. 16, 2, 40 *ecclesiarum* nullam -em, quae talium privilegiorum sorte gratulatur, muniendi itineris constringat iniuria [*deest tota sententia Cod. Iust. 1, 2, 5*]): COD. Theod. 5, 11, 8, 1 integrae -is pensitationem (*antea*: iugerationis). 7, 6, 3 quod per -em redditur (*antea*: capitibus seu iugis. *sim. ter*). 8, 11, 1 pr. pro capitatione aut -e (11, 7, 11 -e vel c. 13, 10, 8 -o vel c. [*loco gemino* COD. Iust. 11, 48 (47), 9 et -o et c.]). 11, 4, 1 si quis conlator -em suam logografo conmiserit *eqs.* 11, 13, 1 *privilegiis sublatis* prosit ... -o rei publicae hactenus suspensa. 11, 17, 4 (= 15, 1, 49; *cf.* COD. Iust. 10, 49 [48] 1, 1) universi pro portione suae possessionis -isque ad haec munia coartentur. 11, 20, 5 pr. qui relevationem -is ... meruerunt. 11, 22, 2 -o omnis, ubi est antiquitus adscribta, permaneat. 11, 22, 3 ad unum ... -is reliquum modum ... transmittat. 12, 6, 23 modum -is possessorum et species singulas ... perscribant. PAP. Marini 116, 11 (*a. 540*) -em memorati loci. **b** *praevalente notione agri tributo obnoxii*: EPIST. impp. de Asia (Bruns fontes^{7} p. 271) I 14 intra Asiam rei publicae iuga esse ..., si omnem hanc -em, quae est per omnem diffusa[m] provinciam, id est sex milia ... iuga *eqs.* (*cf.* 17 omni -e dispersa). 20 disquirere ... fundos -emque ..., quantum per iuga singula ... dependant. COD. Theod. 5, 11, 8, 1 deserta -o, quae personis caret, hastis subiciatur (*cf.* 5, 13, 2 -em, quam hastis decursis ... compararunt, in medium produci; *seq.* possessiones vel villas). 7, 13, 7, 1 quorum -o ita magna est, ut accipere non possit adiunctum (*opp.* possessionis exiguae necessitas). 11, 28, 4 ab omni intra Italiam -e ... etiam glebalem pensionem iubet serenitas nostra removeri. NOVELL. Theod. 22, 2, 12 (= COD. Iust. 10, 36 [35], 1 pr.) quas *siliquas* ex lucrativis -bus tantum, non humanis vel animalium censibus neque mobilibus rebus iubemus indici.

iugātor, -ōris *m.* *a* iugare. *i. qui iugum imponit*: ARNOB. nat. 5, 25 boum -r Triptolemus. ORIG. in Matth. ser. 27 p. 47, 13 equum et ascensorem Aegyptiorum 'proiecit in mare' (*exod. 15, 4*) sermo divinus, id est impium virum cum diabolo ascensore et -e (*B,* indagatore *GL,* instigatore *de la Rue*) ipsius. *B.*

iūger, iūgera *v.* iugerum.

iūgerālis, -e. *a* iugerum. *i. q. iugeri magnitudinem habens,* πλεθραῖος: PALLAD. 2, 12 in tabula quadrata -i, ut centeni

[Detrich]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

octogeni pedes per singula latera dirigantur (3, 9, 9). *hyperbolice*: ITIN. Alex. 49 elephanti draconesque -es (*cf. p. 629, 27*; iacturales '*venenatos*' *olim maluit Volkmann*).

iūgerātim *adv.* *a* iugerum. *i. q. in singula iugera*: COLVM. 3, 3, 3 ut ... vineae centenas amphoras -m praeberent (*seq.* in singula iugera).

iūgerātio, -ōnis *f.* *a* iugerum. GLOSS.L II Philox. IV 37 ζυγάτιον. 1 *modus -is*: **a** *vi verbali i. q. ratio agri per iugera dimetiendi atque assignandi*: LIB. col. I p. 213, 14 *termini pertinent* ad m. -is custodiendum (Ps. BOETH. grom. p. 409, 25). p. 218, 1 licet omnes agri ad m. -is sint adsignati (*cf.* p. 224, 7 in m. -is [*opp.* in centuriis]. GROM. p. 346, 15 agri secundum m. -is [-es *codd.*] acceperunt *terminos testacios*). p. 220, 3 -is m. servandi causa (TRACT. de sepulchr. grom. p. 272, 7 Ps. BOETH. grom. p. 409, 27). **b** *metonymice fere i. q. iugera dimensa vel assignata*: LIB. col. I p. 211, 6 (= II p. 261, 23) variis locis mensurae actae sunt et -is m. conlectus est (*i. computatus est. cf.* p. 223, 12 in quo territorio omnis ager -is m. habet collectum). p. 216, 1 pro m. -is pedaturae numerus est designatus. p. 217, 6 Colonia Iunonia ... adsignata et m. -is est datus. NIPS. grom. p. 293, 20 ut m. -um secundum acceptam unius cuiusque separentur in centuria. p. 295, 9 si in agro adsignato aliquis m. -is vacaverit. COD. Theod. 12, 1, 33 quicumque ultra XXV iugera ... possidens ampliorem ... -is m. ... gubernaverit. *ibid.* minorem -is m. ... exercet. ? 2 *absolute i. q. iugatio* (*dubitare licet, an recte traditum sit*): COD. Theod. 5, 11, 8 pr. (9) afanticiae -is ⟨one⟩re consistentibus patrimoniis superfuso (*1* deserta iugatio).

***iūgerum,** -ī *II^ae decl. et* (*saepius*) ***iūgera,** -um *III^ae decl. n. pl.* iugera *i. q. gr.* ζεύγη, *ad sg. v. Walde-Hofmann³ s. v.* *a* iungere, iugum *derivant antiqui infra l. 60sqq.* *scribitur* -gr- LEX agr. (CIL I² 585) 14. 25. *notatur* iug (*ibid.* 60 CIL III 14493 XIV 730. 2712. 3342sq. *al.*), iuger (CIL VI 2204, 11), *graece etiam* ιον (INSCR. Wiener Denkschr. 57, 1, 1914, 85). NOT. Tir. 38, 7 -um.

de declinatione: PLIN. dub. serm. frg. Char. gramm. p. 170, 28 B. (*ex Romano*) -bus quidam grammatici ita dicendum putant, quasi sit hoc -r tam quam hoc tuber, et ab hoc -e tam quam ab hoc tubere, et ita ut tuberibus -bus, et tantum -um (*cf.* CHAR. *l. c.* 26 -is Ateius Philologus ..., sed et Cato his -is, ut notat Plinius. POMP. gramm. V 193, 36 in Plinio Secundo legimus quoniam nominativus singularis non debet esse -r, sed hoc -um). PROB. inst. gramm. IV 111, 8 horum -um, his -bus ...; at vero per ceteros casus ad sonum templi. DON. gramm. IV 378, 34 invenimus ... ab hoc -o -orum (-um *L*, *cf.* DIOM. gramm. I 307, 19) -bus; ... veteres ... ab hoc -e -um -bus (*cf.* CLEDON. gramm. V 47, 3 ab hoc -e -um -is: modo nos -orum debemus dicere; antiqui -um dicebant *eqs.*). CHAR. gramm. p. 37, 5 B. (= EXC. Bob. gramm. I 550, 7; *inter neutralia semper pluralia*) -a πλέθρα; sed et -um dicimus. SERV. gramm. IV 434, 22 POMP. *l. c.* 32 CONSENT. gramm. V 354, 16 PHOC. gramm. V 426, 32. PRISC. gramm. II 307, 12 dicitur ... et hoc -gus -is. *al.* *1) sing. sec. II^am decl. inde a* (PLAVTO *infra l. 74?*), CIC. Verr. II 3, 112sqq. (*quater; plur. ap. eundem fere 30^ies*), VARRONE ling. 5, 35 (*v. infra l. 60*). rust. (*12^ies, plur. 26^ies; item promiscue c. plur. ap.* COLVM., PLIN. nat., *cum solum sing. adhibeat* PALLAD.). *nom.* -us: LIB. col. I p. 246, 2 GROM. p. 339, 18. 354, 2. *sec. III^am decl.* (*fingitur nom.* -r *l. 35. al.*, -gus *l. 48; falso codd. recc.* -is VVLG. I reg. 14, 14, -e *l. 74. p. 628, 58, emendandum videtur* MELA 3, 40 -i[s] spatio): *abl.* -e PAVL. NOL. carm. 28, 274 ALC. AVIT. carm. 1, 275 (*v. p. 629, 3sqq.*). *2) plur. nom. acc.* -a *inde a* CATONE, ? -es GLOSS.; *gen.* -um *inde a* CIC., -orum *praeter grammaticos nonnisi* COD. Theod. 12, 1, 33; *dat. abl.* -is CATO inc. libr. frg. 46 VARRO rust. *ter*, -bus CIC. Verr. II 3, 56 VARRO ling. 5, 35 rust. *ter, deinde passim.*

de notione: VARRO ling. 5, 35 -um dictum iunctis duobus actibus quadratis (*cf.* rust. 1, 10, 1sq. PAVL. FEST. p. 17 *actus* in geometrica minorem partem -i *significat.* COLVM. 5, 1, 5 actus quadratus undique finitur pedibus CXX; hoc duplicatum facit -um, et ab eo, quod erat iunctum, nomen -i usurpavit [*inde* ISID. orig. 15, 15, 5]. PLIN. nat. 18, 9 QVINT. inst. 1, 10, 42. *al.*). COLVM. 5, 1, 8 -um habet quadratorum pedum viginti octo milia et octingentos (5, 1, 12. *al.*). *al.* GLOSS. πλέθρον (*item supra l. 45*). aripennem (*falso*). -a: arat[r]a (*an* aratoria?).

legitur inde a CATONE, LEGE agr., CIC.; *neque de* PLAVTO (*l. 74*) *constat neque de verbis legum priscarum, quas C. Licinius Stolo et M. Popilius Laenas tulisse dicuntur* (*v. l. 82. p. 628, 45. al.*), *vel contionis M.' Curio Dentato adscriptae* (*v. p. 628, 66. al.*). *recipitur in sermonem gr.* ιούγερον. [*confunditur c.* iugum: CIC. Verr. II 3, 47. PLIN. nat. 18, 9 (*emendavit Ursinus e Varrone. cf.* GRAMM. suppl. 245, 27 GLOSS.). *dubia vel falsa*: PLAVT. Men. 913 ellebori -o (*Sonnenschein*, -e *Itali*, iungere [unguine *B²*] *codd.*). MAECEN. carm. frg. 1 POTAM. tract. 2 p. 1415B.]

I *vi originaria designat spatium*: **A** *proprie*: **1** *t. t. de mensura agri, sc. de actu quadrato duplici* (*cf. supra l. 60sqq. et Viedebantt, RE IX 2506sq.*): **a** *determinatur*: *α forma* 'decem -a agri' (*cf. p. 628, 27 et sub 2*): CATO agr. 1, 7 -a agri centum (LEX agr. [CIL I² 585] 14. 25. CIC. Verr. II 3, 112 in -o Leontini a. NEP. Thras. 4, 2. LIV. 6, 35, 5 *C. Licinius promulgavit legem* de modo agrorum, ne quis plus quingenta -a a. possideret [*cf.* 7, 16, 9 C. Licinius Stolo a M. Popilio Laenate sua lege ... est damnatus, quod mille -um a. cum filio possideret]. *al.*). 3, 5 in -a oleti CXX (*cf.* oliveti: VARRO rust. 1, 18, 3. 1, 19, 1 Saserna ad -a CC arvi boum iuga duo satis esse scribit, Cato [*v. infra l. 26*] in o. CCXL -is boves trinos. 1, 22, 3 PAVL. dig. 19, 1, 4, 1). 11, 1 (= cap. 13; *inde* VARRO rust. 1, 18, 1. 5, *cf. infra l. 33*) vineae -a C instruere (COLVM. 3, 3, 2 vinearum. 3, 3, 12. 4, 30, 2 [*inde* PLIN. nat. 17, 143]. *al.* PLIN. nat. 17, 150. *al.*). CIC. Verr. II 3, 38 (*edictum Verris*) -a sationum. 3, 55 -a eius fundi plura esse *eqs.* (HOR. epod. 4, 13 PAVL. dig. 18, 1, 40, 2). Phil. 2, 43 duo milia -um campi Leontini (3, 22 OV. am. 3, 15, 12 STAT. Theb. 1, 568 MART. 3, 31, 1 CLAVD. rapt. Pros. 2, 339. *cf. l. 78. p. 629, 6*). ad Q. fr. 3, 1, 3 -a L prati (CATVLL. 115, 1 triginta -a p., quadraginta arvi. COLVM. 11, 2, 40. *al.*). VARRO rust. 3, 12, 1 agelli (MART. 12, 72, 1). VERG. georg. 4, 128 cui pauca relicti -a ruris erant (SIL. 7, 262 pauca atque haec r. aviti -a ... Fabius vertebat. PRVD. c. Symm. 2, 155 patrii). TIB. 1, 1, 2 culti -a multa soli (ELEG. in Maecen. 1, 34 pauca ... pomosi -a certa s. OV. fast. 3, 192 inculti pauca ... s. COLVM. 1, 3, 10 PLIN. nat. 16, 130. *al.* MART. 1, 85, 2 suburbani -a pulchra s. 1, 116, 2 culti -a pulchra s. 6, 16, 2 [loci *var. l.*]. 11, 29, 6. *cf. l. 76. p. 629, 18*). 1, 3, 75 porrectus ... novem Tityos per -a terrae (VAL. MAX. 4, 4, 11 CE 1203, 10 CIL XIV 3342sq. *cf. infra l. 84*). COLVM. 2, 10, 25 (*inde* PALLAD. 5, 1, 1) -um eius *sc. herbae Medicae* (*cf.* 4, 30, 2 [*inde* PLIN. nat. 17, 143] salicum viminalium Atticus putat singula -a sufficere posse quinis et vicenis -bus vineae [*seq.* harundineti ... castaneti]. 11, 2, 54 stramentorum. PLIN. nat. 13, 130 *cytisi*). 2, 15, 1 plani loci -um (CIL IX 5813 quisque hui -o l. et edib. iniuriam fecerit. *cf. l. 18*). *et saepius.*

β forma 'ager decem -a': CATO agr. 10, 1 (= cap. 12; *inde* VARRO rust. 1, 18, 1, *cf. supra l. 2*) oletum agri -a CCXL. CAES. civ. 1, 17, 4 agros ... pollicetur, quaterna in singulos -a. CIL XIV 3340 cum agro -bus duobus dextante semuncia. INSCR. NSc. 1924 p. 347 cum taberna et agro -bus plus minus octo. *γ forma* 'ager decem -um': CIC. Att. 12, 33, 1 partes ... nescio quotenorum -um (*cf.* PAPIN. dig. 21, 2, 64, 2 pars). VARRO rust. 1, 19, 3 (*ex Saserna*) in vinea -um C. 1, 22, 4 (*ex Catone supra l. 5*) si sit C -um *fundus vinarius* (3, 2, 15 ALF. dig. 21, 2, 45). 3, 13, 2 silva ... supra quinquaginta -um (HOR. carm. 3, 16, 29). LIV. 3, 26, 8 (*inde* EVTR. 1, 17) quattuor -um ... agrum (COLVM. 2, 12, 7). 32, 9, 3 trium -um spatio (CLAVD. DON. Aen. 6, 600 p. 587, 2). VAL. MAX. 4, 4, 6 SEN. epist. 60, 2 COLVM. 1 praef. 13. 3, 3, 8 PLIN. nat. 12, 111. 14, 48. 36, 102 SVET. vita Ter. 6 VLP. dig. 50, 15, 4 pr. *et al., cf. etiam* mille -um (*vol. VIII 975, 55*), modus -um (*ibid. 1253, 10*) *sim.* ? *δ forma* 'ager decem -bus': AVSON. 320, 22 p. 17 P. agri bis centum colo -a, vinea centum -bus colitur prataque dimidio.

b *in univ.* (*afferuntur praeter prosae specimina maxime exempla poetica usum sub 2 illustratum praeparantia*): CATO orig. 43 in singula -a dena cullea vini fiunt. 95 si quis plus quingenta -a habere voluerit (*cf. p. 627, 83 et* VARRO rust. 1, 2, 9 Stolonis ... lex, quae vetat plus D -a habere civem R. *al.*). LEX agr. (CIL I² 585) 60. CIC. Verr. II 3, 39 de professione -um (3, 55. 3, 113 subscriptio ac p.). *al.* LVCR. 3, 988 qui *Tityos* non sola novem ... -a ... optineat (VERG. Aen. 6, 596 PROP. 3, 5, 44 AETNA 80. *al. cf.* OV. met. 1, 459 tot -a ventre prementem ... Pythona. STAT. Theb. 5, 550 spatiosa -a complet *draco. v. et p. 629, 12*). VARRO ling. 3, 35 (*inde* COLVM. 5, 17) centuria prim⟨um⟩ a centum -bus dicta est. rust. 1, 10, 1 *rura metiuntur* apud nos in agro Romano ac Latino -is. 1, 10, 2 bina -a ... heredium appellarunt (LIV. 4, 47, 6. *al.* PLIN. nat. 18, 7 IVV. 14, 163). *al.* VERG. georg. 2, 264 labefacta movens ... -a fossor. AETNA 611 ardebant arvis segetes et mitia (milia *codd.*) cultu -a cum dominis. HOR. carm. 2, 15, 1 pauca aratro -a regiae moles relinquent. 3, 24, 12 inmetata ... -a *Getarum.* sat. 1, 1, 50 -a centum an mille aret. TIB. 2, 3, 42 multa innumera -a pascat ove (multo innumeram -e ... ovem *Itali*). LYGD. 3, 5 non multa mei renovarent -a tauri. PROP. 4, 10, 26 captae -a terna Corae. LIV. 31, 13, 7 consules ... in -a asses vectigal ... imposituros. *al.* SEN. epist. 88, 11 colligere ... pedes -i. *al.* COLVM. 3, 9, 7 cum sint ipsa duo -a (*i. malleoli, quos ferunt duo -a; cf. supra l. 21*) unius vitis progenies. *al.* CALP. ecl. 4, 119 dum -a versat arator (PANEG. 2, 9, 7. *cf.* STAT. Theb. 1, 152 uter ... squalentia -a Dirces verteret). PLIN. nat. 18, 18 Mani ... Curi ... nota contio est: perniciosum intellegi civem, cui septem -a non essent satis. *al.* STAT. Theb. 9, 83 deserit inceptum media inter -a sulcum taurus. silv. 4, 3, 12 Cereri diu negata reddit -a sobriasque terras *Domitianus.* MART. 4, 64, 1 *et* 36 Iuli -a pauca Martialis. *et passim.*

2 *latius de quolibet spatio amplo, usu poetarum proprio* (*nonnulla ad 1 referri posse vix negaverimus, cf. supra l. 42; ambigue* PRVD. cath. 12, 176 suis tribulibus promissa solvit -a *Christus quasi Iosue.* CLAVD. 18, 454 si forte inferna piorum -a et Elysias scindis, Serrane, novales): **a** *terreno*: *α plur.* (*forma -a praeter l. 78*): AETNA 137 inmensos ... sinus et -a pessum intercepta. SEN. Herc. O. 134 incolui non steriles focos nec ieiuna soli -a Thessali. VAL. FL. 6, 130 tua -a nondum eruis, ignotis insons Arimaspe metallis. STAT. Theb. 6, 679 horrida campi -a (IVV. 2, 132 cede severi -bus c. *Martii.* AVIEN. orb. terr. 306 lati -a c.). 6, 917 avita -a, dilectas ... desolavimus urbes. silv. 1, 3, 84 Laurentia Turni -a (*cf.* 5, 3, 163 -a Dauni *i. Apulia*). 5, 2, 21 Romulei ... per -a circi. MART. 1, 12, 3 rura nemusque sacrum dilectaque -a Musio. AVIEN. orb. terr. 554 Graiae confinia terrae ... prolixa ... longis -a producunt spatiis (*gr. 400* πολλὸν ἀνερχομένη). 949 post hos Assyriae tenduntur -a terrae ([*gr. 772* πρόχυσις χθονός]. 1284

[Detrich]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

internae ... -a t.). 1072 ubi ... caespitis inrigui Bostrenus -a findit. 1093 Apamenae -a glaebae. CLAVD. 10, 247 Paestana rosae per -a regnant. CARM. de Sod. 58 Sodomorum -a. *β sing.* (*abl.* -e): PAVL. NOL. carm. 28, 274 ut nitido purgata patesceret area dorso, quae modo marmoreis ornato -e saxis late strata nitet. ALC. AVIT. carm. 1, 275 in ... locum pecorum viridantis -e campi succedunt ... pisces.

b *transfertur ad mare*: Ov. Pont. 4, 9, 86 teneat glacies -a multa freti.

B *in imagine*: AVSON. 419, 70 p. 371 P. habetis velut seminaria, unde orationum vestrarum -a compleatis.

II *vi secundaria designat longitudinem* (*usum primarium deflecti apparet ap.* Ov. *et* MELAM *l. 18*): Ov. Ib. 181 -bus novem summus qui distat ab imo *Tityos* (*cf. p. 628, 19. 48*). CVRT. 5, 1, 26 aedificia *urbis Babylonis* non sunt admota muris, sed fere spatium -i unius absunt ([*cf. Diod. 2, 7, 5* ὁδὸς πάντῃ κατελέλειπτο δίπλεθρος]. MELA 3, 40 plus -i[s] spatio sublimis *Araxes* [*cf. Polyb. 10, 48, 5* πλεῖον ἢ στάδιον ἀφάλλεσθαι τὴν καταφορὰν αὐτοῦ *sc.* Ὄξου]. *v. et l. 27*). MELA 1, 55 *pyramis* quattuor fere soli -a qua sedet (*Pintianus et Frick*, quae sede *cod., an* quadra *vel* quadrata sede*?*) occupat, totidem in altitudinem erigitur (*cf. Herod. 2, 124, 5* τῆς ἔσται πανταχῇ μέτωπον ἕκαστον ὀκτὼ πλέθρα ἐούσης τετραγώνου καὶ ὕψος ἴσον). PLIN. nat. 6, 18 *Eonis paeninsulae* latitudo nusquam infra (*'an* ultra*?' Mayhoff*) duo -a est (*cf.* SIDON. epist. 2, 2, 3 mons ... colles ... effundit quattuor a se circiter -um latitudine abductos). 8, 40 (*inde* SOL. 40, 11) *bonasum* reddente⟨m⟩ in ea *fuga* fimum, interdum et trium -um longitudine (*cf. Arist. hist. anim. 9, 45 p. 630 b 9* εἰς τέτταρας ὀργυιάς). 9; 4 ballaenae *Indicae* quaternum -um (*inde* SOL. 52, 42 ultra spatia quattuor -um. *cf. imprimis Nearch. 133 F 1 f et 28 Jac.*).

deriv.: iugeralis, iugeratim, iugeratio.

compos.: semi-, sesquiiugerum.

iugerus *v. p. 627, 52.* *Detrich.*

1. iuges, -etis *adi.* *a* iungere, *cf.* iugum. *nom. sg.* -etis *falso sec. gen. fingere vid.* SERV. *l. 39*; -it- *pro* -et- GLOSS. *l. 45.* **1** *technice de auspicio quodam, quod ad iumenta iugata pertinet*: CIC. div. 2, 77 *M. Marcellus ne auspiciis impediretur providit*; huic simile est, quod nos augures praecipimus, ne -es auspicium obveniat, ut iumenta iubeant diiungere. *cf. explicatores*: PAVL. FEST. p. 104 -es auspicium est, cum iunctum stercus fecit. SERV. auct. Aen. 3, 537 ('omen *eqs.*') multi de libris augurum tractum tradunt; -etis (iugalis *cod. Ambros.* [*item infra*]; iuge id, iuge eis *viri docti*) enim dicitur augurium, quod ex iunctis iumentis fiat; observatur enim, ne prodituro magistratui disiunctis (⟨nisi⟩ d. *Dacier*, indisiunctis *Pease*) bobus plaustrum obviam veniat ...; cum autem dicit 'iugo' (*542*), veram significationem -etis facit. **2** *de ipsis iumentis i. q. iunctus*: GLOSS.[L] II Philox. IV 31 -ites: συνεζευγμένοι. 49 -et⟨es⟩ (*?; an* iuges *coll. p. 630, 56 sqq.?*): ἐν πρώτοις (ἀρότροις *Heraeus*) ζευχθὲν κτῆνος.

2. iūgēs *v.* iugis *p. 630, 56.*

iugetis *v.* 1. iuges *l. 39.*

iūgifluus, -a, -um. *a* iugis *et* fluere. *i. q. iugiter fluens*: PAVL. NOL. carm. 31, 439 -us (*ed. pr.*; -is *BO*, iuge fluis *T*) semper biberis, *Christe* (*cf. 435* panem fontemque salutis semper et esuriant et sitiant animae. *443* semper sitientibus ... influis).

iūgilo, -āre. *vox onomatopoetica, cf.* iugio. *de voce milvorum*: ANTH. 733, 11 (*forsitan medii aevi*) milvus -at. *B.*

iūgio (*et* iūgo *?*), -ere. *vox onomatopoetica; sunt, qui conferant gr.* ἰύζω. *de notione*: PAVL. FEST. p. 104 -ere milvi dicuntur, cum vocem emittunt (ISID. diff. 1, 607 milvus -it. GLOSS.[L] I Ansil. AR 390. IV 129. III Abol. IV 2 [= Corp. I 303; *var. ll.* iubilat, inbit]. GLOSS. V 602, 10. *cf.* SVET. frg. p. 251, 2 [*var. l.*] GLOSS. Loewe, Glossae nom. p. 249 -iunt miloi). GLOSS.[L] II Philox. IV 71 -it: ἰκτὶν βοᾷ. *emendatur* VARRO Men. 464 -ere volitans milvus (vigere v. mulsus *trad.*) *eqs.*

cf. iugilo, 2. linguo, lupio. *Ehlers.*

***iūgis,** -e. *a* iungere, *cf.* iugum. *desunt gen. pl.* (*n. pl.* -ia CAEL. AVR. chron. 4, 2, 16 GLOSS.) *et gradus comparationis.* iū- *exhibent* PLAVT., HOR. *atque posteriores; aetate vergente demum corripitur prima syllaba* (*sec.* iugum): SEDVL. carm. pasch. 1, 34. 2, 255. 3, 202. 239 VEREC. satisf. 2 CORIPP. Ioh. 7, 493 Iust. 2, 143 CARM. de alphab. 34. CE 712, 35 (*s. VI ex.*). 1992, 6 (*in vers. pessimis*). *cf.* CE 691, 3 *et p. 630, 56 sqq.* *legitur ap.* PLAVT. *semel*, CIC. *ter*, SALL. *semel*, HOR. *bis* (sat., epist.), (PAVL.) FEST. *bis*, SEN. *phil. semel* (*adv.*), PLIN. nat., FRONTONEM, GELL. *sing. locis; abunde inde ab* APVL., *maxime ap. Christianos.*

1 *i. q. continuus, perpetuus, assiduus sim.* (GLOSS. διηνεκής. -e: sine defectione, perenne ac perpetuum. -i [*?*]: frequens. -em: ἁρμόζοντα. -is: continuus. -ia: assidua. *accedunt synonyma passim, c. vi augendi* GENNAD. dogm. 53 -i, immo perpetuo luctu [*cf.* BOETH. trin. 4, 71 -em indefessumque ac per hoc perpetuum cursum]. *c. abl. limit.*: APVL. flor. 13 p. 46 ratio et oratio tempore -is est et auditu venerabilis *eqs.*): **a** *usu communi*: *α de variis rebus*: PLAVT. Pseud. 84 eheu. :: istocine pacto me adiuvas? :: do id, quod mihi est, nam is mihi thensaurus -is in nostra est domo. FRONTO p. 4, 11 v. d. H. (p. 7 N.) amicitiae ... exstinguntur, amor autem fortuitus et -is est et iucundus. GELL. 12, 8, 6 -i concordia ... vixerunt (CE 111, 52 *a. 384*). APVL. met. 9, 3, 1 asinum -i furore iactari. mund. 12 perseverantia (*cf.* CHALC. comm. 201 perennitatem non -em et integram, sed ex successione. AMBR. epist. 11, 6 p. 947[A] continuatione. COD. Theod. 16, 2, 47 pr. aeternitate [SEDVL. op. pasch. 1, 1 p. 177, 11]. CASSIOD. in psalm. 127, 5 l. 159 perpetuitate. *sim. al.*). 16 stativa lux est ... -is et (-i sed *trad.*) prolixa lux (*gr. 395 b 9* προμήκης *tantum*). TERT. apol. 18, 3 ignem aeque perpetem et -em (48, 13. *cf.* SOL. 30, 15 incendia -is aestus [*sec. Plin. nat. 6, 197* aeternis ardet ignibus]). 48, 15 hoc (*montes ardere*) erit testimonium ignis aeterni, hoc exemplum -is iudicii *eqs.* adv. Marc. 1, 22 p. 319, 6 bonitas perennis et -is exigetur in deo. resurr. 44 p. 90, 22 vita Christi aeterna, -is, incorrupta. TER. MAVR. 1629 *in hexametro* locis ... quinque frequenter -em videmus inveniri dactylum (*cf.* 2265 -i trimetro Flaccus usus est semel *sc. in epod. 17.* 2488 Horatium videmus versus tenoris huius nusquam locasse -es). IVVENC. 4, 351 *homo fidelis* vitam poterit -i componere saeclo (*i. aeternitati sec. Ioh. 11, 26*). CHALC. transl. p. 25[C] illuvione diei noctisque -i (*gr.* κατακλυσμῶν γενομένων μιᾶς ἡμέρας καὶ νυκτὸς χαλεπῆς ἐπελθούσης). comm. 218 -em ... silvam et ... sibi continuatam (275). NON. p. 64, 31 'propages' est series ... continuo vel longe (iuge *Quicherat, cf. infra l. 65*) ducta, unde 'conpages' et 'propagare' genus -e longe mittere (-e emittere *Müller deleto* longe). DIOM. gramm. I 476, 14 (*de spondeo*) ut duabus longis melodiis quasi duplicibus et -bus votis prospera deorum voluntas firmaretur. AVR. VICT. Caes. 15, 3 -i pace ac longo otio (DICT. 2, 16 RVFIN. hist. 5, 16, 19). PRVD. perist. 1, 80 -bus ... catenis (*i. perpetuo carcere*). CIL VI 1727, 4 (*s. V in.*) post -es excubias militiae. INSCR. RevA. V 30, 1929 p. 366 n. 4 ob tunc incipientem, deinceps -em erga se dignationem. *al.* *in doctrina Christiana*: TYCON. in apoc. 463 B. semper ... cruciatibus parit ecclesia Christum, unde -em (iuge *Lo Bue vix recte, cf. infra l. 65*) filii hominis adventum promisit *spiritus sanctus* (reg. 1 p. 8, 2 qui cotidie nascendo venit ...; istius nobis -is a. cavendus est). *cf. 466* et in verbis Herodis ostensum est Christum iugiter nasci ...; non dixit ... 'ubi natus est', sed 'ubi nascitur Christus' (*Matth, 2, 4*). *reg. 1 p. 4, 22* corporis ... adventus ... iugiter venientis. *p. 4, 27* 'a modo' inquit (*Matth. 26, 64*) 'videbitis venientem', quoniam ... iugiter venit nativitate. *β de aqua, fontibus sim.* (*cf.* GLOSS. -is aqua: ἀέναον ὕδωρ. GLOSS.[L] II Philox. IV 48 -is: ὑδραγωγός): CIC. nat. deor. 2, 25 ex puteis -bus aquam ... trahi (div. 1, 112 puteo. *cf. l. 39*). div. 2, 31 aquae -is colore (SALL. Iug. 89, 6 [*opp.* pluvia, *cf. l. 44*]. HOR. sat. 2, 6, 2 tecto vicinus -is a. fons [SCHOL.: perennis. *vix recte* PORPH.: qui cum sit -is, domi sit proximus]. epist. 1, 15, 16 collectosne bibant imbres puteosne perennes -is a. FEST. p. 161 Vestales ... a. -em vel quamlibet praeterquam quae per fistulas venit, addunt. PLIN. nat. 23, 42. HIER. in Is. 8, 5/8 l. 30 qui *fons* non -bus a., sed in certis horis diebusque ebulliat *al.*). APVL. apol. 15 (*cf.* MACR. Sat. 7, 14, 4 *et Epicur. frg. 320 Us.*) imagines ... -i fluore a corporibus manantes. mund. 9 ⟨imber⟩ pluvia -is (*gr. 394 a 32* συνεχής) est, nimbus autem ... repentinus. *al.*

b *usu recentiore argutius dictum*: *α i. q. communis*: SEDVL. carm. pasch. 1, 34 cui *Christo* ... una est cum patre potestas, par splendor, communis apex ..., sine tempore regnum, semper principium, sceptrum -e, gloria consors (*cf. op. pasch. 1, 1 p. 177, 12* sceptri societate consors gloria). CORIPP. Iust. 2, 143 genus omnibus *imperatoribus* unum, sceptrum continuum, tempus -e, iuncta potestas. *β i. q. mox consequens*: SEDVL. carm. pasch. 3, 239 ut fimbria saltim vix attacta dei morbis mederetur ..., et, quotquot tetigere, -em sensere salutem (*cf. op. pasch. 3, 20 p. 248, 6* compos factus est mox salutis). *cf. p. 631, 38 sqq.*

2 *i. q. iugalis* (*quasi* iŭ-, *cf. p. 629, 65 sqq.; falso trad. p. 629, 39*): **a** *m. pl.* -es *pro subst.* (*cf.* PAVL. FEST. p. 104 -es: eiusdem iugi pares, unde et coniuges et seiuges): MAX. TAVR. hom. 16 p. 257[B] omnis ... arans, si retro respiciat (*sec. Luc. 9, 62*), ... arantum boum suorum vestigia vulnerabit; ita et qui ... incedit ad dei regnum, si aspectum suum ad impia ... converterit, -es suos (iugera sua *cod. Martin.*), hoc est corpus et animam, vulnerabit. **b** *de Iunone pronuba* (*cf.* iugalis, 1. iugus): GLOSS. *p. 626, 12.*

n. sg. **iūge** *pro adv.* *i. q. continuo* (*dicitur a poetis, ita ut coniecturae l. 17. 27. 75 allatae vix probentur*): AVIEN. Arat. 1307 manus olli *Arcturo* ... sinistra -e manet (*i. numquam occidit; gr. aliter*). 1842 si -e gregi cupiant haerere *haedi* nec usquam matribus abscedant. ora 232 nebulosa -e his incolis convexa sunt. PRVD. perist. 4, 143 -e viventis ... martyris. 10, 472 -e durans *anima*. PAVL. NOL. carm. 23, 37 mihi -e fluat de te tua gratia, Christe. VEN. FORT. Mart. 4, 448 continuata trahens per tempora -e (vile [*i.* mille], multa *var. ll.*) precatu (-tum *Mommsen*), nec prius absistit *eqs.* *v. etiam l. 76.*

? abl. sg. **iūgī** *pro adv.* *cf.* continuo, perpetuo *necnon* brevi. *i. q. continuo*: CLAVD. MAM. anim. p. 43, 21 -i (*codd. fere omnes*, iugiter *duo*; iuge *edd.*) ... videremus, si luceret visus, et audiremus semper ..., et perpetuo odoraremur *eqs.* PAVL. PETRIC. Mart. 5, 178 -i (iuge *Petschenig coniectura nisus modo allata*) ad summum properans *liquor quidam*.

adv. ***iūgiter.** *scribitur etiam* -get-: CE 1361, 7 (*a. 498; e codd., scripturam usitatam exhibet Muratori*). COD. Theod. 6, 30, 24 *R*[c].

i. q. continuo, perpetuo (GLOSS. ἐφεξῆς. perseveranter. assidue): **1** *usu sollemni*: **a** *c. verbis vel nude*: SEN. nat. 4, 2, 20 illis *fluviis montanis* altissimae ut in septentrionibus -r sunt nives. APVL. mund. 30 machinam omnem -r per circuitum suis legibus

[B.]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

terminatam (*gr. 399 a 33* ἐνδελεχῶς). TER. MAVR. 1475 rhythmus magis hic -r invenitur aptus. 2131 -r hanc legem toto prope carmine servat *Theocritus*. ITALA psalm. 104, 4 (Aug. spec. 6 p. 38, 17 = HIER. psalt. sec. Hebr.) quaerite faciem eius *dei* -r (*gr.* διὰ παντός, *Vulg.* semper). 110, 10 (Aug. spec. 6 p. 38, 25 = HIER. psalt. sec. Hebr.) laus ... perseverans -r ([*gr.* εἰς τὸν αἰῶνα τοῦ αἰῶνος, *Vulg.* in saeculum saeculi]. CYPR. hab. virg. 22 p. 203, 17 FAVSTIN. trin. 5, 2 p. 71^A^. *al. cf.* CYPR. epist. 74, 10 p. 808, 10 perseveranter ac -r [patient. 7 p. 402, 26]). CYPR. Demetr. 20 p. 366, 2 deum diebus ac noctibus -r atque instanter oramus (HEGES. 5, 44, 2 POSSID. vita Aug. 9 p. 11, 9 MARCELL. med. 23, 77. *cf.* CYPR. domin. orat. 29 p. 288, 20 per totam noctem -r. VVLG. I par. 9, 33 die ac nocte -r). zel. 7 p. 424, 5 terminum non habet permanens -r malum. PANEG. 7, 11, 8 facilius fuerat -r imperare ..., intermissa desiderant novas vires. 11, 15, 3 salutares spiritus -r manant. IVL. VAL. 1, 16. 1, 26 *purgamentis* -r ablutis ... atque in mare perpetuo dilabentibus. CHALC. transl. p. 43^C^ -r et sine intermissione (*gr.* ἐνδελεχῶς *tantum. item* p. 50^A^, *ubi gr.* μηδὲν παύοιτο *tantum*). comm. 130 -r continueque (NON. p. 376, 30 protinus: -r et c. [SERV. Aen. 10, 340]). AVSON. 178, 4 p. 41 P. coniugium Sancti -r haec habuit. SYMM. epist. 1, 37, 2. HIER. psalt. sec. Hebr. 9, 6 nomen eorum *impiorum* delisti (*i.* delesti) in sempiternum et -r (*Vulg.* in aeternum et in saeculum saeculi). RVFIN. Orig. in Ios. 1, 7 p. 295, 1 -r et indesinenter (*al. v. vol. VII 1, 1138, 23 sq.*). PAVL. NOL. epist. 13, 9 (*opp.* temporaliter). 23, 2 diu aut -r. HIPPOCR. aer. 8 p. 17, 8 limpidum ... calefactum et coctum -r (*gr.* καιόμενόν τε καὶ ἑψόμενον *tantum*; -r *additum esse vid., ut defectui partic. praes. pass. latini succurreretur*). COD. Theod. 16, 7, 3 -r atque perpetuo. CE 220, 5 videndo -r et fletum et gemitus integrat. *al.* **b** *c. adi., nominibus*: CYPR. ad Donat. 15 p. 16, 1 cultu -r vivido, ... splendore diuturno. CHALC. comm. 328 -r memores. AVSON. 205, 14 p. 63 P. sodalis et convictor, hospes -r. AMBR. Abr. 2, 5, 22 *mens* -r actuum suorum bene conscia. SORAN. p. 98, 1 cataplasmatibus -r calidis. MARCELL. chron. II p. 98, 513, 6 principi ... -r adversarius. SEDVL. op. pasch. 2, 6 p. 202, 13 concordi -r puritate. 4, 18 p. 268, 7 fons ... -r vivus et perennis aquae semper inriguus (*cf. carm. pasch. 4, 224* fons ... perennis aquae). CASSIOD. var. 2, 14, 3 ciconia redeuntis anni -r nuntiatrix. MART. BRAC. form. vit. 9, 1 ductu -r leni.

2 *usu peculiari i. q. mox*: AVSON. 409, 10 p. 266 P. transierant Idus *Decembres* ... et nonas decimas ab se nox longa Kalendas -r acciri ... iubebat. RVFIN. Orig. in cant. 1 p. 107, 17 *adulescentulae* suavitate odoris ... refectae -r incalescunt.

deriv.: iugitas. *compos.*: iugifluus.

***iūgitās,** -ātis *f.* *a* iugis. *i. q. continuitas, assiduitas* (GLOSS.): HIL. in psalm. 118 vau 7 p. 414, 23 distinxit ... praesens officium ab indefessa illa perpetui officii -e dicens (*psalm. 118, 44*) 'et custodiam legem tuam semper *eqs.*' PS. ATHAN. ad mon. 3 p. 74^B^ huius in ieiunii -e patientia, ... huius in lectionis assiduitate sedulitas ... laudatur. FAV. EVL. 25, 4 W. (= p. 18, 26 H.; *de harmonia mundana*) efficitur consonae -is continua modulatio (*cf.* MART. CAP. 2, 108 consentanea ... congruit -e [*antea*: consonae unitatis continua modulatio]). MARCELL. med. 8, 121 lacrimarum impetum et -em. MART. CAP. 5, 462 *in textu testamenti q. e. 'heres esto milesi'* certamen exortum, dum heres 'esto mi' distinguit, qui Lesius dicebatur, alius vero continua nominis -e 'Milesium' dicit heredem. COD. Theod. 8, 5, 32, 1 adclamationibus ... aliisque antiquis ... rebus concessa -s inlibata servatur (*dicitur usus publici cursus ut* 12, 1, 186 quae res ... in eam famam mali -e pervenit, ut *eqs.*). OROS. hist. 1, 21, 19 pacis. CASSIAN. conl. 1 praef. 5 illius, quam apostolus (*I Thess. 5, 17* sine intermissione orate) praecipit, orationis perpetuae -em (10 tit. de -e o. [*teste* Gennad. vir. ill. 62, *libri Cassianei* de oratione]. inst. 2, 9, 1 earum *orationum* qualitate seu -e. EVGIPP. Sev. 35, 2 in orationis ... -e continuus). 2, 22, 2 castimoniae ... puritatem indisrupta ... -e servare. 17, 10 optaremus aedificari vestri -e consortii. 21, 23, 4 si ... continentiae -em interiecta dierum sollemnitas non mutarit, spiritalibus feriis iugiter perfruemur. *al.* CAEL. AVR. acut. exc. 2 p. 493 in sinochis, quod est -s febrium. VEREC. in cant. 8, 3 ⟨ut⟩ -em aquae currentis unda facit undae succedens, ita *eqs.* COD. Iust. 5, 17, 7 pr. (*a. 337*) post tam magni temporis -em. PALLAD. hist. mon. II 20, 7 p. 379^C^ sollicitudinis ac solitudinis -e. LEANDER reg. 2 p. 882^A^ videndi -e.

iūgiter *v. p. 630, 79.*

***iūglāns,** -andis *f.* *a* Iovis *et* glans, *translatum e gr.* Διὸς βάλανος (*Theophr.*); *cf.* Iovis barba. *de orig.*: VARRO ling. 5, 102 pinus (*nisi vocabulum corruptum est, sui iuris forsitan exstet lemma, cuius explanatio evanuit*) -s, quod, cum haec nux, antequam purgatur, similis glandis, haec glans optima et maxima a Iove et glande -s est appellata (GAV. BASS. Macr. Sat. 3, 18, 3 quia id genus arboris nuces habet, quae sunt suaviores sapore quam glans est, antiqui ... arborem deo dignam existimabant *eqs.* PLIN. nat. 15, 91 sunt qui honori ['*an* honore?' *Mayhoff*] nomen interpretentur et I. g. esse. ISID. orig. 17, 7, 21 fuit enim haec arbor consecrata Iovi. GLOSS. V 366, 4. *dub. an huc pertineat* GRAMM. suppl. 180, 4 '-is' pro 'ioglandis' [*nom. sg.?*] id est iocus [locus *trad.*; 'Iovis?' *Goetz, Thes. gloss. s. v.*] glandis). MACR. Sat. 3, 18, 2 nux -s secundum nonnullorum opinionem a iuvando et glande dicta existimatur. *scrib.*: iog-: TAB. Peut. (*v. p. 632, 52*) *et* GRAMM. *p. 631, 81* (*veriloquii gratia dictum?*). -gul-: PAVL. FEST. p. 166 (*in etym. vocis q. e.* naucum) quidam nucis -is, quam Verrius iugulandam vocat, medium velut dissepimentum. *exstat in codd.*: VARRO rust. 1, 16, 6 (-gl- *B*). COLVM. arb. 22, 3 *A* (-u- *erasa in S*). PLIN. nat. 15, 28 *M.* 30, 101 *V.* MACR. Sat. 3, 18, 3. *de formis*: -anda *v. l. 2.* GLOSS. IV 245, 51 (-des *var. l.*). *? nom. sg.* -andis (*cf.* glandis *vol. VI 2, 2030, 84 sqq.*) *l. 28. p. 631, 81.* *abl. sg.* -e PLIN. nat. 16, 205. 18, 88. -i PALLAD. 2 tit. 15. *gen. pl.* -ium CIC. *omnes fere codd.*, VAL. MAX., PAVL. FEST., PLIN. nat. *ter.* -dum CIC. *duo codd. det.*, PLIN. nat. 17, 89 (-ium *d solus, item* 17, 91). *legitur praeter* CIC. *ap. artium tantum scriptores, in poesi* SER. SAMM. (*ter*). [*pedem.* ğūla. *G.*]

nucis genus, i. q. Διὸς βάλανος (*cf.* OPPIVS Macr. Sat. 3, 18, 7 basilicae nuces. NON. p. 122, 30 -es: agrestes nuces. *nomina graeca, usum, genera enarrat* PLIN. nat. 15, 86—91. *ad rem v. Schneider, RE IX 2508*): **1** *de fructu* (*solum ponitur l. 17. 23. 31. al., ceterum* nux -s [-s n. *l. 19. 25.* PLIN. nat. *ter*]): CIC. Tusc. 5, 58 *Dionysius tyrannus pavidus* ferrum removit instituitque, ut candentibus -ium putaminibus barbam sibi et capillum adurerent ([*inde* VAL. MAX. 9, 13 ext. 4 -ium nucum p.]. PLIN. nat. 23, 148 putamine nucis -is dens cavus inuritur). VARRO rust. 1, 59, 3 servare ... nuces -es in harena. 1, 67 nucem -em (*infra n. tantum*). 3, 15, 2 in hoc *glirium* dolio addunt glandem aut nuces -es aut castaneam. PAVL. FEST. p. 98 gulliocae: nucum -ium summa. CELS. 2, 25, 2 aliena stomacho sunt: ... -es. 5, 24, 2 resinae ... ad nucis -is magnitudinem (SCRIB. LARG. 148, 156 nucis -is [*inde* MARCELL. med. 25, 2 -is n.]. PLIN. nat. 20, 7. 37, 149 [*Democrit. B 300 D.-K.*; seu glandis *var. lect.*, '*sed vel dicendum erat*' *Mayhoff*]. *cf.* SCRIB. LARG. 143 datur quantum nucis -is *eqs.* [nux -s *Helmreich.* MARCELL. med. 26, 1 nux -is, *utrum nom. sg. coll. p. 631, 81 an gen. ut infra l. 40?*]). 5, 27, 12^B^ ius malvae vel -es (*sic priores edd.*, ius glandis *trad., quod retinet Marx*) ex vino contritae (*inter antidota ut* SER. SAMM. 1056 -is fetus. 1066). COLVM. 12, 5, 1 *ad acetum faciendum* nuces ardentes -es XL. 12, 59, 2 nuces -es (grandes *SA*). PLIN. nat. 14, 136 nucibus ... -bus additis *vino*, eas enim fumum excipere. 15, 28 *oleum* fit et e ... nucibus -bus (-dis *trad.*, '*sc. arboris*' *Mayhoff*), quod caryinum vocant (23, 88 e nuce ... -e, quod c. appellavimus). 16, 205 colos mire adulteratur -e ac piro ... tinctis *lignis*. 23, 148 cortex -ium lichenum vitio *medetur*. *al.*

2 *de arbore* (*cf. p. 631, 80*): VARRO rust. 1, 16, 6 ut quercus, sic -es magnae et crebrae finitimae fundi oram faciunt sterilem. PAVL. FEST. p. 104 (*v. s.* iugulae) nux -is (*cf. l. 27. 34*). COLVM. 5, 10, 14 (= arb. 22, 3) eodem *verno* tempore -em et pineam et castaneam serere oportet (PLIN. nat. 17, 64 -es nuces porrectae seruntur commissuris iacentibus. *cf.* 17, 136). PLIN. nat. 15, 90 haec arbor (*amygdala*) an fuerit in Italia Catonis aetate, dubitatur, quoniam Graecas *nuces* nominat, quas quidem et in -ium genere servant (*i. observant*). 16, 74 non temere in montibus visae sunt ... -s *eqs.* 16, 76 aquas odere cupressi, -es, castaneae *eqs.* 16, 116 inferiore *sui parte fertiliores* -es. 16, 131 prostratae *facile restituuntur*. 16, 212. 218. 223. 17, 59. 17, 89 umbrarum proprietas: -um gravis et noxia, etiam capiti humano omnibusque iuxta satis (*sim.* 17, 91. *cf.* 23, 147 nuces -es Graeci a capitis gravedine appellavere [*sc.* καρύας], etenim arborum ipsarum foliorumque virus in cerebrum penetrat). 24, 1. *in nomine loci*: TAB. Peut. 4, 4 ad -em (*cf. Keune, RE Suppl. III 1241*).

iūgmentārius *v.* ium-.

1. iugmentum *v.* iugum-. **2. iūgmentum** *v.* ium-. *B.*

1. iugo, -āvī, -ātum, -āre. *a* iugum. *inter verba activa coniug. I^ae^ enumerat* CHAR. gramm. p. 473, 6 B. *de formis*: -arat VERG. Aen. 1, 345 (*inde* GLOSS.; -verat CHALC. comm. 146), -asti SIDON. epist. 9, 9, 12, *inf.* -arier MART. CAP. 1, 92 (vers.), *? imper. mediopass.* -ator AVSON. *p. 633, 12.* *de notione et origine*: NON. p. 47, 7 '-tum' coniunctum, a iugo dictum (*affert* CIC. *p. 633, 40*). CHAR. gramm. p. 473, 6 B. -o: ζευγνύω σταθμόν. GLOSS.^L^ I Ansil. IV 119 -are: matrimonium iungere. GLOSS. -arat: coniunxerat. matrimonio iunxerat. *usum technicum primus testatur* VARRO rust., *ceterum exstat inde a* CATVLLO, CALVO, CARM. *p. 633, 39* (*Naevio adscriptum Laevio tribuit Scaliger*), CIC. [*confunditur in codd. maxime* c. coniugare, (con)iungere, ligare (*ex. gr. l. 78*).]

i. q. iugo ornare: **I** *in universum*: **A** *vites, malleolos sim. ita, ut iugis affigantur vel fulciantur, aut areas ita, ut talibus iugis instruantur* (*t. t. agr.*): VARRO rust. 1, 8, 1 (*bis*) vineae -tae (1, 8, 2. COLVM. 4, 20, 1 pedatam v. -tamque. 4, 26, 1 adminiculandae -andaeque. 11, 3, 58 arb. 4, 1. 2 PLIN. nat. 17, 186 AMBR. in Luc. 9, 29). COLVM. 4, 1, 5 -ta vineta. 4, 14, 1 *malleoli* prius quam germinent -entur. 4, 30, 2 (*bis*) vicenis *iugeribus vineae* -andis (*antea*: ligandae vineae). 5, 5, 11 in -tis vitibus (5, 5, 15. arb. 5, 2 si -ta⟨m⟩ eris facturus [*an 'vineam'?*]. 5, 6. PLIN. nat. 17, 207 *opp.* arbusta vite). ANNIAN. carm. frg. 3 quando flagella -as, ita -a, vitis et ulmus uti simul eant (-bis *Iuba Prisc. gramm. III 421, 5* [*Ald.*, iuv- *trad.*]; ligas, ita liga *Mar. Victorin. gramm. VI 122, 16 et Serv. Aen. 4, 291 versum Septimio Sereno tribuentes*). *cf. p. 633, 40.* **B** *alia ita, ut formis iugorum similibus exornentur*: PAVL. NOL. carm. 19, 616 *littera* 'τ', qua ... cacumen habet, transverso vecte -atur. 19, 668 superciliis a fronte -antia vultum lumina. *huc fortasse* MART. CAP. 2, 120 (vers.) quid -tā lineā trigonus recurvet (*i.* '*ad iugi similitudinem formata*' *sc.*

[*Lévêque-Quadlbauer*]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

accentu circumflexo, nisi 'ex duabus lineis iungendo effecta'; cf. iugum *p. 643, 42*).

II *accedit notio iungendi:* A *usu sollemni:* 1 *coniugio (fere poetice):* a *-antur singuli:* CATVLL. 64, 21 Thetidi pater ... -andum Pelea sensit. VERG. Aen. 1, 345 cui pater intactam dederat primisque -arat ominibus (*cf.* STAT. Theb. 2, 204 primis ... hymenaeis ... Argian ... -ari). HOR. carm. saec. 18 decreta super -andis feminis. SEN. Herc. f. 852 virgines nondum thalamis -tae (PAVL. NOL. carm. 21, 400 MART. CAP. 1, 32 [vers.]. *adde l. 20*). Tro. 362 quo -ari Thessalae cultu solent ... nurus. STAT. Theb. 3, 157 dextra ... in sorte (*cf.* DRAC. Romul. 6, 82 felici sorte). silv. 5, 1, 46 te -tum ... fovebat *uxor.* AVSON. 313, 2 p. 407 P. par pari -ator (-ato *var. l.*) coniunx. PRVD. c. Symm. 1, 264 praegnans nova nupta -atur (vocatur *var. l.*). CYPR. GALL. iud. 544 optatori[s] quaesita -atur. MART. CAP. 1, 92 (vers.) *Mercurium* conubio rite -arier. CASSIOD. Ios. antiq. 17, 1 quae fuerat Alexandro -ta (*gr. 11* συνῳκηκυῖαν). 17, 4 illam non -ret *i. non uxorem secum retineret* (*gr. 48* ἀπελπασθαι ... γαμετήν). *spiritualiter vel in imagine:* Ps. TIT. epist. l. 25 corpus ... legi divinae -tum. l. 31 te ... corpori Christi -ta⟨m⟩ esse (*cf.* VEN. FORT. carm. 6, 4, 14 thalamis domini sponsa -anda). l. 291 isti -ti (*i. mariti, ut vid.*). SIDON. epist. 9, 9, 12 mulierem pulchram ... tibi -sti; ... philosophiam scilicet. b *-antur bini:* CALV. carm. frg. 6 cara -vit *Ceres* corpora conubiis. STAT. Theb. 5, 116 qua pace feras volucresque -ari mos. NEMES. cyn. 122 cura -andi *canes.* PAVL. NOL. carm. 25, 227 (*v. p. 624, 45*). MART. CAP. 1, 1 (vers., *ad Hymenaeum*) elementa ligas vicibus mundumque maritas atque auram mentis corporibus socias, foedere complacito sub quo natura -atur, sexus concilians *eqs.* 1, 31 (vers.) -ta caelitum ... consortia. 3, 222 (vers.). 9, 914 (vers.). DRAC. Romul. 7, 59 Fides Pietasque -ent (*trad.* iung-) *sponsos.*

2 *iugo ad vehendum apto:* MANIL. 5, 350 *sub Centauro natus* mixtas ... -bit semine quadrupedes *i. mulas.* TREB. Gall. 8, 2 boves cornuis auro -tis (*i. aureis iugis iunctis, cf. Colum. 2, 2, 22* ut cornibus inligetur iugum *sc. in quibusdam provinciis; vix recte Salmasius* 'cornibus auratis'). ARATOR act. 1, 673 qua *via* spado -tis Aethiopum pergebat equis. ISID. orig. 18, 35 primus Clisthenes ... tantum medios *equos* -vit. MIRAC. Theclae 2 p. 171, 7 qui *boves* eo die -bantur ad vehicula.

B *usu liberiore (-antur bina vel plura):* 1 *vario:* CARM. Macr. Sat. 1, 18, 16 (*v. p. 632, 65*) sol ... habenas immittit propius -atque terrae (*i. currum terrae admovet*). CIC. Tusc. 3, 17 *virtutes* inter se nexae et -tae sunt. COLVM. 4, 17, 1 harundines pluribus operis -antur *a vitium cultoribus* (*cf. p. 626, 38 sqq.*). 12, 15, 1 pali ... perticis -antur (12, 39, 1). APVL. Plat. 1, 8 p. 197 sicut ignis aëri cognatione coniungitur, ita umor adfinitati terrenae -atur (*antea:* apta et conexa. *cf. p. 623, 73 sqq. et* CHALC. transl. p. 36^E medium *corporeum* ... adplicans mediae *animae* modulamine apto -bat *demiurgus* [*gr.* προσήρμοττεν, *Cic. Tim. 26* copulabat]. comm. 146 *mundi* animam corpusque. BOETH. cons. 5 carm. 3, 5 ut, quae carptim singula constent, eadem nolint mixta -ari). SER. SAMM. 137 nitrum cum melle -tum (*de medicinis miscendis, ut* 974 carica ... c. m. -etur. *cf.* 211 vina chelidoniae [712 hyoscyamum cerae]. 572 puleium ... et agreste -atur anethum: synthesis haec prodest). ANTH. 484, 2 hos *quattuor ventos* circum gemini *venti* dextra laevaque -antur. OPT. PORF. carm. 14, 32 reparata -ans maesti divortia mundi orbes iunge pares, *imperator.* SERV. auct. Aen. 4, 374 sellas duas -tas. CYPR. GALL. gen. 372 Gomorra quibus *civitatibus* Sodomaque -antur (*i. adiacent*). iud. 505 ⟨adiuvat⟩ uxorem votis Manoea -tis *i. adiunctis* (iugalis *Mayor*). MART. CAP. 9, 902 (vers.) rosis -bo lilia. 2 *in arte gramm. vel rhet.* (*arithmet. l. 71*): CIC. top. 38 quia -ta verba essent 'pluvia' et 'pluendo' (coniugata *Friedrich, cf. antea:* ex coniugatione, quam συζυγίαν vocant. *12* coniugata dicuntur, quae sunt ex verbis generis eiusdem. *aliter* MART. CAP. 3, 289 [vers.] expleta ... syllabarum pagina est: -anda ... v. *i. adiungenda verborum expositio*). QVINT. inst. 5, 10, 94 ducuntur argumenta a ... similibus, dissimilibus ..., effectis, eventis, -tis (*P, om. B, del. Halm al.,* fugatis *A*), comparatione *eqs.* (*cf. 85* coniugatum *et* 6, 3, 66 differentibus, -tis, adiunctis, ... comparatione ... similis materia praebetur). TER. MAVR. 136 *littera 'y'* vocalibus ... -ta graecis (*cf.* 139 'u' ..., vocale sonantes sibi quae -ret omnes. 146 hanc *'u'* et ... 'i' simul -tas ... sumere vim ... consonantum. 245. 403. 406). 1459 duo pariter pedes -ti (1465 MAR. VICTORIN. gramm. VI 47, 5. 132, 10). FAV. EVL. 18, 4 W. (= p. 13, 13 H.) quatuordecim, septem, quatuor, duo, unus: et duodetriginta congregatio -ta componet. FVLG. myth. 3, 9 p. 74, 17 *viva vox potest* ptongos -are. MART. CAP. 2, 120 (vers.) -are rhythmicā ac dissipare mixta ... regulā. 2, 203 vocabula ... -tis alternatisque litteris inspirata. 2, 219 (vers.) -ta ... pagina (*i. adiuncta. cf. l. 62 et* 3, 222 [vers.] -bo ludum *i. 'adiungam carmen', nisi '-andis verbis carmen componam'*). *v. etiam p. 632, 84.*

III *accedit notio subigendi:* SIDON. carm. 7, 591 quas tibi, *Roma,* saepe -bit *Avitus* inflictis gentes aquilis.

p. p. p. iugātus, -a, -um *pro adi. v. supra passim, pro subst. l. 21. 63.*

deriv.: iugabilis, iugamentum, iugatio, iugator.

compos.: ab-, ad-, con-, di(s)-, se-, sub-, transiugo; iniugatus.

? **2. iūgo** *v.* iugio. *Lévêque-Quadlbauer.*

iugōsus, -a, -um. *a* iugum *sec.* montosus. *i. q. iugis abundans, acclivis, montosus:* OV. am. 1, 1, 9 quis probet in silvis Cererem regnare -is (epist. 4, 85). *B.*

iugulae, -ārum *et* **iugula,** -ae *f. cf.* iugum. *de orig. et notione:* VARRO ling. 7, 50 apud Plautum 'neque -a *eqs.*'; -a signum, quod Accius appellat Oriona ...; huius signi caput dicitur ex tribus stellis, quas infra duae clarae, quas appellant umeros; inter quas quod videtur iugulum, -a dicta. PAVL. FEST. p. 104 -a stella Orion, quod amplior sit ceteris, quasi nux iuglandis. ISID. nat. 26, 8 Orion a gladio dictus est, unde etiam eum Latini -am vocant sidus ut videtur armatum et stellarum luce terribile (*cf. orig.* 3, 71, 11). SCHOL. Germ. Bas. p. 93, 20 *Orion* latine -a appellatur. GLOSS.^L II Philox. IV 38 -a: ἄστρον Ὠρίωνος ὡς Ἀττιός φησι (*i. Accius;* Ὀράτιος *trad., quod ad Hor. carm. 1, 28, 21 referri potest*). III Abol. IV 9 -a: sidus Orionis. GLOSS. III 200, 35 zeuzelate (*i.* ζευγηλάται): -e.

caeli signum, quod Graeci Oriona appellant, Latini antiquis temporibus iugum duplex plaustri vel aratri interpretati sunt (*cf.* iugum *p. 640, 13 et v. Gundel, De stellarum appellatione et religione Romana 83 sqq. Lehmann-Nitsche, Philol. 81, 1926, 202 sqq.*): PLAVT. Amph. 275 nec -ae (-a *Varro l. c.*) neque vesperugo neque vergiliae occidunt. MANIL. 5, 175 nunc cancro vicina canam, cui parte sinistra consurgunt -ae (*cf. Boll, Sphaera 385 sq.*). COLVM. 11, 2, 76 Id. Oct. ... -ae exoriuntur vespere. FIRM. math. 8, 9, 1 in I. parte cancri oriuntur -ae. ORIENT. carm. app. 4, 12 te *dominum* ... vergiliae, -a, vesperugo, lucifer ... invocant.

iūgulanda, iūgulāns *v.* iuglans.

iugulāris, -e. *a* iugulum. *i. q. ad iugulum pertinens:* CHIRON 284 utemur sanguinis detractione de capite et -bus venis *eqs.* (2, 91 VEG. mulom. 2, 12, 2). *m. pro subst. i. q. clavicula:* VINDIC. epit. alt. 34 p. 481, 20 ('de ossarum dispositione') qui est in torace -e(s) duo; caput humerorum, quod condrum iunguntur, quod clidion (*i.* κλειδίον) vocantur.

*****iugulātio,** -ōnis *f. a* iugulare. *i. q. caedes, occisio* (*gr. respondet* σφαγή): BELL. Hisp. 16, 4 -e oppidanorum facta (18, 9). 22, 6 -em magnam facit (ITALA Is. 34, 6 [Tycon. in apoc. 9, 14 p. 299, 23; *Vulg.* interfectio]). TERT. anim. 25, 5 aeneum spiculum, quo -o ipsa (*i. infanticidium*) dirigitur caeco latrocinio. ITALA Is. 53, 7 (Tert. resurr. 20 p. 52, 27. *al.*) *Christus* tamquam ovis ad -em adductus est (*Vulg.* occisionem). psalm. 43, 22 (Tert. scorp. 13 p. 175, 9. *al.*) deputati sumus ut pecora -is (*Vulg.* occisionis). Zach. 11, 4 (Rufin. Greg. Naz. orat. 1, 63, 2 p. 51, 15) pascite oves -is (*Vulg.* occisionis). TYCON. in apoc. 9, 14 p. 299, 18 (*ad Ier. 46, 10*) sacrificium ... -is et non laudis (PRIMAS. in apoc. 9, 14 p. 860^B). RVFIN. Orig. in Ios. 8, 2 p. 338, 2 hostiarum. CAEL. AVR. acut. 1, 12, 102 phlebotomia ... a -e non differt (1, 15, 119. 2, 38, 219. *cf. p. 636, 25*). PASS. Perp. 21, 11 prosternitur *martyr* ... ad -em solito loco. PASS. Fabii (BHL 2818) p. 130, 3 interrupto ... -is elapsu. *al. translate:* Ps. AVG. serm. ed. Caillau 2 app. 1, 4 *femina* muscipulum est animae, latrocinium vitae, suavis mors et dulcis interitus, malum libens et sapida -o.

iugulātor, -ōris *m. a* iugulare. GLOSS.^L II Philox. IV 45 -es: σφάκται. GLOSS. II 472, 45 φονεύς: homicida, -r, necator *eqs.* [*val.* junghetor. *R.*] *i. qui iugulat:* HIER. epist. 60, 15, 2 Iulianus, perditor animae suae et Christiani -r exercitus. SALV. eccl. 3, 94 *adulationes* gladii sunt -es tui (*95* ista sunt officia, quae te iugulant, ista sunt, quae in mortem trahunt).

f. **iugulātrīx,** -īcis. *i. q. interfectrix:* DRAC. Orest. 590 -em patris (*cf. 201* interfectricem).

deriv.: iugulatorium.

GLOSS. III 204, 42 sf[r]agidion (*i.* σφαγίδιον): **iugulātōrium** (*cf. 326, 13* σφαγίς: occisorium. *II 449, 10* cultrum). *a* iugulator.

*****iugulo,** -āvī, -ātum, -āre. *a* iugulum. *de orig.:* CHAR. gramm. p. 393, 14 B. -are ob iugulum *dictum est.* DVB. NOM. gramm. V 581, 21 iugulum generis neutri ..., ab hoc dictum -are. *de script. et formis:* ηγυγλατυς *i.* -tus: INSCR. Kaufmann, Hdb. d. altchristl. Epigr. 216. *?* iugll-: *v. l. 81.* -lere: OV. Ib. 321. *perf. formas breviores tantum legimus* -assem, -asset, -asse, *fere solas* -asti, -astis (-vistis *nonnisi in schemate* GLOSS.^L II Philox. IV 43), *ceterum* -arunt (BELL. Hisp. 22, 3) *et* -verunt (LIV. epit. Oxyrh. 8, 198 VVLG. IV reg. 10, 14 GLOSS. *l. c.* 44) *et* -vere (VELL. 2, 19, 1 AVR. VICT. Caes. 18, 2 epit. 12, 8), -arit (CIC. Phil. 7, 18 MART. CAP. 5, 445. 453) *et* -verit (CIC. Phil. 3, 31 OV. am. 3, 8, 21 SEN. contr. 9, 2, 6. *al., cf.* -veritis RHET. Her. 4, 39, 51, -veris OPTAT. 2, 21 p. 58, 12 LVCIF. non conv. 11 p. 24, 30), -aras (TER. Eun. 417) *et* -verant (OROS. hist. 5, 21, 5). NOT. Tir. 71, 66. SYNON. Cic. p. 431, 11 interficit ... -at. GLOSS. σφάζω. θύω. -at: necat, perimit. -are: punire. -vi: ἔκτεινα. *al. legitur inde a* PLAVTO, TER., RHET. Her., CIC., LVCR.; *adamatur a* CIC. *in orationibus (maxime prioribus et* Phil.; *ceterum p. 635, 61. 73*). BELL. Hisp. (*11^{ies},* iugulatio *ter*), VELL., VAL. MAX., APVL. *necnon* OV., CELS., MART. *al.; deest ex. gr.* CAES., HOR. carm. epod.; *in dactylis heroicis nonnisi* VERG. *p. 636, 1.* LVCAN. *p. 635, 39 et ap.* PRVD., CLAVD., DRAC. [*prov.* julhar, *val.* junghia, *utrumque notione strangulandi. G.*] **[***dub.:* CIL IX 1671 (*iuxta imaginem gladiatoris*) iuglla iuglla (*'videntur esse acclamationes coronae' Mommsen*).**]**

i. q. gladio sim. per iugulum acto occidere, mactare, trucidare (distinguitur a strangulare *p. 635, 3,* laqueo frangere *p. 635, 49. inter ge-*

[Teßmer]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

nera occidendi VLP. dig. 29, 5, 1, 17 occisorum appellatione eos contineri Labeo scribit, qui per vim aut caedem sunt interfecti, ut puta -tum strangulatum praecipitatum vel [ve *coni. Mommsen*] saxo vel fuste vel lapide percussum vel quo alio telo necatum. PAVL. sent. 3, 5, 2 occisus videtur non tantum qui per vim aut per caedem interfectus est, velut -tus aut praecipitatus, sed et is qui veneno necatus dicitur. *incisio iuguli exprimitur l. 16. 23. 37. 40. 42. 51 necnon p. 636, 33. 637, 7*): I *proprie et in imagine*: A *strictius de animantibus* (*fere hominibus, per prosopopoeiam infra l. 44; de bestiis l. 77. p. 636, 28*): 1 *usu primario*: a *variis modis*: α *-antur homines*: RHET. Her. 4, 39, 51 liberi ... parentum ... in sinu -antur (*cf.* SEN. benef. 7, 19, 8). CIC. S. Rosc. 13 accusant ii qui hunc ipsum -are ... cupierunt (*syn.* trucidetur). 32 patrem meum, cum proscriptus non esset, -astis, occisum in proscriptorum numerum rettulistis. 64 Planc. 71. Mil. 31 optabilius Miloni fuit dare iugulum P. Clodio ... quam -ari a vobis, quia se non -andum illi tradidisset. Phil. 3, 4. *al.* LVCR. 4, 1014 in somnis ... tollunt clamorem, quasi si -entur. BELL. Alex. 46, 5 BELL. Hisp. 15, 6. *al.* SALL. Catil. 16, 3 insontis sicuti sontis circumvenire -are. 51, 32. 34 NEP. Eum. 12, 4. HOR. sat. 1, 7, 35 (*34* tollere). epist. 1, 2, 32 ut -ent hominem, surgunt de nocte latrones. PROP. 2, 8, 4 ipsum me -a, lenior hostis ero. OV. am. 3, 8, 21 epist. 1, 21. 14, 11 me pater ... licet ... illo -et, quem non bene tradidit ensem ([*5* iugulo demittere ferrum]. met. 12, 484 medio -beris ense. *cf.* VAL. MAX. 2, 6, 7 gladius ..., quo noxii -antur [BOETH. cons. 1, 4, 36 W.]. AMM. 28, 1, 57 Maximinus ... damnatorio -tus est ferro et Simplicius ... truncatus. MARCELL. chron. II p. 99, 514, 3 cultro. SALV. gub. 5, 57 mucrone). met. 9, 151. *al.* LIV. 1, 58, 4. 24, 26, 12. 38, 24, 9 -ti praecisum caput. frg. 22 fugitivos ... ipsis imperavit ut interficerent; -tos de muro deiecerunt. SEN. contr. 9, 2, 6 quot praeter hunc -verit *praetor*, quot innoxios damnaverit, quot carcere incluserit. VELL. 2, 71, 3 Varus ... liberti ... manu ... -tus est (QVINT. decl. 379 p. 423, 22. LVCIF. Athan. 1, 8 p. 79, 19 m. militari -are credentes. DRAC. Orest. 738). *al.* VAL. MAX. 9, 11, 2 id egerat *Fimbria*, ut Scaevola in funere C. Marii -retur; quem postquam ex vulnere recreatum conperit *eqs.* (*cf. Cic. S. Rosc. 33* vulneraretur). *al.* CELS. 3, 23, 7 quidam -ti gladiatoris calido sanguine poto tali (*sc. comitiali*) morbo se liberarunt (*item* TERT. apol. 9, 10 *seq.* iugulo. *cf.* SCRIB. LARG. 13. 17). SEN. epist. 7, 5. 93, 12 CVRT. 3, 2, 18 ASCON. Mil. p. 33, 16. LVCAN. 7, 630 probet ..., quem -at, non esse patrem. FRONTIN. strat. 1, 9, 1 TAC. hist. 2, 64, 1. *al.* SVET. Galba 20, 2 (*antea*: optulisse ultro iugulum). *al.* FLOR. epit. 3, 21, 20 GRAN. LIC. p. 19, 1. APVL. met. 1, 14, 3 (*cf. 1, 13, 4* per iugulum ... gladium ... demergit). *al.* TERT. spect. 23 p. 24, 8. ITALA prov. 9, 2 (Tert. scorp. 7 p. 158, 28. *al.; de loco mire mutato cf. Bauer, BiblZ. N. F. 9, 1965, 85 sqq.*) sophia -vit filios suos (*gr.* ἔσφαξεν τὰ ἑαυτῆς θύματα, *Vulg.* immolavit victimas suas). Luc. 19, 27 (cod. a; *gr.* κατασφάξατε, *Vulg.* interficite). act. 5, 36 (cod. h; *gr.* ἀνῃρέθη, *Vulg.* occisus est). VOPISC. Aurelian. 31, 5 infantes occidimus, senes -vimus, rusticos interemimus. PS. AVR. VICT. epit. 40, 5 Maximianus ... poenas dedit ... fractis laqueo cervicibus; Alexander a Constantini exercitu -atur. OPTAT. 2, 25 p. 62, 21 (*infra*: ire ... in iugulos). RVFIN. hist. 2, 20, 6 pontifex interficitur, post illum quam plurimi -antur (*gr.* κατασφαγῆναι ... ἀναιρεῖσθαι). DRAC. Romul. 5, 101 si -et miseros iniusta morte necando. *al.* *proverbialiter* (*cf. Otto, Sprichw. p. 154*): TER. Ad. 958 suo sibi gladio hunc -o. LVCIF. Athan. 1, 9 p. 80, 19 temet mucrone gladii tui -tum. PELAG. epist. ad Demetr. 25 p. 40B adversarius ... nostro ... nos, ut dici solet, -at gladio (CAES. AREL. serm. 119, 3 p. 476, 18). AVG. nat. et grat. 54, 64 illi eum suo gladio -bunt. *in imagine vel comparatione*: CIC. Phil. 13, 40 ego lanista? et quidem non insipiens: deteriores enim -ari cupio, meliores vincere. Att. 1, 16, 2 *Hortensius* properavit rem deducere in iudicium, cum illum *Clodium* plumbeo gladio -tum iri tamen diceret. PS. QVINT. decl. 12, 15 p. 232, 4 non tua culpa fames coepit, sed vulneratum -asti, titubantem stravisti, fumantem incendisti. LACT. inst. 3, 4, 9 tamquam Sparti ... invicem -ant *sapientes*. 6, 7, 8 *in cultu deorum diabolus* universos ... uno mucrone -at et praecipitat in mortem. HIL. c. Const. 8 p. 585B *diabolus docuit* -are sine gladio. OPTAT. 2, 24 p. 61, 5 *linguis tamquam gladiis* -astis non membra, sed nomina (*cf.* 2, 25 p. 64, 22 linguae gladio -astis *episcopos*). PELAG. in I Cor. 15, 56 sagitta mortis peccatum, per quod animae -antur. PRVD. ham. 152 *homo* gladii ... aciem -andus adorat. SALV. eccl. 1, 34 vitia letali gladio animas et perenni occisione -antia. CE 1405, 4 patrios ... foedasti funere vultus, aeterno -as gladio corda matris. β *-antur bestiae*: CIC. Tusc. 5, 116 grunditum, cum -atur, suis. OV. met. 15, 467 haedum. IVV. 15, 12 fetum -are capellae. APVL. met. 6, 31, 5 *asinum* (8, 31, 4). ITALA Ezech. 34, 3 (Cypr. epist. 57, 4 *CR*, *cf.* RVFIN. Greg. Naz. orat. 5, 4, 1) quod crassum est -atis (interficitis *ceteri codd. Cypr.*; *gr.* σφάζετε, *Vulg.* occidebatis). AVG. serm. 178, 9, 10 lupus venit ad ovile ovium, ... quaerit -are, quaerit devorare. PALLAD. hist. mon. I 7 p. 277B arietes quatuor electos atque -tos et fune connexos tenens (*gr. p. 59, 11 B.* σφάξας). *in imag.*: LIV. 6, 17, 2 saginare plebem populares suos, ut -entur. TERT. anim. 33, 1 -andae quaeque *animae humanae* in occisoriis *generibus animalium* (*cf.* 33, 3 ut perinde -etur *anima homicidae*, quia et ipsa -verit). AVG. in euang. Ioh. 45, 11 l. 23 *haeretici tamquam oves* taedium patiuntur ad revocantem et non intellegunt -antem.

b *sacrificando*: VERG. Aen. 11, 199 in flammam -ant pecudes (*item* 12, 214 PRVD. c. Symm. 2, 1108). PHAEDR. 5, 4, 6 nisi qui nutritus illo *cibo* est, -tus foret *sc. verres*. MART. 3, 24, 14 dum -as hircum. IVV. 12, 127 -ta Mycenis *Iphigenia*. ITALA gen. 22, 10 (Rufin. Orig. in gen. 8, 8 p. 82, 30) extendit Abraham manum suam, ut acciperet gladium et -ret filium suum (*gr.* σφάξαι, *cod. 111 al.* occideret, *Vulg.* immolaret). lev. 4, 4 (Monac.) inponat manum suam super caput vituli et -et illum (*gr.* σφάξει, *Lugd.* occidet, *Vulg.* immolabit). DARES 43 Polyxenam ⟨CLAVD. DON. Aen. 3, 320 p. 311, 12). VVLG. Is. 22, 13 occidere vitulos et -are arietes (RVFIN. Orig. in gen. 8, 9 p. 84, 22 et Isaac, qui non est -tus, et aries, qui -tus est). RVFIN. Adamant. 1, 9 p. 21, 9 per Moysen prohibet *deus* ... hominem -ari (*syn.* immolare). hist. 3, 28, 5 hostias carnales (*gr.* σφαγαῖς). BACHIAR. repar. laps. 21 p. 1059A pecora (*syn.* immolatur). *in imag.*: RVFIN. Greg. Naz. orat. 7, 4, 3 per gratiarum actionem deo verbi nostri victimam -emus (7, 5, 1). AVG. serm. 26, 5, 5 p. 173 misit *deus* -andum ovem innoxiam *Christum* (*cf.* RVFIN. Orig. in gen. 4, 2 p. 52, 18 *et* CAES. AREL. serm. 83, 4 p. 327, 28 *in interpretatione allegorica vituli Luc. 15, 27*).

2 *usu secundario*: a *i. q. -tum describere*: HOR. sat. 1, 10, 36 Alpinus *poeta* -at dum Memnona (*ambigue dictum, cf.* PORPH.: sub ea specie quasi dicat 'dum describit, quem ad modum Memnon -etur', intellegi vult ab ipso potius -ari, dum male scripsit). b *i. q. fere sine dolo malo morte afficere*: *de medicis imperitis* (*c. exaggeratione dictum*): CELS. prooem. 43 (*de vivis incisis*) consequi medicum, ut hominem crudeliter -et (2, 10, 11 in ipso impetu eius *febris* sanguinem mittere, h. -are est). SCRIB. LARG. 84 quidam -antur genere quodam incitata eruptione sanguinis ab eiusmodi hominum imprudentia. *de quadrupedibus*: LEX Visig. 8, 4, 16 si -verit aliquem ... quadrupes. *ibid.* si filiam alicuius aut uxorem -verit (*antea*: si ... mortem ... intulerit). c *i. q. ad necem tradere*: MART. 3, 99, 4 cur ludere nobis non liceat, licuit si -are (*sc. gladiatores*) tibi? SCHOL. Iuv. 4, 110, 2 ('tenui iugulos aperire susurro') ⟨qui⟩ per leves suspiciones solitus sit homines -are (*1* ad necem tradere).

B *latius de rebus*: 1 *in serm. medicinali de morbis letalibus*: CELS. 3, 15, 6 quartana neminem -at. 3, 20, 1 *lethargus* celeriter -at. 4, 25, 1 *tenesmos* neque acutis neque longis morbis adnumerari debet, cum et facile tollatur neque umquam per se -et. 8, 14, 3. 2 *c. acumine dictum de stiria*: MART. 4, 18, 8 (*3* in iugulum pueri, qui roscida tecta subibat, decidit hiberno praegravis unda gelu) ubi non mors est, si -atis aquae? 3 *allegorice de circumcisione*: ARATOR act. 1, 775 (*ad 9, 33*) iure per hoc tempus (*sc. octo annos*) membris defecit ademptis antiqua sub lege iacens *Aeneas*; -antia quippe vulnera semper habent quorum fit saucius infans octavo veniente die.

II *hyperbolice et translate c. respectu perdendi*: A *generatim*: 1 *pereunt animantia*: a *varie*: PLAVT. Stich. 581 *amici* mi auctores fuere, ut egomet me hodie -rem fame. TER. Eun. 417 pulchre ... dictum et sapienter; papae -aras hominem; quid ille? :: mutus ilico (DON.: pulchre ... '-aras' ..., non 'occideras', quasi gladio, non verbo usus sit. SCHOL.: confudisti amaritudine verbi). CIC. Verr. II 2, 64 posteaquam tam multis eum factis decretisque -asset *Metellus*. PETRON. 18, 6 (vers.) contemni turpe est, legem donare superbum; ... qui non -at, victor abire solet. MART. 11, 29, 2 languida cum ... tractare virilia dextra coepisti, -or pollice ... tuo. HIER. adv. Rufin. 1, 32 p. 424D nec ... pontificem ... rebelli cupimus mente -are (*antea*: decretum nostra sententia subvertentes). 2, 10 p. 432B idcirco te trium ignorantiam confiteri, ne unum damnare cogaris, et Tertulliano et Lactantio ideo parcere, ne Origenem cum illis -es. CE 1400, 6 decepturus me -vit amor *filiorum* (*cf. p. 635, 72*). b *in re iudiciali* (*per imaginem p. 635, 59. 61; ambigua dedimus sub a; hic illic fort. pertinet ad poenam capitis, v. ex. gr. l. 67 et cf. p. 635, 29*): RHET. Her. 4, 39, 51 si de hoc, iudices, gravem sententiam tuleritis, uno iudicio simul multos -veritis (*cf.* CIC. Cluent. 68 Oppianicum iam perditum et duobus -tum praeiudiciis). CIC. Quinct. 44 sine summo scelere P. Quinctium ... -are non potes. 51 -are civem ne iure quidem quisquam bonus vult (*syn.* perdere). 95 funestum est a forti atque honesto viro -ari. S. Rosc. 29 quem ... non potuerunt occidere, eum -andum vobis tradiderunt. Verr. II 3, 126 his te litteris ... -tum esse non sentis? 5, 166 sua confessione ... -etur necesse est. Mil. 31 (*v. p. 635, 16*). PLIN. epist. 4, 9, 8 veniam ... peterem? -assem reum, quem ... deliquisse concederem. POTAM. epist. ad Athan. RevBén. 30, 1913 p. 280, 14 -ando perfidos, damnando periuros. LVCIF. Athan. 1, 7 p. 77, 11 ad Athanasium -andum (*cf.* 1, 9 p. 79, 21 ad dei sacerdotem -andum, ad eum interimendum *eqs.*). 2, 6 p. 158, 11 dicis ... '-ate absentes, mactate inauditos, interficite innocentes *eqs.*' (*cf. 1, 1 p. 66, 4* absentem damnare consacerdotem ... Athanasium. *ibid. l. 9 sq.* absentem inauditum et ... innocentem damnari). SIDON. epist. 1, 7, 10 milibus formularum iuris ... -batur. c *ap. Christianos de morte spirituali* (*cf. p. 635, 64 sqq.*): LACT. inst. 5, 19, 1 se ipsos -ant perditissimis daemonibus serviendo. OPTAT. 2, 21 p. 58, 3 consiliis vestris ... animi -ti sunt (*cf.* p. 58, 12 *et usum proprium* p. 58, 15). LVCIF. Athan. 1, 7 p. 78, 4 ultro -ate vestras animas (SERM. Caspari Anecd. p. 220, 5 statim, quando adulterium committitur, anima -atur et moritur). non conv. 11 p. 24, 30 quibus te -veris malis. non parc. 10 p. 230, 3. PACIAN. sim. carn. p. 114, 21 hac *sententia* se -ant imperiti, dum alios -are nitun-

[Teßmer]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

tur. HIER. adv. Rufin. 3, 7 p. 463^A si ad me tantum epistolam scribis, ut me commoneas et emendatum velis, ne ceteris scandalum facias et aliis furentibus -entur alii *eqs.* (*cf. 3, 8* vulneraveras). Ps. AVG. serm. ed. Mai 4, 2 nescitis vos, infelices populi, hoc sermone -ari? SALV. eccl. 2, 73 facile est ... quidquid in praesenti saeculo nocet: illud perniciosum est, quod in aeternitate -bit. 3, 95 (*v. p. 634, 53*). gub. 6, 70 qui *populus* inter suorum supplicia ridebat, qui -ari se in suorum iugulis non intellegebat, qui mori se in suorum mortibus non putabat.

2 *pereunt res*: CIC. Phil. 13, 38 (*verba Antonii*) 'Pompeianorum causa totiens -ta' ...: si esset -ta, numquam exsurgeret; quod tibi tuisque contingat. MART. 1, 18, 5 scelus est -are Falernum et dare Campano toxica ... mero *sc. miscendo* (*8* amphora non meruit ... mori). 1, 106, 9 licet ... durum -es mero dolorem. 8, 50 (51), 26 curas. DECL. in Catil. 24 omnes vitae suae rationes ea sententia senatoria -tas. LACT. inst. 7, 5, 2 si sacramentum hominis omne cognossent *philosophi*, numquam disputationes eorum et omnem philosophiam de transverso Academia -asset. CLAVD. DON. Aen. 4, 265 p. 389, 7 spem. HIER. epist. 60, 2, 3 ille te *mortem* vicit, ille -vit *Ionas* (75, 1, 2 domini sermone -atur). 143, 1, 2 heresis Caelestina -ta est (in Ier. 4, 1, 2). hom. Orig. in cant. 2, 11 p. 57, 4 interficit ipse *salvator* serpentes, contrarias fortitudines -at. Ps. AVG. serm. ed. Caillau 2 app. 37, 2 cum latus Christi lancea perforatur, ... solis claritas -atur. BACHIAR. repar. laps. 21 p. 1059^B peccata -vit *salvator*. SALV. gub. 6, 34 ubi ... fundamentum symboli evertitur, vita ipsa -atur. ENNOD. carm. 2, 99, 2 aspicis Albinum titulos post busta dedisse, funera qui meritis vivacibus -at.

B *speciatim i. q.* ὀβελίζειν: HIER. epist. 106, 7, 2 *obelon* 'veru' possumus dicere, quo ostenditur -andum esse et confodiendum, quod in authenticis libris non invenitur. in Is. 8, 5/8 l. 66 in graecis codicibus veru -ante confossum est. 52, 1 l. 9 nomen Sion ... additum est et idcirco -tum veru. praef. Vulg. pent. p. 64, 9 obelo, id est ... veru, opus omne distinguens *Origenes*, dum ... superflua quaeque -at et confodit. praef. Vulg. Dan. p. XXXVI L. veru anteposito ... -ante. ISID. orig. 1, 21, 3 ut quasi sagitta -et supervacua atque falsa confodiat *obelus*.

deriv.: iugulatio, iugulator (-trix).

ˣiugulum, -ī *n. et* **ˣiugulus,** -ī *m.* [*nomen deverbativum q. d. esse videtur, sc.* *iuglo- (*cf.* figulus *ex* *fig-los, *olim* *dhigh-lo-s) *vel* *iug-elo- '*quod conectit, conexus*'. *Szemerényi.*] *de scriptura*: PROB. app. gramm. IV 197, 22 -us non iuglus. -gol- (-col-): ORIBAS. *de genere*: DVB. NOM. gramm. V 581, 20 *v. p. 634, 62.* ARNOB. nat. 1, 59 apud vos est positum ... -um, ratione eadem -us. SCHOL. Hor. sat. 1, 3, 89 -us incerti generis est, nam et hic -us et hoc -um dicimus. *genera miscent* GLOSS.; *ceterum formae generis neutri certae non exstant nisi* -um *ap.* VARRONEM *et* CELS., -a *ap.* CIC. (*l. 74 et p. 638, 83*), *masculini passim inde a* SEN. (*infra l. 80*), LVCAN., PLIN. nat. (*p. 639, 20*), STAT. *de notione v. p. 638, 53 et 80. legitur inde a* PLAVTO (*p. 638, 33*), ACC. (*infra l. 56*), CIC., VARRONE; *deest ex. gr.* CAES., *frequentatur a poetis.* [*it. mer.* (*Brutt.*) júgulu, *it. mer.* (*Salent.*) sciulu, *port.* jugo, *dalm. vet.* zoglo, *sard.* tuju *vel* zuju. *G.*] [*confunditur c.* vulgum MANIL. 4, 128, ungulum PLIN. nat. 11, 243 PHYSIOGN. 5 p. 8, 12. 6 p. 10, 6.]

I *significatur ea corporis pars, quae supra summas costas ad collum pertinet, sc. maxime gula exterior* (*interior pars gutturis l. 58; quasi dimidiatum esset, dicitur* -um sinistrum *p. 638, 31 et* APVL. met. 1, 13, 4, utrumque TERT. *p. 638, 18, adhibetur plur. l. 64 bis* [*in lusu verborum c.* iugum]. *l. 70 et p. 638, 54 cf. sub II*): A *generatim*: ACC. trag. 257 ab -o pectus glauco pampino obnexae obtegunt *Bacchae.* LVCR. 3, 609 nec sibi ... quisquam moriens sentire videtur ... animam ... prius ad -um et supera succedere fauces (*cf. p. 638, 16*). VARRO ling. 7, 50 (*v. p. 634, 7*). OV. met. 6, 409 qui locus est -i medius summique lacerti, defuit *in Pelope.* SIL. 12, 246 violata ... cervix marmoreum in -um collo labente recumbit. QVINT. inst. 11, 3, 141 *toga* operiri ... umerum cum toto -o non oportet (*cf.* AMM. 14, 6, 9 *lacernas* in collis insertas -is ipsis adnectunt). PRVD. perist. 3, 151 crinis ... in -os fluxerat involitans umeris. MIRAC. Steph. 2, 2, 4 posui ... -os ... sub iugo Christi. *ambigue ita, ut notio sub B illustrata accedat*: HOR. sat. 1, 3, 89 porrecto -o historias captivus ut audit. PLIN. nat. 14, 141 *ebrii* mortifera eloquuntur redituras que per -um voces non continent. MART. 4, 18, 3 (*v. p. 636, 38*).

B *speciatim c. respectu caedis*: 1 *proprie*: a *iugulantur homines* (*pl. pro sg. p. 638, 24.* DRAC. Rom. 10, 239 [*loq. Iason*] -is ... mucro minatur): CIC. Sest. 90 qui volneribus ... monetur, ut aliquo praesidio caput et cervices et -um ac latera tutetur. Mil. 31 optabilius Miloni fuit dare -um P. Clodio (SEN. Ag. 43. *al. cf. p. 638, 38 et* OCTAVIA 630 reddat). Att. 1, 16, 4 ut aperte -a sua pro meo capite P. Clodio ostentarint. VERG. Aen. 10, 414 dextram ... elatam in -um. 10, 905 -o ... accipit ensem. 11, 750 repugnans sustinet a -o dextram (STAT. Theb. 2, 648 hastam). 12, 358 alto fulgentem *mucronem* tinguit -o. HOR. sat. 2, 3, 136 in matris -o ferrum tepefecit *Orestes.* OV. epist. 8, 53 -o ... Aegisthus aperto tecta cruentavit (met. 13, 693 LVCAN. 6, 555 VAL. FL. 3, 154. *al. cf.* SEN. dial. 3, 2, 2 servili manu regalem aperire -um. IVV. *p. 636, 32*). 14, 5 -o demittere ferrum (met. 13, 436 VAL. MAX. 9, 9, 2). 14, 47 admovi -o ..., admovi -o tela paterna tuo (SEN. epist. 4, 8 CVRT. 6, 7, 12. QVINT. decl. 305 p. 197, 25 necem. TAC. ann. 11, 38, 1. AMM. 31, 16, 6 labra). met. 1, 227 -um mucrone resolvit (6, 643). 5, 78 ensis ... -o Phorbantis adactus (SVET. Nero 49, 3. *cf.* AMM. 29, 1, 15 ad -um). 13, 458 -o vel pectore telum conde meo (OCTAVIA 733. 752 LVCAN. 1, 376 SIL. 2, 259). 13, 459 -umque simul pectusque retexit (LVCAN. 4, 541 PRVD. perist. 10, 64. *cf.* LVCAN. 7, 644 teximus [CLAVD. DON. Aen. 10, 795 p. 390, 24]. PETRON. 101, 1 detecto). *al.* LIV. 1, 25, 12 gladium superne -o defigit (*cf.* SIL. 2, 640 fixus). 8, 7, 11. 22, 51, 7 nudantis cervicem -umque (PETRON. 80, 4 STAT. Theb. 2, 123). 40, 9, 1 praebendum ... ferro -um (VAL. MAX. 5, 3, 4. *al. cf.* SEN. epist. 30, 8 praestat [LVCAN. 5, 370 HIER. epist. 1, 3, 4]). VAL. MAX. 5, 4 ext. 6 impressum -o mucronem (SEN. Oed. 1037). 5, 9, 4 -um feriendum (CVRT. 7, 2, 27 STAT. Theb. 2, 543). 6, 8, 5. SEN. Ag. 656 vidi senis in -o telum ... vix exiguo sanguine tingui (*cf.* Tro. 50 ensis senili siccus e -o redit. LVCAN. 2, 129). 972 te -o iuvat mersisse ferrum (Herc. O. 991 epist. 70, 26). epist. 76, 33 si ... gladios micantes videt et si scit sua nihil interesse, utrum anima per os an per -um exeat, beatum voca (*cf. p. 637, 58*). *al.* LVCAN. 3, 743 -um ... senilem (senile *U*, *sed v. p. 637, 44*) confodiam (TERT. anim. 33, 5 -o utroque [*coniecerunt alii alia*] confossis. *cf.* PLIN. nat. 11, 250 -o *perfosso* [SIL. 2, 644 TAC. ann. 3, 15, 3]. STAT. Theb. 10, 322 fodit [MART. epigr. 7, 8]). 8, 11 nondum vile sui pretium scit *Pompeius* sanguinis esse seque ... tantae mercedis habere credit adhuc -um, quantam pro Caesaris ipse avolsa cervice daret. 10, 387 -us ... Caesaris haustus (TAC. hist. 1, 41, 3 gladio). 10, 394 ite feroces Caesaris in -um (10, 409. OPTAT. 2, 25 p. 63, 2 hostiles in -os *sc. in Saul*). *al.* PETRON. 108, 11 saepius ego cultrum tonsorium super -um meum posui. SIL. 9, 519 ferentis hostili -o ferrum. *al.* STAT. Theb. 10, 813 ut -o consumpserit ensem. *et saepius.* b *iugulantur animalia*: VERG. georg. 4, 542 sacrum -is *boum* demitte cruorem (*sim. hostiarum*: OV. Pont. 2, 9, 31 dabit ... -um caper hostia Baccho. SIL. 13, 407 manantem -is ... cruorem. CORIPP. Ioh. 8, 312). OV. met. 12, 572 -o *aquilae* est exacta sinistro *sagitta.* SCRIB. LARG. 16 p. 11, 3 oportet ... clavum ... acutum demittere in -um testudinis.

2 *in imagine* (*proverbialiter l. 40*): PLAVT. Merc. 613 demisisti gladium in -um. CIC. Catil. 3, 2 gladios in rem publicam destrictos retrusimus mucronesque eorum a -is vestris deiecimus. Pis. 5 tela ... intenta -is civitatis de coniuratorum ... manibus extorsi. Phil. 14, 25 Antoni ... crudelitatem non solum a -is nostris, sed etiam a membris et visceribus avertit *Caesar.* Tusc. 2, 33 si nudus es, da -um (OV. Ib. 106 da -um cultris, hostia dira, meis). OV. trist. 1, 1, 44 ego perditus ensem haesurum -o iam puto iamque meo. SEN. dial. 9, 11, 5 (*loq. fortuna*) eo magis convulneraberis et confodieris, quia nescis praebere -um. QVINT. inst. 8, 6, 51 illa in agendis causis iam detrita 'pedem conferre' et '-um petere' et 'sanguinem mittere' (*cf.* PLIN. epist. 1, 20, 14 dixit ... Regulus ...: 'tu omnia, quae sunt in causa, putas exsequenda; ego -um statim video, hunc premo'; ... respondi posse fieri, ut genu esset aut talus, ubi ille -um putaret; [15] 'at ego', inquam, 'qui -um perspicere non possum, omnia pertempto *eqs.*' 3, 9, 21 debere me, si quam haberem in dicendo facultatem, in -um innocentis quasi telum aliquod intendere). FLOR. epit. 2, 6, 32 cum ... hostis *Hannibal* in -o *Romanorum* per Campaniam Apuliamque volitaret. APVL. met. 5, 12, 4 mucrone destricto -um tuum nefariae tuae sorores petunt. CLAVD. 26, 602 descendimus ense in -um Scythiae.

3 *metonymice*: a *praevalet notio q. e. caedes, iugulatio* (GLOSS. σφαγή. *plur. pro sing. infra l. 63. 70*): LVCAN. 2, 317 (*loq. Cato*) hic dabit, hic pacem -us ... gentibus Hesperiis. 3, 110 si templa sibi -umque senatus exiliumque petat *Caesar.* 5, 63 Magni -us. 7, 325 ignoti -um tamquam scelus inputet hostis. 7, 434 -o quaesita *libertas.* STAT. Theb. 3, 380 hunc ego Thebis ... -um ... debeo. MART. 7, 37, 4 exprimeret quotiens ... nasum, letalem -i iusserat esse notam *quaestor* (*1* mortiferum ... signum). PRVD. c. Symm. 1, 386 Charon -is miserorum ... accipit inferias. CLAVD. 3, 83 alternis lusit -is *Megaera.* 18, 20 quo diras -o placabimus aras? (*sim. de sacrificiis*: SEDVL. carm. pasch. 1, 115 pro pueri -is aries mactatur ad aram [*cf.* op. pasch. 1, 5 stetit puer ad -um]. 5, 140 *dominus stetit* ut ad -um ductus mitissimus agnus [*cf.* op. pasch. 5, 11. *v.* iugulatio *p. 634, 37*]). 21, 97 Pallantis -um Turno moriente piavit Aeneas. carm. min. 22, 22 *deus laesus* insultet -o. SALV. gub. 6, 70 (*v. p. 637, 7*). ENNOD. dict. 17, 2 p. 474, 5 si medica manu -um praestitisses (opusc. 1, 44 p. 273, 9). opusc. 4, 14 p. 386, 13 quod piorum -is divinitatis cessaret indignatio. ARATOR act. 1, 590 (*de martyrio Stephani*) gloria poena et cadere est ortus -isque parantibus aevum nascitur. b *praevalet notio q. e. sanguis*: LVCAN. 3, 135 haud ... -o se polluet isto nostra ... manus (IVV. 8, 218 nec Electrae -o se polluit aut Spartani sanguine coniugii *Orestes*). 4, 806 has vestro de sanguine poenas ferre datis, luitis -o sic arma. PRVD. psych. 104 abolens baptismate labem hostilis -i. CLAVD. 8, 76 domini respersus ... -o. 10, 329 infecti -is civilibus enses. MEROB. poet. 103 -is ... madens hostilibus ensis.

II *significantur illa duo ossa, quibus scapulae cum osse pectoris iunguntur, sc. claviculae* (*propriae humani generis, v. p. 639, 20*; CHAR. gramm. p. 462, 6 B. -um κατακλείς. GLOSS. κατακλείς. ab -is ἀπὸ κατακλείδων. *cf.* iugatio *p. 626, 42*): A *in re physiognomonica*: CIC. fat. 10 stupidum esse Socraten dixit *Zopyrus physiognomon* et bardum, quod -a concava non haberet; obstructas eas partes et obturatas esse dicebat. PHYSIOGN. 5 p. 8, 12 (*indicia corporis masculini*)

[*Teßmer*]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

-is absolutis. 6 p. 10, 6 -i *feminae* cohaerentes atque constricti. 57 p. 78, 7 si -i conclusi sunt et compressi ad humeros et pectus, tarditatem sensuum . . . indicant . . .; -i qui longe ab humeris separati sunt et largum ac latum sinum faciunt, imbecillitatem animi declarant (93 p. 121, 10 coniunctis atque c.). **B** *in re medica*: SEN. contr. 10, 5, 6 *Philippi* -o fracto (CELS. 8, 8, 1^{A} [8, 8, 1^{D} dextro. *rem tractat ibidem passim*]. SPART. Hadr. 26, 3). CELS. 4, 15, 1 dolor . . . ad latus dextrum et ad -um umerumque partis eiusdem pervenit (5, 26, 10. 12 CAEL. AVR. acut. 2, 14, 91. 2, 19, 117. chron. 3, 4, 51 usque ad dexterum -um. CASS. FEL. 66 p. 159, 13. *cf.* PLIN. nat. 28, 122 -orum dolori *remedium.* ORIBAS. syn. 9, 7, 1 Aa p. 280 usque -um [*gr.* μέχρι κλειδός, *La* u. ad humerum]). 4, 15, 2 pectus atque umeri circaque -um utrumque extenuatur (*cf.* HIPPOCR. aer. 7 -os . . . extenuari [*gr.* κληῖδας]. PHILAGR. med. 3 p. 158, 12 -i . . . subtiliores fiunt. p. 158, 16 ut -i amittant nutrimentum). 8, 1, 16 quod *os* . . . sustinet -um. 8, 7, 5 sanescunt maxilla, malae, -um *eqs.* SORAN. p. 91, 11 si . . . in latus *descendens partus invenitur*, -is aut inter costas . . . infigi potest *ferramentum.* CASS. FEL. 33 p. 69, 7 -os et thoracem . . . embrocabis. ORIBAS. syn. 9, 43, 22 La p. 356 (*om. gr.*). **C** *in describendo corpore*: PLIN. nat. 11, 243 uni *homini* -i (-um R^{s}), umeri, ceteris armi. DRAC. laud. dei 3, 712 pectora circumstant crates -ique ligantur.
deriv.: iugularis, iugulo.

1. iugulus *v.* iugulum. *?* **2.** GLOSS. III 453, 30 **iugulus**: χόνα. *latere videtur* infundibulus (-um), *q. v.* (*vol. VII 1, 1502, 5*).

Teßmer.

2 *nominales fere speciem -is declarantes*: **a** *per adi.*: *α* -s civile (c. -s *v. vol. III 1216, 69sqq.; pluraliter e. g.* CIC. de orat. 1, 39 leg. 1, 17. HOR. sat. 1, 9, 39 [*cf.* epist. 1, 3, 23 civica -a]. GLOSS. *δίκαιον πολιτικόν. νόμιμον πολιτικόν*): CIC. inv. 2, 67 (*v. p. 679, 29*). Verr. II 1, 136 in -e c. privatorumque omnibus controversiis (*cf.* Brut. 214 non publicum -s, non privatum et c.). Caecin. 34 ex -e c. ac praetorio (*cf.* leg. 3, 8 *praetor* -is c. custos esto. PAPIN. dig. 1, 1, 7, 1). 43 (*opp.* re militari, *item* Mur. 22 NEP. Cim. 2, 1). Sest. 91 neque naturali neque c. -e (rep. 3, 13. *al. sed* off. 3, 71 -s c. ductum a natura). har. resp. 32 quamquam hoc si minus c. -e perscriptum est, lege tamen naturae communi -e gentium sanctum est (PAVL. dig. 6, 1, 23 pr. *al.*). Phil. 9, 11 ea, quae proficiscebantur a legibus et ab -e c. (leg. 1, 56. *al.*). de orat. 1, 182 (*opp.* in crimine). 1, 201 (*opp.* publica . . . -a, quae sunt propria civitatis atque imperii). Brut. 156 -s nostrum pontificium qua ex parte cum -e c. coniunctum esset (leg. 2, 52). part. 100 in -e c., quod est in privatarum et publicarum rerum lege aut more positum. top. 9 -s c. est aequitas constituta eis, qui eiusdem civitatis sunt, ad res suas obtinendas. 28 -s c. . . . id esse, quod in legibus, senatus consultis, rebus iudicatis, -is peritorum auctoritate, edictis magistratuum, more, aequitate consistat (*cf.* PAPIN. dig. 1, 1, 7 pr. ex legibus, plebis scitis, senatus consultis, decretis principum, auctoritate prudentium venit. *similiter* GAIVS inst. 1, 2, *ubi* -a populi Romani *dicuntur*). leg. 1, 17 iussa populorum, quae vocantur -a c. POMPON. dig. 1, 2, 2, 5 haec disputatio *fori* et hoc -s, quod sine scripto venit compositum a prudentibus, propria parte aliqua non appellatur, . . . sed communi nomine appellatur -s c. (*cf.* 1, 2, 2, 12 in civitate nostra aut -e, id est lege, constituitur aut est proprium -s c., quod sine scripto in sola prudentium interpretatione consistit). GAIVS inst. 1, 1 (= dig. 1, 1, 9 INST. Iust. 1, 2, 1) ⟨quod quis⟩que populus ipse sibi -s constituit, id ipsius proprium est vocaturque -s c. quasi -s proprium civitatis (*cf.* VLP. dig. 1, 1, 6 pr. -s proprium, id est c.). PAVL. *p. 679, 49. al.* *β* -s publicum: TER. Phorm. 412. CIC. Rab. perd. 17 auspiciorum p. -a. dom. 33 -e p., legibus iis, quibus haec civitas utitur. 34 dico apud pontifices, augures adsunt, versor in medio -e p. 128 nec de pontificio, sed de -e p. disputo: lex Papiria *eqs.* Brut. 267 cum auguralis, tum omnis p. -is. 269 -is p. leges atque instituta. off. 1, 64 p. ac legitimo. *al.* LEX Falcid. (dig. 35, 2, 1 pr.). LVCAN. 9, 249 si p. -a sequamur. QVINT. inst. 2, 4, 33 sacri, p., privati (*sim.* AVSON. 336, 61 p. 203 P. *cf.* PAPIN. dig. 28, 1, 3 non privati, sed p.). SVET. Aug. 10, 2 p. . . . et translativum. Tib. 50, 1. PAPIN. dig. 2, 14, 38 -s p. privatorum pactis mutari non potest (*sim.* VLP. dig. 11, 7, 20 pr. *ex Neratio.* 27, 8, 1, 9). VLP. *p. 679, 38. al.* *in ipsius rei publicae significationem videtur transire* AVELL. p. 595, 15 principatus vobis adoreas p. -a commiserunt. *γ alia potiora*: augurale, augurium: *v. vol. II 1368, 3sqq. 1376, 3sqq.* bellicum: *v. vol. II 1811, 2sqq.* commune: RHET. Her. 2, 10, 14 cum -e c. aut cum aliis legibus communibus. CIC. Caecin. 9. 94. har. resp. 32 gentium (NEP. Them. 7, 4). de orat. 1, 56 civium (*cf.* LIV. 3, 56, 10 civitatis). *al.* SEN. contr. 1, 1, 14 generis humani. SEN. clem. 1, 18, 12 animantium. *et saepius.* divinum: *v. vol. V 1, 1621, 20sqq. VI 3, 3085, 37sqq.* fetiale: *v. vol. VI 1, 634, 25sqq.* fiscale: PAPIN. dig. 2, 14, 42 PAVL. dig. 40, 1, 10. forense: QVINT. inst. 7, 2, 20 PRVD. c. Symm. 2, 400. AVG. adult. coniug. 2, 8, 7 p. 389, 15 (*syn.* mundi legibus). coll. c. Don. 3, 2, 2 p. 50, 30. 51, 10 in euang. Ioh. 7, 11. honorarium: *v. vol. VI 3, 2935, 12sqq.* humanum: *v. vol. VI 3, 3085, 36sqq.* legitimum: *v. s. hac voce.* militare: *v. vol. VIII 955, 66sqq.* naturale: *v. supra l. 13. al.* pontificium *sim.*: *v. supra l. 19. p. 683, 45. al.* praetorium: CIC. Caecin. 34. POMPON. dig. 50, 17, 27 nec ex p. nec ex sollemni -e (*seq.* vel lege vel per praetorem). GAIVS dig. 29, 4, 18 pr. (*opp.* legitimo). PAPIN. dig. 1, 1, 7, 1. *al. cf. p. 693, 57. 698, 9. 13.* principale: *v. s. hac voce.* privatum: CIC. har. resp. 14 Brut. 214. 222 LIV. 2, 55, 8. 3, 34, 6. QVINT. *supra l. 42. al.* sacrum: CIC. leg. 2, 22 QVINT. inst. 2, 4, 33. *al.* singulare, sollemne, strictum: *v. s. his vocibus.* summum: *v. p. 684, 59.*

b *per gen.*: -s Quiritium (INST. Iust. 1, 2, 2 -s civile Romanorum . . . vel -s Q. GLOSS.[L] II Abav. IV 22 -s Q.: -s Romanorum. *cf. p. 687, 9. 692, 37*): CIC. Verr. II 2, 31 fundum . . . ex -e Q. P. Servili esse (*in formulis* Mur. 26 GAIVS inst. 4, 16). Caecin. 96 -e Q. liber. dom. 35 rep. 1, 27. *al.* *in nomen abierunt* -equiritium (CLEDON. gramm. V 43, 14 *iuxta* fideicommissum), ex -e Q. (COD. Iust. 7, 25 rubr. de nudo 'ex -e Q.' tollendo. 7, 25, 1. 7, 31 pr.). *alia selecta*: CIC. Caecin. 74 parietum communi[t]um -s. *ibid.* -a finium, possessionum, aquarum itinerumque (*vergit ad usum p. 690, 5sqq. illustratum, item* de orat. 1, 173 usucapionum, tutelarum *eqs.*). Vatin. 22 non -e legum, sed ianuae praesidio (Mil. 18 LVCAN. 8, 75. 9, 560. GAIVS inst. 1, 47 -a eius legis. *al.*). Balb. 15 in universo . . . belli -e atque pacis (*v. vol. II 1844, 6sqq. cf.* TAC. hist. 4, 58, 1 fas armorum et -s hostium). Pis. 30 eius civitatis . . . -a (de orat. 1, 184. leg. 1, 14 *seq.* civile. LIV. 3, 56, 10. QVINT. decl. 267 p. 91, 18 deditarum. TAC. dial. 32, 3. *saepius. aliter p. 687, 3. 42. 690, 46. al., promiscue vol. III 1239, 62sqq.*). de orat. 1, 56 de communi civium, de hominum, de gentium -e (*v. vol. VI 2, 1860, 68sqq.*). LIV. 30, 37, 10 urbis ac fori (VLP. dig. 2, 8, 7 pr. *al. cf.* GLOSS. -e f.: lege saeculari). SVET. Aug. 40, 2 comitiorum. Vesp. 23, 1 fisci (*v. vol. VI 1, 825, 6sqq.*). *al.* *specialia v. sub B et C,* -s naturae *p. 679, 27sqq. et sub hac voce.*

3 ipso -e (*rarius* -e i.): **a** *fere i. q. -is solius vi et ope, laxius per se, omnimodo sim.* (*cf.* vi ipsa *Pompon. dig. 35, 1, 1 pr. al.*): IAVOL. dig. 45, 2, 2 cum duo . . ., i. -e et singuli. POMPON. dig. 34, 2, 1, 1 -e i. liberatur (GAIVS dig. 9, 4, 27 pr. dici potest i. -e pignus liberari; nullum enim pignus est, cuius persecutio negatur; usus fructus autem . . . i. -e durat eo usque, donec non utendo constituto tempore pereat. *al.*). 38, 2, 2, 2. CLEM. dig. 23, 3, 61 pr. (*syn.* lege). GAIVS dig. 9, 4, 27, 1 (*opp.* exceptionem, *item* 9, 4, 28 VLP. dig. 2, 14, 51 pr.). MAECIAN. dig. 35, 1, 86, 1 omnimodo inutile erit legatum -e i. MARCELL. dig. 28, 4, 3 SCAEV. dig. 18, 7, 10. VLP. dig. 7, 9, 9, 1 sive -e i. . . . sive etiam per tuitionem praetoris (*cf.* 43, 18, 1, 9 *opp.* praetorio -e). 29, 1, 19 pr. non i. -e . . ., sed magis per fideicommissum. *al.* PAVL. dig. 2, 14, 4, 2 (*antea*: tacite). 2, 14, 27, 2 (*opp.* replicatione). COD. Iust. 3, 36, 6 (*s. III*) i. -e . . . ex lege duodecim tabularum. *al.* **b** *fere i. q. -e stricto, subtili*: GAIVS dig. 9, 4, 27 pr. (*v. l. 10*). 33, 2, 29. PAPIN. dig. 8, 1, 4 pr. servitutes i. quidem -e . . . *non* ad certam condicionem . . . constitui possunt: sed tamen si haec adiciantur *eqs.* VLP. dig. 27, 9, 8 pr. PAVL. dig. 3, 4, 6, 1 (*interpol.?*). 22, 1, 11, 1.

B *usu communi*: 1 *strictius*: **a** *de institutis, praeceptis sim. singulis*: *α in universum, maxime in rebus profanis*: Ⓘ *sing.*: Ⓐ *exempla varia selecta*: PLAVT. Aul. 490 (*480* ut indotatas ducant *divites* uxores) si istud -s pauperibus *puellis* ponitur. RHET. Her. 2, 13, 20 (*v. p. 679, 26*) constitui (CIC. Quinct. 64 *iudex* iuratus hoc -s constituat. *al. cf. l. 74 et* RHET. Her. 3, 3, 4 statui [CIC. Phil. 10, 12 si omne -s decretis eius statueretur. *al.*]). LEX Corn. de XX quaest. (CIL I² 587) 2, 8sq. CIC. Manil. 58 quo minus . . . vestrum (*i. a vobis constitutum*) -s beneficiumque defendam. Balb. 21 haec vis est istius et -is et verbi *eqs.* (GELL. 1, 9, 12). de orat. 1, 198 in respondendo -e (leg. 2, 29. *al. cf. p. 689, 12*). VARRO frg. Gell. 13, 12, 6 vetus -s tenui. rust. 2, 1, 15 de -e in parando, quemadmodum quamque pecudem emi oporteat civili -e. HOR. epist. 1, 12, 27 -s imperiumque Phraates Caesaris accepit genibus minor (*an ad p. 693, 4sqq.?*). ? SEN. contr. 2, 2, 10 (*locus coniecturis vexatus*) *ut amantes* nihil promittant nisi ut -s facturi (VLP. dig. 1, 3, 9 senatum -s facere posse). STAT. Theb. 1, 139 *fratres* -e maligno fortunam transire iubent. GAIVS dig. 50, 17, 100 omnia, quae -e contrahuntur, contrario -e pereunt. inst. 4, 31 *stipulatione adversarium obligare* et commodius -s et plenius est. SCAEV. dig. 44, 4, 15 omnia . . ., quae -e empti (*fere i. q. convento*) continentur. *et passim.*

Ⓑ *abl.* -e *indicat causam, titulum, fundamentum sim. actionis* (*haec notio in aliis casibus vix apparet, quamvis huc vergant e. g.* VLP. dig. 39, 1, 1, 17 -s aliquid prohibendi habemus [*seq.* nullo -e prohibet]. COD. Theod. 15, 14, 8 voluisse sat -is est. *afferuntur exempla selecta; usum potius adverbialem v. p. 699, 30sqq.*): TER. Andr. 214 si lubitum fuerit, causam ceperit, quo -e quaque iniuria praecipitem [me] in pistrinum dabit (DON.: proverbiale hoc est. *cf.* COD. Theod. 9, 14, 3, 4 = Iust. 9, 8, 5, 4 qualibet fraude vel -e). CIC. inv. 1, 16 quo modo . . . aut quo -e aut quo tempore agere oporteat (*interrogative ut* S. Rosc. 126 bona q. -e aut quo modo aut qua lege venierint. Verr. II 3, 198 quo modo, q. -e, quo exemplo? *al.*). Quinct. 85 quod si bona P. Quincti possideres, possidere omnia eo -e (*sc. possessione bonorum*) deberes. S. Rosc. 6 quoniam in alienam pecuniam . . . nullo -e invaserit (leg. agr. 3, 13 *agros* incertos ac n. -e possessos. Flacc. 79 *praedia* n. -e, neque re neque possessione, tua. *al. cf.* Verr. II 3, 118 neque exemplo cuiusquam neque ullo -e). Caecin. 74 quae . . . tua -e mancipi sint. parad. 35 *mancipia* dominorum facta nexo aut aliquo -e civili. LIV. 21, 3, 4 iusto -e. CVRT. 4, 1, 27 certo -e. QVINT. decl. 273 p. 120, 3 -e testamenti . . . an lege (*cf.* VLP. dig. 1, 14, 3 vel lege vel quo alio -e). *et passim.* -e suo *sim. sc. speciali*: GAIVS dig. 44, 7, 1 pr. obligationes nascuntur . . . proprio quodam -e ex variis causarum figuris (PAVL. dig. 28, 5, 85, 1). PAPIN. dig. 17, 2, 81 si filia . . . dotem . . . -e suo recepisset (PAVL. dig. 5, 2, 31, 2 MARCIAN. dig. 29, 5, 15, 2).

Ⓘⓘ *plur.* (*notabiliora quaedam*): PLAVT. Epid. 292 -a qui et leges tenet. 523 (*in lusu verborum c.* 2. ius, *q. v.*). Most. 126 *parentes liberos* docent litteras, -a, leges. CATO orig. 116 -um legumque cultores. inc. libr. frg. 10 (= or. frg. 235 M.). VOLCAC. (?) carm. frg. 3 -a qui populis dabat (VERG. georg. 4, 562. Aen. 1, 293 [GLOSS. inperabunt]. 1, 507 legesque. *al.* HOR. carm. 3, 3, 44 ars 398 OV. fast. 4, 93 LIV. 1, 8, 1 VAL. MAX. 6, 9, 8 SEN. Tro. 772 TAC. hist. 1, 78, 1. *et saepius*). CIC. Q. Rosc. 24 sunt -a, sunt formulae de omnibus rebus constitutae (Verr. II 3, 20. *al. cf. l. 27 et* CIC. Balb. 43 statuerit). Verr. II 1, 137 nova -a, nova decreta, nova iudicia petebantur (LIV. 23, 5, 13. 23, 10, 2 CVRT. 5, 7, 8. *al. cf. p. 691, 37. 697, 51*). de orat. 1, 33 leges, iudicia, -a. fam. 7, 14, 2 litium -a (*i. formas*). VERG. georg. 2, 501 ferrea. HOR. ars 122 *Achilles* -a neget sibi nata. PROP. 3, 9, 24 medio ponere -a foro (4, 9, 64 SEN. epist. 90, 6. *al.*). OV. rem. 465 nova me tibi condere -a (LIV. 3, 33, 5. 34, 6, 8 MANIL. 3, 114. *al.*). MANIL. 4, 59 *cum Caesar* -a togae regeret (POMPON. dig. 1, 2, 2, 13. *al.*). SEN. Herc. f. 43 quae fera tyranni -a (iussa *var. l.*) violento queant nocere iuveni? (*antea*: iussa, imperia). LVCAN. 3, 151 si quos *populos* sua -a tuentur. SIL. 6, 693 dictantes -a

[Primmer]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

Latinos (*v. vol. V 1, 1013, 7sqq.*). PLIN. paneg. 56, 7 civibus -a ... reddere. FIRM. math. 3, 10, 1 iuridicos et qui provinciis ... -a restituant (COD. Theod. 3, 17, 4, 4). SIDON. epist. 9, 16, 3 vers. 32 qui patrum ac plebis simul ... -a gubernat. *al.* *usu plus minus metonymico*: CIC. Verr. II 2, 120 in ... senatoribus cooptandis ... neque census neque aetates neque cetera Siculorum -a valuisse. 5, 169 perangusto fretu divisa servitutis ac libertatis -a (*sc. Siciliam et Italiam*). LIV. 31, 30, 2 belli -a (*sc. actiones bellantibus concessas*), quae ut facere ita pati sit fas. PLIN. nat. 36, 118 -a exteris mittit *populus Romanus per litteras* (TAC. ann. 3, 60, 2 -a et legatos).

β in rebus sacris: CIC. S. Rosc. 37 -a divina atque humana (*al.*). Verr. II 4, 101 religionum -a (leg. 2, 42 MOD. dig. 10, 2, 30. CASSIOD. hist. 4, 31, 8 sacrae religionis -a [*Socr. 2, 23 ἱερᾶς θρησκείας θεσμῷ*]. *cf. l. 47*). Rab. perd. 17 leges, ... religiones atque auspiciorum publica -a (*cf.* prov. 46 ea -a, *ubi praecedit* contra auspicia). rep. 2, 31 Tullus constituit ... -s, quo bella indicerentur (*cf.* LIV. 1, 32, 5 [*antea:* caerimoniae, ritu]. SERV. auct. Aen. 9, 52). leg. 2, 22 poena violati -is (*cf. 2, 41* violatae religionis). *ibid.* deorum manium -a (2, 45. 62). 2, 57 multa religiosa -a complectitur *sepulcrum* (Lael. 30). *al.* VARRO ling. 5, 165 -s institutum a Pompilio, ... ut sit aperta semper *porta Ianualis.* PROP. 4, 9, 64 *Hercules* ponit ... tristia -a (*sc. ne ara maxima puellis pateat*). Ov. fast. 1, 38 cum rudibus populis annua -a daret *Quirinus.* *et saepe.* *pertinet ad iusiurandum*: HOR. carm. 2, 8, 1 -is ... peierati (*i. periurii*) poena. *?* CIL VI 34006 -s iuranto (*antea*: -s dicito).

b *de institutorum, praeceptorum sim. summa*: *α in neutram partem*: Ⓘ *generalia quaedam*: Ⓐ *in rebus profanis*: CATO or. inc. frg. 19 (252 M.) -e, lege, libertate, re publica communiter uti oportet (CIC. Verr. II 1, 107 -e, legibus, auctoritate omnium, qui consulebantur. 5, 171 legum et iudiciorum et -is auctores. de orat. 2, 178 veritate aut praescripto aut -is norma aliqua aut iudicii formula aut legibus. *al.*). CIC. Verr. II 5, 167 sermonis et -is et multarum rerum societate iuncti. rep. 3, 17 -is, institutorum, morum consuetudinumque. *et passim.* *-i veteri, quod fere ex legibus et -isconsultorum auctoritate descendit, opponuntur constitutiones principum sim.*: GAIVS dig. 5, 3, 3 novo -e fiunt heredes omnes, qui ex senatus consultis aut ex constitutionibus ad hereditatem vocantur (PAVL. sent. 1, 1, 4[a] [*v. Levy ad l.*]. 5, 25, 4 -s publicum. MARCIAN. dig. 35, 1, 33 pr. -is civilis. COD. Theod. 11, 36, 25 = Iust. 7, 65, 5 pr. *al.*). VLP. dig. 27, 9, 8, 1 utrum -e veteri valebit venditio an hanc orationem *Severi* admittemus. PAVL. dig. 28, 6, 43 pr. ut ... princeps imitatus sit -s *civile.* CAPITOL. Opil. 13, 1 ut -e, non rescriptis ageretur. COD. Iust. 7, 39, 4 pr. (*a. 491*) *opp.* principalibus decretis. 8, 47, 2, 1 (*a. 286*) *opp.* ex indulgentia principali. *al.* Ⓑ *in rebus sacris*: CATO orig. 109 -s pontificium (CIC. dom. 36 legitimo et p. *al. cf.* CIC. dom. 38 pontificum [138 Brut. 156 GELL. 16, 6, 13]. leg. 2, 57 pontificale). CIC. dom. 4 certum et definitum -s religionum (32 *opp.* rei publicae. 127 APVL. apol. 25. *cf. l. 12*). 31 caerimoniarum. 39 augurum (FEST. p. 253. *cf.* CIC. Sest. 56 auspiciorum [Phil. 2, 102 nat. deor. 2, 11]). 40 et sacrorum -e pontifices et auspiciorum religione augures (ac. 1, 9 LIV. perioch. 47). off. 3, 108 fetiale (*v. vol. VI 1, 634, 25sqq. cf.* LIV. 9, 9, 3 fetialium). MANIL. 4, 545 sacrati. *al.* *apud Christianos*: Ps. CYPR. singul. cler. p. 212, 1 ecclesiastici -is (AVG. in psalm. 25 serm. 2, 13 l. 40 *opp.* principum saeculi. SIDON. epist. 7, 17, 1 *opp.* saeculari. *al.*). GREG. M. epist. 3, 7 p. 166, 16 -is canonumque (p. 167, 27. *cf.* 4, 11 p. 244, 10 -e ... canonum). *al.*

Ⓘⓘ *pertinet ad disciplinam prudentium* (*respicitur vel materia vel ars*): Ⓐ *varia selecta* (*de* ELOG. CIL I² p. 202 n. 41 *vix constat*): L. CRASS. or. frg. Cic. de orat. 2, 226 -i civili *studere.* CIC. Verr. II 1, 115 unde -s civile discatur (Mur. 19 de orat 1, 131. 171). de orat. 1, 40 ignarum legum, ... rudem in -e civili. 1, 165 de historia, de antiquitate, de administratione rei publicae, ... de ... -e civili (*item inter artes enumeratur* Brut. 161 off. 1, 19. *cf.* SVET. Galba 5, 1 inter liberales disciplinas attendit et -i). 1, 170 in -e civili satis illi arti facere. orat. 142 -s civile docere (GELL. 13, 13, 1 -s publice docentium aut respondentium. *cf. p. 682, 69*). 145 -s profitentur (Ov. ars 3, 531). *al.* PETRON. 46, 7 aliquid de -e gustare. FRONTIN. (?) grom. p. 24, 18 si persecuti -s omni (huius omnis *trad.*) diligentia fuerimus (*cf.* SIDON. carm. 7, 207 civilia -a secutus). PROB. litt. sing. gramm. IV 272, 14 litterae singulares in -e civili de legibus *eqs.* (*i. in libris -is. item* TERT. anim. 6, 8 invenitur ... in -e c. *cf.* SERV. georg. 1, 31 sicut habemus in -e. Aen. 7, 38 sicut in -e lectum est [10, 72]. INTERPR. cod. Theod. 3, 13, 2 in -e, hoc est in Pauli sententiis). POMPON. dig. 1, 2, 2, 38sqq. COMM. apol. 593 illi legunt -a (CASSIOD. hist. 8, 8, 9 [*Socr. 4, 27 νόμους ἐμάνθανε*]). *al.* *in tit. libr. Fabii Pictoris* (-is pontificii *libri* NON. p. 518, 36 MACR. Sat. 3, 2, 11), *Catonis* (-is civilis *commentarii* FEST. p. 157), *Bruti* (de -e civili *libelli* CIC. de orat. 2, 223), *Ciceronis* (de -e civili in artem redigendo *liber* GELL. 1, 22, 7), *Labeonis* (de -e pontificio FEST. p. 253), *al.* Ⓑ *gen.* -is *pendet ex adi. vel subst.*: antistes: QVINT. inst. 11, 1, 69. auctor: *v. vol. II 1210, 27sqq.* coctus: PLAVT. Poen. 586 (*v. vol. IV 929, 6*). cognitio: *v. vol. III 1484, 28sqq.* conditor: *v. vol. IV 146, 60sqq.* consultor: *v. vol. IV 594, 33sqq., adde* INTERPR. novell. Valent. 35 (34), 165. consultus: *v. vol. IV 585, 71sqq.* (*iunctim* TEST. Dasum. [CIL VI 10229] 27; c. -is ARNOB. nat. 2, 5; -econsultus *etiam* GELL. 7, 5, 1. *al.; definitur* INST. Iust. 1, 2, 8 qui -a publice interpretarentur, quibus a Caesare -s respondendi datum est). disciplina: *v. vol. V 1, 1319, 80sq., adde* CIC. leg. 1, 17. doctor: *v. vol. V 1, 1773, 48sqq.* doctus: *v. vol. V 1, 1759, 60sqq., adde* INST. Iust. tit. exercitatio: CIC. de orat. 1, 243. gnarus: NOVELL. Valent. 32, 6 -is et legum (*antea*: causidicos et iudices). institutiones: LACT. inst. 1, 1, 12. intellegentia: CIC. Phil. 9, 10 Brut. 102. 178. interpres, interpretatio, interpretator: *v. vol. VII 1, 2252, 22sqq. 2254, 8sqq. 2257, 29.* lator: SEDVL. epist. 2 p. 172, 11 (*de Hermogeniano*). ENNOD. opusc. 2, 92 p. 316, 2. magister: *v. vol. VIII 87, 8, adde* GELL. 4, 1, 16. peritia: BOETH. in top. Cic. 4 p. 335, 14 quisquam -isperitiae professorum. COD. Iust. 1, 17, 2, 21. peritus (*iunctim* CIL X 6662; *fem.* TITIN. com. tit.; p. -is CIC. Caecin. 14 Flacc. 84. *al.*; GLOSS. *νομικώτατος, νομομαθής. νόμων ἔμπειρος.* legis doctor. qui -s tractat. *al.; afferuntur pauca selecta*): CIC. Q. Rosc. 56 ex -is peritorum consilio et auctoritate. Verr. II 2, 31 homo et -is et officii peritissimus. Balb. 30 moris ac -is. 34 sapientes homines et publici -is periti. rep. 5, 5 summi -is peritissimus, sine quo iustus esse nemo potest. fam. 7, 16, 3 -is peritiorem. *al.* HOR. sat. 1, 1, 9 -is legumque. LIV. 41, 18, 15. SEN. benef. 7, 2, 4 divini -is atque humani. SCAEV. dig. 31, 88, 17 testamentum scripsi sine ullo -is perito. EDICT. imp. Diocl. III/IV 7, 72 advocato sive -is perito mercedis in postulatione. CAPITOL. Maximin. 27, 5 grammatico ... usus est Filemone, -is perito Modestino *eqs.* (*de -is doctore ut* COD. Theod. 6, 21, 1 grammaticos ... sofistas ... -is peritum. COD. Iust. 1, 17, 2, 9 magistrum -isque peritum. *al.*). *et saepe. cf.* -e p. LVCIL. 81 FIRM. math. 3, 5, 25. 3, 9, 1 COMM. apol. 587 CE 743, 7. *al.* professio: APVL. Plat. 2, 9 COD. Iust. 10, 50, 1. professor: VLP. dig. 50, 13, 1, 5. prudens (*respondet νομικός* CIL III 14188²): LIV. 39, 16, 9 PAVL. FEST. p. 221 VLP. dig. 38, 15, 2, 5. *al. cf.* CIC. Lael. 6 prudens ... in -e civili. prudentia: CIC. de orat. 1, 256 (*cf. var. l.* 1, 167). NEP. Cim. 2, 1. VLP. dig. 1, 1, 10, 2 est divinarum atque humanarum rerum notitia, iusti atque iniusti scientia. *al.* scientia: CIC. Verr. II 1, 106 Mur. 23. de orat. 1, 48 legum, morum, -is. *al.* LIV. 39, 40, 5. *et saepius.* studiosus (-istud- CIL VIII 18348; GLOSS. *νομικός*): SVET. Nero 32, 2 studiosis -is, qui scripsissent vel dictassent ea *testamenta.* GELL. 12, 13, 2 FRG. Mur. 4 (*?*). VLP. dig. 48, 19, 9, 4 vel advocatis vel tabellionibus vel pragmaticis. PAVL. dig. 1, 22, 1 officium adsessoris, quo -is studiosi partibus suis funguntur. CIL VI 38585 d(olus) m(alus) ab(esto et) -is studiosus (*cf. l. 80*). *al.* studium: CIC. Mur. 29 de orat. 1, 179 Brut. 306 Cato 50.

β cum acumine dicta: Ⓘ *respicitur aequitas* (*cf. definitiones p. 679, 24. 37*): PLAVT. Amph. 37 iniqui -s ignorant neque tenent (*antea*: iusta ... petere). Rud. 643 advorsum -s legesque insignite iniuria ... facta est (ANTON. frg. Quint. inst. 3, 6, 45 -s i., bonum malum. CIC. leg. 1, 49 SALL. or. Macri 22. *al. cf. p. 682, 49. 689, 7*). ENN. ann. 272 non ex -e manum consertum, sed magis ferro rem repetunt *eqs.* (*subest formula p. 696, 61 illustrata. cf.* CIC. Caecin. 2 facta vis ... contra -s. 61 *opp.* armorum. *sim. saepe*). scaen. 188 -s atque aequum (TER. Haut. 642 neque -s neque bonum atque aequum. CIC. Caecin. 80. *al.*). CIC. Verr. II 1, 116 -s, consuetudinem, aequitatem, edicta omnium neglegit (*v. vol. I 1015, 38sqq.; aliter l. 75*). har. resp. 34 contra -s fasque (43 SALL. Catil. 15, 1. *al.*). leg. 1, 48 quodsi -s *per se est expetendum*, etiam iustitia ([*antea*: honestum ... aequitatem]. off. 3, 69 veri -is germanaeque iustitiae. NOVELL. Iust. 62, 12 -s merum et iustitiae lumen). 2, 34 -s ... et fides (fam. 4, 1, 2. *al.*). SALL. Catil. 9, 1 -s bonumque. Ov. epist. 8, 4 contra -sque piumque (ars 1, 200 EPICED. Drusi 24). VELL. 2, 117, 3 gladiis domari ..., -e mulceri. TAC. ann. 1, 9, 5 -s apud cives, modestiam apud socios. *al.*

Ⓘⓘ *respicitur iniquitas*: Ⓐ *opprobrio expresso*: -s summum (*cf. p. 684, 17. 689, 17. 693, 45. 697, 43. 58. al.*): TER. Haut. 796 -s s. saepe summa est malitia (*inde* HIER. epist. 1, 14. *cf.* CIC. off. 1, 33 existunt ... iniuriae ... nimis callida, sed malitiosa -is interpretatione; ex quo illud 's. -s summa iniuria' factum est iam tritum sermone proverbium. COLVM. 1, 7, 2 s. -s antiqui summam putabant crucem). CIC. Verr. II 3, 192 coge, ut ad aquam tibi, id quod s. -is est, frumentum ... admetiantur. *alia*: CIC. Quinct. 48 haec extrema et inimicissima -a. CAEL. Cic. fam. 8, 6, 1 si ad illam summam veritatem legitimum -s exegeris (GAIVS inst. 3, 26). HOR. sat. 2, 2, 131 vafri ... inscitia -is. QVINT. inst. 12, 9, 3 -is anfractus. IAVOL. dig. 39, 5, 25 -is suptilitatem (VLP. dig. 28, 3, 12 pr. scrupulositate nimiaque s.). GAIVS inst. 3, 25 -is iniquitates (3, 41). 3, 160 stricta -is ratione. VLP. dig. 24, 1, 32 pr. ex -is rigore (40, 5, 24, 10 [*antea*: -e subtili]. *al.*). COD. Iust. 9, 9, 27 (*a. 295*) praestigiae versuti -is. SIDON. epist. 1, 11, 13 -is iniuriam. *al.* Ⓑ *opprobrio implicito*: CIC. Phil. 9, 10 nec ... magis -is consultus quam iustitiae. de orat. 1, 240 pro aequitate contra -s dicere (off. 3, 67 -s Crassus urguebat ..., aequitatem Antonius. *al. cf. p. 689, 27*). SEN. contr. exc. 6, 3, 2 circumscriptio per -s ad iniuriam pervenit. PHAEDR. 4, 5, 20 fidem advocavit -e neglecto parens. QVINT. inst. 3, 6, 83 salus aliquo -is adiutorio elabendi ex crimine. CIL VI 8861 (*cf.* 8862) dolus malus abesto et -s civile (INSCR. 17. Ber. d. röm.-germ. Komm. 1929 p. 213 n. 372[a]. *cf. l. 38*). *al.*

2 *usu dilatato et tropico de quibuslibet normis, regulis sim. sive singulis sive collective dictis* ('ut sic dixerim' *sim. p. 685, 31. 36*):

a *in vita humana*: CIC. Verr. I 13 Siculi neque suas leges neque

[Primmer]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

nostra senatus consulta neque communia -a tenuerunt. II 2, 126 non solum hominum -a, sed etiam deorum ... religiones omnes repudiavit *Verres* (Phil. 11, 29 deorum h.que [rep. 6, 29 Liv. 3, 25, 8]). Prop. 3, 14, 1 multa tuae, Sparte, miramur -a palaestrae (*cf.* 3, 14, 33 -a ... pugnasque Laconum). Sen. contr. 1, 1, 14 quaedam ... -a non scripta, sed omnibus scriptis certiora sunt: ... licet mihi et stipem porrigere mendico et humum cadaveri *eqs.* 10, 5, 19 vulgaria -a ..., in servum nihil non domino licere, pictori nihil ⟨non⟩ pingere. Lvcan. 10, 471 neque -s mundi valuit nec foedera sancta gentibus. Petron. 35, 7 cenemus: hoc est -s cenae (*cf.* Fronto p. 150, 6 v. d. H. = p. 156 N. manducandi -s fasque). Plin. nat. 13, 23 ista patrocinia (*sc. aquilarum unctionem*) quaerimus vitiis, ut per hoc -s sub casside unguenta sumantur. *saepius.* **b** *in rebus divinis*: Cic. *supra l. 3.* Ov. met. 9, 500 sunt superis sua -a; quid ad caelestia ritus exigere humanos ... tempto? Sen. Oed. 876 saeculi crimen vagor, odium deorum, -is exitium sacri. *usu christiano*: Tert. praescr. 27 l. 18 *ecclesiae laudatae* cum illis correptis unius institutionis -a miscent. Cypr. epist. 69, 13 lege et -e fidei. 73, 20 veritatis ... -a et sacramenta (Filastr. 32, 1 Christianae). Novatian. trin. 21 (16) p. 927^{C} arcanorum caelestium. 29 p. 945^{C} doctrinae dominicae. Lact. inst. 6, 9, 2 si iustitiam sequi volet, divini tamen -is ignarus gentis suae leges tamquam verum -s amplectetur (Zeno 2, 10, 4 *opp.* legis *i. veteris testamenti*). Val. Cem. hom. 13, 2 p. 732^{A} quae *lex* Christiana -a moderatur (*cf.* Cassiod. hist. 9, 42, 4 Christianitatis [*Sozom. 7, 20, 5 Χριστιανισμόν*]). *sim. passim.* **c** *in artibus*: Cic. rep. 1, 27 omnia non Quiritium, sed sapientium -e pro suis vindicare. Sen. benef. 6, 5, 4 quid in vestra *philosophorum* schola -is sit. Plin. dub. serm. frg. Char. gramm. p. 151, 23 B. nomina, quae nominativo plurali 'ae' syllaba finiuntur, 'e' deposita reddunt nominativo singulari speciem sui -is ac formae. p. 156, 18 *nomina 'ar' litteris terminata* dativo et ablativo pari -e funguntur. Qvint. inst. 1 prooem. 23 docendi ratio, quae ..., ut sic dixerim, -s ipsum rhetorices interpretetur. 4, 1, 64 quo -e aut qua tanta superstitione prohibeamur dare per hanc figuram sententiae vires? Plin. epist. 8, 4, 5 -e vatum invocatis dis. Mar. Victorin. gramm. VI 78, 31 cum sedecim syllabis iuxta -s proprium constare debeant *versus quadrati*. Serv. ecl. 6, 2 *poeta* contempsit -s regulae. Veg. mil. 1, 1 tironem ... -s, ut ita dixerim, armorum docere. Mart. Cap. 7, 773 *et* 776 *de ratione numerorum.* 9, 977 in dactylico genere signa (*i. morae*) aequali sibi -e nectuntur ...; paeonicum ... est, cum pedum signa hemiolii rationem -sque sectantur. Boeth. arithm. 2, 45 p. 149, 15 paritas quaedam medietatis aequum -s in proportionibus conservantis. Ennod. carm. 1, 9, 168 scalpere carmen nodoso sub -e ..., quod nexuit artis ... modis lex.
d *in rerum natura*: Sall. or. Cottae 5 vita et mors -a naturae sunt (*cf.* Sen. epist. 123, 16 *mors* sola -s aequum generis humani. Arnob. nat. 2, 53 *animas* -i subiectas mortis [Zeno 1, 16, 5 Petr. Chrys. serm. 63 p. 376^{A}]. Novatian. trin. 6, 36 -s dissolutionis [*seq.* legibus ... mortis]. *v. etiam p. 690, 23. 694, 70*). Ov. met. 4, 279 ut ... naturae -e novato ambiguus fuerit modo vir, modo femina Sithon (*cf. p. 688, 68*). 14, 118 -a locorum *i. Tartari* (*cf.* Sen. Herc. f. 660 -a abdita et operta terris. Prvd. c. Symm. 1, 92 Cocytia leti -a). Sen. nat. 3, 16, 4 sunt et sub terra ... -a naturae ... certa *sc. aquarum sim.* (*cf.* Lvcan. 10, 267 opifex rerum certo sub -e coercet *aquas*). Cypr. ad Donat. 8 p. 10, 9 contra foedus -sque nascendi (Ennod. carm. 1, 9, 161). Anth. 772, 20 -a polorum *i. tempestatum rationes* (*cf.* Clavd. carm. min. 51, 5 -a poli rerumque fidem legesque deorum ... transtulit arte senex *Archimedes*). Zeno 1, 16, 9 Phoenix ... resurrectionis ... nos edocet -a (2, 42). Clavd. 26, 10 Symplegades ... nova passae -a soli. Arator act. 1, 174 carnis -a pati. *al.*

C *pertinet ad coniunctionem* (*cf. p. 679, 53*): **1** *singulorum*: **a** *variorum*: Rhet. Her. 3, 3, 4 quod -s in parentes, deos, patriam natura comparavit, id religiose colendum (*cf.* Liv. 6, 14, 8 quodcumque sibi cum patria, penatibus ... -is fuerit, id cum uno homine esse). Cic. S. Rosc. 109 nullum esse officium, nullum -s tam sanctum atque integrum, quod non eius ... perfidia violarit. Ov. Pont. 1, 7, 60 -s aliquod tecum fratris amicus habet. Sen. benef. 2, 18, 5 beneficiorum ... sacratissimum -s, ex quo amicitia oritur. Lvcan. 10, 93 -a ... communia (*i. societatem*) regni. Stat. silv. 4 praef. tuum ... condiscipulum, sed mihi citra hoc quoque -s ... carum. *al.* *in imagine*: Manil. 2, 341 his *signis* natura dedit communi foedera lege inque vicem affectus et mutua -a favoris. 2, 415 Pisces et Virginis astra ... amant communia -a. **b** *amicorum, sodalium*: Cic. Quinct. 11 -a societatis et officia certi patris familias nosse (53 amicitiae, s., adfinitatis. Call. dig. 17, 2, 64). S. Rosc. 116 *socium* si metuimus, -s officii laedimus. Sull. 52 intromissus et meo more et -e amicitiae (fam. 13, 77, 1. *al. cf. l. 72 et* Catvll. 102, 3 me ... esse invenies illorum -e sacratum *sc. amicorum fidelium*). fam. 13, 14, 1 Strabone ... familiarissime utor; omnia mihi cum eo intercedunt -a summae necessitudinis. Ov. trist. 4, 10, 46 -e sodalicii, quo mihi iunctus erat. Val. Max. 7, 8, 9 sanctissima -a familiaritatis (Pavl. dig. 50, 16, 223). Sen. amic. p. 28 una peregrinatio eradit animo -s omne. Mart. 1, 15, 2 longa fides canaque -a. *al.* **c** *hospitum*: Cic. Verr. II 2, 116 hospitii (*v. vol. VI 3, 3039, 18 sqq. cf.* Sil. 17, 68 hospita). Liv. 25, 18, 5 manente memoria etiam in discidio publicorum foederum privati -is (25, 18, 9 Plin. epist. 9, 13, 3). Sen. dial. 3, 2, 2 sacrae mensae -a (Qvint. decl. 301 p. 187, 28 Arnob. nat. 4, 24). **d** *coniugum, poetice etiam amantium*: Cic. Cluent. 175 -s illud matrimonii castum atque legitimum damnatione viri sublatum (Cvrt. 8, 4, 26. Qvint. decl. 247 p. 12, 4 [*ibid.* coitus ... citra -s, primo statim -e]. *al.* Arnob. nat. 5, 22 Firm. math. 6, 24, 2). Catvll. 66, 83 casto colitis quae -a cubili. Prop. 2, 5, 17 per dominae Iunonis dulcia -a. 3, 20, 15 foedera sunt ponenda prius signandaque -a et scribenda mihi lex in amore novo. Ov. am. 3, 11, 45 lecti socialia -a (epist. 9, 159 sacerrima. *cf.* 15, 284 tori). epist. 2, 31 -a, fides (6, 41 conubialia). ars 2, 381 marita. met. 4, 60 taedae. 6, 536 coniugialia. Lvcan. 2, 353 foedera sola ... vanaque carentia pompa -a placent. *al.* **e** *cognatorum, affinium* (*cf. p. 685, 60. 73*): Ov. met. 8, 499 mens ubi materna est? ubi sunt pia -a (vota *var. l.*) parentum? Liv. 23, 9, 2 quaecumque -a liberos parentibus iungunt. Manil. 2, 675 (679) amicitias imitantes -a gradumque sanguinis (Pompon. dig. 50, 17, 8 Pavl. dig. 1, 7, 23). Sen. contr. 1, 7, 2 naturae (7, 1, 17 Sen. Phoen. 478. *cf.* Gaivs inst. 1, 158 naturalia [Vlp. dig. 37, 4, 8, 7]). Stat. Theb. 1, 671 domus. Cels. dig. 1, 7, 7 adgnationis (Gaivs inst. 1, 158 *opp.* cognationis. Mod. dig. 2, 14, 34). Vlp. dig. 37, 4, 3, 2 adoptionis (38, 6, 1, 6). Pavl. dig. 3, 5, 33 pietatis. *al.* *in imagine*: Vel. gramm. VII 76, 14 hae duae litterae e et i per -s adfinitatis recipiunt immutationem.

2 *societatum*: **a** *iunguntur civitates, populi sim.*: Lex Anton. de Term. (CIL I^2 589) 2, 18 quae leges quodque -s quaeque consuetudo ... inter civeis Romanos et Termenses ... fuit *eqs.* Cic. Arch. 6 quae cum esset civitas aequissimo -e ac foedere (Balb. 52. *cf. l. 28 et* Liv. 36, 27, 5 antiqua -a foederum ... meritaque in populum Romanum [*Polyb. 20, 9, 7 φιλάνθρωπα tantum*]). Ov. met. 7, 503 rogat ... auxilium foedusque refert et -a parentum (Sil. 11, 160. *cf. l. 13*). Liv. 5, 35, 4 adversus Romanos nullum eis -s societatis amicitiaeve erat (26, 24, 8 Val. Max. 7, 3 ext. 9. *cf. sub 1 b*). 34, 32, 20 fidem ac -a societatis (Lvcan. 3, 302 servare ... fidem signataque -a). 34, 57, 8 ex formula -is antiqui. *al.* **b** *iunguntur cives*: Cic. rep. 1, 49 -is societas civium (*cf.* 2, 48 qui sibi cum suis, qui denique cum omni hominum genere nullam -is communionem, nullam humanitatis societatem velit. off. 3, 28 sibi nihil -is, nullam societatem ... esse cum civibus). Nep. Timoth. 4, 3 patriae ... sanctiora -a quam hospitii esse. Verg. Aen. 2, 157 fas mihi *Sinoni* Graiorum sacrata resolvere -a. Sen. epist. 102, 6 illi ..., per quos ista corpora (*sc. exercitus, populus al.*) efficiuntur, -e aut officio cohaerent. *al.* **c** *iunguntur homines* (*inter se, cum dis vel bestiis*): Cic. Flacc. 24 communis humanitatis -e ac misericordia (Apvl. met. 3, 8, 3. *cf.* Cic. off. 1, 60 societatis humanae. Liv. 9, 1, 8 -is humani [23, 5, 11 expertem omnis -is et condicionis et linguae prope humanae militem. 41, 24, 10]. Arnob. nat. 4, 19 humani generis -a atque ipsius mortalitatis consortia). fin. 3, 67 homini nihil -is esse cum bestiis. nat. deor. 1, 116 cum quibus (*sc. dis*) quid potest nobis esse -is, cum homini nulla cum deo sit communitas? *al.* Manil. 4, 713 proprio ... colore firmantur gentes sociataque -a per artus materiamque parem privato foedere signant. Stat. Ach. 1, 362 iam mutua -a fallere transmissae pelago didicere carinae. Tert. spect. 2 p. 2, 26 non ... deum norunt nisi naturali -e, non etiam familiari. *al.*

II *accedente vel praevalente notione q. e.* **condicio, status** *sim.* (*ita refertur ad personas resve, ut earum qualitatis notionem in se comprehendat vel certe vi praecepti plus minus servata adumbret, gradibus comparatione definitis l. 62 sqq. p. 688, 37. 38. al.; adhibetur aut in neutram partem aut in meliorem sub specie rationis legitimae et iustae velut l. 80. p. 687, 53. 62. 63. al.; nonnumquam vim potestatis sub III illustratam subaudiri vix negaverimus*): **A** *respicitur qualitas distinguens*: **1** *usu strictiore*: **a** *hominum*: **α** *singulorum*: ① *usu vario* (*exempla selecta*): Rhet. Her. 4, 35, 47 -s accusatoris cum -e testimonii commiscebis (Qvint. inst. 7, 5, 2 cum de -e a. ambigitur *sc. legitimo. cf.* Cic. Flacc. 14 accusatorio -e et more). Lex Corn. de XX quaest. (CIL I^2 587) 1, 40 siremps ... eis viatoribus deque eis viatoribus q(uaestori) omnium rerum -s lexque esto, quasei *eqs.* (*cf.* Lex Rubr. [CIL I^2 592] 2, 10 res lex -s caussaque. 2, 40 Lex Quinctia Frontin. aq. 129. *notatur* Prob. litt. sing. gramm. IV 272). Cic. Quinct. 10 cum ... ei propter vim adversariorum non -s par, non agendi potestas eadem ... reperiri potuerit. Verr. II 1, 13 libertatis (Liv. 24, 16, 11. Val. Max. 2, 6, 6 -e l. exuitur. Qvint. decl. 342 p. 350, 29 erit in -e l. *al.*). 1, 83 -s nomenque legati. 1, 152 *praetextam* illi mos et -s ingenuitatis dabat. Caecin. 94 quin ... heres eodem -e possederit *fundum* (*cf.* Varro Men. 543 ['Testamentum'] Attio idem quod Tettio -s esto apud me. Vlp. dig. 29, 2, 20, 4 nomen et -s heredis). Balb. 24 *servorum* -s, fortuna, condicio infima est. Phil. 5, 45 sit pro praetore eo -e, quo qui optimo (11, 30. Lex Vrson. [CIL I^2 594] 65, 36 optima lege o. -e. Sall. or. Lep. 2 o. -e liberi. Liv. 9, 34, 11. *al. cf. p. 687, 27*). Caes. Gall. 1, 28, 5 parem -is libertatisque condicionem. Ov. ars 3, 58 petite hinc praecepta, puellae, quas pudor et leges et sua -a sinunt (vita sinit *var. l.*). Liv. 34, 32, 2 societas nobis ... cum Pelope, rege Lacedaemoniorum iusto ac legitimo, facta est, cuius -s tyranni quoque *succedentes* ... usurparunt. Qvint. inst. 2, 4, 35 aut ... de -e dubitari potest eius, qui rogat, ut de P. Clodi, qui non rite creatus tribunus arguebatur, aut de ipsius rogationis (*opp.* legitimis *rogationibus*). *et passim.* *c. respectu ordinis*: Manil. 5, 345 auctoratos in tertia -a ministros *templorum*. Stat. Theb. 1, 128 -is ... secundi ambitus

[Primmer]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

impatiens. CLAVD. 1, 21 prima sede relicta ... de -e ... certare secundo. *metonymice* -s munificum *ipsos munificos significare videtur vol. VIII 1654, 27.* (ii) -s civitatis *sim.*: CIC. Verr. II 1, 13 civitatis (Caecin. 98 *Mancinus* retinet integram causam et -s c. 102 Arch. 11 Balb. 29 VAL. MAX. 6, 4, 1. 8, 6, 4. *al. cf. p. 681, 81*). Catil. 3, 15 civis (QVINT. decl. 244 p. 2, 3. HIER. chron. a. Abr. 1727 -s eis *Iudaeis* civium et muncipalem ordinem ... concedens *Seleucus. cf. p. 691, 23*). VELL. 1, 14, 1 civitates propagatas auctumque Romanum nomen communione -is. PLIN. nat. 5, 36 Quiritium -e donato (29, 12 PLIN. epist. 10, 5, 2. *al. cf. p. 681, 68*). *al.* *ad l. 24sqq. vergunt* VELL. 2, 15, 2 in eius civitatis (*i. Romae*) -s recipi. VAL. MAX. 3, 7 ext. 7 illis meae gentis -s dabo (*syn.* civitatem). (iii) -s universum *sim.* (*in re hereditaria, cf. p. 686, 70; 'Gesamtrechtsstellung' Kaser, Röm. Privatrecht 337*): IVLIAN. dig. 50, 17, 62 hereditas ... est ... successio in universum -s, quod defunctus habuerit (PAVL. dig. 44, 1, 6 sicut heres, qui in u. -s succedit ..., ita et legatarius ... quasi unius rei successor. *al.*). POMPON. dig. 29, 2, 37 heres in omne -s mortui, non tantum singularum rerum dominium succedit, cum et ea, quae in nominibus sint, ad heredem transeant (PAPIN. dig. 44, 3, 11). VLP. dig. 3, 4, 7, 2 cum -s omnium in unum recciderit (*antea*: universitas). VOPISC. Aurelian. 14, 7 heres sacrorum, nominis et bonorum totiusque -is (COD. Iust. 8, 53, 15 pr. *a. 293*). *nude*: VLP. dig. 8, 4, 13 pr. personae possidentium aut in -s eorum succedentium. PAVL. dig. 2, 13, 9, 1 in locum et in -s (*seq.* -is successor). INST. Iust. 2, 10, 11. *β civitatium, urbium sim.* (*cf. l. 10*): CIC. Verr. II 3, 12 ut eodem -e essent *Siciliae civitates*, quo fuissent, eadem condicione populo Romano parerent, qua suis ante paruissent. 3, 211 quae *provincia* optimo -e propter vetustatem ... esse debet (*cf. infra l. 59 et* 5, 58 quae colonia est in Italia tam bono -e, quod tam immune municipium?). 4, 146 ne suum -s suis moribus, suis legibus obtinere possent. *al.* SALL. or. Macri 1 quid inter -s a maioribus relictum vobis et hoc ... servitium interesset. LIV. 8, 14, 11 Cumanos ... eiusdem -is condicionisque cuius Capuam esse placuit. *al.* VELL. 2, 44, 4 -s urbis (*Heinsius*, ab his *trad.*) restitutum (*opp.* in formam praefecturae redacta). ASCON. Pis. p. 12, 20 Pompeius ... veteribus incolis *Placentiae* manentibus -s dedit Latii, ut possent habere -s, quod ceterae Latinae coloniae (*cf.* PLIN. nat. 3, 133 Latini -is Euganeae gentes). PLIN. nat. 3, 25 duabus *insulis* -s Italiae datum (*cf.* 3, 139 Italicum [VLP. dig. 50, 15, 1 pr. colonias -is I. *al.*]). 5, 20 *urbs* coloniae -e donata (TAC. ann. 14, 27, 1. GELL. 16, 13, 4 *ex oratione Hadriani.* VLP. dig. 50, 15, 1, 10). TAC. ann. 12, 23, 1. SVET. Aug. 46 Italiam ... -e ac dignatione urbi adaequavit. SPART. Carac. 5, 3 contra homines et contra -a civitatum (EPIST. imp. inc. de Tymand. [CIL III 6866] 6 -s et dignitatem civitatis. imp. Constant. [*ibid.* 7000] 1, 43 -s nomenque civitatis). *al.*

b *rerum*: *α variarum*: RHET. Her. 4, 35, 47 (*v. p. 686, 60*). CIC. Verr. II 1, 54 sociorum ... urbes adisti legationis -e et nomine. 5, 50 sustulisti -s imperii, condicionem sociorum, memoriam foederis (*infra*: -s foederis et i. condicionem. LIV. 22, 26, 7 haudquaquam cum i. -e artem imperandi aequatam. FLOR. epit. 1, 9, 1 et -e et nomine. *cf. p. 690, 2*). Caecin. 34 nondum de -e possessionis nostrae loquor (leg. agr. 2, 57 vetustate p. se, non -e ... defendunt. *cf. p. 692, 11*). Sull. 3 in hoc officio atque in defensionis -e. Flacc. 36 vi legis, -e accusationis. dom. 71 senatus ..., cuius est gravissimum iudicium de -e legum, ... eam *legem* nullam esse iudicavit (Phil. 8, 7. AMBROSIAST. in Rom. 13, 1, 1 -s et timorem). rep. 2, 56 potestatem ... tempore ... annuam, genere ipso ac -e regiam (*cf.* leg. 3, 48 de potestatum -e. VLP. dig. 2, 3, 1 pr.). *al.* OV. fast. 1, 45 variorum -a dierum (*cf.* 1, 49 nec toto perstare die sua -a ...: qui iam fastus erit, mane nefastus erat). LIV. 1, 43, 10 suffragium eadem vi eodemque -e ... omnibus datum. *al.* SEN. contr. exc. 3, 9, 3 agitur de -e testamentorum, quorum interiit omnis potestas, si *eqs.* (*testamenti vel legati ut* QVINT. decl. 308 p. 212, 21 non dixerim testamentum, cui ... -i necessaria *desunt.* p. 213, 28 quae *tabulae* -s non habuerunt, quae non lege conscriptae sunt. *al.* PLIN. epist. 2, 16, 2. VLP. dig. 5, 2, 29, 2 testamentum in suo -e manet, et ideo ... legata ... suam habent potestatem. SCAEV. dig. 32, 37 pr. [*seq.* valuisse]. *et saepius*). QVINT. inst. 2, 4, 35 (*v. p. 686, 82*). 7, 1, 9 si aliud negat reus, ... aliud a -e actionis excludit (*cf. 3, 10, 5* a genere a.). TAC. hist. 4, 69, 2 quod bello caput? unde -s auspiciumque peteretur? AFRIC. dig. 19, 5, 24 quod ipsum -s et causam pecuniae creditae excedat. PAPIN. dig. 7, 1, 57 pr. mansisse fructus -s integrum. PAVL. dig. 2, 14, 27, 2 incipiet dos redire ad -s suum; nec dicendum est deteriorem condicionem dotis fieri per pactum; ... quotiens enim ad -s, quod lex naturae eius tribuit, de dote actio redit, non fit causa dotis deterior, sed formae suae redditur. *et saepius.* *β locorum, maxime domus vel praedii* (*templi, monumenti p. 688, 1. 13. 30; ipsae servitutes ut p. 691, 40 intellegi possunt p. 688, 16. 18. al., instrumenta p. 688, 22. 27. al.; definitur laxius* CELS. dig. 50, 16, 86 quid aliud sunt -a praediorum quam praedia qualiter se habentia ut bonitas, salubritas, amplitudo? [*Basil.* τὰ δίκαια τῶν ἀγρῶν αὐτοί οἱ ἀγροί εἰσιν, τουτ' ἔστιν ἡ καλλονή κτλ.]): CIC. leg. agr. 3, 7 (*verba legis*) 'ea omnia (*sc. agri eqs.*) eo -e sint, ut quae optimo -e privata sunt' ([*explicatur* 3, 9 optimo ... -e ea sunt ... praedia, quae optima condicione sunt: libera meliore -e sunt quam serva *eqs. cf.* 3, 13]. har. resp. 11 domum ... eodem -e esse iussit quo fuisset [*cf. verba foederis* LIV. 38, 38, 11]. off.

3, 67 [*verba Antonii oratoris*]. LIV. 35, 51, 2 in fano lucoque ea religione et eo -e sancto, quo sunt *asyla. al.*). 3, 10 quae *lex* -s melius Sullanis praediis constituat. Flacc. 80 sintne ista praedia censui censendo, habeant -s civile (Mil. 78 perpetuae possessionis. *cf.* har. resp. 14 qui locus ... hoc praecipue -is habet, ut ... sacer non esse iudicatus sit?). off. 3, 65 de -e ... praediorum sanctum ... est -e civili, ut in iis vendendis vitia dicerentur. LIV. 40, 17, 5 legati possessionis -s non mutarunt. FRONTIN. grom. p. 9, 6 haec *loca* sunt -is subsicivorum *eqs.* (*item per gen. qual. usu ad p. 694, 80 transeunte*: FRONTIN. [?] grom. p. 23, 10 [*em. Thulin*]. p. 36, 6 cuius sit solum aut cuius -is. HYG. grom. p. 78, 3 GAIVS dig. 41, 1, 7, 5. COD. Theod. 5, 12 [15], 19 fundi enfyteutici patrimonialisque -is in antiquum -s praestationemque redeant *eqs. al.*). TAC. ann. 3, 61, 2 auctam ... caerimoniam templo neque Persarum dicione deminutum -s. PROC. dig. 50, 16, 126 si, cum fundum tibi darem, ... adieci '-s fundi deterius factum non esse per dominum, praestabitur', ... satis me liberatum puto, quod ad -a attinet, ne *eqs.* NERAT. dig. 10, 2, 54 *tua pars fundi* remanet in pristino -e hereditariaque est. VLP. dig. 39, 3, 8 (*de -e aquae ducendae*) sive in corpore sive in -e loci ... vel in ipsa aqua habeat quis -s. *al.* cum (omni) -e: TAB. aliment. Vel. (CIL XI 1147) 5, 21 obligare ... fund(um) Vorminianum ... c. -e Appennini Areliasci ... et communionibus. VLP. dig. 33, 7, 12, 42 domo ita, ut instructa est, c. o. -e suo legata (*sim.* PAVL. sent. 3, 6, 58. *cf.* MOD. dig. 33, 10, 8 c. -e suo o. et instrumento et supellectili). 41, 1, 20, 1 c. -e servitutium debitarum. PAVL. dig. 23, 5, 1, 1 *praedium transit* c. suo ... -e, ut alienari non possit. COD. Theod. 10, 8, 1 (= Iust. 10, 10, 2; *explicantur verba* 'integro statu') c. adiacentibus et mancipiis et pecoribus et fructibus et o. -e suo (*seq.* ea, quae ad instructum ... pertinent). NOVELL. Theod. 24, 4 (= COD. Iust. 11, 60, 3 pr.) c. paludibus o.que -e. GREG. M. epist. app. 1 p. 437, 20 c. o. -e et proprietate (p. 438, 1 PAP. Tjäder 20, 17). CIL VI 9485 monimentum c. omne -e suo (*cf.* 10675 *et p. 692, 46*). *al.*

2 *usu dilatato et tropico*: a *de condicionibus variis* (*maxime c. respectu dignitatis, auctoritatis sim.*): *α animantium*: PLAVT. Bacch. 613 sine modo et modestia sum, sine bono -e atque honore (Most. 658 nullum ... genus est hominum taetrius nec minus b. cum -e [*'minus iustum' Ussing*] quam danisticum. *cf. p. 686, 74*). TER. Hec. 10 sinite exorator sim, eodem ut -e uti senem liceat, quo -e sum usus adulescentior. Ad. 801 numqui minus mihi idem -s aequomst esse? CIC. rep. 3, 19 *philosophi* unam omnium animantium condicionem -is esse denuntiant. off. 2, 27 qui *Caesar* ... universas provincias ... uno calamitatis -e (*'calamitoso statu' Holden*) comprehenderet. VARRO ling. 9, 5 *oratorum et poetarum* non idem -s. 9, 114. VERG. Aen. 2, 541 *Achilles* -a fidemque supplicis erubuit. OV. met. 10, 321 di precor et pietas sacrataque -a parentum. EPICED. Drusi 151 *altero filio mortuo* -s matris habemus ab uno. MANIL. 4, 787 *Sicilia* ad -a sororem subsequitur Creten. SEN. contr. exc. 6, 3, 3 cum haberet -s dominae ancillae impudentia. SVET. Tib. 35, 2 ut ... -e ac dignitate matronali exsolverentur *famosae*. ARNOB. nat. 2, 57 *animas* mortalitatis ... in -a succedere. IVVENC. 1, 534 casti -a pudoris ... amittet mulier deserta. ZENO 2, 1, 12 caro ... fragili detestabilique versatur in -e (*antea*: condicio, status ... futuri qualitas). AVSON. 207, 16 p. 65 P. *vitam* finisti sede Cadurca; sed patriae te -a vocant et origo parentum. VEG. mil. 2, 17 legionis -s est facile nec fugere nec sequi. PRVD. apoth. 284 si *deus* ... serum genuit ... natum, fit novus inque novum -s proficit. CLAVD. 10, 337 (*ad Stilichonem*) insere te nostris contempto -e choreis. *al.* *β rerum*: OV. met. 5, 426 Cyane ... contempta ... fontis -a sui maerens. SEN. Herc. f. 1246 per -s nominis utrumque nostri, sive me altorem vocas seu tu parentem. dial. 7, 15, 5 quae *res* deterius summi boni -s faciat. LVCAN. 1, 2 -s ... datum sceleri (*sc. tamquam iusto. cf.* 9, 1074 ergo in Thessalicis Pellaeo fecimus arvis -s gladio? PLIN. nat. 12, 5 a diis [*i. a deorum simulacris eburneis*] nato -e luxuriae). PS. DAMAS. epigr. 87 (45 F.), 3 neglecto -e sepulchri sanctorum in tumulos *hostes furebant*.

b *de natura, indole, moribus sim.*: *α animantium* (*transit huc* PLAVT. *l. 34*): CIC. Cluent. 199 *Sassia* vitiis animi in deterrimas partes -a hominum convertit omnia, cuius ea stultitia est, ut eam nemo hominem, ea vis, ut nemo feminam, ea crudelitas, ut nemo matrem appellare possit; ... naturae nomen et -a mutavit (OV. ars 2, 42 sunt mihi *Daedalo* n. -a novanda meae [*sim. p. 685, 47*]. RVST. HELP. benef. 125 *peccati originalis* poena ... n. -a momordit. *cf.* HESYCH. in lev. 5, 17 p. 843[B] omnis homo naturali -e scientiam peccati habet [*seq.* naturaliter]). HOR. sat. 1, 7, 10 hoc ... sunt omnes -e molesti (*i. litigiosi*), quo fortes, quibus adversum bellum incidit: inter Hectora ... atque inter Achillem ira fuit ... non aliam ob causam, nisi quod virtus in utroque summa fuit. PROP. 2, 20, 35 hoc mihi perpetuo -s est, quod solus amator nec cito desisto nec temere incipio. OV. rem. 270 animi vertere -a (*cf.* ENNOD. carm. 2, 117, 6 [*epitaphium Mellisae*] melle meo vertens -a, Severe, tua). FILASTR. praef. 2 *avium pulli* amissis falsis parentibus -a parentum sensu proprio recordantes. ROMVL. fab. 58, 4 rec. vet. *Iunone castum coniugium suadente* Venus iocandi causa interposuit gallinarum -a (dicta *rec. gall.*) *i. morem etiam horreis patefactis scalpendi.* SERM. RevBén. 14, 1897 p. 4, 15 quicquid est humani -is, aegrescit. *β rerum* (*cf. p. 687, 77*): PALLAD. ins. 120 persuadet moris tetrum variare colorem ficus et invasis dat sua -a comis. ZENO 1, 16, 10 *granum frumenti crescit* vetusti corporis superficie ... in me-

[Primmer]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

lioris naturae -a transmissa. CLAVD. carm. min. 28, 29 cum languida cessant flumina, tunc Nilus mutato -e tumescit. ARATOR act. 2, 51 ponti *Rubri* ... facultas ... vertere iussa per varios sua -a modos his stravit arenas, his cumulavit aquas.

2 *alicui, i. q. iustum iudicium proferre* (*cf.* iudicare *p. 622, 15sqq.*): ITALA psalm. 81, 3 (Aug. spec. 6 p. 36, 13 *et* VVLG. *cod. Amiat.*) iudicate pauperi ..., egeno et inopi -ate (*gr.* ταπεινὸν καὶ πένητα δικαιώσατε, VVLG. *cet. codd.* pauperem. *cf. p. 712, 60 et Hier. psalt. sec. Hebr.* egeno ... iuste facite). VVLG. Sirach 5, 18 -a pusillo et magno similiter (pusillum et magnum *var. l.*, 'lectio facilior' *edd. comm. pont.*; *gr. 5, 15* ἐν μεγάλῳ καὶ ἐν μικρῷ μὴ ἀγνόει. *cf. Kautzsch ad l.*).

p. p. p. **iūstificātus,** -a, -um *pro adi.*: **1** *posit. v. supra. cf. formam* '-tus fui' *sim.*: AVG. civ. 10, 25 p. 439, 11 D. quaest. Simpl. 1, 2, 3. **2** *compar.* -ior: TERT. orat. 17 p. 190, 26 publicanus ... -ior Pharisaeo ... discessit (*in eadem re*: HIER. epist. 77, 4, 4 CHROMAT. in Matth. 13, 2, 3. *subest* ITALA Luc. 18, 14 [cod. a *al.*] descendit ... -tus magis prae illum Ph., *ubi gr.* κατέβη ... δεδικαιωμένος ... παρ' ἐκεῖνον, VVLG. descendit ... -tus ... ab illo [*v. var. ll.*]). *cf.* magis -tus: ITALA gen. 38, 26 (Ambr. in Luc. 3, 18 p. 112, 2. *al.*; *Vulg.* iustior me). Rom. 5, 9 (cod. d *al.* = VVLG.). PAVL. NOL. epist. 23, 39. *adde l. 47.* plus -tus: CORIPP. Iust. 4, 319 p. exaltatus, p. -tus id ipsum, quod *eqs.* (*Jaeger*, in i. *trad.*, in ipso *Foggini*; *cf. p. 712, 49*). **3** *pro superl. exstat* perfectissime -tus: AVG. nat. et grat. 26, 29 plenissime sanus ..., p. -tus.

deriv.: iustificatio, iustificator (-trix).

iūstificus, -a, -um. *a* iustus *et* facere. *i. q. iusta faciens*: CATVLL. 64, 406 omnia fanda nefanda malo permixta furore -am nobis mentem avertere deorum. *Heck.*

***iūstitia,** -ae *f.* *a* iustus. *de orig.*: ISID. orig. 18, 15, 2 quasi iuris status. *scrib.* -tici- *saepe in codd.*; -titi- *scribi iubent* GRAMM. suppl. 299, 10. ISID. orig. 1, 27, 28 cum -a sonum z litterae exprimat, tamen *eqs.* ? *Vae decl.* iustitiaes (*pro* -ies) CE 1980, 4 *exstare dubitanter coni. Armini, Eranos 34, 1936, 116sq.* *plur. non dici testatur* CHAR. gramm. p. 39, 16 B., *recte, quoad usus sollemnis respicitur; aevo cadente plur. usurpatur sec. hebr. (p. 716, 53sqq.) et ceterum modo peculiari p. 715, 82sqq. illustrato.* *notationes in titulis factas v. p. 715, 80sq.* *legitur in poesi inde a* TER. *p. 714, 24,* CATVLLO *p. 715, 43,* VERG. *p. 715, 45, in prosa inde a* RHET. Her., CIC. [*vix recte trad.*: TERT. ieiun. 16 p. 296, 3 -am (iustitium *recte emendare videntur edd.*). FIRM. math. 3, 12, 20 mechanicos (medianico *trad.*) ... et qui in his actibus multiplicibus -is occupati esse videantur (institutis *Bücheler, alii alia*). ITALA act. 7, 19 (cod. d) cum -as coepisset *Pharao* (*sec. exod. 1, 10, ubi Vulg.* sapienter opprimamus) cum genus nostrum (*an* insidias *coll. gr.* κατασοφισάμενος *et Vulg.* circumveniens g. n.?). ZENO 2, 15, 1 *Iob filiis amissis* nescit, cui primum -am crudi funeris solvat (*sic codd. potiores,* iusta *dett. in ras. teste B. Löfstedt*). COD. Theod. 10, 12, 1 si -a eadem probant ('*fortasse* iuste petita' *Mommsen*).]

i. q. δικαιοσύνη (*quae vox respondet, ubi nihil aliud adnotatur*):

I *vi morali praevalente*: **A** *usu originario*: **1** *sing.*: **a** *definitiones, differentiae*: RHET. Her. 3, 2, 3 (*fere sec. Aristot. rhet. 1, 9 p. 1366 b 9*) -a est aequitas ius unicuique rei (re *H1*) tribuens pro dignitate cuiusque (CIC. inv. 2, 160 habitus animi ... suam cuique t. dignitatem. fin. 5, 65. VLP. dig. 1, 1, 10 pr. constans et perpetua voluntas ius suum cuique tribuendi [INST. Iust. 1, 1 pr. tribuens]. *v. etiam l. 7*). CIC. part. 78 in communione ..., quae posita pars *temperantiae* est, -a dicitur eaque erga deos religio (*cf.* nat. deor. 1, 116 est ... pietas -a adversum deos), erga parentes pietas ..., creditis in rebus fides, in moderatione animi advertendi lenitas, amicitia in benivolentia nominatur. rep. 3, 24 praecipit parcere omnibus, consulere generi hominum, suum cuique reddere *eqs.* leg. 1, 42 -a est obtemperatio scriptis legibus institutisque populorum. fin. 1, 50 non modo numquam nocet cuiquam (*inde* off. 1, 20. 31), sed contra semper afficit (*Schiche*; aliquid *trad.*, *quo servato lacunam coni. Madvig, alii alia*) cum vi sua atque natura, quod tranquillat animos, tum spe nihil earum rerum defuturum, quas natura non depravata desiderat. nat. deor. 1, 4 una excellentissima virtus (*sim. laudes ap. Pease ad l.*). off. 1, 99 est ... quod differat ... inter -am et verecundiam: -ae partes sunt non violare homines, verecundiae non offendere. SEN. epist. 81, 19 -a non est, ut vulgo creditur, ad alios pertinens; magna pars eius in se redit. PLIN. epist. 6, 2, 8 patientiam ..., quae pars magna -ae est. *al.* GLOSS. δικαιοσύνη. ὁσιότης. ἀλήθεια. δικαίωμα. clementia, aequitas. *discernitur a* iudicium: PROSP. in psalm. 105, 3 -a et i. tam similia sibi sunt ...; verum tamen i. custodire dicendus est, qui recte iudicet, -am vero facere, qui recte agit.

b *exempla selecta usum illustrantia*: **α** *iusti sunt homines* (*simul afferuntur specimina, ubi* -a *absolute ponitur*): ① *vario usu*: TER. Haut. 646 te obsecro, ... ut meae stultitiae in -a tua sit aliquid praesidi (*cf.* LIV. 40, 10, 2 perfugium in patris misericordia et -a habeat. *aliter p. 715, 2sqq.*). VARRO frg. Non. p. 149, 13 animadvertendum ... secundum, qua fide et -a eas *paces* coluerint (CIC. inv. 1, 3 fidem colere et -am retinere. Cluent. 196 Mur. 23. 30 Balb. 34 Mil. 22. 105 de orat. 1, 224. 2, 343. 2, 345 erit explicandum in laude -ae, quid cum f., quid cum aequabilitate ... is, qui laudabitur, fecerit. part. 28. 90 off. 3, 79. *al.* LIV. 5, 27, 11. *al. v. etiam l. 4. p. 715, 46. 47. 51*). RHET. Her. 3, 2, 3 id *rectum* dividitur in prudentiam, -am, fortitudinem, modestiam (*in eadem fere serie* 3, 6, 10 CIC. inv. 2, 159 de orat. 2, 67 fin. 5, 36 Tusc. 3, 17. *al.*). 3, 3, 4 -ae partibus utemur, si aut innocentium aut supplicium misereri dicemus oportere ..., si dicemus in omnibus aequabile ius statui convenire; his atque huiusmodi partibus -ae, si quam rem ... faciendam censebimus, iustam esse ostendemus, contrariis iniustam. 3, 3, 6 quam is, qui contra dicit, -am vocabit, nos demonstrabimus ignaviam esse ... ac pravam liberalitatem *eqs.* 4, 13, 19 Poenos populus Romanus -a vicit (*cf.* VELL. 2, 118, 1 Romana -a [MIN. FEL. 25, 1]). CIC. inv. 2, 165 *opp.* iniustitia (*v. vol. VII 1, 1686, 39*). S. Rosc. 75 vita ... rustica ... parsimoniae, diligentiae, -ae magistra est. Mur. 60 finxit ... te (*Catonem*) ipsa natura ad ... -am ... magnum hominem. dom. 131 res illa (*sc. censura*) plena -ae, sapientiae, dignitatis. Sest. 91 ex feritate illa ad -am atque ad mansuetudinem. Marcell. 12 tua -a et lenitas florescet cotidie magis. Phil. 9, 10 nec ... ille *Ser. Sulpicius* magis iuris consultus quam -ae fuit (*opp. item*: SEN. dial. 4, 28, 2 i. regula. QVINT. decl. 251 p. 27, 25 non ... ut iura spectanda sint, sed ... uti -a spectetur. *cf. l. 54. 64 et* FRG. Vat. 273 secundum iuris ... -am. AMM. 28, 1, 40 iure -aque. CE 2046, 1 ius ad -am revocare aequumque tueri Dalmatio lex est). de orat. 1, 86 de aequitate et -a (top. 90 [*loco spurio, ut vid.*]. ac. 1, 23. off. 1, 64 aequitatem, quae est -ae maxime propria. COD. Iust. 3, 1, 8 [*a. 314*] praecipuam esse -ae aequitatisque quam stricti iuris rationem). rep. 2, 70 sine summa -a rem publicam geri nullo modo posse (3, 27). 3, 31 (*verba Lactantii, sed adiectiva saltem genuina esse vid.*) civilem ... naturalem (CHALC. comm. 6 non positivae, sed n. ... -ae. MAR. VICTORIN. rhet. 2, 52 p. 301, 38 n. -am, consuetudinis -am, legitimam -am [*subest Cic. inv. 2, 161sq.* naturae ius est ..., consuetudine ius *eqs.*]. AVELL. p. 58, 15). 6, 16 -am cole et pietatem (fin. 3, 73 Tusc. 2, 31 off. 1, 5. 35. 2, 42. *al. cf.* LVCAN. 2, 389 *Cato* -ae cultor [*v. p. 717, 6 et vol. IV 1318, 18sq.*]). nat. deor. 2, 153 pietas, cui coniuncta -a est reliquaeque virtutes. off. 1, 50 *feris inesse -am negatur*. 2, 34 intelligentiae -a coniuncta quantum volet habebit ...; -a sine prudentia multum poterit *eqs.* 3, 69 veri iuris germanaeque -ae ... expressam effigiem nullam tenemus, umbra et imaginibus utimur. Att. 5, 16, 3 -a, abstinentia, clementia tui Ciceronis (5, 17, 5. 5, 21, 5). CAES. Gall. 6, 24, 3 quae gens ... summam ... habet -ae ... opinionem (*cf.* MELA 3, 60 genus plenum -ae. TAC. Germ. 35, 1). SALL. Catil. 10, 1 labore atque -a res publica crevit (VERG. Aen. 11, 126). NEP. Milt. 2, 3 erat ... dignitate regia ... neque id magis imperio quam -a consecutus. VERG. Aen. 1, 523 novam cui *Didoni* condere Iuppiter urbem -aque dedit gentes frenare superbas. 6, 620 discite -am moniti et non temnere divos (ITALA Is. 26, 9 [Hier. in Is. 26, 9 p. 296D, *cf.* VVLG.]). HOR. ars 199 salubrem -am. OV. epist. 19, 169 si tibi -ae, si recti cura fuisset *eqs.* met. 6, 678 -a dubium validisne potentior armis *Erectheus*. SEN. clem. 1, 20, 2 non minorem agi rem periclitantis quam iudicis sciat; hoc enim ad -am, non ad clementiam pertinet (*opp. item*: dial. 12 [11], 13, 3 QVINT. decl. 248 p. 17, 24. *cf.* TAC. ann. 12, 11, 2 c.que ac -am). IVV. 4, 81 interpres legum sanctissimus omnia ... tractanda putabat inermi -a. TAC. ann. 16, 23, 1 *Soranus* offensiones principis auxit -a atque industria. FLOR. epit. 1, 24, 1 allatas a Graecia leges decem principes ... conscripserant ordinataque erat in duodecim tabulis tota -a (*sec. Liv. 3, 34, 6* fons omnis ... iuris). *et saepius.* *c. colore severitatis*: ENNOD.

[Paschoud-B.]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

opusc. 3, 133 p. 365, 7 (*loq. Theodericus rex*) -a coercendi sunt, quos constat gratiam non secutos. ⓘ *in appellatione supplici* (*exempla l. 7. 9 allata minus certa esse videntur*): EPIST. ad quinquenn. (CIL VI 33840) 4 deprecor tuam ... -am, domine Salvi, ... consentias *eqs.* (*cf.* PAVL. MED. adv. Cael. 1 [Avell. p. 108, 9] beatitudinis tuae -am obsecro, ... papa venerabilis). AVG. epist. 100, 1 p. 536, 11 unum solum est, quod in tua (*proconsulis*) -a pertimescimus *eqs.* COD. Theod. 7, 6, 2 proposita rectori provinciae ... condemnationis, quae tuae -ae videbitur, poena. ALC. AVIT. epist. 44 p. 74, 7 quaeso, ut ... ille ... apud -ae vestrae (*sc. Gundobadi regis*) animos non me faciat socium *sceleris*. ENNOD. epist. 8, 18, 1 p. 212, 22 -ae vestrae ... examen.

β iustae sunt res, actiones humanae sim. (*aliter p. 717, 48 sqq.*): CIC. dom. 101 id (*sc. domum complanatam esse*) aequum accidisse populus Romanus Maelio iudicavit, nomine ipso Aequimeli -a (*restituitur e* VAL. MAX. 6, 3, 1c -a supplicii; *trad.* stultitia) poenae comprobata est (*cf.* TRYPH. dig. 11, 4, 5 animadversionis). off. 1, 62 nihil honestum esse potest, quod -a vacat. LIV. 42, 30, 3 imperii Romani. PS. QVINT. decl. 5, 12 p. 99, 18 (*ironice*) egregia pietas, aequare liberos -a desperationis et ex hoc, quod succurrere non contigit duobus (*i. utrique filio captivo*), orbitatem facere totam. TRAIAN. Plin. epist. 10, 55 invitos ... compellere ... non est ex -a nostrorum temporum. MOD. dig. 4, 1, 3 ut -am earum causarum examinet *praetor*, an verae sint. COD. Iust. 3, 28, 23 (*a. 294*) testamenti factionem ... vos interdixisse matri profitentes -am offensae ... testamini. 7, 39, 7, 1 (*a. 525*) quae prisca constitutionum sanxit -a. GREG. M. moral. 3, 6 (*ad Iob 2, 6*) in ipsa ... -a permissionis (*sc. cruciandi Iob*) miscetur quaedam libra pietatis.

c -a *aliquid facit* (*cf.* CIC. de orat. 3, 168 quo ... in genere *sc. translationis* et virtutes et vitia pro ipsis, in quibus illa sunt, appellantur: '... -a confecit'): RHET. Her. 3, 3, 5 rebus, quas -a colere cogit. CIC. part. 81 imitatur ... -am *virtutem* acerbitas *vitium*. rep. 3, 24 *v. p. 714, 6.* 3, 28 quod eum *sapientem* sua sponte ... bonitas et -a delectet. leg. 1, 48 -a nihil expetit praemii, nihil pretii (fin. 5, 66). fin. 1, 50 *v. p. 714, 8.* Tusc. 3, 36 ne -a quidem sinet te ista facere ..., quae tamen ita dicet *eqs.* off. 2, 38 illa tria ... -a conficit, et benivolentiam ... et ... fidem et admirationem (*l. 30*). fam. 13, 28a, 2 quae tua ... -a postulat. VAL. MAX. 6, 5, 4 Cottam in tribunatu ... latentem tribunicia -a extraxit. 6, 5, 5 -a vicit odium. SEN. benef. 3, 7, 5 prout lex aut -a suadet. 4, 12, 4 quid reddat -a. 4, 27, 2 Aristides, cui -a nomen dedit. dial. 2, 8, 1 nihil iniustum pati potest. FRONTIN. aq. 118 reditum ... -a divi Nervae populo restituit. AMM. 23, 5, 17 veluti librante -a (*sed* 28, 1, 23 librata -a).

d -a *dea*: *α varia exempla*: CATVLL. 64, 398 -am ... omnes cupida de mente fugarunt (OV. fast. 2, 249 -am facinus mortale fugarat. *cf.* VERG. georg. 2, 474 -a excedens terris. CVLEX 227 rure [*edd.*, iure *trad.*] recessit -a et ... Fides. PETRON. 124, 253 *terram relinquit* crine soluto -a). HOR. carm. 1, 24, 6 -ae soror, ... Fides (SIL. 2, 486 consors. *v. et l. 51*). 2, 17, 16 *numquam deseram Maecenatem*, non ego perfidum dixi sacramentum ...; sic potenti -ae placitumque Parcis. GERM. 104 (*Arat. 105*) aurea ... regeret cum saecula ... -a (OCTAVIA 398 cum sancta Fide terris regebat mitis). SEN. Med. 440 sancta si caelum incolis, -a, numen invoco ac testor tuum. dial. 11 (12), 13, 7 *Aristidi in ius vocato* quisquis occurrerat, ... ingemescebat, non tamquam in hominem iustum, sed tamquam in ipsam -am animadverteretur. STAT. silv. 5, 3, 90. Theb. 2, 360 oculos ... polo demittere si quos -a et rectum terris defendere curat (GELL. 14, 4, 1 Chrysippus [*Stoic. vet. frg. III p. 198*] ... os et o. vultumque eius severis ... verborum coloribus depinxit *eqs. cf. usum fere proverbialem*: APVL. met. 2, 22, 2 ut ipsos etiam o. Solis et -ae facile frustrentur *versipelles* [3, 7, 2 S. et -ae oculum]. AMM. 28, 6, 25. 29, 2, 20). PANEG. 6, 22, 5 circum ..., basilicas et forum ... sedemque -ae in tantam altitudinem suscitari *eqs.* (9, 1, 2 *de foro Augustodunensi*). AMM. 22, 3, 7 Vrsuli ... necem ipsa mihi videtur flesse -a. PRVD. psych. 243 CLAVD. 3, 56. 17, 117. 22, 103 CORIPP. Ioh. 1, 12. *al.* *β templa, signa, sacerdotes, arae -ae*: OV. Pont. 2, 1, 33 -am ... sui ... placasse *Tiberium* parentis, illo quo (quae *trad.*) templum pectore semper habet (*significatur simul t. ab Augusto a. 13 dedicatum ut forsitan etiam* 3, 6, 24 -a vires temperat ille suas; nuper eam Caesar ... templo, iam pridem posuit mentis in aede suae. *in imag.*: VAL. MAX. 6, 5 pr. -ae ... sancta penetralia adire *sc. exemplis -ae allatis.* COD. Iust. 1, 17, 1, 5 oportet eam *materiam iuris* ... quasi sanctissimum t. -ae consecrare. 1, 17, 2, 20 -ae Romanae t.). FAST. ann. Iul. Praen. Ian. 8 (CIL I² p. 231) signum -ae Augus⟨tae⟩ (*cf.* CIL IX 4133 ⟨statuam⟩ -ae A. *forsitan item supplenda sit* CIL IX 5890. *adde* INSCR. numm. Cohen I 471 n. 4. II 9 n. 99. 150 n. 521). GELL. 14, 4, 3 (*sec. Chrysipp., supra l. 56*) iudicem, qui -ae antistes est (*cf.* CIL VI 2250 sacerdoti -ae [*cogitari posse monet Mommsen ad l. etiam de* VLP. dig. 1, 1, 1 cuius *iuris* merito quis nos sacerdotes appellet, -am namque colimus *eqs.*]). CE 867, 1 -ae, Nemesi, Fatis ... aram ... posuit. *contextu manco, dubio*: CIL XI 3370 ⟨I⟩ovis et -ae.

e *nomen navium*: CIL X 3492 lib(urna) Iustit(ia) (3632 Ius(titia). 3657).

2 *plur.*: **a** *respiciuntur iura legibus, pactibus sim. statuta* (*cf. theod.* gerechtsame): PS. RVFIN. Ios. bell. Iud. 1, 136 descendit ad Pompeium, quodque iuste regnaret, ... rediit; et cum iterum descendisset ... ac de suis -is cum eo concertasset, denuo regreditur (*gr.* περὶ τῶν δικαίων). OP. imperf. in Matth. 3 p. 648 (*ad Matth. 3, 4*) populi Iudaici paene secundum -as gentium conversantis ...; nam extra alias legis -as graviores ⌊se habere -as⌋ (hae ipsae -ae *edd. vet. in marg. sec. Migne*): 'non occides ... (*Matth. 5, 21 sqq.*)' gentium tortuosarum -ae sunt. **b** *respiciuntur genera -ae*: OP. imperf. in Matth. 34 p. 817 (*ad Matth. 20, 1*) vinea ... -a est, in qua diversae species -arum positae sunt quasi vites, ut puta mansuetudo, castitas ..., quae omnia generaliter -ae appellantur. **c** *respiciuntur iuste dicta*: ASSVMPT. Moys. 5, 5 pervertent -as (*corr. ex deut. 16, 19* mutant verba iustorum. *trad.* pervendent).

B *usu iudaicae et christianae religionis proprio c. respectu foederis inter deum et hominem facti, v. Kittel, Wb. z. N. T. s. v.* δικαιοσύνη *et de -a dei Lietzmann ad* Rom. 10, 3 (*infra l. 50*). *cf. explicationes ecclesiasticorum*: HIER. adv. Pelag. 1, 15 duas in scripturis sanctis esse perfectiones duasque -as ...; primam ... perfectam ... -am ..., secundam autem, quae ... omni creaturae competit ..., eam -am, quae non in comparatione, sed dei scientia dicitur esse perfecta; Iob quoque et Zacharias ... iusti dicti sunt secundum eam -am, quae possit in iniustitiam aliquando mutari, et non secundum illam, quae numquam mutari potest (*affert Mal. 3, 6*) ... (16) alium differre ab alio et diversas esse in hominibus -as ..., secundum ... mensuram suam posse iustos nominari *eqs.* ANIAN. Chrysost. hom. 4, 3 p. 1009/10 (*ad Matth. 1, 19* Ioseph ... cum esset iustus) est ... -a specialis quaedam et ex parte -a, avaritiae vitio non teneri, est vero -a altera generalis, quae ex cunctis omnino perficitur, iuxta quem praecipue modum scriptura solet appellare -am. AVG. *l. 68 sqq.* *al.*

1 *varia exempla*: **a** *sing.*: ITALA gen. 15, 6 (cod. 101 *al.*, *cf.* VVLG.) credidit Abraham deo et aestimatum est ei ad -am (in -am *alii*). 18, 19 (Rufin. Orig. in gen. 4, 5 p. 55, 2. *al.*, *cf.* VVLG.) servabunt vias domini, ut faciant -am et iudicium (*v. et l. 59*), ut impleat dominus Abrahae *eqs.* (24, 49 [Aug. quaest. hept. 1, 161 p. 83, 17] misericordiam et -am [m. et veritatem *alii et Vulg.*]. II par. 9, 8 [Complut.]. prov. 21, 3 [Lucif. Athan. 1, 28 p. 114, 13; *gr.* δίκαια, *Vulg.* misericordiam]. Matth. 6, 1 [cod. a *al.* = VVLG.] ne -am [aelemosynam *cod. k*] vestram faciatis coram hominibus ... [2] cum ergo facies elemosynam *eqs.*). 30, 33 (Lugd. *al.*) obaudiet me *Laban* -a mea in diem crastinum (VVLG. respondebit mihi). deut. 9, 4 (Lugd., *cf.* Monac., VVLG.; *loq. deus ad Israel*) nec dicas ... 'propter -am meam (*gr. plur.*) induxit me dominus ...; propter iniquitatem gentium *eqs.*' 33, 19 (Lugd., *cf.* VVLG.) occidetis victimas -ae (*fere gen. qual. ut* psalm. 4, 6 [Veron. *al.* = VVLG.] sacrificium -ae. 50, 21 [*item*]). iud. 9, 16 (Lugd.) in veritate et -a fecistis cum Ieroboam (*gr.* ἐν ἀληθείᾳ καὶ τελειότητι, *Vulg.* recte et absque peccato). I Macc. 2, 40 (rec. B) si ... non pugnaverimus ... pro -a legis nostrae ([*rec. L et Vulg.* pro iustificationibus nostris]. Rom. 8, 4 [Aug. c. Faust. 19, 7 p. 505, 4. *al.*] ut -a l. impleretur in nobis [*Vulg.* iustificatio]. *v. et l. 73*). psalm. 5, 9 (Veron. *al.* = VVLG.) deduc me, domine, in -a tua. 9, 5 (cod. 304 *al.*, *cf.* VVLG.) iudicans -am (*al. v. p. 619, 66 sq.*). Matth. 3, 15 (cod. a *al.* = VVLG.) sic (*per baptisma*) decet nos implere omnem -am. Rom. 10, 3 sq. (cod. d *al.*, *cf.* VVLG.) ignorantes ... dei -am et suam -am quaerentes constituere -ae dei non sunt subiecti; finis enim legis Christus ad -am omni credenti. *al.*

b *plur.* (*gr. resp.* δικαιώματα *praeter l. 61. 72, cf. l. 70 sq.; numerum explicat suo iure* HIER. in Is. 33, 13/19 l. 46 [*ad* Is. 33, 15 qui ambulat in -is] qui ambulat in pluribus -is et non semel, sed semper -as diligit): ITALA gen. 26, 5 (Aug. [?] un. eccl. 6, 12) Abraham ... servavit praecepta mea *dei* ... et -as meas et legitima mea (*Vulg.* caerimonias, *Aug. civ. 16, 36 p. 182, 12 D.* iustificationes). exod. 12, 25 (Rufin. Orig. in exod. 7, 1 p. 204, 21) posuit eis deus -as et iudicia (*Vulg.* praecepta atque i. *cf. supra l. 31*). I reg. 26, 23 (Lucif. Athan. 1, 15 p. 93, 28) dominus restituat unicuique -as et fidem suam (*gr.* δικαιοσύνας, VVLG. -am). II par. 35, 26 (Complut.) erant sermones Iosiae et -ae eius scriptae in lege domini (*gr. aliter*, *Vulg.* reliqua ... misericordiarum). psalm. 18, 9 (Veron. *al.* = VVLG.) -ae domini rectae (*Hier. psalt. sec. Hebr.* praecepta). 88, 32 (Sangerm. *al.*, *cf.* VVLG.) si -as meas *dei* [non] profanarint et mandata mea non custodierint (*Hier. ut supra*). 118, 56 (Aug. in psalm. 118 serm. 15, 8 l. 2 -as tuas *dei* exquisivi (*Veron. al. et Vulg.* iustificationes. *cf.* AVG. *ad l.* -as, quibus iustificantur gratis per gratiam dei, qui per se ipsos iusti esse non possunt, melius alii interpretati sunt 'iustificationes', quia revera non δικαιοσύνας ..., sed δικαιώματα graecus habet). Dan. 3, 29 (Hier. adv. Pelag. 2, 30 p. 568B) recessimus a mandatis et -is tuis (*gr.* τῶν ἐντολῶν τοῦ νόμου σου, *Vulg.* a te). Rom. 2, 26 (Ambrosiast. *ad l.* = VVLG.) legis *Iudaicae* (*cf. l. 45*). *al.*

2 *potius de fide christiana in universum dicta*: **a** *ap. ecclesiasticos*: TERT. scorp. 8 p. 160, 25 (*ad Is. 57, 1* viri iusti auferuntur *eqs.*) a primordio ... -a vim patitur, statim ubi coli deus coepit, invidiam religio sortita est. virg. vel. 1, 10 -a, nam idem deus -ae et creaturae, primo fuit in rudimentis, natura deum metuens, dehinc ... per evangelium efferbuit in iuventutem *eqs.* LACT. inst. 4, 27, 3 causa ... -am persequendi. 5, 9, 2 fingamus hanc ... non esse -am, quam nos sequimur ...; (3) cum pios interficiant et ipsos -ae sectatores. 7, 1, 3 caelestem illam -am defendere. 7, 14, 2 solam esse -am, quae vitam homini pariat aeternam. mort. pers. 2, 5 Petrus Romam advenit et ...

[Paschoud-B.]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

convertit multos ad -am. 2, 6 *Nero* prosilivit ad ... delendam ... -am. Lvcif. Athan, 1, 28 p. 114, 11 totius -ae episcopum catholicum (*affert* prov. 21, 3 *v. p. 716, 34*). Avg. agon. 33, 35 p. 137, 7 Christiana -a, in qua est caritas dei et proximi. civ. 19, 24 p. 401, 3 D. civitas impiorum ... caret -ae veritate. *al.* **b** *in titulis* (*carm.*): Inscr. christ. Diehl 135$^{adn.}$ -ae custos (992, 9). 1011, 7 -ae sector. 1024, 3 cultor -ae (1051, 6). 2035 clausula -ae est martyrium votis optare.

3 *metonymice*: **a** *de deo et Christo*: Itala I Cor. 1, 30 (cod. d *al.* = Vvlg.) *Christus* factus est sapientia nobis a deo et -a et sanctificatio et redemptio (*saepe allegatur ab ecclesiasticis, cf.* Nicet. appell. 1 p. 3, 6 -a dicitur *Christus*, quia per sui nominis fidem iustificat peccatores). Avg. epist. 120, 19 ea ... -a, quae vivit in se ipsa, procul dubio deus est (*respondet epistulae Consentii, ibid.* 18 -a non in se, sed in nobis vivit, immo potius nos secundum illam vivimus). **b** *de hominibus*: Avg. in psalm. 10, 11 l. 15 (*ad* psalm. 10, 8 iustus *est* dominus et -as dilexit [Sangerm. *al.* = Vvlg.; -am Veron. *al.*]) non frustra pluraliter, nisi quia homines dicit, ut pro iustis -ae intellegantur positae; in multis enim iustis quasi multae -ae videntur esse, cum sit una dei *eqs.* serm. 169, 1, 2 (*ad Phil. 3, 3*) nos sumus -a, circumcisio enim -a est ...; non enim sumus illa incommutabilis -a, cuius participes facti sumus, sed, quemadmodum dicitur ... iuventus ... pro ... iuvenibus, sic dicitur -a, ut intelligantur iusti. **c** *de sententia iuste prolata*: Cassiod. var. 8, 28, 2 omni inter partes veritate discussa iuri consentaneam ... proferte -am (*var. l.* sententiam).

4 *in imag.*: Itala psalm. 22, 3 (Veron. *al.* = Vvlg.) deduxit me super semitas -ae (Vvlg. prov. 2, 8. 12, 28 Is. 40, 14 Bar. 4, 13. *cf.* prov. 16, 31 in viis -ae [Sirach 17, 20. 34, 22 II Petr. 2, 21]). 35, 7 (*item*) -a tua (*dei*) sicut montes dei. 36, 6 (Veron. *al.*, *cf.* Vvlg.) sicut lumen (Ambr. obit. Valent. 64 Vvlg. sap. 5, 6. Sirach 32, 20 -as quasi l. accendent. Avg. serm. 4, 6, 7 [*ubi fusius de hac imag.*]. *cf.* Cypr. ad Donat. 15 p. 15, 26 luce -ae [Avg. serm. 221 *opp.* peccati tenebras. Fvlg. Rvsp. rem. pecc. 2, 13 p. 564^A]. Vvlg. Mal. 4, 2 sol -ae [Leo M. epist. 120, 2 Conc.^{S} II 4 p. 79, 14]. Sacr. Leon. 1339 radiante de caelo -a. *sim. al.*). 117, 19 (Veron. *al.* = Vvlg.) aperite mihi portas -ae, (*cf.* Evcher. form. 9 p. 55, 10 portae: ... -ae *eqs.*). 131, 9 (Veron. *al.*, *cf.* Vvlg.) sacerdotes tui induantur -am (Vvlg. Iob 29, 14 -a indutus sum et vestivi me ... iudicio meo. sap. 5, 19 induet pro thorace -am. Is. 59, 17 indutus est -a ut lorica [Bachiar. repar. laps. 8 p. 1044^A defuit ei l. -ae]. *cf.* Is. 61, 10 indumento -ae. Bar. 5, 2 diploide -ae). Rom. 6, 13 (Tert. resurr. 47 p. 96, 10 = Vvlg.) membra vestra arma -ae (II Cor. 6, 7 [cod. d *al.* = Vvlg.]). II Cor. 9, 10 (Cypr. testim. 3, 1 p. 113, 19. *al.* = Vvlg.) frugum -ae (*cf.* Hebr. 12, 11 [cod. d *al.* = Vvlg.] fructum [*al.*]). II Tim. 4, 8 (cod. d *al.*, *cf.* Vvlg.) -ae corona. Vvlg. deut. 25, 1 quem iustum esse perspexerint, illi -ae palmam dabunt ([*Itala Lugd.* iustificabunt iustum]. Sacr. Leon. 673). Is. 48, 18 -a tua *fuisset* sicut gurgites maris. Am. 5, 24 quasi torrens fortis.

II *vi morali fere evanida i. q. status rectus, probatus sim.* (*cf. p. 715, 14sqq.*): Tert. cult. fem. 2, 5 l. 4 nec de bono squaloris ... suademus, sed de modo et cardine ('ordine *fort.*' *Kroymann*) et -a corporis excolendi. adv. Hermog. 41, 1 haec *condicio materiae* turbulentia et passivitas non est, sed moderatio et modestia et -a motationis (mut*trad.*) neutram ⟨in⟩ partem inclinantis. pall. 1, 1 quadrata -a in viris stabant *tunicae*. Amm. 15, 2, 10 cum ... eum ausorum fuisse participem ... ex confesso pateret, conspiratione spadonum -a concinnatis mendaciis obumbrata, periculo evolutus abscessit. Cassiod. var. 9, 11, 1 gravis est eius rei illatio, cuius adhuc -a non probatur. 11, 16, 2 grave scelus esse iudicamus aut mensuras modum excedere aut libram aequissimi ponderis -am non habere.

syntactica: in *aliquem*: Cic. Cluent. 196 Lael. 11 off. 1, 40 Cvrt. 10, 5, 25. adversum: Cic. nat. deor. 1, 116. erga: Cic. part. 78. *locutiones praedicativae*: *illud* ex -a est: *p. 715, 22.* -ae est *c. inf.*: Cod. Iust. 3, 11, 1, 1 (*a. 294*). *locutiones adverbiales*: de -a *i. q. iure*: Arnob. in psalm. 36 p. 375^C (*v. vol. VII 1, 1689, 33*). *cf.* cum -a (*ad reddendum gr.* δικαίως): Mvtian. Chrysost. hom. 1, 4 p. 241/2. praeter -am *i. q. iniuriā*: Sidon. epist. 8, 9, 3.

deriv.: 2. iustitium. *Paschoud-B.*

iustitiāle. *orig. et notionis inc., fort. a* iustitium. CIL VI 10051, 17 (*s. I in.*) *agitator* quadr(iga) vic(it) vii, revoc(atus) iiii, sec(undas) *tulit* xxxix, ter(tias) lx, et -e i, seiuges ii ('*obscurum; significari missum, quo non constiterat de victoria, coni. Henzen*' *Dessau ad suum n. 5283*).

1. iūstitium, -i *n.* *a* ius *et* sistere, stare, *cf. Stolz-Leumann 210. 249.* Evtych. gramm. V 452, 22 *derivat vocem, si textus sanus est, a verbo ad hoc ficto q. e.* iusto (*cf. Keil ad l., qui derivationem a verbo q. e.* sto *subesse coni.*). Char. gramm. p. 33, 16 B. quando ius stat (Comment. Lucan. 2, 18, *ubi seq.*: sicut solstitium dicitur). *cf.* Gell. *p. 718, 43.* *scrib.* -tici- Greg. Tvr. *l. c.* *plur. dici recte negat* Char. *l. c.* (*item* Diom. gramm. I 327, 24). *legitur inde a* Cic., Liv. (*in prima decade 17^{ies}, postea semel, p. 718, 38*), *in poesi habent* Lvcan., Carm. c. pag., Prvd., Alc. Avit., Drac., Ennod., Coripp.

i. q. interruptio iuris dictionis (*propter varios tumultus, maxime propter mortem indicta, ita ut ad notionem q. e.* luctus publicus [*cf.* Gloss. -um: luctus publicus] *vergat, maxime p. 718. 22. 33, sed iuxta ponitur* luctus *sim. p. 718, 6. 13. 16. 26. al. ad rem v. Kleinfeller, RE X 1339sq.*): **1** *vario usu*: Cic. har. resp. 55 qui *Clodius* in contione ausus est dicere -um edici oportere, iuris dictionem intermitti, claudi aerarium, iudicia tolli ...; nocturnis vigiliis ... -um illud concoctum ... est ..., verbo illo nefario temptatas aures nostras *eqs.* (Planc. 33. Phil. 5, 31 tumultum decerni, -um e., saga sumi [*verba afferuntur* 6, 2]. Liv. 3, 27, 2 -um edicit *dictator*. 4, 26, 12. 7, 9, 6. Apvl. met. 4, 33, 5 luctu ... publico congruens ... edicitur -um. *cf.* Liv. 3, 3, 6 -o indicto [*v. vol. VII 1, 1157, 33sqq., ubi addas* Liv. 7, 6, 12 *et infra l. 54. 56*]). Att. 4, 19, 1 fruere -o et omnium rerum licentia. Liv. 3, 3, 8 finem -o, quod quadriduum fuit, reditus Quincti consulis in urbem fecit (*cf.* 3, 5, 14 -um remissum est [10, 21, 6 remittitur]. Tac. ann. 3, 7, 1 exuto -o). 3, 5, 4 -um per aliquot dies servatum. 9, 7, 8 *clade nuntiata* sine ulla publica auctoritate consensum in omnem formam luctus est: ... -um ... in foro sua sponte coeptum prius quam indictum (*cf.* Tac. ann. 2, 82, 3 ante edictum magistratuum ... sumpto -o). Fast. Cupr. frg. f a. 4 (cil i^2 p. 62) iustit⟨ium⟩. CIL VI 895 mortem eius (*Gai vel Luci fil. Augusti?*) -o ... omnes luxerunt. Ascon. Corn. p. 58, 13 nanctus -i (eius tristitiae *trad., corr. Mommsen*) occasionem senatus decrevit, ne iudicia, dum tumultus Italicus esset, exercerentur. Lvcan. 2, 18 ferale per urbem *Romam* -um (*cf.* 5, 32 tristi. Paneg. 3, 9, 3 temporis maesti deforme -um. Symm. or. 1, 8 maestum. Ennod. opusc. 3 p. 362, 22 lamentabili). Tac. ann. 1, 16, 2 *Blaesus* fine Augusti et initiis Tiberii auditis ob -um aut gaudium intermiserat solita munia *militum*. 1, 50, 1 -o ob amissum Augustum ... attinemur. Svet. Tib. 52, 1 *post mortem Drusi* -o longiore inhibito. Gran. Lic. p. 33, 3 *Sulla mortuo* -um fuit matronaeque eum toto anno luxerunt. Paneg. 2, 24, 2 illud lustrale -um (*hyperbolice de imperio Maximi quinquennali*). Capitol. Aur. 7, 10. Avr. Vict. Caes. 20, 6 Severum ... -o elogioque lugendum. Avson. 444, 3 p. 391 P. publico. Amm. 28, 1, 15 novo furore ... imis summa miscente, cum -um esse, quod timebatur, non iudicium, aperte constaret. 29, 2, 15 horret reminisci, quo -o humilitati tot rerum apices visebantur *imp. Valente*. Carm. c. pag. 32 quis tibi *Romae* -um incussit? Sidon. epist. 2, 8, 1 decessit ... non absque -o matrona. Alc. Avit. carm. 5, 301 -um iustum (*opp.* proprio ... dolore). Drac. laud. dei 3, 382 Romul. 8, 598 Greg. Tvr. Franc. 5, 35 p. 241, 15 Coripp. Ioh. 3, 360.

2 *in comparat., imag., translationibus* (*c. gen. rerum l. 38. 40. 54*): Liv. 7, 1, 4 silentium omnium rerum ac -o simile otium fuit. 26, 26, 9 consul senatum dimisit, ac prope -um omnium rerum futurum videbatur *eqs.* Lvcan. 5, 116 nec voce *Delphica* negata Cirrhaeae maerent vates templique fruuntur -o. Svet. Cal. 5 *Germanico mortuo* regum etiam regem et exercitatione venandi et convictu megistanum abstinuisse, quod apud Parthos -i instar est. Gell. 20, 1, 43 (*explicatur Lex XII tab. 3, 1, v. p. 618, 23sqq.*) velut quoddam -um, id est iuris inter eos quasi interstitionem quandam et cessationem. Tert. ieiun. 16 p. 296, 3 cum stupet caelum ..., nudipedalia denuntiantur ...; [in] Niniviticum credo -um (*ed. Gelenii*, iustitiam *cod.*, institutum *ed. Gangnei*). resurr. 12 p. 40, 26 dies moritur in noctem ..., sordent, silent, stupent cuncta, ubique -um est [quies rerum]; ita lux amissa lugetur. Sol. 1, 33 quo *tempore Augusti* ... et arma cessaverint et ingenia floruerint, ... ne inerti -o (iustitia *var. l.*) langueret virtutis opera bellis quiescentibus. Hier. epist. 22, 35, 2 *in monasterio* usque ad horam nonam quasi -um (institutum *var. l.*) est, nemo pergit ad alium *eqs.* epist. ed. Morin (Bull. d'anc. litt. 3 p. 55, 20 = Ps. Hier. epist. 18, 1) toto dehinc (*post pascha*) anno -um (iustitia *var. l.*) vocis eius *levitae* indicitur. vita Hilar. 30 p. 44^A cum ... quasi vastitas et -um Palaestinae indiceretur *Hilarione profecto*. Prvd. cath. 5, 80 (*de Aegyptiorum in mari Rubro interitu*) arcis -um triste tyrannicae (Schol. publicus luctus). Cassiod. var. 2, 3, 2 *ante Galliam a Theodorico receptam* iacebat nobilis origo sub Gallicano -o ('*i. otio*' *Traube in ind.*). *addas l. 26.*

in lusu verb. iuxta iudicium *l. 29.*

? deriv.: iustitiale.

2. iūstitium (-cium *e*) δικαιοσύνη Gloss. II 530, 53. *a* iustitia. *Gramm. suppl. 83, 2* in vocabulis rerum ⟨incorporalium⟩ dicendum hoc iustitia *eqs. necnon vocem q. e.* iniustitium *cft. Goetz in Thes. gloss.*

? **iūsto,** (-āre). *a* iustus *veriloquii causa fictum esse vid., v. p. 717, 73.* [iustata *falso coni. Schuch pro trad.* gustata Apic. exc. 40.] *B.*

***iūstus,** -a, -um. *a* 1. ius, *cf.* Prisc. gramm. II 140, 4 (*sim.* Isid. *p. 722, 58 necnon* Gell. *p. 719, 20*). *? scrib.* iovest- Inscr. for. Rom. (cil i^2 1) 15; *fortasse explicat hanc formam* Pavl. Fest. p. 105 iovistae: compositum a Iove et -ae. i- *consonantem testatur* Ter. Mavr. 537. *scrib.* I- CE 24, 2. -u- *longam testantur* Diom. gramm. I 469, 12. 30 Avdax gramm. VII 359, 4. -ú- *exstat* Lavd. Murdiae (cil vi 10230) 26 CIL VI 8619, 14 XI 3805, 8. *de formis: abl. sg.* -od Inscr. for. Rom. (*v. l. 68*). *nom. pl.* -ei Lex repetund. (cil i^2 583) 77. *? acc.* -us CIL X 3305 (*e cod.*). *compar.* -ior *inde a* Cic., *superl.* -issimus *inde a* Plavto. *notatur*: i *in formulis*: Prob. litt. sing. gramm. IV 273, 13 i(ustis) n(uptiis) q(uaesitos). 274, 10 i(usta) c(ausa) e(sse) v(idebitur). ius (*in nummis*): *p. 723, 5.* Not. Tir. 55, 56 -us. 55, 58 -issimus. *legitur inde ab* Inscr. for. Rom. (*v. l. 68*), Lege XII tab., Plavto. [*it.* giusto; *dalm.* yost; *sard. centr.* yústu, *centr. et mer.* ǧústu; *raet. occ.* güst, *or.* yust; *francog. vet.* just, *plur.* jusz (*francog.* juste *eruditorum est*); *prov. vet.* just; *cat.* just; *hisp., port.* justo. *cf. M.-L. 4635. Battisti-Alessio III 1825. Wagner I 713. Wartburg V 87sqq. Corominas II 1079sq. Machado II 1274. G.*]

[Baer]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

[*dub. vel falso trad.*: CIC. dom. 107 -a *pro* iniusta (*v. vol. VII 1, 1687, 79*). OV. epist. 16 (17), 194 (lusa *codd. rec.*, laesa *Bentley*, questa *Heinsius*). APIC. 8, 406 *v. p. 706, 67. de confusione formae* -a *cum* busta *facta v. p. 722, 29.*]

i. q. δίκαιος (*quae vox infra respondet, ubi nihil adnotatur*). GLOSS. *p. 722, 65.* *pro* iniustus *ponitur* haud -us VERG. Aen. 10, 95, non -us OV. met. 8, 874 GERM. 200 LVCAN. 9, 54 IVLIAN. dig. 26, 3. 3. *al.* in *aliquem*: CIC. Planc. 63 LIV. 42, 5, 5 TERT. nat. 1, 6, 6 EVTR. 10, 16, 3. *al.* (*cf.* erga *p. 724, 43*). in *aliqua re*: HOR. epist. 2, 1, 18 AMM. 15, 7, 1 CE 747, 3. *adde p. 725, 43sq.* *aliqua re*: VAL. MAX. 6, 5, 7 imperio. PRISC. periheg. 540 pectore -i (*Dionys. 559* θεουδέες). *adde p. 724, 84.* ad *aliquid*: *p. 720, 68. 721, 35. 725, 35. 40. al.* *alicui (rei)*: *p. 721, 44. 49.*

I *usu originario*: A *vi morali minus vigente pertinet ad rationem legitimam, sollemnem sim.* (GLOSS. νόμιμος. -um: νόμιμον. τέλειον. *distinguitur a* legitimus *p. 720, 8, ceterum cum ea voce congruere videtur, v. l. 49. 80. p. 720, 2. al.*). 1 *strictius sec. certa iura*: a *de certo quodam die sancto, exempto sim.*: LEX XII tab. 3, 1 aeris confessi ... iudicatis XXX dies -i sunto (*cf. Gell. 20, 1, 43* eos ... dies decemviri '-os' appellaverunt, velut quoddam iustitium, id est iuris inter eos quasi interstitionem quandam et cessationem quibus diebus nihil cum his agi iure posset). *plura v. vol. V 1, 1058, 31sqq. excepto Ov. Pont. 4, 9, 8* (*v. s.* iubeo *p. 581, 82*). b *de bello, armis sim. sec. ius fetiale indictis* (*bellum -um definitur* CIC. rep. 3, 35 off. 1, 36 VARRO ling. 5, 86. *ad rem cf. Heuss, Klio Beih. 31, 1933, 19*): CIC. Catil. 2, 1 palam ... cum hoste ... bellum -um geremus (*v. vol. II 1847, 80sqq., aliter p. 721, 6. cf.* LVCAN. 9, 293 -i ... Martis). Sest. 50 cum vim prope -orum armorum (*sc. Sullae*) profugisset *Marius* (Phil. 11, 37. *al. aliter p. 721, 15*). off. 3, 108 cum -o ... et legitimo hoste res gerebatur, adversus quem et totum ius fetiale et multa sunt iura communia (*v. vol. VI 3, 3058, 67sqq., ubi addas* LIV. 42, 8, 6. *aliter p. 720, 56. 723, 1*). OV. fast. 5, 571 hinc stanti milite -o, hinc coniuratis. LVCAN. 3, 228 it ... Cilix -a, iam non pirata, carina (*an ad p. 720, 58sqq.?*). CLAVD. 28, 405 -is ... furoris externi spoliis sontes absolve triumphos. c *de funere, sepultura sim.* (*cf. p. 722, 26 sqq.*): CIC. prov. 45 casum illum meum funus esse rei publicae, sed funus -um et indictum (CAES. Gall. 6, 19, 4 servi ... -is f. [funebribus *edd.*] confectis una cremabantur. PLIN. nat. 10, 4. *aliter p. 721, 47*). LVCAN. 9, 54 ostendit ... rogum non -i (iussi, visi *var. ll.*) flamma sepulchri *Pompei* (9, 1091 -o date tura [iura *B*] s. PAPIN. dig. 11, 7, 43 si intulerit *mortuum in fundum alienum*, non faciet -um s.). 9, 234 -as sibi nostra senectus prospiciat flammas *rogi*, bellum civile sepulchra vix ducibus praestare potest. STAT. Theb. 9, 564 -os dum reddimus ignes (12, 779). MARCIAN. dig. 11, 7, 39 -ae sepulturae traditum, id est terra conditum, corpus (*cf. enallagen* IVST. 11, 15, 11 pro se -am [*def. Gutschmid*; -ae *Vossius*] ... sepulturae veniam orare). d *de nuptiis, matrimonio, stirpe legitima* (*ad rem v. Marquardt-Mau 28sq. Kaser, Röm. Privatrecht I 267; opp.* iniustus *vol. VII 1, 1689, 8sqq.*): CIC. rep. 5, 7 ad vitam ... usumque vivendi ea discripta ratio est -is nuptiis, legitimis liberis ..., ut *eqs.* (S. C. Ostor. [dig. 38, 4, 1 pr.] liberos -is n. quaesitos. TAC. ann. 12, 7, 2 GAIVS inst. 1, 55. *al.* MARCIAN. dig. 1, 5, 5, 2 nec interest -is n. concepit an volgo. *al.*). Tusc. 1, 85 e quibus *filiis* septemdecim -a uxore natis (SVET. Cal. 24, 1. Vesp. 3 paene -ae uxoris loco. VLP. dig. 23, 2, 31 TRYPH. dig. 28, 2, 28, 3. *cf.* OCTAVIA 133 coniugis). LIV. 38, 36, 6 liberi heredesque (GAIVS inst. 3, 72. VLP. dig. 2, 4, 4, 3 *opp.* volgo quaesitus. *al. cf.* GAIVS inst. 1, 77 filius [*bis.* 1, 99. MARCIAN. dig. 49, 15, 25 *opp.* spurius. *al.*]). 39, 53, 3 hunc -a matre familiae, illum paelice ortum (MACR. Sat. 1, 6, 14 *e Laelio augure*). OV. ars 2, 598 quos faciet -os ignis et unda (*sc. nuptiae legitimae*) viros. VAL. MAX. 4, 6 ext. 1 sunt et alienigeni amores -i ([*cf. 4, 6 praef.* legitimi amoris]. LVCAN. 2, 379 nec foedera prisci sunt temptata tori; -o quoque robur *Catonis* amori restitit). STAT. Theb. 1, 531 altrix ... lecta, sacrum -ae Veneri (*aliter p. 721, 33*) occultare pudorem (*cf.* 5, 71 mutus Hymen versaeque faces et frigida -i cura tori). QVINT. inst. 5, 11, 32 matrimonium (*v. vol. VIII 480, 1sqq.; opp.* ex paelicibus IVST. 10, 1, 1. 36, 4, 6). NERAT. dig. 50, 1, 9 patrem (PAVL. dig. 23, 2, 44, 3. COD. Iust. 9, 9, 3 [*a. 213*] patris eius, non naturalis sed -i dumtaxat). *al.* e *vario usu* (*exempla selecta*): LEX repetund. (CIL I[2] 583) 77 ex hace lege fiet, nepotesque ⟨tu⟩m eiei filio gnateis ceiveis Romanei -ei sunto. CIC. inv. 2, 68 pactum est, quod inter quos convenit ita -um putatur, ut iure praestare dicatur (VLP. dig. 2, 14, 52, 2. *cf.* IVLIAN. dig. 18, 5, 5, 2 conventio). Caecin. 99 cum ei, qui in servitute -a fuerunt, censu liberentur (IAVOL. dig. 45, 3, 34 GAIVS inst. 1, 11. *al. aliter p. 723, 45. cf. p. 721, 19*). p. red. in sen. 27 quae *comitia centuriata* maxime maiores comitia -a dici haberique voluerunt (div. 1, 103 FEST. p. 266). Lig. 27 *Tubero* -o cum imperio ex senatus consulto in provinciam suam venerat (*v. vol. VII 1, 578, 54sq., ubi addas* LIV. 10, 8, 9. 22, 1, 5. *aliter p. 723, 67*). nat. deor. 2, 10 non fuisse -um comitiorum rogatorem *Gracchum* (2, 11 div. 1, 33. 2, 74). 3, 84 potestatem ... quasi -am et legitimam (HOR. sat. 2, 7, 62 estne marito matronae peccantis in ambo -a p., in corruptorem vel -ior? [*luditur c. sensu morali*]. LIV. 28, 25, 2). off. 1, 43 pecuniarum translatio -is dominis ad alienos (IVST. 28, 2, 8. *al. aliter p. 722, 78*). SALL. (?) rep. 1, 3, 1 illa *pax* ⟨ut⟩ quam -issima et diuturna sit (LIV. 31, 19, 6 bonam -amque. LVCAN. 4, 365). VARRO rust. 2, 10, 4 in emptionibus dominum legitimum sex fere res perficiunt: si hereditatem -am adi⟨i⟩t *eqs.* (PAVL. dig. 17, 2, 3, 2 quaeritur, quae sit -a h., utrum, quae iure legitimo obvenit, an etiam ea, quae testamento; et probabilius est ad legitimam h. tantum hoc pertinere. *cf. l. 7*). LIV. 3, 40, 10 magistratus. 8, 35, 5 Fabius ... donatur ... tribuniciae potestati precarium, non -um auxilium ferenti. 38, 36, 6 (*v. et p. 719, 55*) heredes (APVL. apol. 98 intestati pueri legitimum magis quam -um h. futurum [*luditur c. sensu morali, cf. Norden, Apul. u. d. röm. Privatrecht 151*]. *al.*). 42, 33, 3 stipendia (TAC. hist. 4, 46, 4 MACR. Sat. 1, 6, 12 COD. Theod. 7, 20, 6. *cf.* SVET. Vit. 15, 1 militiae). ROG. de Germ. (NSc. 72, 1948, 48sqq. *a. 19/20*) 38 quaeq(ue) ita acta erunt, ea -a ⟨habeantur⟩ (*suppl. Minto, Coli,* ⟨rataq. sint⟩ *Nesselhauf. in eadem formula legis consignandae*: LEX de imp. Vesp. [CIL VI 930] 31 ea perinde -a rataq. sint. LEX Malac. [CIL II 1964] 2, 24. 4, 59). SEN. dial. 7, 24, 3 libertini -ae libertatis an inter amicos datae (SVET. Aug. 40, 4. VLP. reg. 1, 23 -a l. testamento potest dari ... servis. *al. cf.* GAIVS inst. 1, 17 -a ac legitima manumissione liberetur, id est vindicta aut censu aut testamento). CVRT. 5, 9, 8 -o regi tibi ([*opp.* regem ... temporis gratia]. *al.; aliter p. 722, 82*). LEX Salpens. (CIL II 1963) 2, 41 (*ter*) quo ne ab -o tutore tutela abeat ([*eadem formula* PAP. Corp. 202, 30. *suppletur ibid.* 205, 12]. TRYPH. dig. 26, 2, 27 pr.). QVINT. inst. 5, 14, 16 testamentum (IVLIAN. dig. 26, 3, 3. *al.*). PLIN. epist. 3, 18, 10 possessione (IAVOL. dig. 41, 2, 24. *al. cf.* VLP. dig. 5, 3, 31, 2 possessor [*al.*]). NERAT. dig. 12, 4, 8 si inter eas personas, quarum altera nondum -am aetatem habeat, nuptiae factae sint (VLP. dig. 49, 14, 16 *opp.* pupillaris. 32, 50, 6. *aliter p. 721, 35*). CALL. dig. 40, 16, 3 contradictore (COD. Iust. 7, 14, 1). CYPR. epist. 67, 4 (*bis*) ut plebe praesente ... sit ordinatio -a et legitima. 73, 24 baptisma -um et legitimum (74, 2). FIRMIL. Cypr. epist. 75, 18 quae apud haereticos aguntur, -a et legitima videri. COD. Theod. 2, 4, 4 pr. inter -as ... legitimasque personas (3, 17, 1 [= Iust. 5, 34, 11] placet non prius puberem -am habere p. *eqs.* 4, 22, 1 [= Iust. 8, 5, 1]). *al.*

2 *latius spectat ad statum rectum, aptum, praeceptis convenientem sim.* *cf.* PS. RVFIN. in Am. 5, 13 p. 1079[A] (*ad* 5, 12 hostes -i) duobus modis intellegi potest, ut ... iustitiae pronuncientur inimici ..., vel certe ..., ut enumeratis ... criminibus, quasi commotus intulerit, quod -i hostes essent, id est religioni se et deo adversarios quasi legitimos exhiberent; locutio est familiaris disertis, qui et '-os exercitus' et '-as provincias', id est magnas appellare consueverunt. PRISC. gramm. III 308, 18 '-um' pro vero et 'verum' pro -o frequenter tam nos quam Attici ponimus. *vertit* εὔλογος ORIG. in Matth. 14, 5 p. 284, 3.

a *de hominibus* (*fere collective dictis; de classe l. 54*): PLAVT. Pseud. 306 non est -us (*ABCD*, usui *F*, ussu *Fleckeisen*) quisquam amator nisi qui perpetuat data; det, det usque. LIV. 6, 31, 6 populatio ... non illae vagae similis, quam Volscus latrocinii more ... fecerat, sed ab -o exercitu -a ira facta (7, 39, 8 iam valida admodum numero manus erat, nec quicquam ad -i e. formam praeter ducem deerat. 9, 43, 4. *al.* VELL. 2, 61, 2 TAC. hist. 4, 21, 1. *al.*). 21, 17, 8 duae Romanae legiones cum suo -o equitatu. 24, 14, 4 neque ad exemplum -i militis quicquam eis *volonibus* praeter libertatem deesse (SVET. Galba 12, 2 classiarios, quos Nero ex remigibus -os milites fecerat. *aliter p. 719, 32*). 25, 1, 3 T. Pomponius Veientanus, praefectus socium, prosperis aliquot populationibus in agro Bruttio -i ducis speciem nactus. 26, 39, 9 classes (SVET. Dom. 4, 2 navales pugnas paene -arum c.). *al.* PAVL. FEST. p. 113 -um vadem: idoneum sponsorem. LVCAN. 10, 437 acies non sparsa maniplis nec vaga conspicitur, sed -os qualis ad hostes recta fronte venit (*aliter p. 719, 29. 723, 1*). *al.*

b *de rebus*: α *c. subst.* (*attulimus exempla notabiliora; ponitur iuxta* ius *amplificationis causa p. 721, 13*): CATO agr. 135, 5 funem loreum in plostrum -um p. LX *longum esse oportet*. CIC. de orat. 1, 191 *oratorem* repleri -a (*recc.*, istam *H*, ista *aliquot codd.*) iuris civilis scientia. Brut. 309 sine qua *dialectica* ... iudicavisti te illam -am eloquentiam ... consequi non posse. Att. 5, 2, 1 sine ulla mora -a itinera facere (*v. p. 540, 30sq. et cf. ad rem Kromayer-Veith, Heerwesen 353sqq.*). fam. 2, 10, 3 multi occisi, capti ..., castella ... capta et incensa; ita victoria -a imperator appellatus (LIV. 21, 53, 1). CAES. Gall. 7, 23, 4 muri altitudo (COLVM. 4, 19, 3). BELL. Alex. 44, 3 magnitudo *navium* nequaquam satis -a ad proeliandum (*v. vol. VIII 121, 36sq. cf.* PLIN. nat. 24, 111 magnitudine arboris -ae). VARRO ling. 5, 88 centenarius -us numerus (LIV. 41, 21, 4 peditum equitumque [42, 35, 4]). VERG. georg. 1, 35 bracchia contrahit ... Scorpios et caeli -a plus parte relinquit (OV. epist. 19 [20], 8). 3, 60 *boum* aetas *haec apta est*, Lucinam -osque pati hymenaeos. Aen. 10, 11 -um pugnae ... tempus (LIV. 5, 9, 1. LEX colleg. aq. [CIL VI 10298] 11 [*si recte suppl. Mommsen*]. COLVM. 11, 1, 30. 11, 2, 16 quorum *putationis sim.* -a *tempora* certa esse non possunt. PLIN. nat. 10, 177. 18, 319. *al.*). MORET. 38 finem. HOR. sat. 1, 4, 63 *satira* -um sit necne poema. TIB. 2, 5, 111 versus mihi nullus verba potest -os aut reperire pedes. OV. am. 2, 15, 6 anule, ... digitum -o commodus orbe teras. epist. 15, 44 iam gravidus -o pondere venter erat (medic. 76 -um ... uncia pondus erit. 86. met. 2, 163 labant ... -o sine p. naves. PAVL. FEST. p. 14. *al.*). met. 2, 732 fiducia formae, quae quamquam -a est, cura tamen adiuvat illam (LAMPR. Comm. 17, 3 fuit f. ... corporis -a). 10, 36 cum -os matura peregerit annos *Eurydice*, iuris erit vestri (*cf.* AVSON. 365, 2 p. 93 P.

[*Baer*]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

ter binos deciesque novem super exit in annos, -a senescentum quos implet vita virorum). Liv. 1, 4, 4 ad -i cursum ... amnis (*Dionys. ant. 1, 79, 5 τοῦ γνησίου ῥεῖθρον. cf.* Sen. nat. 5, 12, 3 fluminum -orum [istorum *pars codd.*] ac perennium magnitudinem excedunt *torrentes.* Avson. 334, 37 p. 120 P. -i ne demat honorem nominis, *sc. flumen vocari*). 1, 15, 1 populabundi magis quam -i more belli (29, 6, 2 *opp.* latrociniis. *al. aliter p. 719, 26. cf.* 4, 27, 6 proelio [5, 49, 6 *opp.* primo concursu. *al.* Cvrt. 3, 13, 8 Frontin. strat. 2, 7, 8. *al.*]. 10, 14, 8 desperato improviso tumultu ... acie -a maluerunt concurrere [21, 8, 7 *opp.* tumultuariae pugnae. 37, 39, 9. *al.* Qvint. inst. 2, 10, 8 pugnae simulacris ad verum discrimen aciemque -am consuescimus. *al.*]. 22, 28, 13 -a ac recta pugna [34, 13, 6. *al.*]. 40, 6, 6 -am belli speciem [*opp.* simulacrum pugnae]. *sim. al.*). 21, 3, 4 -o iure eum a filio repeti censet. 38, 22, 5 cum levis armatura proelium tale ediderit ..., quid ab -is armis ... expectari? (Cvrt. 4, 14, 5 paucis *barbaris* -a a. esse. 9, 7, 19 Macedo -a a. sumpserat, aereum clipeum, hastam ..., Dioxippus ... nodosum ... stipitem. Sil. 12, 470 *opp.* semermem. Tac. ann. 14, 32, 2. *aliter p. 719, 28sq.*). 41, 6, 9 non publice ... se premi imperio, sed singulos -um (velut -um *Madvig*) pati servitium (*aliter p. 719, 73. 723, 45*). Vitr. 3, 3, 1 intervallorum -a distributione. 4, 1, 11 latitudines (6, 3, 4). 7, 3, 2 longitudinem (9 praef. 8 Plin. nat. 17, 184). 8 praef. 2 caloris ... -a comparatio. 9, 1, 7 cursum *stellae. ibid.* circumitionem. 10, 6, 2 -am cocleae naturalemque imitationem. Sen. contr. 7, 1, 4 mare -is quoque navigiis horrendum. Vell. 2, 48, 5 rerum ordo cum -is (iustius *A*) aliorum voluminibus promatur *eqs.* (2, 114, 4. 2, 119, 1. *cf.* 2, 89, 1 operis [2, 99, 3. 2, 103, 4 Plin. nat. praef. 20]). Cels. 3, 22, 4 modum *cibi* (4, 5, 6. 7, 12, 3. Lvcan. 8, 193 *nauta* -o vela m. pendentia cornibus aequis torsit). 5, 28, 13A maturitatem (Colvm. 4, 23, 1. *al.*). Colvm. 3, 13, 8 humus vix -um pastinationi praebet regestum. 4, 21, 1 roboris. 8, 5, 9 incrementum (*v. vol. VII 1, 1045, 18sq., adde* Plin. nat. 5, 57). 10, 359 femina, quae -is ... operata iuvencae legibus, obscaeno manat ... cruore (*cf. p. 722, 53*). Lvcan. 5, 728 quantum mentes dominatur in aequas -a Venus *Pompei uxorem in tutum locum abducturi* (*seq.* amor. *aliter p. 719, 63*). Plin. nat. 8, 151 -a (iussa *var. l.*) ad pariendum annua aetas (Tert. anim. 57, 2. Pallad. 4, 41, 1 aetas ... huic *equae* admissurae -a conveniet. *aliter p. 720, 25*). 11, 260 mensura (Gell. 18, 1, 13. *al. cf.* Epiphan. de mensur. 7 modius). 17, 258 -um existimant in denos pedes quadratos III modios *fimi.* 18, 314 unus frondator quattuor frondarias fiscinas complere in die -um habet. Sil. 14, 201 portus. Tac. ann. 2, 5, 3 fundi Germanos acie et -is locis, iuvari silvis paludibus (Avien. Arat. 24 *deus* l. statuit primordia -is). Gell. 5, 11, 8 (*tractatur Biantis illud de uxoribus ducendis*) non ratum id neque -um diiunctivum esse ait *Favorinus.* Tert. adv. Marc. 4, 35 p. 540, 23 *ea dicta* digniora sunt interpretanda et fidei -iora. Pallad. 12, 22, 2 infusione. Avson. 155, 6 p. 12 P. sex *hospites* ... convivium cum rege ... -um, si super, convicium est. 159, 1 p. 28 nomina carorum iam condita funere -o ... memorabo ([*ibid.* 18 praeter -um funera nulla fleas]. 168, 1 p. 35 -o f. fletos. *aliter p. 719, 37*). Amm. 20, 5, 3 remedia permutatae rei -a. Chiron 133 sanguine emittere etiam de capite debes, quibus facile potest auferri -a emissione. 453 cum ex lumbricibus dolorem habeant, non sic periclitantur; est enim -a (ista *Bücheler; trad. def. Grevander, Unters. 24*) res, quae cito se foras evocet ...; si vermes habuerit, magnum laborem patitur et periculum *eqs.* ? Inscr. La Graufesenque 311 -um fecit *laterculum operarius.*

poetice de libra: Paneg. in Mess. 41 -a pari premitur veluti cum pondere libra, prona nec hac plus parte sedet nec surgit ab illa, qualis, inaequatum si quando onus urget utrimque, instabilis natat. Manil. 3, 305 qua Phryxei ducuntur vellera signi Chelarumque fides -aeque examina Librae (*item de sidere* 3, 433 Sen. Thy. 858 Lvcan. 4, 58). Ser. Samm. 915 alternis febris rediviva diebus, tempora discernens quasi -ae pondere librae. Prvd. perist. 4, 11 deus ... veniet ... gentibus -am positurus aequo pondere libram. *technice de angulo recto q. d.*: Mart. Cap. 6, 717 angulorum natura triplex est, nam aut -us aut angustus aut latus; -us est, qui directus est semper idem *eqs.* *cf. de statu velorum l. 27.*

β neutr. pro subst.: Ⓘ *sing., in locutionibus*: Ⓐ *comparativis* (*vox comp. antecedit vel sequitur*): Plavt. Bacch. 349 ille est oneratus recte et plus -o vehit (Hor. carm. 3, 7, 24 Ov. Pont. 3, 9, 8 Epiced. Drusi 74 Liv. 9, 17, 1. 22, 59, 2 Pavl. Fest. p. 41 Sen. contr. 1 praef. 19 Val. Max. 5, 4, 3. *saepius* [Gloss. *πλέον τοῦ δέοντος. πλέον τοῦ καθήκοντος*]. plus *sequitur*: Plin. nat. 17, 94. 251 Porph. Hor. epist. 2, 2, 215 Clavd. 5, 488. *cf. p. 720, 71 et* Qvint. inst. 2, 4, 4 plura -o. Pavl. dig. 40, 5, 31, 4 pluris -o vendere. Soran. p. 35, 3 plus a -o lac [*gr. p. 75, 10 Ilberg πλείονος ... γάλακτος*]. Sidon. epist. 3, 3, 9 -o plusculum). Verg. georg. 2, 251 ipsa *terra* ... -o laetior (Serv.: ultra modum, plus quam oportet). Hor. sat. 1, 1, 57 eo fit, plenior ut si quos delectet copia -o. Ov. epist. 20 (19), 30 melior -o quamque mereris ego. 20, 170 gravius -o pallia pondus habent (met. 3, 333. Val. Max. 4, 1 ext. 1 -o g. punire). met. 6, 470 rogabat ulterius -o. Liv. 8, 15, 7 Vestalis suspecta ... propter mundiorem -o cultum. perioch. 57 p. 69, 6 amplius eum scutum -o ferre. Manil. 2, 79 nec caelum -o maiusve minusve volaret (Cvrt. 10, 5, 29 -o maior cupido. Sen. clem. 2, 7, 3 -o minus. Colvm. 3, 12, 2 umorem terrae -o maiorem. Lact. ira 18, 8 maiorem -o dolorem). Vell. 2, 49, 3 consul -o ... ferocior. Cels. 7, 18, 10 magis -o (Stat. Theb. 11, 616 -o m.). Colvm. 4, 26, 2 *pedamenta* -o breviora. Ascon. Corn. p. 47, 8 -o (-ior *trad.*) pertinacior. Plin. nat. 17, 46 densior -o. 17, 189 -o saepius. *al.*

Ⓑ *praepositionalibus*: Lvcr. 4, 1241 steriles nimium crasso sunt semine partim et liquido praeter -um tenuique vicissim (Avson. 159, 18 p. 29 P. *attributive p. 721, 47*). Qverol. p. 39, 20 R. unam semper ultra -um nobis largitur diem. *adde* plus a -o *p. 721, 74.*

(II) *plur.* (Gloss. II 376, 57 *νόμιμα* haec -a. Char. gramm. p. 37, 4 B. [*inter neutralia semper pluralia*] -a *ἔθιμα*): Ⓐ *generatim* (*exempla omnia attulimus usque ad* Sen., *inde selecta; accedunt determinationes per gen. l. 12. 18. 19, per adi. l. 16. 25*): Cic. har. resp. 21 omnia sollemnia ac -a ludorum omnibus rebus observatis summa cum caerimonia esse servata (Liv. 9, 8, 7 o. -a in deditionem nostram perfecta erunt. 21, 18, 1 ut o. -a ante bellum fierent, legatos ... mittunt. Colvm. 4, 3, 5 nisi o. -a perceperit *vinea. al.*). Liv. 24, 48, 12 *pedites* operi aliisque -is militaribus ... adsuefecit. Colvm. 1, 8, 11 operis exactio, ut -a reddantur (11, 1, 26. *cf. l. 19*). 2, 4, 7 -a ... fieri nequeunt, cum induruit ager. 5, 6, 4 pecudes ... -a cibariorum conficient. 6, 3, 3 iumentis -a operum reddentibus (9, 8, 12 -is o. peractis se recipiunt *apes.* arb. 5, 6 inaequalitas arborum non patitur operis -a comprehendi. *aliter p. 725, 63*). 6, 14, 3 tertio ... die levis iniungitur labor *bovi* et paulatim ad -a perducitur (6, 30, 5 per exiguas potiones cibi ad -a perducatur *equus.* 6, 30, 7). 12, 3, 6 praeparatae sint ... lanae, quo facilius -a lanificio persequi atque exigere possit *mulier.* Arnob. nat. 1, 2 *homines* matrimonia copulant nuptiarum sollemnibus -is.

Ⓑ *speciatim*: ① *de exsequiis* (*cf. p. 719, 35sqq. et* Pavl. Fest. p. 223 qui mortuo -a non fecisset, id est glebam non obiecisset *eqs.* Synon. Cic. p. 419, 3 [*lemmate perdito*] exequias it. -a facit. funus producit. *saepe in codd. confunditur c.* busta, *e. g. l. 43. 46. 50; cf. lusum verborum* Qverol. p. 14, 9 R. nonne hoc -um fuit, bustum ut efferret filius?): Lex reg. Fest. p. 178 homo si fulmine occisus est, ei -a nulla fieri oportet (Plavt. Cist. 176 uxori -a fecit. Cic. Flacc. 95 [*luditur c. notione communi*] -a Catilinae facta sunt. leg. 2, 57. Varro frg. Serv. auct. Aen. 12, 603 suspendiosis, quibus -a fieri ius non sit. Sall. Iug. 11, 2. *al. cf.* Cic. leg. 2, 63 -a confecta [*Manutius*, adiusta coniecta *vel* adiuxta coniecta *trad.*]. Decret. decur. Pis. de C. Caesare [CIL XI 1421] 22 perfecta). Cic. S. Rosc. 23 qui nondum ... omnia paterno funeri -a solvisset (Ov. fast. 5, 452 Sen. Phaedr. 1245. *al. cf.* Cvrt. 4, 12, 2 -is persolutis. *al.*). leg. 2, 42 sepultura et -is exsequiarum caruerunt (*acced. gen. explic. ut ibid.* 2, 67 funerum [*cf. dat. l. 38*]. Stat. Theb. 7, 19 sepulcri). Prop. 3, 7, 9 *filio aquis submerso* mater non -a piae dare debita terrae ... pote (Ov. fast. 3, 560. 6, 492. Lvcan. 9, 67 [busta *var. l.*]. *al.*). Ov. met. 2, 627 iniusta ... -a (*per oxymoron ut* Sidon. epist. 2, 8, 3 vers. 15) peregit *Apollo Coronidi, quam necaverat* (Plin. nat. 2, 248 Dict. 4, 13). fast. 2, 569 quia -a ferunt, dixere feralia (5, 480. trist. 4, 10, 80 [busta *codd.*]. Val. Fl. 5, 6 pia. *al.*). Liv. 1, 20, 7 funebria (*cf. p. 719, 37*). Sen. Med. 999. dial. 12 (11), 17, 4 -a sorori non praestitit *Caligula* (Cvrt. 10, 8, 18). Val. Fl. 1, 459 pia (*v. l. 46*). 3, 367. Stat. Theb. 6, 169 inania. 9, 397 cineres ... supremaque -a (busta *var. l.*) tuorum. 9, 903 huic *crini* dabis exsequias, atque inter -a (busta *var. l.*) memento *eqs.* 11, 610 exsequialia (*vix pro subst.*). Mart. 10, 61, 4 annua (Avson. 189, 11 p. 47 P.). Tert. anim. 56, 3 corporis. *al.* ② *de menstruis muliebribus*: Garg. Mart. med. 53 *amygdala* feminarum -a praecipitant.

B *vi morali praevalente pertinet ad animum vel habitum utcumque aequum. distinguitur: ab* aequus: Serv. auct. Aen. 2, 426 '-um' secundum leges vel aliqua ratione constrictum, 'aequum' iuxta naturam accipiunt. Isid. diff. 1, 68 -us ... ex lege est, quasi ius custodiens, aequus autem est, qui secundum naturam -us; etenim -us a iure vivendo, id est iuxta quod ius est faciendo, vocatur. Diff. ed. Beck p. 33, 46 aequum animo est, -um iudicio. *ceterum saepe quasi syn. iuxta ponitur ut l. 72. p. 723, 74. al. ab* sanctus, dignus: Rvfin. Basil. reg. 170 sanctum vel dignum esse arbitror hoc, quod decet et debetur ab inferioribus deferri superioribus ..., -um autem hoc, quod operis pro merito unicuique tribuitur. Gloss. *δίκαιος. ὅσιος.* -um: aequum. rationa⟨bi⟩le.

1 *usu communi*: a *de animantibus*: *α -i sunt homines* (*cf.* Rvfin. Orig. in Rom. p. 1030B -us non dicitur is, qui semel aut bis aliquid iustitiae fecerit, sed ille, qui semper iuste agendo in usu et consuetudine iustitiam habet. Anian. Chrysost. hom. 4, 4 -us, hoc est frugi bonusque vir): ① *c. subst.* (*exempla paucissima*): Plavt. Amph. 16 aequi et -i hic eritis omnes arbitri. Bacch. 401 sisne necne, ut esse oportet: malus bonus ..., -us iniustus, malignus largus *eqs.* Cic. Caecin. 78 -us est et bonus vir. Planc. 32 sanctissimus et -issimus iudex. rep. 1, 43 populum ... -um atque moderatum. 5, 5 sine quo (*summo iure*) -us esse nemo potest. off. 2, 38 nemo ... -us esse potest, qui mortem, qui dolorem ... timet. Sall. epist. Mithr. 18 pauci libertatem, pars magna -os dominos volunt (*aliter p. 719, 83*). Nep. Milt. 8, 3 tyrannus ... fuerat appellatus, sed -us. Verg. Aen. 2, 426 Ripheus, -issimus unus, qui fuit in Teucris. Ov. met. 8, 704 dicite, -e senex *Philemon* et femina *Baucis* coniuge -o digna. Liv. 32, 21, 25 cum Antigono, mitissimo ac -issimo rege (*aliter p. 720, 19*). Vell. 2, 48, 5 condiciones pacis, quas et Caesar -issimo animo postulabat et Pompeius aequo recipiebat. Sen. benef. 3, 18, 4 potest servus -us esse, potest fortis, potest

[Baer]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

magni animi. CVRT. 4, 10, 34 *Alexander* tam -us hostis, tam misericors victor (*aliter p. 719, 29. 720, 56*). *et passim.* *ironice*: APVL. apol. 75 homo -us et morum dedit operam, quod male partum erat, ut male periret. *in appellatione principis*: INSCR. numm. Cohen III² p. 404 n. 1 imp. C. Pesc. Niger ius(tus) Aug. cos. II. n. 2 imp. Caes. C. Pesc. Niger iust(us) Aug. *al.* AVELL. p. 652, 20 electione Christianissimi et -issimi principis nostri Iustini. Ⓘ *praevalente vi subst.*: PLAVT. Amph. 34 -am rem ... esse oratam a vobis volo, nam -a (*Bothe*, iuste *trad.*) ab -is -us sum orator datus; nam iniusta ab -is impetrari non decet, -a autem ab iniustis petere insipientia est. CIC. Lael. 47 rebus iniustis -os maxime dolere, imbellibus fortes. NEP. Arist. 1, 5 *Aristides* cognomine -us *est* appellatus (AMM. 30, 4, 21 A. illius -i ... disciplina). HOR. sat. 2, 1, 16 attamen et -um poteras et scribere fortem (*de Augusto*). OV. fast. 1, 252 nullus erat -is reddere iura labor. VELL. 2, 48, 1 -issimus quisque. SEN. epist. 59, 17 non potest gaudere nisi fortis, nisi -us, nisi temperans. 66, 25 duobus aeque -is ac prudentibus. LVCAN. 5, 106 -is ... benignus *Apollo*. QVINT. inst. 2, 15, 28 veram *rhetoricen* nisi -o ac bono non contingere. FIRM. math. 1, 7, 42 -o iustitia non profuit. *al.* β *-i sunt dei sim.* (*eorum oculi l. 29*): VERG. georg. 2, 460 fundit humo facilem victum -issima Tellus (PROP. 1, 19, 16. *cf. l. 82*). Aen. 4, 521 si quod non aequo foedere amantes curae numen habet -umque memorque. HOR. carm. 3, 14, 6 *Livia* prodeat -is operata divis (sacris *var. l.*; *cf.* PORPH. *ad l.* -os divos quamvis generaliter dicere possumus, nunc tamen specialiter accipiendum scilicet quod Caesari victoriam et reditum merenti dederint). OV. epist. 6, 152 -us adest votis Iuppiter ipse meis (*item de Iove* STAT. Theb. 1, 250 o -issime divum). met. 4, 547 parum -ae nimiumque in paelice saevae invidiam fecere deae *Iunoni*. 13, 70 adspiciunt oculis superi mortalia -is. fast. 5, 384 senem *Chironem* (5, 413. GERM. 421 -issimus. *al.*). GERM. 137 -issima virgo (*sc. Δίκη*). AVG. civ. 2, 24 p. 89, 5 D. dii -i ... ac non daemones impii (10, 10 p. 417, 16). MEROB. poet. 161 Mars (*aliter p. 719, 27*).

b *de rebus*: α *c. subst.*: Ⓘ *-ae sunt actiones, affectus, condiciones, instituta sim.* (*exempla afferuntur selecta; subauditur interdum notio q. e. debitus* [DON. *l. 47; iuxta pos. l. 53. 54. 55. 65. al.*], *meritus* [*iuxta pos. l. 60. al.*]): PLAVT. Amph. 33 (*l. 8*) rem (TER. Haut. 704 bonam atque -am r. oppido imperas. RHET. Her. 3, 3, 4 CIC. Att. 14, 12, 1. *al.*). Aul. 688 causa -a est, siquidem ita est, ut praedicas *eqs.* (Capt. 257 *et saepissime, v. vol. III 672, 68 sq. 673, 25 sq. 674, 3. 13. 18 sq. 677, 3 sq. 40. 678, 1. 680, 30 sqq. cf. enallagen* TIB. 1, 4, 10 causam -i semper amoris habent). Cist. 200 augete auxilia vostris -is (*B*, victis *rell.*) legibus (CIC. Pis. 37 leg. 1, 42. VELL. 2, 25, 1 -is l. et aequis condicionibus. *al.*). Truc. 192 palam cum mentiuntur, verum esse insciti credimus, ne ut -a (*corr. Bugge, Bücheler*) utamur ira (*v. p. 367, 64*). TER. Andr. 36 ut semper tibi apud me -a et clemens fuerit servitus (*cf.* DON. *ad l.* 3 moderata, aequa, levis ..., nam qui '-am' debitam nunc dici putant, nihil afferunt ad iurandam sententiam. *aliter p. 719, 73. 721, 19*). RHET. Her. 2, 30, 49 inprudentiae [et] -am deprecationem paratam (LIV. 43, 17, 8). CIC. inv. 1, 12 *factum* -um an iniustum, utile an inutile (off. 2, 10 QVINT. inst. 5, 13, 57). Verr. II 1, 15 ab isto laesus inimicitias -as persequebatur (*v. vol. VII 1, 1621, 71*). 4, 126 excusationem (*v. vol. V 2, 1299, 64 sq.*). Catil. 1, 17 tu, cum ... agnoscas odium omnium -um et iam diu tibi debitum (prov. 6 Pis. 33. *al.*). 1, 20 multis suppliciis -is debitisque (fat. 40 VAL. MAX. 1, 8 ext. 8. *al.*). 3, 23 multi saepe honores dis ... -i habiti sunt ac debiti, sed -iores numquam (Planc. 80 Phil. 5, 41. *al.*). Flacc. 55 civitatis ... -um dolorem querellasque cognoscite (*v. vol. V 1, 1851, 35 sqq.*). Balb. 59 gratiam (leg. 2, 6). Pis. 44 Cn. Dolabellae, ... M. Luculli -issimos triumphos vidimus (59 Planc. 89. *al.*). 57 gloriam (LENT. Cic. fam. 12, 14, 7 et merita. *al.*). Planc. 5 lex illa -ae veraeque amicitiae (SEN. benef. 2, 18, 3). Mil. 11 poena (*al. cf.* CATVLL. 64, 190 -am a divis exposcam ... multam). Phil. 13, 37 tam pio -oque foedere. de orat. 2, 184 mores ... -os, integros, religiosos, timidos (*al.*). 2, 199 molestae ... seditiones ..., -as tamen ... et prope necessarias. Tusc. 3, 76 se officio fungi putet -o atque debito (fam. 6, 1, 3). Att. 6, 3, 3 decreto -o et severo. fam. 11, 12, 2 querella (*al. v. et l. 57*). SALL. Catil. 10, 6 imperium ex -issimo atque optumo crudele intolerandumque factum (*al. cf. p. 719, 76*). HOR. sat. 2, 7, 15 illi *scurrae* -a cheragra contudit articulos. carm. 4, 2, 14 per quos *deos* cecidere -a morte Centauri. OV. Pont. 2, 8, 24 parce ... -aque vindictae supprime frena tuae (*pro* -ae ... v. *dici videtur*). GERM. 200 tendit palmas *Cassiepia*, ceu si planctura relictam Andromedam, meritae non -a piacula matris (VAL. MAX. 1, 1, 14. 5, 3 ext. 3). VAL. MAX. 5, 2, 1 vitio ac virtuti -a merces (SVET. Nero 17). 6, 2 ext. 1 sententiam (9, 15, 4 -is et aequis sententiis). 6, 3, 1ᵃ ultionis (9, 10 ext. 2. CVRT. 7, 5, 35 -a u. esse, non crudelitas videretur *vastatio*. *al.*). SEN. benef. 6, 29, 2 vota (dial. 6, 10, 3). STAT. Theb. 2, 428 quae sors -a mihi, quae non indebitus annis sceptra dicavit honos, teneo. *al.* Ⓘ *-ae sunt variae res fere corporales* (*plerumque usu poetico*): OV. epist. 7, 44 -ior est animo ventus et unda tuo (trist. 5, 8, 12. *cf.* SEN. contr. 7, 1, 11 o maria -iora iudiciis). 11, 115 non mihi te licuit lacrimis perfundere -is (LIV. 3, 58, 6). Ib. 168 respuet invisum -a cadaver humus. VAL. MAX. 2, 8, 5 clarissimos *viros* -iori ... reservandos laureae putavit *senatus*. SEN. Herc. f. 272 saeva -ā sceptra confringit manu *Hercules* (CLAVD. 7, 105). 484 foci bibere -um sanguinem Busiridis (*i. iure fusum ut*: Phaedr. 708 -ior numquam focis datus tuis est s., arquitenens dea. AMM. 24, 6, 15 -o s. miles ... cruentus. *cf.* 29, 6, 15 -a sagina [*sic coni. Cornelissen al.*, iuste sanguine(a) *trad.*, -o sanguine *Bentley al.*]. *aliter infra l. 76*). Phaedr. 1197 mucrone pectus impium -o patet (*cf.* LVCAN. 10, 523 ferro [IVVENC. 4, 527]. SIL. 13, 368 securi). 1239 recipe me, dirum chaos, ... haec ad umbras -ior nobis via est. dial. 12 (11), 13, 4 scias licet ea demum fulmina esse -issima, quae etiam percussi colunt (IVV. 8, 92. *cf.* IVVENC. 4, 284 vos, iniusti, -is succedite flammis. PRVD. ham. 763 ignibus [perist. 5, 184. *aliter p. 719, 43 sq.*]). VAL. FL. 7, 419 -as da vocibus aures. STAT. Theb. 6, 175 occumbam pariter, dum vulnere -o exsaturata oculos. 12, 505 a -is Fortuna recederet aris. silv. 3, 3, 125 si cernere vultus natorum viridisque genas tibi -a dedissent stamina. MART. 8, 45, 6 *post reditum amici* tam -o dabitur quando calere mero? *al.*

β *neutr. pro subst.* (*exempla inde a* SEN. *selecta tantum afferuntur*): Ⓘ *plur.*: PLAVT. *p. 723, 8.* TER. Phorm. 280 an quisquam iudex est, qui possit noscere tua -a *eqs.*? Ad. 990 quia non -a iniusta, prorsus omnia omnino obsequor ([DON. *ad l.* 1 proverbiales sunt huiusmodi elocutiones, 'fanda nefanda *eqs.*' 2 fuit veteribus usitatum '-a i. *eqs.*']. *v. vol. VII 1, 1688, 59 sqq.*). CIC. Phil. 2, 72 prope modum aequa et -a dicebas. orat. 1 -a petenti et praeclara cupienti (OV. met. 13, 466. 14, 787 CLAVD. 22, 97. *al.*). off. 1, 41 -a praebenda *servis* (*cf.* COLVM. 1, 8, 18 an ... -a percipiant). Att. 9, 15, 3 multa adfero -a ad impetrandum *veniam* (AMM. 27, 7, 8). *al.* PROP. 3, 10, 12 poscentes -a precare deos ([-a *simul ad* posc. *pertinet*]. OV. am. 1, 3, 1 SIL. 4, 793). SEN. Oed. 976 iam -a (*Heinsius, edd.*; iussa *trad.*) feci, debitas poenas tuli. 998 bene habet, peractum est, -a persolvi patri. *al.* SIL. 16, 408 Atlantis ... -a querentis (STAT. silv. 3, 2, 78). CE 698, 12 iura dedit, -issima sanxit arbitriis. *al.* Ⓘ *sing.* (GLOSS. I p. 84, 110 -us ['-um?' *Goetz*]: fas. *pro subi. est l. 50*): CIC. part. 130 cuius *aequitatis* altera *vis* derecta veri et -i et, ut dicitur, aequi et boni ratione defenditur. leg. 2, 11 in ipso nomine legis interpretando inesse vim et sententiam -i et veri legendi. HOR. sat. 1, 3, 98 utilitas, -i prope mater et aequi (*cf.* CE 24, 2 Virgo *caelestis* ... -i inventrix). 1, 3, 113 nec natura potest -o secernere iniquum. SEN. benef. 4, 12, 1 legem ... -i iniustique regulam esse. epist. 66, 9 decorum et -um et legitimum non eiusdem esse formae. 95, 52 illa *natura* aequum -umque composuit. *al.* LVCAN. 4, 248 -i gladius dissuasor. VAL. FL. 5, 498 me nuda fides sanctique potentia -i huc tulit ('*an iuris?' Langen in comm. ad l.*). QVINT. inst. 1 prooem. 16 quis ... non de -o, aequo ac bono ... loquetur? APVL. Plat. 2, 8 quarum *rhetoricae partium* una est disciplina contemplatrix bonorum, -i tenax (EVTR. 9, 11, 2 vir [AMM. 27, 8, 10]. HIER. epist. 21, 2, 3 lex. VVLG. II Macc. 10, 12 *Ptolemaeus* -i t. erga Iudaeos. *cf.* CLAVD. 17, 212 tenorem). SVLP. VICT. rhet. 48 p. 343, 13 loci huius status: naturalis -i (PS. DOSITH. frg. iur. 1 omne ... -um cum iure aut civile appellatur aut naturale dicitur. *ibid.* gentile -um [ius *Lachmann*]. *cf.* HEGES. 1, 40, 12 -um [ius *edd.*] naturae [*gr. 1, 507* τὸ τῆς φύσεως δίκαιον]. GLOSS. III 336, 43 δίκαιον πολιτικόν: -um civile). MAR. VICTOR aleth. 2, 214 ammonuit mentes *fratrum Cain et Abel* operum libamina -um prima dicare deo.

2 *usu iudaicae et christianae religionis proprio c. respectu foederis inter deum et hominem facti* (*v. Kittel, Wb. z. N. T. s. v.* δίκαιος. *cf.* ITALA Rom. 5, 19 [cod. d *al.* = VVLG.] sicut ... per inobaudientiam unius hominis peccatores constituti sunt multi, ita per unius hominis obauditionem -i constituentur multi. CYPR. epist. 63, 4 si Abraham deo credidit et deputatum est ei ad iustitiam, utique, quisque deo credit et fide vivit, -us invenitur et ... iustificatus ostenditur [*affert Gal. 3, 6, ubi citatur gen. 15, 6*]. HIER. *p. 716, 15*): **a** *vario usu*: α *de hominibus vel eorum sanguine, corpore, anima sim.*: Ⓘ *c. subst.*: TERT. adv. Iud. 2, 13 Enoch -issimum non circumcisum nec sabbatizantem de hoc mundo transtulit *deus* ..., ut ... nobis ostenderet nos quoque sine onere legis Moysis deo placere posse. pudic. 7 p. 231, 28 *Christus* praeposuit unius peccatoris salutem ex paenitentia quam illorum ex iustitia; aut numquid non -i Iudaei, et quibus paenitentia opus non esset habentibus gubernacula disciplinae ... legem et prophetas? ITALA gen. 6, 9 (Hier. quaest. hebr. in gen. p. 12, 29. *al.*, *cf.* VVLG.) Noe vir -us atque perfectus in generatione sua (HIER. *l. c.*: non iuxta iustitiam consummatam, sed iuxta generationis suae eum -um fuisse iustitiam). 38, 26 (*ibid.* p. 58, 30, *cf.* VVLG.) -ior est illa *Thamar* quam ego *Iudas* (*gr.* δεδικαίωται ... ἢ ἐγώ. *Itala Ambr. in Luc. 3, 18* [*al.*] iustificata est magis ... quam ego). Iob 1, 1 (Cypr. eleem. 18 p. 387, 26) Iob homo verus et -us (*Vulg.* rectus). Is. 57, 1 (Tert. adv. Marc. 3, 22 p. 415, 21. *al.*, *cf.* VVLG.) perit -us ... et viri -i auferuntur *eqs.* (*Vulg.* v. misericordiae. TERT. *l. c.*: quis, nisi Christus? *afferens etiam* sap. 2, 12). Matth. 23, 35 (cod. a *al.* = VVLG.) ut veniat super vos omnis sanguis -us, qui effusus est ... a sanguine Abel -i usque *eqs.* (*cf.* HIL. in Matth. 24, 9 s. -orum). I Ioh. 3, 10 (Tert. pudic. 19 p. 265, 6 = VVLG.) qui non est -us, ex deo non est (*gr.* ὁ μὴ ποιῶν δικαιοσύνην). IVVENC. 3, 334 huius *Christi* iustitiam -o comprendite corde. HIER. hom. Orig. in Ezech. 2, 3 p. 343, 30 (*ad Matth. 12, 37* ex verbis ... tuis iustificaberis) deus ... iudicat, in quibus -us sim et in quibus sermonibus condemnandus. VVLG. Iob 13, 18 si fuero iudicatus, scio, quod -us inveniar. 35, 2 numquid aequa tibi videtur tua cogitatio, ut diceres '-ior sum deo'? II Petr. 2, 8 Lot ... aspectu ... et auditu -us erat.

[*Baer*]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

PRVD. ham. 864 inter damnatas -asque animas. COMM. apol. 1044 exsurgent corpora -a (*i. -orum*). DRAC. laud. dei 2, 572 redditur argentum ..., vix tandem -us *Iudas*, nam nec permansit avarus, expensus obiit se mox ultore severo. *al.* ⓘⓘ *potius pro subst.* (*v. etiam p. 724, 73. 77*): TERT. adv. Iud. 2, 6 eiusdem (*dei*) est ... postea superducere legem, qui ante praemiserat praeceptum, quoniam et ipsius est erudire postea, qui ante -os formare instituerat. adv. Marc. 3, 22 p. 415, 25 passum ... Christum, aeque -os eius eadem passuros, tam apostolos quam ... omnes fideles (ITALA psalm. 33, 10 [Ps. Hil. libell. 16] timete dominum, -i e. [*gr.* ἅγιοι αὐτοῦ, *Veron. al. et Vulg.* sancti e.]. 49, 5 [Veron., cod. 301; *gr.* ὁσίους αὐτοῦ, *Psalt. Rom. et Vulg.* sanctos e.]. *cf.* ITALA psalm. 51, 11 [cod. 136 Cas.] -orum tuorum [*gr. et Vulg. ut supra*]. *sim. al.*). ITALA gen. 18, 23 (Aug. c. Maximin. 2, 26, 5. *al.* = VVLG.) ne simul perdas -um cum impio. 18, 24 (Ambr. Abr. 1, 6, 48. *al.* = VVLG.) quinquaginta -i. II par. 6, 23 (Complut. *al., cf.* VVLG.) ut iustifices -um et des illi secundum iustitiam eius. psalm. 17, 26 (cod. 400, *cf.* Tert. adv. Marc. 5, 18 p. 640, 2) cum -o ... -us eris et cum viro innocente innocens eris (*gr.* μετὰ ὁσίου ὁσιωθήσῃ, *Vulg.* cum sancto sanctus). Hab. 2, 4 (*ibid.* 4, 18 p. 480, 21. *al.* = VVLG.) -us ex fide tua vivet (*cf. explicationem* TERT. *ibid.* 5, 3 p. 578, 6 secundum creatorem). Matth. 5, 45 (cod. a *al.* = VVLG.) *deus* pluit super -os et iniustos. 9, 13 (*ibid.*) *opp.* peccatores. CYPR. epist. 58, 2 p. 658, 1 -o -orum praecedentium exemplo. IVVENC. 4, 137 lectos (4, 140). GAVDENT. serm. 9, 42 G. generationes -orum (*v. vol. VI 2, 1787, 48, ubi addas* HIER. psalt. sec. Hebr. 112, 2 [*pars codd. et Vulg. psalm. 111, 2* rectorum]). VVLG. Ios. 10, 13 in libro -orum, *sc. patriarcharum* (II reg. 1, 18. *cf.* HIER. in Is. 44, 1/5 l. 39 liber geneseos appellatur εὐθεῖς, id est -orum). RVFIN. Orig. in gen. 2, 3 p. 31, 15 Noe, qui interpretatur requies vel -us. PRVD. perist. 2, 396 *opp.* noxios. 11, 5 tantos -orum populos furor impius hausit. *al.*

β de deo, Christo (*cf. interpretationem christianam p. 724, 74*): TERT. adv. Marc. 2, 12 p. 351, 18 seorsum deputans *Marcion* deum bonum et seorsum deum -um; illic constitit bonum, ubi et -um ..., creator tam bonus quam et -us (resurr. 14 p. 43, 1 de suo optimum, de nostro -um. virg. vel. 13, 3 -us ad remuneranda, quae soli sibi fiunt. *al., in polyptoto* CYPR. GALL. lev. 195 -us -a deus quocumque exquirit in actu). 4, 42 p. 563, 24 Barrabas ... nocentissimus ..., Christus vero -issimus (ITALA I Ioh. 2, 1 [cod. h *al.*] advocatum habemus apud deum patrem, Iesum Ch. -um. *al.*). patient. 10 p. 16, 5 in domino tam -o ad aestimandum tam potenti ad perficiendum (ITALA Ier. 23, 6 [Aug. civ. 18, 33 p. 304, 26 D. = VVLG.] vocabunt eum 'dominus -us noster' [*gr.* κύριος Ἰωσεδέκ]. *al.*). ITALA Ioh. 17, 25 (cod. a *al.* = VVLG.; *loq. Christus*) pater -e. HIER. hom. Orig. in Luc. 2 p. 17, 8 in laude et in vituperatione. VVLG. II Esdr. 9, 33 in omnibus (Dan. 3, 27. *cf.* Bar. 2, 9 in o. operibus [Dan. 9, 14]). *al.* *nude ponitur*: ITALA Matth. 27, 19 (cod. a *al.* = VVLG.) nihil sit tibi *Pilato* et -o illi. 27, 24 (cod. c *al.* = VVLG.) innocens ego *Pilatus* sum a sanguine -i huius. act. 7, 52 (cod. h, *cf.* VVLG.) adventum -i. ORIENT. carm. app. 2, 9 (*in serie appellationum*). PROSP. sent. 276 -us -orum (CASSIOD. in psalm. 36, 25 l. 447). *al.*

γ de rebus: ⓘ *c. subst.*: ITALA Ioh. 5, 30 (cod. a *al.* = VVLG.) iudicium meum -um est, quia non quaero voluntatem meam, sed voluntatem eius, qui me misit (7, 24 [*ibid.*]. *al.*). Rom. 3, 8 (cod. d *al.* = VVLG.) damnatio -a est. 7, 12 (*ibid.*) lex sancta et mandatum sanctum et -um et bonum. CYPR. eleem. 2 eleemosynis atque operationibus -is delictorum flamma sopitur (*al.*). VVLG. prov. 8, 8 -i sunt omnes sermones mei. PRVD. cath. 10, 137 (*de iudicio ultimo*) tempora -a. AVG. civ. 10, 24 p. 439, 3 D. *in Christo* natura humana erat, sed -a, non peccatrix. *al.* ⓘⓘ *pro subst.* (*sing. et plur.*): ITALA sap. 2, 16 (Cypr. testim. 2, 14 = VVLG.) *filius dei* praefert novissima -orum (*gr.* μακαρίζει ἔσχατα δικαίων. *cf.* COMM. apol. 489 *Christus* nos immundos ait et innovat altera -a [inovat ultima -i *Rönsch sec. gr. cit.*]). IVVENC. 1, 468 gaudete, operum quos -a tenentes urgebit ... iniuria (*aliter p. 722, 19sq.*). 3, 700 *pater filium* iubebat ad vineta sui dependere -a (*RA*, iussa *cet.*) laboris (*Matth. 21, 28* operare in vinea). VVLG. sap. 6, 11 qui ... custodierint -a iuste, iustificabuntur (*Aug. spec. 22 p. 115, 10* iustitiam). 10, 5 scivit -um et servavit. Is. 45, 8 rorate, coeli, desuper, et nubes pluant -um ..., et iustitia oriatur simul (*Ps. Aug. spec. 113 p. 647, 4* iustitiam). 62, 2 videbunt gentes -um tuum. RVFIN. Orig. in lev. 14, 3 p. 482, 20 unumquodque peccatum pro qualitate ... sui poenarum -a persolvit. AVG. in psalm. 102, 5 non vis, ut mala sint tibi, quae -a sunt dei? MVTIAN. Chrysost. hom. 27, 5 p. 407/8 tu ... de teipso dicens nimietatem malorum, ab aliis autem nisi magnorum -orum laudes audias, exasperaris. CE 2203, 2 fratris adque sororis, quorum amabilitas -a meruit coniu(n)ctaq(ue) sanctae abitationi morari ('*i.* iuxta' *Engström, dub. an recte*). CE Engström 252, 3 h⟨abitat⟩ celos, quem -a ⟨fecere⟩ felicem. *al.*

b -um facere *sim. i. q. iustificare*: TERT. adv. Marc. 2, 6 p. 342, 20 hominem ... oportebat -um illud (*sc. servare bonum, vitare malum*) efficere (RVFIN. Orig. in lev. 16, 6 p. 502, 6 si ... -us efficiar, nemo me exterrere potest. AVG. *p. 712, 46*). 4, 33 p. 531, 3 quem *creatorem* et Marcion -um facit (AVG. in epist. Ioh. 9, 10 *deus* dilexit iniustos, ut faceret -os. in euang. Ioh. 85, 3 l. 36 non solum ... homines, verum etiam -os ipse f. nos *deus*, et non ipsi nos. pecc. mer. 1, 15, 19 si propterea Christus unus est, in quo omnes iustificentur, quia non sola eius imitatio -os f., sed ... gratia *eqs.* PS. AVG. quaest. test. I 115, 11 Abraham per fidem -us factus [*sec. gen. 15, 6, v. p. 716, 29*]. PROSP. epist. 2, 8 NICET. symb. frg. 1).

II *usu deflexo, sententiis finalibus sec.* dignus *adiectis* (*cf. vol. V 1, 1151, 58sqq. 1152, 32sqq.*): **A** *c. enunt. relat.*: SIL. 3, 95 tua -ior aetas, ultra me improperae ducant cui fila sorores. **B** *c. inf.*: CLAVD. 8, 512 dubiis quis litibus addere finem -ior *eqs.*? CONC.[S] II 2, 1 p. 10, 35 is, qui ... aliena sapit fidei, quomodo inter sacerdotes ... -us est enumerari? (*gr. II 1, 1 p. 134, 19* δίκαιός ἐστιν ἀριθμεῖσθαι).

-um est (esse videtur, putatur *sim.*) *insequentibus structuris*: *coni.*: PLAVT. Bacch. 994 -umst, ... servus ... serviat (*trad. def. Ussing ad Asin. 445* [*448*]; -umst, ⟨ut⟩ *edd. ob metrum*). AVG. serm. coll. Morin p. 535, 12 -um est ..., impleam, quod docui, et implendo doceam, quod implevi (*antea bis* -um est, ut). (*acc. c.*) *inf.*: CIC. off. 1, 31 quae ... pertinent ad veritatem et ad fidem, ea migrare interdum et non servare fit (sit *var. l.*) -um. TIRO Gell. 6, 3, 41 iniurias ... imminentes praecavisse -um est quam exspectavisse (*defectum comparationis disertae def. Hertz, Vindic. Gell. alt. 55*). SEN. dial. 11 (12), 18, 9 intelleges, quanto -ius sit te illi servari quam mihi impendi. PLIN. nat. 9, 133 *conchas* macerari triduo -um. 12, 117. 15, 23. 17, 143. 18, 86. *al.* STAT. Theb. 2, 394 QVINT. inst. 3, 6, 42. *al.* ut *c. coni.*: QVINT. decl. 339 p. 340, 1 -issimum esse, ut populo detur ... potestas. CYPR. epist. 59, 14. 69, 16 QVEROL. p. 14, 9 R. (*v. p. 722, 30*). p. 28, 17 FVLG. myth. 1, 15 p. 26, 16 HIER. epist. 64, 18, 2 VVLG. gen. 30, 30. *al.* *cf.* -ius quam ut *sim.*: PELAG. in Rom. 3, 8 p. 29, 18 AVG. in psalm. 4, 7. SALV. eccl. 3, 36 quid ... rectius, quid magis -um, q. ut. *confunduntur constructiones*: RVFIN. Adamant. 1, 16 p. 35, 30 (*sed* p. 33, 29 *acc. c. inf.*) -um est, ut ... istos ... recepisse (*gr.* δίκαιον ἦν ... κομίσασθαι). AVG. pecc. orig. 40, 46 p. 204, 18 bestias ... absit ut opinemur poenae damnationis obnoxias, quas -um est, ut miseriae sint expertes, quae nec ... possunt *eqs.*

adv. **iūstē**. *compar.* -ius *inde a* CIC., *superl.* -issime *inde a* RHET. Her., CIC.; maxime -e COD. Theod. 16, 2, 15, 2. *legitur inde a* RHET. Her., CIC. [*falso trad.*: CIC. rep. 5, 1, *v. vol. VI 1, 1573, 40.* PLIN. nat. 20, 219 *pro* iuxta.]

i. q. modo iusto (*gr. respondet* δικαίως *saepius,* εὐλόγως ORIG. in Matth. 13, 24 p. 245, 19 *et saepius ibidem*; non -e *e. g. l. 64. 78*): **1** *in universum fere i. q. aeque* (*opp.* inique *l. 43*), *merito* (*vol. VIII 824, 3. 60sqq.*), *iure*: **a** *c. verbis et locut. praedicativis*: *α generatim*: RHET. Her. 2, 10, 14 quae a nobis facta sint, -issime facta *esse* (3, 8, 15 CIC. Marcell. 9. ad Brut. 1, 4, 2 [9, 11, 2 Sj.]) *opp.* inique. *al.* VARRO ling. 7, 93 [*vol. IX 2, 71, 31*]. *al.*). CIC. inv. 2, 136 -ius et probabilius accusare (Cluent. 42 -e pieque). Mil. 23 haec -e sapienterque disceptet. part. 62 vivere (Tim. 44 [*gr. 42B* δίκῃ]. *al. cf.* OV. met. 15, 588 multo ... ego -ius aevum exsul agam quam *eqs.*). rep. 3, 28 servire (IVVENC. 1, 124 -e iusto s.). off. 1, 13 parere ... -e ac legitime imperanti. fam. 6, 6, 9 tibi, cui -ius videtur irasci posse (LIV. 36, 33, 3 SEN. dial. 5, 29, 2. *al.*). BELL. Alex. 35, 2 neque ... aliud ius esse Cappadociae atque Armeniae, nec -e eum postulare, ut *eqs.* (*cf.* LIV. 8, 1, 9 petere [*al.*]). HOR. sat. 2, 4, 86 reprehendi -ius. OV. epist. 16 (17), 168 -ius ille *timet* (SEN. epist. 99, 12). 20, 205 tu nostra -ius ira ... dignus eras. met. 4, 692 ambo miseri, sed -ius illa. *et saepe.* *β* alicui -e facere (fieri, esse) *i. q. alicui iustitiam praebere* (*cf.* iudicare *p. 622, 15sqq.*): ITALA Is. 1, 17 (Tert. uxor. 1, 8 l. 2) -e facite viduae et pupillo (*gr.* δικαιώσατε, *Vulg.* iudicate p., defendite viduam). I Thess. 2, 10 (cod. d *al., cf.* VVLG.) quam sancte et -e ... vobis ... facti sumus (fuimus *Vulg., gr.* δικαίως ... ὑμῖν ... ἐγενήθημεν).

b *c. adi.*: AVG. civ. 20, 19 p. 452, 18 D. iudiciis dei occulte iustis, -e occultis.

2 *spectat ad certas leges, praecepta sim.*: **a** *iuris civilis fere i. q. lege, legitime* (*syn.* legitime *l. 81. 84*), *rite sim.*: *α de bello ineundo, gerendo sim.* (*pertinet ad ius fetiale hic illic admixta notione sub 1 illustrata; cf. p. 719, 23sqq.*): CIC. inv. 2, 70 non ... -e neque pie bellum gessistis (leg. 3, 9 duella iusta -e gerunto. LIV. 5, 27, 6 sunt et belli sicut pacis iura; -eque ea *bella* non minus quam fortiter didicimus gerere. 9, 10, 10 AVG. civ. 2, 17 p. 72, 26 D.). LIV. 1, 32, 6 (*loq. fetialis*) ego sum publicus nuntius populi Romani; -e pieque legatus venio. 30, 16, 9 populum Romanum et suscipere -e bella et finire. LVCAN. 1, 126 quis -ius induit arma (*cf.* 7, 259 sumpserit. TAC. ann. 2, 77, 1 oppositurum). *β de matrimonio ineundo, de liberis procreandis sim.*: VLP. dig. 25, 3, 5, 6 -e eam *filiam* procreatam (*opp.* volgo, *item* 38, 17, 2, 1). COD. Theod. 3, 10, 1, 1 filios se ⌊-e (iure *B*) hac ratione susceptos⌋ non habiturum (⌊ ⌋ *Cod. Iust. 5, 8, 1* ex hac coniunctione susceptos iustos). CYPR. GALL. exod. 807 quis sumere -e si mavult *in matrimonium alteram feminam*. COD. Iust. 6, 3, 9 (*a. 225*) quod invito te -e non possit alii nubere *liberta*. *γ varia exempla*: PAPIR. dig. 49, 1, 21, 2 eum, qui non -e appellaverit, damnum adgniturum ..., si vero iusta sit appellatio *eqs.* (PAVL. sent. 5, 33, 1 COD. Iust. 7, 62, 7. 7, 62, 32, 3). VLP. reg. 3, 4 fit civis Romanus, qui ... -e manumissus est (*cf. 1, 6* legitime m.). PAVL. dig. 9, 4, 22, 1 licet ... -e possideant, non tamen opinione domini possident (41, 2, 3, 5. 41, 2, 11 -e possidet, qui auctore praetore possidet. CYPR. epist. 73, 24 -e et legitime possidere). COD. Theod. 12, 1, 53 placuit ... designare, ...

[Baer]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

in quibus nominationis -e sollemnitas exercetur. Cod. Iust. 6, 37, 8 (*a. 216*) nec . . . -e ab ea petitione repellitur. Ps. Orig. hom. in Matth. 1, 3 p. 242, 18 (*ad Matth. 1, 20* Ioseph, fili David) si enim filius David, -e et heres eius tanquam filius patris.

b *quarundam artium, rationum sim., fere i. q. recte, apte, accommodate sim.*: Gell. 3, 10, 8 hi, qui -issime in utero sunt, post ducentos septuaginta tres dies . . . nascuntur. Ser. Samm. 733 alia vel piperi -e commixta linuntur. Chiron 281 caput ei *equo* ures et tempora sic sub ipso protocomio semisse -issime (*om. Veg. mulom. 2, 11, 4*) ures.

deriv.: iustitia, ? iusto.

compos.: iniustus, iustifico. *cf. Onom.* *Baer.*

iusum *v.* deorsum *vol. V 1, 559, 27 sqq., ubi addas* Diosc. 4, 149 p. 71, 1 iussu (*gr. 4, 154* κάτω. *cf. Bulhart, WSt. 55, 1937, 164*). Explan. in Don. gramm. IV 538, 1 iussum.

? **iutia** lactare Gloss. V 602, 12. *emendatur varie; fort. leg.* iutta, *i.* iotta (*q. v.*). *B.*

iūtor, -ōris *m.* *a* iuvare. *i. q. adiutor, auxiliator sim.*: CIL IX 5531 Iove -i (-r *legerat Schmidt, accusativos esse coni. Wölfflin ALL 2, 1885, 324*).

f. **iūtrīx,** -īcis. *i. q. adiutrix, auxiliatrix sim.*: CIL X 354 coniug(i) kar(issimae), -i (nutrici *Henzen,* tutrici *Kaibel*) optim(a)e.

iūtōrius, -a, -um. *a* iuvare. *i. q. iuvans, ad iuvandum aptus sim.*: Fest. p. 157 ⟨muta exta⟩ dicuntur, quibus non ⟨. . .⟩ responsi ⟨. . .⟩, -a, quae ⟨. . .⟩. *an* ⟨ad⟩iutoria?

iūtrīx *v.* iutor.

iuvābilis, -e. *a* iuvare. *i. qui iuvari potest, iuvatur*: Boeth. top. Arist. 6, 4 p. 981^{B} si sit . . . habitūs definitio, considerandum in habente, si quidem habentis, in habitu; similiter autem in ceteris talibus, ut, si delectatio est iuvantia, et delectabile *est* -e (*gr. 147 a 14* εἰ τὸ ἡδὺ ὅπερ ὠφέλιμον, καὶ ὁ ἡδόμενος ὠφελούμενος).

***iuvāmen,** -inis *n.* *a* iuvare. *scrib. in codd.* Oribas. *et* Gloss. *hic illic* iub-, Ennod. epist. 2, 16, 2 p. 58, 4 (*B*) iov-. *quasi masc. ponitur c. adi.*: Oribas. syn. 7, 33, 8 Aa p. 176 -n . . . non parvus est . . . semen exsiccatus. *vox prosaica serae aetatis; legitur maxime sing.*

i. q. adiumentum, auxilium sim. (Gloss. II 384, 13 *et* 482, 61 *inter alias voces, quibus explicantur* ὄνησις *et* ὠφέλεια): Ps. Cypr. singul. cler. 42 p. 218, 7 quicumque perniciosis conatibus audet exercere virtutem, -n non habet spiritus sancti (*cf. 19 p. 194, 10* adiuvaminibus). Schol. Hor. epod. 5, 8 a -e hominum 'Iovis' dictus est. Ps. Aug. serm. 194, 5 sentiant omnes tuum (*Mariae*) -n. Hesych. in lev. 11, 20-22 p. 912^{C} quamvis cum peccatoribus dispensationis gratia -isque conversetur. 11, 46/47 p. 921^{B} omnis . . . plenum -is *dictum.* 15, 16 p. 975^{C} maximum ex eis *verbis legis* . . . -n capimus. 15, 19—23 p. 977^{B} -n spiritalis considerationis (*cf.* 25, 25—28 p. 1122^{D} -is spiritalis [Cassiod. in psalm. 142, 8 l. 173 var. 3, 7, 2]). *al.* Ps. Hippocr. epist. (ALL 12, 1902) p. 23, 33 ut . . . corpus -e adiuvetur. Philvm. med. 1 p. 113, 15 M. Donatio Tiburt. a. 471 p. CXLVI b 5 dei favore et -e (Avell. p. 629, 11. 631, 12. *al. cf.* Epist. pontif. Arel. 50 divino. Ennod. epist. 2, 23, 3 p. 66, 8 caeleste [opusc. 5, 13 p. 397, 4]. Edict. imp. Glyc. et Leon. Migne 56, 897^{C} omnipotentiae. *sim. al.*). Rvstic. Conc.^{S} I 4 p. 95, 8 (*gr. I 1, 7 p. 148, 10* ὄνησιν). p. 116, 13 (*gr. ibid. p. 151, 40* ὄφελος). Evstath. Basil. hex. 8, 6, 7 certae . . . volucres ad nutriendos fetus . . . masculorum -e non utuntur. Ennod. epist. 2, 16, 2 p. 58, 4. *al.* Fvlg. Rvsp. praedest. 2, 29 p. 643^{C}. *al.* Mvtian. Chrysost. hom. 9, 1 p. 297/8 pro vestro -e laboramus (*gr.* ὑπὲρ τῆς ὠφελείας). Cod. Iust. 3, 28, 36, 1^{a}. *et saepius.* novissimum -n *i. q. sacramentum morientibus praebitum*: Canon. Turner I 1, 2 p. 130 rec. II n. -e (rec. III n. -e viatico. *recc. I et IV* viatico *tantum*). *in homoeoteleuto c.* lumen: Leo M. serm. 45, 2 p. 289^{C}.

cf. iuvamentum, 2. iumentum.

iuvāmentum, -ī *n.* *a* iuvare. [*it.* giovamento; *sard. centr. vet.* iuvamentu. *cf. Battisti-Alessio III 1814. Wagner I 714. G.*] [*falsa var. vel certe olim vulg. lect. pro* immotum (*sec. Colum. 6, 19, 3*) Veg. mulom. 4, 25, 3.]

i. q. adiumentum, auxilium sim.: Didasc. apost. 21, 13 de Manasse: audite . . . ad [huc] haec . . ., -um similitudinis; scriptum est enim *eqs.* (*gr. 2, 22, 3* ὠφέλιμον ὑπόδειγμα). Alex. Trall. 1, 22 non solum mitigant . . ., sed etiam maximum fit -um (*gr. p. 467 P.* ὠφελοῦνται).

cf. adiuvamentum, 2. iumentum.

iuvantia, -ae *f.* *a* iuvare. *i. q. actio iuvandi*: Boeth. in top. Arist. 6, 4 p. 981^{B} (*v. s.* iuvabilis). *Tietze.*

iuvena, -ae *f.* *cf.* iuvenis, iuvenii, iuvenates. *i. q. puella sim.*: Filastr. 150, 1 sunt haeretici, qui, cum legunt in Solomone (*cant. 6, 7*) '. . . iuvenculae, quarum numerus non est', putant eum mulierum causa et -arum (iuvencularum *Sichardus*) atque concubinarum numerum edixisse. *nomen collegii esse vid.*: CIL V 5907 (*Mediolani*) Vrsiliae ingenuae . . ., in cuius mem(oriam) colend(am) deder(unt) -ae Corogennatib(us) *vicanis* (*nummos tot*) . . .; quod si -ae non fecerint *eqs.*

cf. Onom. *B.*

***iuvenālis,** -e. *a* iuvenis (*cf.* Prisc. gramm. II 131, 6) *sec.* virginalis. *scribitur* iuen- CIL IV 8521, iub- Vlp. dig. 48, 5, 16, 6 *F.* Liv. 37, 20, 5 *B; cf. Dio Cass. 61, 19, 1* ἰουβ-. *notatur nomen ludi* (*v. p. 728, 79 sqq.*) iuven CIL X 6555, 8 (*cf. p. 728, 81*). XI 4580, ⟨iu⟩vena(libus) *p. 729, 5.* *de formis: gen. pl.* -iorum *p. 729, 3* (*in inscr. inculta*), *cf. nom. sg.* -ιος *in carm. lat.-graeco* Avson. 401, 30 p. 233 P. (*v. Heraeus, RhM. 79, 1930, 275, 2*). *abl. sg.*: Char. gramm. p. 169, 26 B. (*ex Romano*) -e ablativo e littera finietur, si homo sic vocetur; -i, si res sit (sicut *trad.*), ut ait Maro (Aen. 5, 475 *v. infra l. 65*) . . .; res etenim, non persona censetur (*sim.* Serv. Aen. 2, 610).

gradus comparationis desunt. -a- *productam testatur* Prisc. *l. c.* Not. Tir. 54, 10 (*post* iuvenilis). *vox potius, ni fallimur, poetica (cf. adv.) legitur inde a* Lvcil. (*?, v. l. 17*), Verg., Ov.; *variat in codd., si editionibus confidere licet, passim c.* iuvenilis (*quae vox vel in nomen ludi infra l. 79 sqq. tractatum se insinuavit*), *nulla notionis differentia manifesta; nec significatio quaedam in bonam partem vergens vocis propria esse videtur, id quod maxime apparet e variationibus infra l. 22. 40. 73 notatis; cf.* iuvenilis *p. 732, 80 sqq.* *in afferendis exemplis, quibus adsunt variae lect., fere editores potiores ecuti sumus variis lect. nonnisi infra l. 49. p. 729, l. 2 commemoratis.* [*e coni. dubia*: Gloss.^{L} IV Plac. I 21 (*cf.* Gloss. V 79, 5) iubenale pharos: semper virens . . . lumen *eqs.* (-e phaos *Loewe verba Lucilio 1360 tribuens*).]

i. q. ad iuvenes pertinens (ad feminas l. 53. 58. 66. 78, ad bestias l. 30), iuvenilis (*accedit abl. limit.* aetate Avg. *l. 78.* Gloss. νεωτερικός, *quae vox fere respondet*): **1** *generatim*: **a** *vario usu*: Verg. Aen. 2, 518 sumptis Priamum -bus armis ut vidit *Hecuba* (*cf. p. 733, 27*). 8, 163 mihi *Euandro* mens -i ardebat amore compellare virum. Ov. epist. 17 (18), 35 obstitit inceptis tumidum -bus (*sc. Leandri*) aequor. rem. 153 -ia munera Martis. 399 concubitus et opus -e (met. 6, 241 o. . . . -e palaestrae. Liv. perioch. 50. Rvstic. Conc.^{S} I 4 p. 40, 33 -ia opera [*gr. I 1, 5 p. 126, 20* νεωτερισμούς]). met. 4, 28 clamor -is et . . . femineae voces. 8, 632 annis (*v. vol. II 119, 41, ubi addas* CIL XI 15, 2). 12, 465 huic *Latreo* aetas inter iuvenemque senemque, vis -is erat (*cf.* Nemes. cyn. 280 his *equis* etiam emerito vigor est -is in aevo). 14, 314 illa (*una e famulis Circes*) . . . factum de marmore signum ostendit -e (*cf.* Pavl. Fest. p. 104 -ia fingebantur Dianae simulacra, quia ea aetas fortis est *eqs.*). Pont. 3, 3, 29 -ia carmina (trist. 2, 339. 4, 10, 57. 5, 1, 7 flebilis ut noster status est, ita flebile carmen . . .; integer et laetus laeta et -ia lusi. Mart. 14, 189, 1 c. -e Properti). trist. 2, 167 sidus -e (*de Germanico et Druso. cf.* Manil. 4, 260 Aquarius, *qui etiam Iuvenis nominabatur; de eodem* 4, 357 -e . . . astrum). Liv. 1, 57, 11 ab nocturno -i ludo in castra redeunt (Fvlg. Virg. cont. p. 95, 2 ludis. *cf.* Liv. 37, 20, 5 lusus. *aliter infra l. 81*). 5, 22, 5 ioco. 40, 7, 2 hilaritas. Sen. contr. 2, 6, 9 vitiis. Val. Max. 5, 6 ext. 5 ardore (*cf. p. 733, 19*). Plin. nat. 33, 32 Galba -em famam apud principem popinarum poenis aucupatus. Qvint. inst. 7, 2, 24 -i cupiditate gloriae. Svet. Cal. 17, 2 adiecit diem Saturnalibus appellavitque -em. Vlp. dig. 48, 5, 16, 6 *homo nondum XXV. annum agens* -i facilitate ductus vel etiam fervore aetatis accensus. Apvl. met. 10, 23, 5 caloris -is impetu (Tract. in Luc. 1, 18 Migne suppl. 1, 330 Symm. epist. 7, 9. *al.*). mund. 22 mundus . . . valenti habitudine, pubertate -i (*gr.* δυνάμει . . . ἀγήρως τε καὶ ἄφθαρτος). Itala II Tim. 2, 22 (Pelag. *ad l.* Ps. Aug. spec. 39 p. 475, 7; *cf.* Priscill. can. 45 p. 129, 2) -ia desideria (*Vulg.* iuvenilia . . . d. *ut var. lect. Priscill. et Ps. Aug.*). Lampr. Alex. 58, 3 aetas puerilis aut -is (Avg. gen. ad litt. 6, 13 p. 187, 19 in aetate perfecta, hoc est virili atque -i. Mart. Cap. 7, 7, 39. *al. cf. infra l. 78*). Ambr. Abr. 1, 5, 42 provectiore aetate . . . Sarra -em custodit verecundiam. Avg. c. acad. 2, 11, 28 utrum -i an puerili levitate commotus. civ. 22, 15 p. 592, 23 D. ut nec infra nec ultra -em formam resurgant corpora mortuorum. Mart. Cap. 1, 5 roboris. Sedvl. epist. 1 p. 8, 7 Vrsini . . . presbyteri annosam patientiam et in Christi famulatu non deficiendo -em senectam. Alc. Avit. carm. 6, 51 *Eugenia* senes -i rexit in aevo (CIL XI 315, 6 [*a. 571?*]). *al.*

n. pl. pro subst. (*aliter infra l. 79 sqq.*): Rvstic. Conc.^{S} I 4 p. 20, 25 eorum, qui . . . -ia aemulantur (*Migne gr. 78, 1485/86* τῶν . . . νεωτεριζόντων). Sidon. carm. 23, 428 -bus peractis quem te praebueris sequente in aevo. *n. sg. fere pro adv.*: Drac. Orest. 617 *Orestes insanus* -e fremens, mortale minatus.

b *de hominibus*: **α** *de corpore eiusque partibus*: Verg. Aen. 5, 475 quae fuerint -i (*cf. supra l. 5*) in corpore vires (*v. vol. IV 1008, 16. 1016, 72*). Ov. am. 1, 5, 22 quam -e femur! (*sc. feminae ut* ars 3, 781). 3, 9, 61 *Catullus* hedera -ia cinctus tempora. epist. 12, 7 lacertis. met. 1, 564 meum (*Phoebi*) intonsis caput est -e capillis. 3, 626 mihi *Acoeto* . . . -i guttura pugno rupit *Lycabas.* 7, 334 (*Medea Peliam occisura ad filias sorores*:) veterem . . . haurite cruorem, ut repleam . . . -i sanguine venas. fast. 3, 437 Iuppiter est iuvenis, -es aspice voltus. Ivv. 11, 5 valida ac -ia membra. Avson. 205, 1 p. 63 P. animo -i senex (Clavd. Don. Aen. 10, 685 p. 379, 22 Tract. Pelag. 4 p. 96. *cf. p. 733, 46 sq.*). Avg. anim. 4, 18, 28 -em vel senilem *manum.* conf. 9, 12, 29 meum quiddam puerile . . . -i voce cohercebatur (Pass. Saturn. Dat. [BHL 7492] 18, 3 brevi de corpore *pueri* vox -is auditur). **β** *de ipso homine*: Avg. quaest. hept. 1, 35 p. 20, 21 *Abraham* -em illam *Cetturam* invenit aetate (*antea*: mulier -is aetatis, *v. l. 50*).

2 *speciatim* -ia *i. q. ludi* -es (*vocem explicat per* νεανισκεύματα *Dio Cass. 61, 19, 1. 67, 14, 3.* Gloss. II 376, 5 νέων ἑορτή· -ia. *cf.* ludi -es: Tac. ann. 15, 33, 1 Svet. Nero 11, 1. lusus -is: CIL X 6555, 8 [*si* iuven *recte solvitur*]. XIV 409, 17. 2640. *ad rem v. Kroll, RE X 1355 sq.*): CIL IV 8521 aedilis -ium. Tac. hist. 3, 62, 2 ludicro iuven⟨ali⟩um (*Lipsius, edd.*) . . . mimos actitavit *Fabius Valens* (ann. 16, 21, 1). ann. [*Claassen*]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

14, 15, 1 *Nero* instituit ludos -ium vocabulo (-nil- *trad., corr. edd.*). CAPITOL. Gord. 4, 6 (*ex Cordo*) ludos scaenicos et -ia (-nil- *B*[1]). INSCR. NSc. 1936 p. 97 (*Amiterni a. 325*) dena -iorum spectaculis exsibuit. CIL XI 4580 editori iuven(alium). INSCR. Rostowzew, tess. plumb. 864 ⟨iu⟩vena(libus) Veliter(nis) fel(iciter) (*item* 865). *dub. an huc pertineat ibid.* 856 sacr(a) (*?*) Lani(vina) iuven(alia).

adv. **iuvenāliter.** *i. q. more iuvenis*: OV. ars 3, 733 *Cephalus* feram vidisse ratus -r artus (arcus *trad.*) corripit (*de eodem* met. 7, 805 venatum in silvas -r ire solebam). met. 10, 675 *Hippomenes* iecit . . . -r aurum. trist. 2, 117 quo *ingenio* videar quamvis nimium -r usus. VEN. FORT. Mart. 1, 381 advolat . . . senex vetulis -r annis impiger exiliens.

cf. Onom. *Claassen.*

iuvenātēs, ⟨-um⟩ *m.* *cf.* iuvena, iuvenis, iuvenii. *nomen collegii esse vid.*: CIL V 5134, 6 (*Bergomi*) Cabarsus . . . dedit (*nummos tot*) . . . et profundi de usuris (*tot*) . . .; quot si -es eius neclexerint *eqs.*

iuvenca *v.* iuvencus. *B.*

? **iuvencārius,** -a, -um. *a* iuvencus, *cf.* bovarius. *i. q. ad iuvencos pertinens: v. p. 731, 22.*

iuvencula *v.* iuvenculus.

iuvenculēsco, -ere. *a* iuvenculus, -a; *cf.* masculescere. *i. q. adulescentem fieri*: AMBR. Cain et Ab. 1, 4, 12 ne . . . dubites . . ., quod malitia praecedat tempore, sed -at infirmitate (*sc. infirmior sit quam bonitas*). 2, 1, 2 (*affert Gal. 4, 19*) partus noster fides sit, nutrimenta nostra praecepta doctrinae sint; his quaedam cordis nostri imbuatur infantia, instituatur pueritia, -at (-asc- *S*) adulescentia, senecta canescat.

***iuvenculus,** -ī *m. et* ***iuvencula,** -ae *f.* [*a* iuvencus, -a *dimin., vix a* iuvenis *sec.* masculus, virguncula. *L.*] CHAR. gramm. p. 119, 20 B. deminutionis inaequalitas dura est, ut iuvenis -us, canis catulus. PORPH. *p. 731, 66, ubi a* iuvencus *derivatur. cf.* iuvenulus. PROB. app. gramm. IV 197, 29 iuvencus (*an* iuvenculus *scrib. coll. ibid. l. 20 sqq.* speculum, non speclum *eqs. ?*), non iuvenclus (iunen- *fere trad.*; iuenclus *coni. dubitanter Heraeus, ALL 11, 1900, 307*). *cf. infra l. 65.* NOT. Tir. 54, 8 -us. *legitur inde a* TERT., ITALA, *raro ap. script. profanos; in poesi, sc. vulgari, infra l. 63.* [*pict.* jouencle, jo(i)ncle, jouinclie, junque. *cf. M.-L. 4638. Wartburg V 92. G.*] [*in interpretatione falsae lectionis graecae*: ITALA iud. 5, 8 (Verec. in cant. 9, 10) tegumen -arum (*Lugd.* iuvenum; *gr. rec. A codd. fere omnes σκέπη νεανίδων pro σκέπην ἐὰν ἴδω, quod in eiusdem recensionis duobus tantum codicibus exstat*).]

i. q. iuvenis: **1** *de hominibus* (*usum testatur* PORPH. *p. 731, 66; c. contemptu dici vid. l. 54. p. 730, 20. 22. 25; accedit abl. limit. p. 730, 12*): **a** iuvenculus (*gr. resp. νέος, ubi nihil adnotatur*): ITALA deut. 1, 39 (Hier. Orsies. doctr. 52 p. 145, 7 B.) omnis puer et -us (*gr. πᾶν παιδίον νέον tantum, Lugd.* puer novellus, *Vulg.* parvuli . . . et filii). Marc. 14, 51 (cod. k) -us . . . quidam (*gr. νεανίσκος, cod. a* iuvenis, *cett. et Vulg.* adulescens). PORPH. Hor. carm. 1, 25, 17 'pubes *eqs.*', quod per allegoriam hoc significat, -os iuniores mulierculas quaerere. PS. AVR. VICT. epit. 41, 2 hic *Constantinus* dum -us . . . obses teneretur. AMBR. in psalm. 40, 32, 2 (*ad cant. 2, 7*) cum quaereret *ecclesia* de -is Christum *sponsum*. PS. AMBR. epist. 1, 9 p. 739[A] praefecti filius . . . cum sodalibus suis -is (*cf. p. 730, 12*). AMBROSIAST. in I Cor. 7, 8 a pueritia spiritu ferbuit *Paulus* . . ., quippe cum -us anticipatus sit a gratia dei. HIER. epist. 128, 4, 3 *puella* numquam -os, numquam cincinnatos . . . videat. CASSIOD. hist. 6, 1, 21 cum esset . . . -us Iulianus (*Socr. 3, 1 νέος . . . τὴν ἡλικίαν*). 6, 28, 6 quos *viros* grandaevos -us ipse conspexi. 6, 30, 14 -us ille (*12* adulescentis, *Theodoret. 3, 17, 7 νεώτατος*). 9, 20, 4 filio valde -o (*3* puero satis existente). Ios. antiq. 1, 200 -os (*gr. νεανίσκους*). 2, 23 mortuo . . . bono filio et -o (*gr. νεωτάτου*). *al.* EPIPHAN. de mensur. 2 lethec . . . est onus eo, quod unus -us xv modia . . . valeat supportare (*gr. Metrol. I 260, 20 νεανίᾳ*). GREG. M. epist. 3, 52 p. 209, 9. 24. 4, 12 p. 246, 1 filios iam -os. *al.* CE 2001, 1 Lamyrianus qu⟨ond⟩am -us, ⟨quem b⟩is octonos du⟨cent⟩em . . . an⟨nos⟩ abstulit atra dies (Lamyrus q. ille iuvencus *Bücheler, sed fortasse debuit metri gratia* -clus *vel scribi vel pronuntiari, cf. l. 32*).

b iuvencula (*dicitur tam de virgine quam de muliere, pressius opp.* virgo *l. 79, cf. p. 730, 11; gr. resp. νεᾶνις, ubi nihil adnotatur*): **α** *in sacris script.*: ITALA deut. 22, 19 (Lugd.) condemnabunt eum *maritum* c siclos et dabunt patri -ae, quia detulit nomen malum super virginem *eqs.* (*Vulg.* puellae. *item* 22, 20. 21. 24. 26. 27). 22, 29 (Ambr. in psalm. 43, 76, 3) -ae (*Lugd., Vulg.* puellae). iud. 19, 3 (Lugd.) pater -ae (*Vulg.* socer *tantum. item* 19, 5. 6. 8. 9). psalm. 67, 26 (Veron.[2], cod. 189 *al.* = VVLG.) in medio -arum tympanistriarum (*Psalt. Rom.* iuvenum, *Hier. psalt. sec. Hebr.* puellarum). cant. 1, 2 (Hier. hom. Orig. in cant. 1, 5 p. 34, 13; *Vulg.* adulescentulae). 6, 7 (*v. s.* iuvena). Is. 7, 14 (Filastr. 142, 2 *et* Rufin. hist. 5, 8, 10, *sec. versiones Aquilae et Theodotionis*) -a in ventre concipiet (*gr. Aq. et Theod. νεᾶνις, LXX παρθένος. cf.* TERT. adv. Marc. 3, 13 p. 397, 4 sqq. *Iudaei si argumentantur*, quasi non virginem, sed -am concepturam et parituram scriptura contineat, hinc revincuntur, quod nihil signi videri possit res cotidiana, -ae scilicet praegnatus et partus. HIER. virg. Mar. 4 p. 187[B] in hebraeo -am scriptum esse, non virginem. in Is. *l. c.* l. 15 -a vel puella, ut Iudaei volunt, et non virgo. *v. et p. 730, 16 sqq.*). I Tim. 5, 2 (cod. g *al.* = VVLG.) -as (*gr. νεωτέρας*). 5, 14 (Tert. monog. 13, 1; *gr. ut supra, Vulg.* iu(ve)-

